CAPITVLATIONES IMPERATORUM ET REGVM ROMANO-GERMANORUM,

CAROLI V.
FERDINANDI I.
MAXIMILIANI II
RUDOLPHI II.
MATTHIÆ.
FERDINANDI II.
FERDINANDI III.

Quibus hâc Editione tertiâ recens accessêre

FERDINANDI IV.
LEOPOLDI I.

CUM ANNOTAMENTIS

IOHANNIS LIMNAEI.

Adjecto Indice Rerum & Verborum locupletissimo.

Ad Bibliothecam Monasterij Langheimensis comparavit Fr. Hieronymus Bauer, ibidem Prof. 1771.

ARGENTORATI,
Typis & Sumtibus JOH. FRIDERICI SPOOR.

ANNO M DC LXXIV.

PRAELOQVIVM.

NOn dubito, quin certus sis, candide Lector, de meo in utilitatem publicam tuamq; sincero affectu: certe utramq; conatu, opera, & opere, totis viribus hucusq; promovere studui. Testes habeo libros, quos *de Jure publico* conscripsi, & in lucem edidi, quibus nunc addo præsentem auctarii loco, ut discas, me studium haud remisisse. Non quidem jam primum Capitulationes Imperatorum, & Regum Romano-germanorum, explicare aggredior, sed quod antea generaliter fere à me factum, specialiter, per singulos singularum capitulationum articulos, extendere, mihi cordi curæque fuit; ita ut ubi opus visum, etiam nonnulla, quæ pridem à me dicta, brevibus reiteraverim. Hoc ne ægre feras, tua te admonebit humanitas, & vetusti adagii tenor, δὶς ϰ̀ τρὶς τὰ ϰαλά. Cæterum boni consule, & incitamento eris, ut *Notitiam Regni Franciæ*, quam sex libris comprehendi, tibi propediem, in hostimentum, offeram.

JOHANNIS LIMNÆI ANNOTAMENTA AD CAPITULATIONES IMPERATORUM ET REGUM ROMANO-GERMANORUM, CAROLI V. FERDINANDI I. &c.

PROLEGOMENA.

IN Imperio Romano-germanico ab antiquo, receptum, hactenusque usitatum fuit, in electum Imperatorem, vel Regem Romanorum, administrationem Reipublicæ non nisi certis conditionibus transferre, adeoq; potestatem ejus temperare, ut aristocratia, quam Elector Moguntinus, ubi post mortem Maximiliani I. de eligendo Imperatore cum Collegiis consultabat, omninò retinendã censuit, salva permaneat. Conditiones istas Imperator omni sese studio observaturum, jurejurando promittit, & in scripturam redactas reiteratæ obligationis causa subscribit: Capitulatio hodie dicitur illis, qui latinè rem exprimunt; Germanis Capitulation.

SECTIO I.

1. *Nomen Capitulationis peregrinum est, non Germanicum.*
2. Capitulare, *quid sit apud Latinos?*
3. *Quid* Capitulata?
4. Capitulare, *quid significet apud Italos?*
5. *Quid* Capitulatione?
6. *Quid* Capituler *apud Gallos?*
7. *Quid* Capitulations?
8. *Galli utramque hanc vocem habent ab Italis.*
9. Capitulatio, *non est vocabulum Latinum.*
10. *Sed barbarum.*
11. Capitulatio *dicitur à capite.*
12. Capitulum *pro Concilio.*
13. Capitularia, *id est, leges.*
14. Capitulum *pro loco, ubi congregantur Canonici.*
15. Capitulum *pro Canonicorum collegio.*
16. *Aut Canonicis congregatis.*
17. Einem Capiteln/ oder ein Capitel lesen/ *unde & quid?*
18. *Germani olim non usi vocabulis*, Capitulirem/ *&* Capitulation.

19. *Sed ea postea receperunt.*
20. *Et iisdem in Recessibus Imperij usi sunt.*
21. *In Caroli V. aula exotica lingua primas tenuerunt.*
22. *Carolus V. Germaniam agnovit pro patria.*
23. *Legati, eum lingua Germanicæ gnarum esse, affirmarunt.*
24. *Gallicæ tamen fuit peritior.*
25. *Quot linguas noverit?*
26. *Quatenus Latinam.*
27. *Genuensis Oratoris sermonem Latinum, non nisi per interpretem intellexit.*
28. *Electores quo nomine appellarint Capitulationem Caroli V.*
29. *Et quibus nominibus Elector Saxoniæ ac Landgravius Hassiæ?*
30. Capitel.
31. Artickel.
32. *Capitulatio dicta à variis capitulis, quæ continet.*
33. Artickels-brieff.
34. *Leges Palatinæ.*
35. *Hortlederi descriptio Capitulationis.*
36. *Descriptio Electoris Moguntini.*
37. *Descriptio Autoris.*

1. CApitulationis nomen peregrinæ originis esse, nullus dubito; ubi autem
primum, & quo in significatu cœperit, aliisque deinde communicatum
fuerit, ac denique in Germaniam introductum, investigari meretur. Latinis,
2. *capitulare*, significat, capitulum apponere, vel per capita distinguere, unde
& *recapitulare*, breviter, quæ dicta sunt, per capita recensere, (*Calepinus in*
3. *Dictionario*) ac *capitulata*, scripta, quæ per capita distincta. (*Perottus in Cor-*
4. *nu copia col. 906. lim. 7.*) Italis, *capitulare* est, *far conventioni*, pacto convenire,
detto dallo scriverle capo per capo: s' allarga ancora à tutte le materie, che si scri-
5. *vano à capitoli*, (in capita distinguere) Ab hoc verbo est *capitulatione, vel si-*
gnificato di conventione, e accordo. (*Vocabolario de gli Accademici della Crusca,*
pag. 152. Fossombrone nel memoriale della lingua Italiana, & in indice, avero ag-
6. *giunta & supplemento al memoriale, pag. 34.*) Gallis, *capituler*, est articulosè pa-
cisci, ex æquo conditiones articulosas ferre, conditiones petere, aut postulare;
7. conditiones ferre & accipere: *Capitulationes* autem, excepta, cauta, & san-
cta in fœderibus, aut pactiones. (*Nicod au grand dictionaire, voc. Capituler.*)
8. Hæc Gallos ab Italis, ut alia plura, accepisse, orthographia indicat, quæ non
9. ad *chef*, sed *capo* accedit. Ac, cum apud veteres Latinos capitulationis vox
non reperiatur, credibile mihi fit, illam inter Italos demum tempore corru-
10. ptæ linguæ natam fuisse, & dehinc ab aliis susceptam, etiam ab illis, qui Lati-
11. nitatem barbarismo auxerunt. Est autem deducta à latino *caput*, cuius di-
minutivum quoque significatione in alium sensum extensum fuisse cogno-
12. scimus, quando legimus, *Capitulum* dictum concilium, vel senatum Princi-
13. pum, ac Primorum Regni; ac *capitularia*, significasse leges, quæ in capitulo,
seu conventu, primorum consensu constitutæ fuerunt; & adhuc hodie audi-
14. mus, locum, ubi Canonici congregantur (*c. in causis 30. extr. de election.*) vel
15. 16. ipsum Canonicorum collegium, aut Canonicos congregatos (*Azorius instit.*
moral. part. 2. lib. 3. cap. 37. pag. 346.) Capituli appellatione denotari. Unde
17. etiam phrasin Germanorum, einem Kapiteln (vel Capiteln) aut ein Kapitel

(vel

(vel Capitel) lesen/ quæ significat objurgare, ac corrigere, originem traxisse, docet Goldastus (*tom. I. Alamann. rer. part. I. ad cap. 9. pag. 200.*) nempe, quod in monasteriorum & collegiorum capitulis, seu conventibus, plerumque vitiosi emendari, & delinquentes corrigi, moris fuerit. Apud majores no- 18.
stros, quibus peregrina præ domesticis haud placuerunt, voces Capituliren/ & Capitulation non fuisse in usu, omninò persuasum habeo: nec enim earum ulla in antiquis membranis reperio vestigia. Quando verò primum receptæ, & usu approbatæ fuerint, nil certè affirmare audeo: id modo con- 19.
jicio, imperante Carolo V. ac ejus successore, Ferdinando I. hæc cum multis aliis ex aula, Germaniæ communicata, quæ ita pedetentim invaluerunt, ut iisdem etiam in Imperii Recessibus datus fuerit locus (*vide* R. A. zu Erffurd 20.
anno 1567. §. darauff/ *pag.* 597. §. wann dann/ *pag.* 598. R. A. zu Regenspurg *anno* 1594. §. dieweil aber/ *pag.* 710.) Notum est ex querimonia Alberti Branden- 21.
burgici (*apud Sleidan. de statu Relig. & Reipubl. lib.* 24. *fol. m.* 424.) aliorumque Statuum in Caroli V. aula exoticas linguas primatum tenuisse, Germanicam autem propemodum ea exulasse. Etsi enim Germaniam ille pro patria habuit 22.
(R. A. zu Regenspurg *de An.* 1541. *in pr. p.* 250. R. A. zu Regenspurg *de An.* 1546. §. dieweil wir nun aber/ *p.* 315. R. A. zu Augspurg *de A.* 1548. *in pr. p.* 316. §. nach dem auch/ *p.* 318. §. ferner haben wir *p.* 329.) ejusq; legati, captandæ benevolentiæ causa, literis ad Electores Francofurti post Maximiliani I. excessum congregatos, 23.
asseruerunt, er seye Teutscher Sprach zureden und zuschreiben bericht und geübt/ (*apud Goldast.* in Politischen Reichshändeln/ *part.* I. *n.* 5. *tit.* 18. *pag.* 30.) attamen linguam Gallicam magis, quàm Germanicam calluisse, amasse, & exercuisse, 24.
inde cognoscitur, quod Guilielmus Zenocarus à Scavvenberg (*ut ipse annotavit lib.* 3. *de Republica, vita, moribus, gestis, famâ, religione, sanctitate Cæsaris Augusti Quinti Caroli, Maximi Monarchæ pag.* 143.) interpretem aliquando inter Carolum & architectos nonnullos Germanos egerit, gallicæ Cæsari referens, quod illi germanicè proponebant. Idem quidem Zenocarus (*d. lib.* 3. *pag.* 164.) 25.
testatur, Carolum cum Hispanis Hispanicè, cum Italis Italicè, in Gallia Belgica, aut Britania, Gallicè, in Germania Germanicè, & cum casus ferret, etiam ubique Latinè, sed hoc rarò, locutum: verùm in reliquis magis quàm in Germanica, aut Latina excelluisse fama est. Latinè locutum, & intellexisse, 26.
Hartmannus Maurus (*in descriptione coronationis Carolinæ*) tradit, quantum satis ad intelligendum voluntates, sacrasque jussiones Majestatis suæ fuit: in cæteris interprete opus habuisse, ex relatione Iuan de Torres (*part.* I. *de la Philosophia moral de principes lib.* 6. *cap.* 4. *pag.* 223.) apparet. Ait ille; (*estando* 27.
Carlo Quinto Emperador en Genoua, la ciud ad le hizo una platica en latin, per boca de un grand Rethorico, quando el la uno acabado, dixo el Cesar sospirando, agera me pesa, y otras vezes me a pesado de lo mucho que creya Geures: que si diera credito a las palabras de mi buen maestro Adriano, quando me ensennava, no tuiviera

yo agora necessitad de interprete, para entender lo, que aqui se me ha dicho) cum
ad Imp. Carolum V. civitatis Genuensis, (ubi tunc erat) nomine, magnus
quidam Rhetor orationem haberet, finita ea suspirando dixit Imperator;
nunc me male habet, ut aliquoties me malè habuit, quod nimium credidi Ge-
vræo, (fuit Ephorus Caroli in puerili ætate.) Si credidissem bono meo Præ-
ceptori Adriano, quando me docebat, non haberem nunc opus interprete
ad intelligenda ea quæ dicta. (*Add. P. Matthieu livr. 6. de l' histoire de Henry VI. narrat. 2. pag. mihi 528.*) Carolum, suosque, capitulationem dixisse articu-
los illos, in quos secundum præscriptum Electorum juraverat, credibile est;
28. Electores autem hoc nomine tunc usos fuisse, nondum deprehendi. In con-
fœderatione, quam anno M. D. XXXI. inierunt, vulgò vocatur der Chur-
fürsten Brüderliche Einung/ appellant, Artickel: (*vide Additiones meas ad Ius publ. lib. 3. cap. 2. pag. 319.*) In gravaminibus, Passavii anno M.D.LV. exhibi-
29. tis, aliquoties dicitur, die Käiserliche Obligation. Elector Saxoniæ & Land-
gravius Hassiæ (in ihrer Verantwortung auff Käisers Carls Achtbrieff *de anno 1546. apud Goldast. in appendice part. 1.* der Reichssatzungen/*p. 315.*) eam, respe-
ctu loci, quo distinguatur ab aliis Cæsaris promissis, & pactis, vocant Franck-
furtische obligation, Franckfurtischen Contract, Franckfurtische geschworne
30. pacta. Ad capitulationis verò nomen prope accedit Ulricus Würtember-
giæ Dux (im Außschreiben an alle Stände *anno 1534. apud Hortlederum lib. 3.* von Ursachen des Teutschen Kriegs/ *cap. 9. pag. 664.*) dum se refert auff die
Capitel/ so Käis. Majest. in Ihrer Wehlung zu der Röm. Königlichen Cron/
31. gnädig verwilliget. Quod hic Capitel Electores, ut modo vidimus, Arti-
ckel dixerunt; quæ vox præ illa, non solum in ipsa Carolina Capitulatione (*in principio*) ac cæterorum subsequentium Imperatorum, & Regum Romano-
rum, verum etiam in Imperii Recessibus (R. A. zu Speyer *anno 1529.* §. Und
anfänglich/ *pag.* 182. §. und als/ *pag.* 183. §. dergleichen/ *pag.* 184. §. und wiewol/
§. weiter/ *pag.* 184. §. item als/ *pag.* 187. §. und als/ *pag.* 188. *& frequentissime in*
32. *aliis*) magis usitata. Unde, quo sensu Capitulationis nomen dictæ obliga-
tioni Cæsareæ, nempe à variis capitulis, quibus constat, competit, eodem
33. quoque dici potuisset, Käiserlicher Artickelsbrieff/ ad differentiam deß Artickel-
brieffs/ in quem jurare debent milites (R. A. zu Speyer *de anno* 1570. §. damit
dann/ *pag.* 607. Reuterbestallung *in exordio, pag.* 627. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. weiters als wir/ *pag.* 662.) quemadmodum etiam, capitulatio
Cæsarea appellatur, ad differentiam aliarum capitulationum, quibus, ubi va-
riis constant capitulis, idem nomen commune est. Cæterum, quæ hodie
34. Capitulationes Imperatorum audiunt, Scriptores antiqui, ut Aimonius, Ab-
bas Urspergensis, aliique, leges Palatinas dixerunt. (*Goldast. in dedicat. tom. 3.*
35. *Constit. Imper. §. Imperatori autem*) Ex modernis nonnemo, capitulationem ad
exemplum legis Regiæ Romanorum, per quam potestas populi in Imperato-
rem

rem translata fuit, (*l.1.ff.de const.Princ.*) nil aliud esse scribit, quàm legem Germanorum Regiam, vel legem Regni, aut legem Imperii, qua populi Germanici summum Imperium, vel (*ut Arcadius ICtus loquitur in l. un. in pr. ff. de offic. præf. prætor.*) qua regimenta populi in Imperatorem designatum transferuntur, certis conditionibus (*Hortlederus apud Goldast. in polit. part.* 12. *disc.* 2. *pag.* 612. *& alij qui eum sequuntur.*) Moguntinus Elector (*apud Sabinum in historia electionis & coronationis Caroli V.*) eam nominat, formulam constituendi & regendi Imperii. 36.
Mihi, tempora moderna respiciendi, est, à sex Electoribus, electo Regi Romanorum, salutis publicæ causa præscripta, & ab eodem recepta, potestatis suæ, & administrationis Imperii, regula, quam, vi promissionis factæ, & juramenti præstiti, exactè & inviolabiliter observare tenetur. 37.

SECTIO II.

1. *An liceat Imperatoris potestati præscribere limites?*
2. *Non licere.*
3. *Explicatio loci Samuelis l.1. c.8. vers. 11.*
4. *Samuel jura Regni peculiari libro comprehendit.*
5. *Quem Reges Israelitis suppresserunt, vel dilacerarunt.*
6. *Populus Israeliticus absolutam potestatem Regi nunquam concessit.*
7. *Nec Deus ipse.*
8. *Causa, cur Israelitæ petierint sibi Regem dari.*
9. *Moises promisit populo eligere Regem.*
10. *Quod Moises Regi præscripsit, cum prætenso jure Regio non convenit.*
11. *Israelitæ, Regibus suis non permiserunt exercitium absolutæ potestatis.*
12. *Iudæorum peccata aliis populis nil præjudicant.*
13. *Liberi populi, in eligendo Rege quæ sit potestas?*
14. *Vbi maior capitulatio, ibi liberior populus.*

HIc ante omnia examinari debet, *an licitum, & sacris literis conveniens sit Imperatoris potestati legem præscribere, eamque cancellis includere?* Ego quidem nunquam dubitavi, in Regnis electitiis, populo vel Statibus licere, Regi quem sibi elegerunt, vel absolutam, vel limitatam concedere potestatem: Sed audivi nuper Titium in contrarium differentem, cui hîc satisfacere constitui. 1.
Ajebat ille, à DEO approbatum est jus Regis (1. *Samuelis* 8. *vers.* 11.) ergo ab homine id limitari nec potest, nec debet. 2.
Notum est, Samuelis hunc locum ab aliis de jure tyranni accipi. Ego hic Autores utriusque opinionis in catalogum non refero, dicam tamen confidenter, jus hoc, quo usurum Regem Propheta prædixit, nec à DEO Regi Israëlis datum, neque approbatum fuisse: Sed Samuelem, voce Dei usum, ut populum à petitione Regis revocaret. 3.
Argumentum persuadendi fuit, prædictio licentiæ, qua Rex, ceu jure quodam suo, usurus. Si juris Regii à Deo confirmati, & non potius licentiæ prohibitæ fuisset, subditis agros, vineas & oleta auferre, (*ut vers.* 14. *legitur.*) Achab Rex, Nabothi vineam jure ad se trahere potuisset, nec permutatione, emtione, & violentia ulla opus fuisset, (*de quibus lib.*1. *Reg. cap.*21.

mentio fit.) Præterea, nec Samuel hoc jus Regi præscripsit, nec populus in
4. idem consensit. De Samuele legimus (*d.lib.* 1.*Sam.c.* 10.*v.* 25.) ea omnia jura
regni dixisse populo, eaque in scripta redegisse, & ante Dominum Deum posuisse. Qui hæc eadem cum illis, de quibus *c.* 8. locutus fuerat, esse arbitrantur, meo judicio longè aberrant: Credo enim, Prophetam, verum jus Regi competens hac scriptura exhibuisse, non autem licentiam illam irregularem:
5. unde etiam Rabini annotarunt, subsequentes Reges, hunc librum, quem
Samuel de Iure Regis scripserat, summo studio suppressisse, dilacerasse scribit Bodinus *de Republ. lib.* 1. *cap.* 10. *pag.* 231.) ne notitia eius ulla superesset, & cum eadem norma, ad quam actiones eorum revocarentur (*Charles Loyseau*
6. *des Seigneuries ch.*3.*n.* 1.) Populum verò liberum, qualis erat Israëliticus, in
servilem statum (*cujus d. c.*8. *vers.* 17. *mentio fit*) consensisse, verisimile non fit (*Iohan.* 8. *v.* 33.) Qualem autem potestatem Regis ille esse voluerit, *d. cap.*
7. *vers.* 20. innuit. Deum quoque, qui pœnam peccatis æqualem constituit, populi libertatem in servitutem voluisse commutare, propterea, quod Regem
8. sibi in vicem Judicum, & quidem eorum, qui injustitiæ, ob avaritiam & dona
deditierant, dari petiissent, (*d.c.*8.*n.*3.) mihi non videtur credibile. Alia quidem ratio petendi Regem (*d.l.*1.*Sam.c.*12. *v.*12.) adducitur, sed ut illa cum hac, atque tempus ipsum petitionis (quod ad hostilem adventum Nahas hic refertur, qui, tamen, ut caput XI. cum prioribus collatum indicat, post petitionem & Regis constitutionem advenit) conveniat. Theologis explicandum relinquo.
9. Ex Deuteronomio (*cap.* 17. *v.*14.) constat, à Moise populo non prohibitum
10. fuisse, Regem sibi constituere post ingressum in terram promissam: Nec,
quod ibidem Moises Regi præscribit, (*vers.*16. *& seqq. potissimum vers.* 20.) cum prætensio illo jure Regio benè concordat; ubi nec absolutæ potestatis exer-
11. citium Regi fuit à populo permissum, (*d.l.* 1. *Samuelis cap.*14. *vers.*45.) ac Da-
12. vid pactione interveniente in Regem unctus (2.*Sam. cap.*5. *vers.*3.) dicitur. Denique si fortassis populo Israëlitico, propter speciale peccatum, lex regia ad servitutem à Deo posita fuisset, quid hoc ad nos, aliosve, quos leges forenses Iudæorum non attingunt, nec aliena noxa in consortium pœnæ trahere de-
13. bet? Populus liber sibi Principem eligere potest, quem velit, eidemque eam
potestatem in Rempublicam concedere quam velit: Naturalis enim libertatis est de re sua disponere, & contractui legem pro lubitu addere. At verò, cum libertas summum naturæ beneficium sit, nemo, qui sanæ mentis est, vo-
14. luntariè servitutem omnimodam alteri spondebit. Hinc fit, ut liber populus, in constituendo Principe, capitulatione, jurejurando, promissione publica, aliisve libertatis conservandæ mediis, utatur; unde, ubi major capitulatio, ibi liberior populus jure censeri debet.

SECTIO

SECTIO III.

1. *Hordlederi opinio, de origine capitulationis.*
2. *Opinio Arumai.*
3. *Opinio Lehemanni.*
4. *Opinio Goldasti.*
5. 6.7.8. *An Capitulatio tempore Caroli IV. fuerit in usu?*
9. *Caroli IV. capitulatio nondum in lucem edita.*
10. *Vt nec aliorum Imperatorum ad Carolum V. usque.*
11. *Maximiliani I. capitulationem non exhibuit Goldastus.*
12. *Status in comitiis Wormatiensibus, Maximilianum redarguentes, capitulationis nullam faciunt mentionem.*
13. 14. *Excusatio Maximiliani.*
15. *Autoris opinio de origine capitulationis.*
16. *Iuramentum olim pro capitulatione.*
17. *Ortus capitulationis non est repetendus ab imminutione legis Regia Romanorum.*
18. *Aliud est origo, aliud incrementum capitulationis.*
19. *Contradicitur Arumao.*
20. *Gallia Reges jurant in certa capitula.*
21. *Duplex est juramentum Gallia Regum.*
22. *Iuramentum Henrici IV.*
23. *Iuramentum Ludovici XIII.*
24. *Populus Gallia interrogatur, an N. sibi Regem velit?*
25. *Quem in finem Imp. Carolus IV. auream condiderit bullam.*
26. *Multa nobis sunt incognita, qua existunt.*
27. *Quod Status, Maximilianum redarguentes, capitulationis nullam fecerint mentionem, dignum admiratione est.*
28. *Coniectura Autoris.*

DE origine capitulationis, quo tempore scilicet in nostro Imperio cœperit, diversæ opiniones sunt. Hordlederus (*apud Goldastum politic. Imperial. part.* 12. *discurs.* 2. *pag.* 612.) ait, neminem esse, qui hoc doceat; videri tamen sibi hoc colligi posse ex Brunone Saxone, sub turbulento Henrici IV. imperio natam eam primum, deinde tractu temporis magis magisque auctam, increscente præsertim sub Carolo IV. dignitate Electoria, quoad in eam, quæ hodie in usu est, amplitudinem excreverit. Arumæus, initium capitulationis ad tempora Conradi I. (referens, *tom.* 4. *jur. publ. disc.* 4.) ita commentatur: Apud Germanos priscos Regibus non fuit infinita, aut libera potestas. (*Tacit. de morib. German.*) Cuius rei vestigium extat in Speculo Saxonico, (*lib.* 3. *artic.* 54.) quod plurium judicio longè ante Caroli Magni tempora, utpote à quo confirmatum fuit, incepit (*Georg. Fabric. rer. memorabil. Saxon. lib.* 1. *art.* 811.) Als man den König wehlet / so soll er dem Reich hulde thun / und schweren / daß er die Warheit sagen will / und alles Unrecht brechen / und daß er des Reichs Gerechtigkeit beschirmen wolle / als best er könne oder mög: Quanquam ex hoc juramento nihil inferri queat, quo prisca lex regia immutata demonstretur: Nam & veritatem dicere &c. officii ratio Regi imponit. Verùm per capitulationem in multis legi Regiæ detrahitur. Ergò, qui eius originem dare voluerit, non ad juramentum illud, quo, quid Regiæ Majestati & Potestati proprium est, facere jubetur, sed illa devenire tempora debet, quibus illa, quæ Regi licebant, imminuta fuerunt. Sunt qui ad Carolum Magnum referant; sed error eorundem ex formula

mula jurisiurandi redarguitur, qua nihil legi Regiæ detrahitur. Quin imò, cum in Carolo Imperium inceperit, & ut hereditarium ab ipso in posteros translatum sit, verisimile non est, eum, vel posteros, de re sua sibi leges poni passos fuisse, &c. Verisimilius igitur videtur, cum extincta Carolina stirpe, in Ludovico, Arnolphi filio, electio successioni substitui cœpit, initium capitulationi tempore Conradi I. datum fuisse. Hæc Arumæus. Lehemannus
3. (*in Chronico Spirensi lib.* 4. *cap.* 10. *pag.* 300.) certum tempus non exprimit, innuit tamen, tempore, quo Germano francum Imperium inclaruit, loco capitulationis juramentum in usu fuisse. ait ille: Bey Auffrichtung des Teutschen freyen Reichs/ ist die Verordnung eingeführet/ und in beständiger steten übung/ von einer Zeit zur andern behalten/ daß ein jeder erwöhlter König der Teutschen/ zu Anfang seiner Regierung/ leiblich geschworen/ einem jeden Stand seine gebührende Ehre/ Recht und Freyheit handzuhaben. Nach welchem Exempel in folgenden Zeiten die capitulationes, und Verträg der Käiser mit den Chur-Fürsten deß Reichs/ auffgericht seind/ darunder auch dieser Punct/ daß sie die Recht/ Freyheiten und Würden der Fürsten/ und Stände/ handhaben/ und
4. nicht mindern/ noch auffheben wollen. Goldastus in oblatione seu dedicatione *tom. III. Constitutionum Imperialium* scribit, Imperatori, quemadmodum ipsis etiam Regibus, nunquam apud Teutones infinita, aut absoluta potestas fuit, sed certis limitibus, ac legibus circumscripta. Ex quo contextu colligere licet, Goldastum in ea opinione versari, capitulationem, cum imperio apud Germanos, unius eiusdemque ætatis esse.

5. Ego aliquando exercitii causa defendere conatus sum, capitulationem, Caroli IV. tempore, nondum in usu, ac demum Carolo V. primum præscriptam fuisse. Pro fundamento adducebam Auream Bullam Caroli V. qua *toto capite secundo* de electione Regis Romanorum agit, sed nec in hoc, nec in cæteris capitibus, ullam capitulationis mentionem facit, quam facere haud neglexisset, si ea obligatio tunc temporis fuisset in usu. Decernit, (*d.c.*2.§.5.) electum, peracta statim electione, priusquam in aliquibus causis aliis, sive negotiis, virtute sacri Imperii administret, universis & singulis Principibus, Electoribus, ecclesiasticis & secularibus, omnia ipsorum privilegia, literas, jura, libertates, concessiones, antiquas consuetudines, & etiam dignitates, & quicquid ipsi ab Imperio, usque in diem electionis suæ obtinuerunt, & possederunt, absque dilatione, & contradictione confirmare & approbare debere, per suas literas & sigilla. Atque hoc totum est, quod Carolus electo statim post electionem faciendum dictitat, virtute qua S. Imperium admini-
6. strat. Hoc autem aliud omninò quam capitulationem electi esse, videntur evincere sequentia: (1.) Hanc jurium, & privilegiorum confirmationem, electus facit virtute, qua S. Imperium administrat, ut verba Carolina, *in aliquibus causis aliis sive negotiis &c.* innuunt. Capitulationem autem acceptat, jurat,

jurat, subscribit, non virtute qua sacrum Imperium administrat, hoc enim agit antequam sibi administratio conceditur; sed ut virtutem sacri Imperii administrandi consequatur. (2.) Hæc approbatio tantum jura Electorum 7. concernit: Capitulatio autem, etiam jura cæterorum Imperii Statuum. (3.) Approbatio hæc tantùm fit literis; Capitulationis autem juramento & 8. literis. (4.) Reiteratur hæc approbatio: quæ enim primò fit sub nomine Regali, deinde sub Imperiali titulo debet innovari. Capitulationis alia natura est; ad hanc enim, si Rex se semel obligaverit, obligatio perfecta est, nec ubi Imperatoris infulis coronatur, innovatio requiritur. Accedit, quod nullus 9. hucusque extiterit, qui Caroli IV. Capitulationem, ex Imperii vel aliis archivis, nobis exhibuerit, vel testimonium de ea, ubi extet, perhibuerit: Quod etiam de capitulationibus Imperatorum, & Regum, qui post Carolum IV. ad Imperium evecti sunt, usque ad Carolum V. exclusivè, dici potest. Nullam enim intermediam, me vel legisse, vel vidisse inter acta Imperii, quorum 10. tamen varia evolvi, affirmare possum. Novi quidem, Goldastum dicere, capitulationem, quam exhibet (*part.* 1. der Reichssatzungen *pag.* 240.) desumptam esse, de verbo ad verbum, ex capitulatione Maximiliani I. & Caroli V. (*d. part.* 1. *pag.* 315.) Verùm cur nullibi in forma extensa Maximiliani I. capi- 11. tulationem, si eam habuit, sed tantùm per extractum nobis communicavit, cum tamen Caroli V. & aliquot subsequentium Imperatorum, & Regum Romanorum, capitulationes, in amplissima forma, in diversis publicè editis scriptis, nobis communicaverit? causam ego aliam non subesse credo, quam non entis nulla esse accidentia. Credulitatem hanc auget, quod ipse (*d.p.* 240.) capitulationi nomen Maximiliani non addiderit, quodque eam, ut fatetur (*d.p.* 315.) à Sleidano (*l.* 1. *hist.*) & Laurentio Fuchs (von Pirn / im Buch von Beschreibung der Königlichen Würden und Magistrat-Ampt) mutuatus fuerit. Constat autem, à Sleidano (*d. lib.* 1 *circa f.*) tantum capitulationē Caroli V. tradi, Maximiliani capitulationis ne verbo quidem mentionem fieri. Fuchsius generali rubricæ (Folgen Articul / welche die Churfürsten einem newen erwöhlten Käyser vorhalten) subjecit capitulationem, (*apud Goldast.* in Reichshandlungen *p.* 257.) quam, ut ex ipsius lectione patet, atque ex additamento finali (*pag.* 258) vel ex ipso Sleidano, vel alio, qui Sleidanum secutus, nulla mentione vel Maximiliani vel Caroli facta, transsumsit. Scripsit hic Autor anno M. D. LXII. & quæ scripsit, ex fide dignis historiis collegit, (*v. Goldast d. tr. p.* 54.) ut ipse asserit: at ubi historia illa reperitur, quæ Maximiliani I. capitulationem exhibet? Porrò, in actis comitiorum, Wormatiæ anno M. D IX. habitorum (*apud Goldast. d. lib.* der Reichshandlungen *pag* 84. *& seqq.*) inter Ma- 12. ximilianum & Status disputatum fuit, an ipsi licuerit, Imperii respectu fœdus cum Pontifice, & Regibus Galliæ ac Aragoniæ, contra Venetos inire, citra consensum & præscitum Statuum? Negarunt hoc Status, & ad consuetu-

dinem in Imperio receptam provocarunt; (*pag.* 85. & 89.) capitulationis autem nullam fecerunt mentionem, quam allegare non supersedissent, si in eam Maximilianus jaravisset. Decisa enim in terminis hæc quæstio in capitula-
13. tionis articulo VIII. quam Goldastus (*d. p.* 240.) proposuit. Et, quâ fronte, contra capitulationis verba generalia, Maximilianus affirmare potuisset (*quod fecit apud Goldastum pag.* 88.) Es reiche die Einigung/ und Vertrag/ dem H. Reich/ und Teutscher Nation zu hohen Ehren/ Lobe/ Auffnehmung/ Ruhe und Fried. Darzu sey der Stånd Bewilligung nicht noth geweßt/ sondern es habe das/ als regierender Römischer Kåiser/ nach Schickung deß Allmåchtigen/ auch hohen Rath/ und erwegen / und dem H. Reich Teutscher Nation, und gemeiner Christenheit zu gut/ auß ihm selbst wol Fug und Macht gehabt. Wo ihnen dann die Stånde solches nicht lieb seyn lassen wolten/ möchte ihnen darob übel gesprochen werden: in Ansehung ihrer Pflicht und Eyd/ die sie wol weisen/ was sie ihm (dem Kåiser) und dem H. Reich gönnen und schuldig seyn
14. sollen. Nec ipse quoque Maximilianus, in responsionibus cæteris, capitulationis ullo verbo meminit, sed (*ut p.* 87. *legimus*) ait, wann die Hülffe zu rechter Zeit und vollkommen geleistet worden/ wolt er mit Gnad deß Allmåchtigen Hungarn/ Britannien/ Meyland/ gantz Italien/ rc. deß H. Reichs/ oder seine erbliche/ und erheurathte Gerechtigkeiten erobert/ und behalten/ und also dem H. Reich/ Teutscher Nation anhängig gemacht haben / wie er sich deß auff allen Reichstågen gnådiglich und getreülich erbotten habe.

15. Sed hæc, ut dixi, exercitii causa aliquando proposui; veriorem autem inter omnes opiniones illam esse judico, quam supra (*n.* 4.) Goldasto adscripsi: nimirum, capitulationis initium cum Imperii nostri ortu eiusdem ætatis esse. Initium dico: nam incrementum postea pedetentim, & variis tempo-
16. rum intervallis accessit. Olim juramento res tota peragebatur; diversa autem in capita jurabant illi, qui ad Imperii habenas accedebant, unde capitulationis nomen hodierno loquendi more, illis juramentis quoque non ineptè
17. attribuitur. Crevisse juramenti capita, vel Cunradi I. vel Heinrici IV. ætate, non nego; nativitatem autem capitulationis ad ea demum tempora referendam esse, quibus prisca lex Regia imminuta, hoc est, quibus illa, quæ Regi licebant, imminuta fuerunt, non arbitror. Quid enim lex Romanorum Regia ad Germanos, qui nunquam omne suum Imperium & potestatem, ut Romani, in Principem transtulerunt? unde etiam, quod Germanorum Principi placuit, nunquam legis vigorem habuit, nisi consilio & consensu eorum, qui populum repræsentant, accedente: (*vide Lehem. in Chronic. Spirensi lib.* 2.
18. *cap.* 4. *pag* 63. & *cap.* 27. *pag.* 108.) Aut si de Germanorum lege Regia, hoc est, de illa loquimur, qua ipsi Principi suo potestatem in se concesserunt, nunquam illa tam ampla fuit, ut infinita & libera dici potuerit. Illud quidem fateor, temporis tractu evenisse, ut arctioribus cancellis quandoque potestas illa inclusa sit, ut quod antecessori licuit, successori non fuerit permissum; at inde

inde non origo capitulationis, sed incrementum est. Nec enim ad esse capitulationis pertinet, imminuere quod antea fuit, sed de re aliqua variis capitulis pacisci.

Cæterum, quod de Carolo Magno habet Arumæus, cum in ipso Imperium inceperit, & ut hereditarium ab ipso in posteros translatum sit, verisimile non esse, eum vel posteros de re sua sibi leges poni passos fuisse, præsumtio est, quæ probatione contrarii excluditur. Hanc autem petere licet ex Lehemanno d. Chron. Spir. (*lib. 2. cap. 3. pag. 58. & seqq. cap. 4. pag. 63.*) ubi in pr. se refert ad Constitutionem Caroli Magni de Regia Imperii transalpini sede Aquisgranensi (*quæ legitur apud Goldastum tom. 2. Constit. Imperial. p. 7. cap. 5. p. 65. cap. 15. p. 80. cap. 27. pag. 108.*) & Hottomanno *in Francogallia* (*c. 6. p. 48.*) Acquisivit quidem Carolus Imperium, sed civium suorum sanguine, laboribus, & periculis, unde mirum non est, Carolum conditiones à populo recepisse. Nec insolitum quoque est, Reges, etiam in regnis hereditariis, in certa capitula jurare, ut de Gallia testatur Hottomannus (*in Francogallia cap. 25. pag. 188. & seqq.*) Jean du Tillet (*au recueil des Roys de France, leur couronne & maison, tilt. des sacres & couronnements, p. m. 188. edit. Paris. de anno 1586.*) Bodinus (*livr. 1. de la republ. ch. 8. pag. 136.*) Theodorus Gothofredus (*au ceremonial de France p. 325.*) ubi Henrici II. coronationis actum describit, nos docet, Regem Franciæ duplici juramento constringi; unum ecclesiasticos, eorum libertates & privilegia concernere, alterum, populum vel Regnum. De priori non attinet hîc multa dicere, posterioris autem formula tempore Henrici IV. hæc fuit: *Hæc populo Christiano, & mihi subdito, in Christi promitto nomine; inprimis, ut Ecclesiæ Dei omnis populus Christianus veram pacem nostro arbitrio in omni tempore servet: item ut omnes rapacitates, & omnes iniquitates, omnibus gradibus interdicam; Item, ut in omnibus induciis æquitatem, & misericordiam præcipiam, ut mihi & vobis indulgeat suam misericordiam, clemens & misericors DEUS: item de terra mea, ac jurisdictione mihi subdita, universos hæreticos ab Ecclesia denotatos, pro viribus bona fide exterminare studebo. Hæc omnia supra dicta firmo juramento, sic me Deus adjuvet & hæc sancta Dei Evangelia.* Hæc postea, in scripturam redacta, propriâ subscripsit manu, & Episcopo tradidit, in rei gestæ memoriam (*Ledit ceremonial de France pag. 630.*) Ludovici XIII. (qui Henrico successit) juramentum, sine dubio, ejusdem fuit tenoris, quod breviori, & elegantiori stylo à Bulengero (*histor lib. 13. pag. 402.*) ita refertur: *Nomine Iesu Christi servatoris mei, subditis meis sanctè polliceor, daturum me id operam, ut ipsi pacifice, & tuto, in Dei cultu vivant: omnes ordines rapinis, & scelere abstineant, judicia æquitate & justitia nitantur, hæretici regno excedant: quæ promissa jureiurando firmo, sicut me Deus, atque hic sacer Evangeliorum codex adjuvet.* Demus jam, hæc omnia esse officii Regii, etiam citra juramenti obligationem; attamen, quoniam juramentum

19. 20 21. 22. 23.

hoc, non ex mera voluntate, sed necessitate præscripta, præstant, legem redolet. Exemplum Ludovici XII. notabile est, qui post mortem Caroli VIII. Lutetiam Parisiorum ingressus, ubi ad templum B. Virginis accessit, portam clausam vidit, & ante eam stantem Episcopum loci cum aliis, nec prius in templum admissus fuit, quam juramentum solemne præstitisset (*le ceremonial*
24 *de France pag. 62.*) Nec silentio prætereundum, quod, ubi Rex ecclesiasticis juramento servanda servare promisit, certi Episcopi populum assistentem interrogant, an præsentem pro Rege acceptet? & affirmatione factâ, demum secundo juramento Regem Regno obligent: Ita factum in coronatione Henricorum II. & IV. (*ut dictum ceremoniale pag. 325. & 629. annotavit*) & fieri solitum in aliorum coronationibus, nullus dubito. Aut hoc est leges admittere in re propria, aut ego à ratione alienus sum!

25. Rationibus, quas supra adduxi, ita satisfieri posse arbitror, si ante omnia perpendamus, Caroli IV. in condenda aurea bulla, intentionem, & scopum fuisse, ad unitatem inter Electores fovendam, ac electionem unanimem inducendam, & detestandæ divisioni inter eosdem ortæ, variisque periculis ex ea sequentibus aditum præcludendum, ut verba procemii ipsius bullæ clarè docent. Adhæc cum formula juramenti, aut obligationis, vel capitulationis Regis Romanorum, non pertineret, mirum non est, si de iisdem hac lege nihil
26. constituerit. Porrò licet mihi aliisque capitulationes, Caroli IV. & aliorum Imperatorum, incognitæ, inde tamen non sequitur, illas nullibi, vel extare, vel unquam extitisse: ignorantia nostra veritati nihil præjudicare potest, nec efficere, ut quod est, non sit. Multa, imò infinita dixerim, in archivo Imperii, sub cura Electoris Moguntini continentur, quæ nobis incognita, nec hucusque à quoquam publicata; inter quæ si Carolinam capitulationem &
27. alias retulero, censuram haud merebor. Quod autem Status, contra fœdus à Maximiliano cum exteris initum, in Comitiis Wormatiensibus disputantes, capitulationis nullam fecerint mentionem, mirari quidem licet, non minus quam quod non allegaverint die Handhabung deß Friedens / Rechtens und der Ordnung / zu Wormbs anno 1495. auffgericht (tit. die Königliche Majestät soll keinen Krieg anfahen / auch kein Einigung oder Bündnuß annehmen) unde vera quæstionis decisio peti potuisset: Sed quoniam illis placuit, consuetudinem in Imperio receptam pro fundamento allegare, inde colligi non poterit, positione unius alterius exclusionem & inexistentiam inferri. Nec
28. etiam dictu absurdum erit, capitulationi, id quam Maximilianus paulo post electionem juravit, articulum illum, de fœdere cum exteris non ineundo, expressis verbis insertum non fuisse, sed generali articulo, de privilegiis, consuetudinibus, atque legibus observandis, inclusum mansisse: postea verò in dicta Handhabung des Friedens (quæ ipsa quoque certo respectu Capitulatio dici meretur) specialius expressum.

SECTIO

SECTIO IV.

1. *Mos Venetorum in concipienda capitulatione, quam Duci suo præscribunt.*
2. *Sex Electores tantum hactenus, Imperatori capitulationem præscripserunt.*
3. *Bohemi hic partes nullæ fuerunt.*
4. *Nec cæterorum Imperii Statuum.*
5. *Quod alii mirantur.*
6. *Et suadent contrarium.*
7. *De capitulatione in proximis Comitiis concipienda, quid statutum pace Cæsareo-Suecica.*

APud Venetos, defuncto Duce (*ut tradit Donatus Iannottus de Republ. Venetor.*) quinque creantur Correctores, tres Inquisitores; & horum quidem munus est, perquam diligenter inquirere in vitam defuncti Ducis actaque universa, & observare, an discesserit aliquatenus à præscripto legum, & eum, si quid offendisse fortassis comperiant. illicò deferre. Pœna, qua mulctandus ille foret, in heredes transfertur, sed mulcta pecuniaria tantum irrogatur. Partes verò Correctorum sunt, videre, & animadvertere, an novâ lege quâpiam, quâ is qui futurus est Dux obstringendus veniat, opus sit, & an aliquid vitii sit emendandum, quod extiterit in administratione demortui Ducis. Horum gratia statim ubi creati sese conferunt in sedes ipsis attributas, & quoties opus est, iterant conventum, donec ea, quæ vel immutanda, vel prorsus innovanda videntur, habeant constituta. Rebus omnibus diligenter expensis, atque animadversis, significant id consiliariis, & præsidibus quadraginta virûm, à quibus indicuntur comitia, more & loco usitatis. Congregato concilio, accedunt quinque Correctores, à quibus refertur de iis, quæ visa fuerunt vel emendanda, vel in mores etiam inducenda, & singula vel approbantur, vel rejiciuntur, suffragiis adhibitis. Quæ approbantur, inter leges, quas Principes servare debent, statim constituta Principis potestate, reponuntur. In Imperio autem nostro usus obtinuit, ut sex Electores, vel eorum 2.
plenipotentiarii & legati, formulam capitulationis concipiant, examinent, præscribant. Licet enim in electione septem Electores pari jure eligendi 3.
concurrant; tamen in capitulatione, vel conficienda, vel præscribenda, Regis Bohemiæ nullas partes esse, ipsâ capitulatione probatur: Eius enim inter reliquos Electores nulla ibi fit mentio. Olim, ut non solum aurea Bulla Caroli IV (*in proœmio & cap.* 12.) sed etiam alia Imperii acta testantur, etiam Regi Bohemiæ curæ fuit, Imperium bonis legibus administrari; hactenus verò eo ventum est, ut præter electionem Imperatoris, reliqua Imperii negotia non attingat, & parum absit, quin figuram planè extranei Regis re- 4.
præsentet. (*vide quæ scripsi in addit. ad Iur. publ. lib. 3. cap. 8. n. 21.*) Præterea, nec cæteri Imperii Status ad examen capitulationis hactenus vocari consueverunt, sed Electorum officio hoc adhærere vidimus, quasi appendicem juris

5. eligendi. Mirantur nonnulli hanc Statuum conniventiam, & quod rem tantæ consequentiæ, vel omninò nunquam, vel non nisi sero, & demum post mortem Imp. Rudolphi II. ac ne tunc quidem gnava diligentia, nec collegialiter, ad animum revocaverint. (*vide Londorpium tom. 2. actor. publ. lib. 3.*
6. *tractat. 2. pag. 639.*) Et sunt qui capitulationem in Comitiis, omnium Statuum consilio, formandum esse seriò suadeant, cum sit lex fundamentalis Reipublicæ nostræ, imò cæteras eiusdem leges fundamentales omnes ambitu suo complectatur, ac Cæsaris potestatem, vel arctè constringat, vel ampliet, formamque ipsam regiminis Imperii, adeoque omnium Statuum interesse
7. concernat. Quas rationes tanti momenti esse deprehensum nuperè fuit, in conventu Monasteriensi, & Osnabrugensi (ubi de pace reducenda consultatum) ut tandem placuerit, in proximis Comitiis de certa constantiq; Cæsarea capitulatione concipienda, communi Statuum consensu agi, & statui debere. (*vide Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicæ artic. 8. § gaudeant. vers. habeantur,*

SECTIO V.

1. 3. *Quando capitulatio præscribatur electo Regi Romanorum.*
2. *Quibus nomen Regis Romanorum attribuatur.*
4. *Ferdinando I. nulla præscripta fuit capitulatio, quando Carolo V. vivente Rex Romanorum factus.*
5. *Præscripta autem Maximiliano II. Rodolpho II. & Ferdinando III.*
6. *Tenore paulum ab Imperatoria discrepante.*

1. DIximus in descriptione capitulationis, eam electo Regi ante coronationem præscribi; quibus quæstionibus illis satisfieri potest, *cui* præscribatur, & *quando* Regis Romanorum nomen vario significatu inclaruisse, docui
2. (*lib. de jure publ. c. 15. n. 1. & seqq.*) Sive autem pro eo, qui post mortem Imperatoris eligitur, sive quæ Imperatori in vivis existenti adjungitur, accipiatur, utrobique capitulationi locus hodie datur. Primo casu, à Carolo V.
3. hucusque variatum non est; altero autem variatum deprehendo. Illo casu, semper capitulatio electo, ante coronationem, & Imperii commissionem præscripta & exhibita ipsi, si præsens; vel si absens, eiusdem legatis. Hoc factum quando Carolus V. electus, ut ex protocollo electionis (*apud Goldastum* polit.
4. Reichshändel *part. 1. tit. 49.*) discimus. Variationem in altero casu, exemplum Ferdinandi I. si cum aliis conferatur, ostendit. Licet enim ille, ann. M.D.XXXI. V. Jan. vivente Carolo V. Imp. in Regem Rom. electus, juramentum consuetum præstiterit, attamen capitulatio in forma extensa demum ei, postquam Carolus Imperio sese abdicaverat, præscripta fuit, quam observare promisit anno M.D.LVIII. Aliam ipsi, præter juramentum, capitulationem, tempore eo, quo electus, præscriptam fuisse, non novi; certè decretum electionis

(*quod*

(*quod exhibuit Goldast. part.* 2.) der Reichs-Satzungen. *p.* 230. *& seq.*) nullam eius facit mentionem: & inter conditiones, quas in creando Rege Romanorum Saxoniæ Elector, cum sociis, quando Ferdinandi electionem impugnabant, observandas esse censebant, (*apud Sleidan. lib* 8. *fol. m.* 129. *b.*) legitur, illa, quæ ad Principum, & Imperii decus, honorem atque salutem pertinent, quæque datâ fide se servaturum promisit Cæsar, ea tueatur, & si quid contra factum sit, emendet, & lege caveat, ut quicunque Romanorum Rex erit, eadem servet. Maximilianus II. Rudolphus II. ac Ferdinandus III. ipsi quo- 5.
que vivis adhuc Imperatoribus electi, statim post electionem capitulationes acceperunt, & acceptarunt; In quibus paucula sunt, quæ cum Imperatorum 6.
capitulationibus non concordant, optima tamen ratione ita posita, vel omissa (*vide capit. Maximiliani II. articul.* 15. *Rudolphi II. artic.* 31. *&* 32. *Ferdinandi III. artic.* 49.

SECTIO VI.

1. *Olim Capitulationis pauci fuerunt articuli, hodie multi.*
2. *Et plures erunt in futurum.*
3. *Quid antiquis capitulationibus cautum.*
4. *Incrementum capitulationum.*
5. *Creverunt magis quam decreverunt.*
6. *Causa incrementi.*
7. *Additiones non ægrè ferre debet electus.*
8. *Eas recipere potest, vel oblatum Imperium repudiare.*
9. *Quid denotent verba,* wir sollen und wollen.
10. *Capitulationi non inseruntur impossibilia.*
11. *Interdum tamen ea quæ juris generalis.*
12. *Cur hoc fiat?*

PRimis & illis temporibus, ubi absolutæ potestatis appetitus vel nondum 1.
adoleverat, vel nondum publica specimina copiosè dederat, Capitulatio apud nostrates, vel juramentum, quod præstare solebant Reges, paucis constabat articulis: postea verò paulatim illis alii additi, & his superadditi alii, eo numero, ut hodie quinquagesimum uno articulo superari videamus.
Nec tamen hic terminus & finis esse videtur, nisi imperantium libidinis fue- 2.
rit. Goldastus (*in præfat. tom.* 3. *Constit. Imper.*) annotavit, antiquioribus 3.
capitulationibus cautum fuisse, ut Rex vel Imperator operam daret, ne res publica aliquid detrimenti caperet; ut Principum lites, salvis cuiusque privilegiis, componeret; ut libertates popularium sartas tectas haberet; ut fœdera servaret; ut onera sine populi consensu nulla imponeret; ut bella sine eiusdem scitu non inferret; ut provincias exteras bello partas inter nationes
Theutonicas diriberet; & id genus alia. Tempus incrementi, quando u- 4.
nus vel alter articulorum prioribus additus & quâ de causâ fuerit, si ab ætate Caroli V. eiusque capitulatione incipiatur, non admodum obscurum est. Ut
plurimum verò anterioribus capitulationibus novos articulos additos depre- 5.
hendi-

hendimus, rarò autem ſemel præſcriptos poſtea omiſſos fuiſſe, niſi ſpecialis ratio id fieri juſſerit. Exemplo eſt, quod Carolo V. (*art.*30.) præſcriptum fuit, ut quamprimum ex Hiſpania ſe in Germaniam conferret. Illud enim in ſubſequentibus capitulationibus rectè omiſſum, cùm electi jam tum in
6. Germania conſiſterent. Additioni, ut uno ex latere ſalus Imperii cauſam præbet, ita ex altero, haud rarò, conatus imperantium; qui, ubi ad faſtigium evecti, quandoque ſpecioſo prætextu plus ſibi licentiæ arrogant, quam Statuum libertas, & temperatus Imperii ex monarchia & ariſtocratia ſtatus, admittere poſſunt. Cum ergo ſibi omne id permiſſum putent, quod capitulatione prohibitum non fuit, ac prohibitum quoque exceptionibus, à caſu neceſſitatis, & aliunde petitis, in licitum convertere attentent, rectè faciunt Electores, & pro officio ſuo, quando non expreſſa exprimunt, dubia reſolvunt, addenda addunt, regulam confirmant, exceptiones rejiciunt, & ubicunque ſive perſona electi, ſive tempora ipſa, novam cautionem requirant, hoc agunt,
7. ne res publica damnum patiatur. Nec verò hic habet quod ægrè ferre poſſit is, cui plura quam anteceſſori præſcribuntur capitula; cum ſalus Imperii
8. hoc argumentum, citra cuiusque injuriam ponat. Quod ſi nimium eo ſe arctari arbitretur, cum Electoribus, de liberiori adminiſtratione obtinenda, agere poterit, aut oblatum hiſce conditionibus Imperium, omninò repudiare. De pacto enim vel contractu hîc quæſtio eſt, ubi conſenſus utriusque partis
9. requiritur. Innuit hoc ipſa capitulatio variis in locis, & ubique, ubi habentur verba, Wir ſollen quæ Electores reſpiciunt, qui hoc electo impoſuerunt; &, wollen quæ conſenſum & obligationem electi denotant. Illud
10. generaliter tenendum eſt, capitulationibus noſtris impoſſibilia, vel talia, quæ extra promittentis poteſtatem ſunt, nunquam addita fuiſſe, nec juris aut rationis ductu addi debuiſſe. Ubi contrarium fit, barbaries clavum tenet, & ratio exulat, vel vinculis ſimplicitatis coarctatur. Hoc judicium de Indis illis ferendum eſt, apud quos (*teſtibus autore du Cynee d'Eſtat p.* 175. *& Lipſio Politic. lib.* 2. *c* 6. *n.* 2. *in not.*) Reges ubi coronantur ſacramento promittunt, ſe curaturos, ut Sol curſum ſuum continuare pergat, & terra producat fructus in abundantia.

11. Non autem capitulationibus ſingularia tantum, & quæ, citra èas ſi foret, licita eſſent, ſed etiam quæ juris generalis & ordinarii ſunt, miſceri vide-
12. mus, (*exemplum eſt in capitulatione Ferdinandi III.* §. 42.) eum ſolum in finem, ut electus in Regem Romanorum ſciat, ſe ordinario jure in totum ſolutum non eſſe: unde ſi Periclem, Prætorem Athenienſium, imitetur, rectè ſe omnia habebunt. Refert de eodem ex aliis Ærodius (*lib.* 2. *rer. judicat. tit.*9. *pag.* 168.) eum quotidie, domum in foro ambulantem, dixiſſe: Memento ô Pericles, de liberis hominibus, & te civibus civem, te Athenienſibus imperare, non ſervis, non peregrinis, non barbaris.

SECTIO

SECTIO VII.

1. *Capitulationis forma.*
2. *Electus voluntariè consentit in capitulationem.*
3. *Potest petere unius vel alterius articuli remissionem.*
4. *Potest repudiare oblatum Imperium.*
5. *Articuli non præscribuntur ut leges reliquæ.*
6. *Electus non admittitur ad administrationem Imperii, nisi juraverit in capitulationem.*
7. *Electio confert jus ad rem.*
8. *Quæ præcedere debeant, antequam electus consequatur jus in re.*
9. *Iuramentum olim fuit vice capitulationis.*
10. 11. 12. *Obiectiones.*
13. *Electionis partes.*
14. *Responsio ad obiectiones.*
15. *Iuramentum est perfectio electionis.*
16. *A quibus præscribatur?*
17. *Qua formula præscribatur?*
18. *A quo præstetur?*
19. *Quibus præsentibus?*
20. *Vbi?*
21. *Quo tempore?*
22. *Romanorum mos.*
23. *Qua formula præstetur?*
24. *Quibus cæremoniis?*
25. *Capitulatio redigitur in Scripturam.*
26. *Scriptura vel instrumenti partes.*
27. *Quot conficiantur instrumenta, & quibus tradantur?*

FOrma capitulationis consistit in præscriptione, quæ fit à parte Electorum, 1.
& in acceptatione & promissione jurata, electi Regis Romanorum. Est
enim pactum, seu contrahentium placitum, quod consensum mutuum requi- 2.
rit, ut verba illa, geding und pactsweiß/ vereiniget/ vertragen/ angenommen/
bewilliget und zugesaget/ quæ in exordio capitulationis leguntur, clarè indi-
cant. Itaq; deficiente, vel Electorum præscripto vel promissione electi, nulla
erit capitulatio. Est autem in arbitrio electi, an velit capitulationem acce- 3.
ptare, an cum Electoribus de mitigatione vel remissione unius vel alterius ar-
ticuli agere, (*vide infra annot. ad Capit. Maximil. II. art* 2.) aut oblatum hisce 4.
conditionibus Imperium repudiare. Non enim, regulariter, per absolutum
præceptum, aut legem, articuli isti Electo præscribuntur, ut velit nolit, eos re- 5.
cipere cogatur, ac observantiam jurato promittere; sed ita, ut si velit admini-
strationem Imperii consequi, debeat ante omnia promittere, se capitulationi
satisfacturum. Haud prius enim administratio Imperii eidem confertur, 6.
quam in conditiones præscriptas, nec ad instantiam ejus ab Electoribus re-
missas, consenserit & juraverit. Electio ipsi quidem viam sternit ad Impe- 7.
rium, sed non statim ab ipso electionis momento, eidem confert administra-
tionem Imperii: jus ad rem habet electus, sed nondum jus in re. Hoc ante- 8.
quam adipiscatur, præcedit à parte Electorum, electionis proclamatio & insi-
nuatio, capitulationisque præscriptio: à parte autem electi, electionis acce-
ptatio, & jurata promissio, se præscriptis conditionibus satisfacturũ. Quæ ubi
peracta, demũ incipit electus habere jus in re, & virtute S. Imperii negotia ad-

9. ministrare (ut verbis utar A. B. *cap.* 2. §. 5.) Atque hi hodierni mores sunt: olim autem, vice capitulationis, juramentum articulatum fuit; quod ubi
10. præstitum, electus cœpit administrare Imperium, non ante. Licet enim Electores huius juramenti nullam faciant mentionem, in literis ad Pontificem Benedictum (*anno* 1338. *apud Goldast. Const. Imp. tom.* 1. *p.* 101.) sed simpliciter asserant, eum, qui vacante Imperio Rom. eligitur concorditer, vel à majore parte Principum Electorum, pro Rege Rom. ab omnibus haberi debere, & quod nec nominatione, approbatione, confirmatione, consensu, vel autoritate sedis Apostolicæ, super administratione bonorum & jurium Imperii indigeat, sive titulo Regis assumendo; quodque jura, & bona Imperii administrare, & gubernare possit, & de jure, & consuetudine, nulla sedis Apo-
11. stolicæ super hoc licentia habita, vel obtenta: licetque Carolus IV. in Aurea Bulla (*d. c.* 2. §. 5.) expresse statuat, electum Regem Romanorum, peracta statim electione, negotia virtute sacri Imperii administrare: ipsis deni-
12. que in capitulationum exordiis legamus, electione ad nomen, dignitatem & potestatem Regis Romanorum electum pervenisse, & sic omnia electioni adscribantur; nihilo minus tamen non nuda personæ electio, seu declaratio
13. aut intimatio, totum actum electionis constituit, sed ejus tamen pars est, cujus altera, electionis clausulæ, & conditionum vel juramenti præscriptio. Hæc enim electio non simplex, sed conditionata est, nempe, ut Titius electus esse dicatur, ad administrandum Imperium accessurus, ubi in conditiones sibi
14. præscriptas consenserit, easque se servaturum promiserit. His itaque electionis partibus junctim consideratis, verissimum est, Titium electione ad
15. Imperium pervenisse. Juramentum, quod præstat electus in sibi præscripta capita, præfectionem electionis concernit. De eo autem notandum est, (1.)
16. Illud electo præscribi ab Electoribus, vel eorum nunciis. (2.) Eius hanc
17. esse formulam, vel similem: electum promissurum, daß er denen Artickeln stät/ und getrewlich nachkommen/ und solche halten wolle / auch sonsten alles das thun/ was Ihm als Römischen König (oder erwöhlten Römischen Käyser) gebühret / als ihme GOtt helffe und die Heiligen. (*Goldast. part.* 2. der
18. Reichs satzungen *pag.* 186.) (3.) Illud, juxta usum in Imperio receptum, præstandum esse, ab electo ipso, non per procuratorem, aut legatum. Mandatarium quidem capitulationem nomine electi acceptare, ac ratihabere posse, ubi electus absens est, exemplo mandatariorum Caroli V. docemur, verum electum postea præsentem hæc omnia approbare, & juramento semetipsum ad observationem capitulorum obligare debere, eiusdem Caroli exemplo
19. firmatur. (*vide Goldast. d. pag.* 186. *&* 187.) (4.) Præstari Electoribus, vel eorum
20. nunciis præsentibus. (5.) Præstari non publice, sed in conclavi, quod ut plurimum est in loco aliquo sacro, ut in sacrario Ecclesiæ S. Bartholomæi Francofurti, ubi Imperatoris electio peragi solita; vel in Sacristica Aquisgranensis Eccle-

ſis Eccleſiæ (ubi juravit Carolus V. *Goldaſt. d. pag.* 186.) vel Ratisponenſis &c.
(6.) Præſtari antequam adminiſtret Imperii negotia, ut ſupra diximus. Nec 21.
enim apud nos Romanorum mos invaluit, quo, cui magiſtratus delatus, eum 22.
ſtatim ſubibat, jurabat autem poſtea in leges intra quinque dies proximos;
quod niſi faceret, amplius ei magiſtratum gerere non licebat. Hoc eſt quod
innuit T. Livius (*hiſtor. lib.* 31. *circa finem.*) (7.) Præſtari ſecundum formu- 23.
lam ab Electoribus præſcriptam, & ſic eſſe conceptum juramentum. (8.) Præ-
ſtari, non verbaliter tantum, aut in literis, ſed corporaliter, (quo loquendi 24
more utitur Imperator (*in l. ſi alterius.* 3. *C. ſi minor ſe maior. dixerit. & l.* 1. *C.*
ſi adverſus venditionem. Balſamo reddit σωματικὸν ὅρκον) hoc eſt, vel elevatis
digitis prioribus manus dextræ, vel impoſitis Evangeliorum codici, ut moris
fuit. Licet enim omnia DEO plena ſint (*ait Symmachus lib.* 10. *epiſtol.* 61.)
plurimum tamen valet ad metum delinquendi, etiam præſentia religionis ur-
geri. Poſt hoc juramentum præſtitum, capitula, in quæ juravit electus, red- 25.
iguntur in ſcripturam, cujus variæ ſunt partes. *Exordium* continet narratio- 26.
nem electionis factæ, & acceptatæ, nec non confeſſionem electi, quod capitu-
la ab Electoribus propoſita, libera voluntate pacto inito acceptaverit, & Ele-
ctoribus ea ſe obſervaturum promiſerit. *Altera pars* continet ipſa capitula,
de quibus conventum. *Tertia*, eſt confeſſio electi, quod ſe capitula iſta ſer-
vaturum Electoribus promiſerit, iterumque his literis promittat, quod jura-
mento corporaliter præſtito antea ſpopondit. *Quarta*, eſt ſubſcriptio Electi.
Quinta, eſt ſigilli appoſitio. Harum literarum hucusque regulariter ſex au-
tographa, (imposterum ſeptem erunt, propter novum Electorem, qui nume- 27.
ro octavus) uniformia in omnibus, confecta, & ſingulis Electoribus (excepto
Bohemo, cui ut ſupra (*ſect.* 4. *n.* 3.) monui, cum capitulatione nihil negotii
eſt) unum traditum fuit.

SECTIO VIII.

1. *Capitulationis cauſa finalis.*
2. *Silhonii diſcurſus.*
3. *Capitulatio abſolutæ poteſtati eſt contraria.*
4. *Lindenſpurii opinio refertur & rejicitur.*
5. *Formula*, von Römischer Käiserlicher Macht und Vollkommenheit / *frequenter legitur in Receſſibus Imperii.*
6. *Quid notet?*
7. *An lex Regia Romanorum per capitulationem ſit ſublata, an limitata tantum?*
8. *Sinoldi opinio.*
9. *Opinio Autoris.*
10. *Ut Romani ſuas, ita Germani quoque proprias habuerunt leges.*
11. *Lex Regia Romanorum à Germanis nunquam recepta.*
12. *Ius Iuſtinianeum an à Lothario introductum, ubi, & quando?*
13. *Germanofranci quatenus ius Romanum admiſerunt?*
14. 15. 16. *Examinatur opinio Sinoldi, & refutatur.*
17. *An ex iure Romano liceat iudicare de poteſtate noſtrorum Imperatorum.*

18. *Nostri Imperatores, quo sensu dicantur successores Iustiniani.*
19. *Leges Romanæ ab Imperatore allegari possunt contra Romanos, non contra Germanos, nisi ab iisdem receptæ.*
20. *Leges Romanæ, ut & Pontificum canones, docentur in Academiis Germaniæ, licet in Germania non receptæ.*
21. *Idem quoq; fit in Gallia.*
22. *Capitulatio non imminuit maiestatem, remissivè.*
23. *Assensus Hugonis Grotii.*
24. *Et Caroli Loyseau.*
25. 26. 27. *Maiestas personalis non est uniformis in omnibus Rebuspublicis.*
28. *Maiestas opus hominum, non naturæ.*
29. *An strictè sit observanda capitulatio, etiam in casu necessitatis?*
30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. *Rationes pro negativa.*
40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. *Rationes pro affirmativa.*
48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. *Responsio ad rationes pro negativa adductas.*
57. *Ex capitulatione licet cognoscere qualis sit Imperii status & forma regiminis.*

1. Finis, ob quem capitulatio introducta, & in usu, est, ut illa limitetur potestas
2. imperantis, & sit ei regula atque norma actionum. (*D'autant que les abus & les excés des grandes puissances ne sont pas moins dangereux, que les desbordemens des grandes rivieres, & qu'elles ressemblent au char de Soleil des poëtes, qui ne peut sortir de son schemin naturel, ny quitter la ligne Ecliptique sans brusler une partie du monde, on a bridé celle des Empereurs, & on luy a eslevé des bords, pour le dire ainsi, afin qu'elle ne sorte point de son lict, & ne passe pas ses limites, on luy à marqué les routes qu'elle devoit suivre, & le cours qu elle devoit prendre, par les pragmatiques sanctions, & par les resolutions des dietes, des Princes & Estats de l'Empire. Ce sont ces loix, & ces resolutions, qui moderent cette puissance, & qui font la symmetrie du temperament, & l'harmonie des humeurs de tout le corps, dont les Empereurs ne son que les testes. C'est ce que vouloit dire l'Electeur Maurice de Saxe, lors qu'il disoit. que l'Allemagne faisoit autant de pas vers sa ruine, que l'Empereur aioustoit de nouveaux degres à sa puissance; & afin qu'elle fust tousiours fleurissante, & libre, il estoit necessaire de conserver tousiours leur authorité aux Princes, & leur force aux constitutions de l'Empire, qui estoient le contrepoids qui la balancoient. Silhon en la 2. partie du Ministre d'Estat livre 3. discours 3. pag. 458. & seq.*) Quoniam abusus & excessus magnarum potestatum, non minus periculosi sunt, quam exundationes magnorum fluminum, & se habent instar currus Solis Poëtarum, qui ubi à naturali via sua & linea ecclíptica recedit, mundi partem flamma devastat; ideò Imperatoris potestati frænum injectum fuit, vel, ut ita loquar, aggeres additi, ne excurrat, & limites transcendat, alveus designatus, quo currat, per sanctiones pragmaticas, & ordinationes factas in Comitiis Imperii Statuum. Hæ sunt illæ leges, & statuta, quæ moderantur hanc potestatem, & symmetriam temperamenti constituunt, ac harmoniam humorum totius corporis, cuius Imperator non nisi caput est. Voluit hoc innuere Elector Saxoniæ Mauritius, quando Germaniam tot passus ad ruinam suam facere dicebat, quot novos gradus Imperator suæ potestati adderet; quo verò Germania semper in flore & libertate

tate persistere possit, necessarium esse, ut jugiter autoritas principum sarta tecta, & legum Imperii vigor conservetur, hoc enim esse sacoma ad æquilibrium.

Ex ipsa capitulatione apparet, potestatem Imperatoris absolutam non 3.
esse, ohne Maßgebung/ und die Capitulation können nicht beysammen stehen/ dann worzu die Käiserliche Majestät durch die Capitulation verbunden/ das ist derselben ohne Maßgebung nicht heimgestellt: Ita in conventu Ratisponensi anno M. DC. XXIII. Imperatori responsum. (*vide Londorp. tom. 1. act. public. lib. 6. cap. 154. pag. 1077. n. 6.*) ut ferri & theamedis nullum est consortium, ita capitulationis & potestatis absolutæ nullum connubium; nisi fortassis excipiamus illa, quæ capitulatio non prohibet, sed permittit, quæ tamen & ipsa non sine limitatione sunt. Unde, non sine magna admiratione legi 4.
Lindenspur, (*in dissertatione de success. ac mutat. Imperior. cap. 30. n. p. 99.*) animose asserentem, capitulatione potestati Imperatoris terminos non poni, sed id tantum agi, ne Imperii vires per alienationes, oppignorationes, & similia, flaccescant. Utrumque in capitulatione fieri, illis notum est, qui sanis oculis eam percurrunt. Quod si verò quis nobis objiciat, Imperatorem multa ex plenitudine potestatis agere solitum, phrasinque von Römischer Käiserlicher 5.
(vel Königlicher) Macht und Vollkommenheit/ in ipsis Imperii Recessibus, & actis reperiri approbatam, (*vide* den Königlichen Landfrieden zu Wormbs *anno* 1495. auffgericht. *tit.* Auffhebung aller Freyheiten/ *pag.* 25. Handhabung des Friedens/ Rechtens/ und der Ordnung/ zu Wormbs/ *anno* 1495. auffgericht/ *tit.* von Sachen/ so sich vor diesem Landfrieden begeben haben/ *pag.* 27. *Reformation* die Freyschöffen/ und das heimliche Gericht zu Westphalen betreffend/ zu Wormbs *anno* 1494. auffgericht. §. Demnach haben wir/ *pag.* 33. Cammergerichts Ordnung zu Augspurg *anno* 1500. auffgericht/ *tit.* Die *succession* der Diechter oder Enckeln/ *pag.* 50. R. A. zu Augspurg *anno* 1500. *tit.* daß die Diensleuth/ *pag.* 64. R. A. zu Trier und Cölln/ *anno* 1512. §. und nach dem sich/ *pag.* 93. Käiserlicher Landfried auff dem Reichstag zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht/ *tit.* Auffhebung aller Fehden *pag.* 125. *tit.* Auffhebung aller Freyheiten/ *pag.* 130. (auß Vollkommenheit der Käiserlichen Macht. Kaiserliches *Edict* von dem Regiment zu Nürnberg *anno* 1521. von *succession* Brüder und Schwester Kinder *in fin pag.* 137.) R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. nach dem auch §. und meinen/ *pag.* 200. §. und dieweil wir nun/ *pag.* 201. R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. § und was betrifft/ *pag.* 254. R. A. zu Speyer *anno* 1544. §. als wir aber in der Handlung/ *pag.* 304. R. A. zu Augspurg *anno* 1548 §. als auch in des H. Reichs/ *pag.* 331. Kaiserlicher Majestät und des H. Reichs Landfried/ auff dem Reichstag zu Augspurg *declarirt &c. anno* 1548. *tit.* Auffhebung aller Fehd/ *pag.* 355. *tit.* Auffhebung aller Freyheit/ *pag.* 362. R. A. zu Augspurg *anno* 1551. §. und nach dem etwan/ *p.* 387. R. A. zu Augspurg *A.* 1559. §. und nach dem/ *p.* 523. *& alios subsequentes Imperij Recessus*) eum ad Ferdinandum Vasquium remit-

6. remittimus, qui (*illustr. controvers. lib.* 1. *cap.* 26.*n.* 2.) scribit; si quando Princeps adjecerit clausulam, *de plenitudine potestatis*, vel *de potestate absoluta*, perinde erit, ac si diceret, de potestate sua; id quod in eo utile duntaxat, ut eius magis ac magis declaretur voluntas, & animi deliberatio, non ut ejus augeatur potentia: sicque illa clausula, *de plenitudine potestatis*, ubi adjecta fuerit, id efficiet, ut quatenus potentia sese porrigebat, eatenus, nihilo omninò demto, porrigatur effectus illius actus, vel actionis, sed ultra non porrigetur. Sicque est perinde, ac si diceret Princeps, se id facere ex certa scientia. Nam & clausula, *ex certa scientia*, inducit plenitudinem potestatis.

7. Cæterum ad hanc sectionem nostram, in qua de fine & effectu capitulationis agimus, inter alias quæstiones etiam illa pertinet; *an per capitulationem*
8. *lex Regia Romanorum abrogata fuerit, an limitata tantùm?* In collegio publico de statu Rei Romanæ Justi Sinoldi (*disput.* 4. *thes.* 1. *lit.* C. *& disp.* 1. *th.* 9. *lit.* F.) legimus, legem Regiam Romanorum minimè per capitulationem, vel legem Regiam Germanorum, abrogatam, sed limitatam tantum; quatenus igitur correcta expresse non inveniatur, eatenus adhuc vigere, ac hinc Imperatorem adhuc hodie legibus solutum: & nimis crassè à Besoldo (*de Iurisd. Imper. Rom. cap.* 10.) in dubium vocari, an ex jure scripto Romano de Imperatorum modernorum potestate sit ratiocinandum. Modernum, esse successorem Augusti, vel Cæsaris, à quibus nomen habet, vel Justiniani successorem: & ita in eiusdem locum, & jus successisse. Imperatorem, leges & jura Romanorum, quatenus correcta non sunt, confirmare, & ad illa juramento se obligare. Hinc in scholis doceri & tractari legem Regiam, & alias juris publici
9. leges. Si quod mihi videtur, exprimere hic liceat, ego ante omnia quæram, *an Lex Regia Romanorum à Germanis unquam recepta fuerit?* constat enim, leges Romanorum nos Germanos non obligare, nisi quatenus à nobis receptæ, & moribus nostris approbatæ, (*Rittershus. ad Novellas Imp. Iustiniani in procem. c.* 7. *num.* 5.) non magis quam Romanos olim leges à Græcis civitatibus latæ obligabant, nisi postquam ab iisdem petitæ, receptæ, & approbatæ fuerant,
10. (*l.* 2. §. 4. *ff. de O. I.*) Habuerunt Romani leges suas peculiares; habuerunt Germani suas proprias, quibus in libertate usi fuerunt, à Romanis in nonnullis diversissimas. (*Lebeman.* in Speirischer Chronic. *lib.* 2. *cap.* 39. *pag.*
11. 148. *& seq. lib.* 5. *cap.* 4. *pag.* 380.) Si quis autem legem Regiam Romanorum à Germanis receptam dixerit, velim mihi tempus exponat, quando id factum, & cur? velim indicet, an tota, an ex parte recepta fuerit? Tempus
12. quod attinet, communis ferè est opinio, à Lothario tertio hujus nominis Imperatore, circa annum M. C. XXXII. vel secundum alios M. C. XXXV. Jus Justinianeum in usum revocatum. Quod, si de Italia, fortassis ex parte admitti possit; de Germania tamen constat, illud nec tunc quidem ibi receptum fuisse, sed longe post pedetentim, & ex parte tantùm: (Autor der

grund-

gründlichen Außführung der Reichsstatt Lindau / die unversehens abgelößte rc.
Reichs Pfandschafft betreffend / *pag.* 825. *Lebeman.* Speirischer Chronic. *lib.* 5.
c. 47. *p.* 488. *& ex professo Conring. de origine Iuris Germanici c.* 24. *pag. mihi* 104.
ac seqq. vide infra ad art. 2. *vers.* andere deß H. Reichs Ordnung / *capitul. Carolina.*) Aut, si antiquiora admittimus, dicendum erit cum Goldasto, (*in
præfat. tom.* 1. der Reichssatzungen /) tunc quidem à liberis Germanofrancis 13.
Jus Romanum receptum & admissum, sed eâ conditione, ut verba Autoris
sonant, daß sie zwar für sich wolten allein bey ihrem Landrechten seyn und blei-
ben / die Constantinische Gesätz aber / den provincialischen Römern gestatten.
Ex Sinoldi mente, quando (*in dicto collegio disput.* 4. *thes.* 1. *lit. F. pag.* 166.) tra-
dit, per capitulationem nostram, legem Regiam Romanorum in quibusdam
esse mutatam, stirpe Carolina, in Ludovico Arnulphi filio, extincta, cum Im-
perium rursus electitium factum; colligere licet, legem Regiam Romano-
rum, Caroli Magni stirpe nondum extincta, ubi Imperium adhuc heredita-
rium fuit, apud Francogermanos in usu fuisse. Verum hic iterum probatio
deficit; nec sequitur, tempore, quo Imperium in Carolina stirpe hereditari-
um, liberior potestas imperantium fuit, quam postquam electitium factum:
Ergò liberior ista potestas ex lege Regia Romanorum fuit. Et quæso,
quæ causa sufficiens allegari poterit, ut Caroli, & suorum potestatem po- 15.
tius legi Regiæ Romanorum attribuamus, quam legibus Regni Franco-
germanici? Accessit tunc Imperium Romanorum Regno Germanico, non
hoc illi, & ubi mixtio utriusque facta, libertati & juribus Regni victri-
cis nihil decessit, nec leges Imperii legibus Regni prælatæ fuerunt. Absur-
dum autem non est, potestatem Principis huius populi, similem esse Principis
alterius populi, nec tamen eam ex istius populi lege, sed propria huius originẽ 16.
trahere. Ut hodie capitulatio se habet, in quam plurimis differt à lege Regia
Rom. quæ ad nostram cognitionem pervenit, (*vide me de Iure publ.* 1. *c.* 12. *n.*
120.) In quibus verò contraria non esse, haud sequitur, potestatem Imperatoris
Romanogermanici ex lege Roman. Regia originem duxisse. Hodie, post- 17.
quam Romanorum leges in Imperio pro receptis agnoscimus, nemini vitio
verti poterit, si ex iisdem de Imperatorum nostrorum potestate ita ratiocine-
tur, ut vel convenientiam earum cum usu nostro, vel discrepantiam exponat:
hoc est, ostendat, quæ ex iisdem legibus usu receptæ, & huc usque observa-
tæ, quæ, vel nunquam admissæ, vel postquam admissæ, contrario usu, vel lege,
abrogatæ fuerint. Sunt equidem Imperatores moderni, Augusti, Cæsaris & Iu- 18.
stiniani successores in Imperio Rom. at non in Imperio Romanogermanico, in
dem Römischen Reich Teutscher Nation: in hoc enim sunt successores non
aliorum quam Caroli M. & subsequentium quo in sensu accipi debet, quod
legitur in der Reformation Käiser Friderichen / deß Dritten zu Franckfurt auff-
gericht *anno* 1442. *tit.* von dem heimlichen Gericht / (*inter Recessus Imperii p.* 17.

R. A. zu Augſpurg *de anno* 1530. §. dieweil auch die Bildnuß / *pag.* 197.) Hinc
19. contra Romanos, leges Romanas, pro poteſtate ſua, tanquam iſtius Imperii
propriaſ, rectè & validè, niſi abrogatæ ſint, allegare poſſunt Imperatores:
contra Germanos verò, non alio ex capite, quam quatenus illæ leges ab iis-
dem Germanis receptæ, & uſu approbatæ. Doceri & tractari legem Regi-
am in ſcholis, æque ut alias juris publici leges, in confeſſo eſt; at quæ leges
in ſcholis docentur & tractantur; ut protinus inde civitate, vel regno ubi do-
20. centur, donatæ, vel adhuc in uſu ſunt. Jus Juſtinianeum in noſtris Academiis,
ut & Jus Canonicum, docentur; de utroque autem perquam notorium eſt,
totum nec receptum in Imperio, nec uſu adprobatum, (*vide Rittershuſium de
Differentiis Iuris Civilis & Canonici in procœmio pag.* 18. *& ſeqq.*) Jus Juſtinianeum
21. in Academiis Galliæ docetur, nec tamen ex aſſe in Regno obſervatur; & in
ſpecie, populum in Principem omne ſuum imperium tranſtuliſſe, ibi, ut fal-
ſum, exploditur. (*Bodinus de Republ. lib.* 6. *cap.* 5. *pag.* 1137.)
22. Succedit quæſtio illa, *an capitulatio lædat, vel minuat maieſtatem?* Nega-
tivam ſecutus ſum, (*de Iure publico lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 37. *& ſeq.*) quam poſtea etiam
23. deprehendi placuiſſe Hugoni Grotio (*de jure belli & pacis lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 16.
pag. 81.) quando ait; non deſinit ſummum eſſe imperium, etiamſi is qui impe-
raturus eſt, promittat aliqua ſubditis, aut Deo, etiam talia, quæ ad imperii ra-
tionem pertineant. Et verum eſſe, quod dico, ex ſimilitudine patrisfamilias
apparet; qui, ſi quid familiæ ſuæ facturum ſe promiſerit, quod ad familiæ gu-
bernationem pertineat, non eo deſinit in ſua familia jus ſummum, quantum
fert familia, habere. Nec maritus maritali poteſtate privatur, eo quod ali-
quid uxori promiſerit. Fatendum tamen, ubi id fit, arctius quodammodo
reddi imperium, ſive obligatio duntaxat cadat in exercitium actus, ſive etiam
directè in ipſam facultatem. Non abſimilia docet Loyſeau, (*de Seigneuries*
24 *chap.* 2. *num.* 9. *p. m.* 20. *Il y a trois ſortes de loix qui bornent la puiſſance du ſouve-
rain, ſans intereſſer la ſouveraineté.*) tria ſunt genera legum, quæ limitant pote-
ſtatem eius, qui ſuperiorem non recognoſcit, ſalva & integra manente ſupe-
rioritate: nempe (1.) leges Divinæ: nec enim Princeps, qui Deo obedientiam
præſtat, ſuperioritate cadit. (2.) leges juſtitiæ naturalis, non poſitivæ. Eſt enim
proprium publicæ poteſtatis, eam exerceri ſecundum juſtitiam, & non ad be-
neplacitum. (3.) leges fundamentales Status; quandoquidem Princeps ſupe-
rioritati uti debet, ſecundum naturam, & in ea forma, ac iisdem conditioni-
25. bus, quibus inſtituta fuit. Ego in ea adhuc perſiſto ſententia, majeſtatem
perſonalem, in Imperio libero, talem eſſe, qualem Reſpublica confert ei, quem
ad imperium promovet, atque eam nihilominus in eadem Republica, certo
reſpectu, ſummam eſſe, licet in alia Republica ſumma majeſtas majori liber-
tate fruatur. Ponamus diverſorum montium juga: ipſa natura utrobique
26. ſummitatem conſtituit, licet montium altitudo diverſa ſit. Non iniqua,
puto,

puto, erit collatio libertatis & maiestatis. In homine privato, libertas est naturalis facultas eius, quod cuique facere libet, nisi si quid vi prohibetur: (*l. libertas* 4. *pr. ff. de stat. hom.*) Maiestas personalis, maior ille est status, quo, qui in eum à Republica translatus, facultatem nactus est facere quod libet, nisi quod vi aut jure prohibetur. Vt vero libertas hominis immensa non est, licet 27
à natura sit; ita multo minus majestas immensa erit, quæ à lege civili est, & hominum beneplacito. Nec enim cives plus possunt in Principem suum conferre, quam in illos contulit natura. Liberi sunt cives, etiamsi legibus civitatis adstricti: maiestate præditus est Imperator, licet legibus fundamentalibus obligatus. Maiestas, non naturæ opus, sed hominum est; nec vero tale 28.
quod omnium consensu uniformiter semel constitutum, ut eius perpetua, & ubique una sit facies; sed eiusmodi, quod ab arbitrio cuiusque Reipub. liberæ dependet, & maior, tam dignitatis quam potestatis, status est quoniam cæterorum in illa Repub. status minor est.

In disceptationem quoque venit, *an adeo stricte observanda sit capitulatio, ut ne casu quidem necessitatis, vel ob periculum ex mora proveniens, ab ea recedere Imperatori liceat?* Pro *licentia* adduci potest (1.) Interdum locum, 29 30.
tempusve non pati plenius deliberandi consilium, (*l.* 1. *in pr. ff. de exercit. act.*) hinc à regulis iuris communis recedi posse, quoties periculum in mora est, (*l. de pupillo* 5. §. 12. *& seqq. ff de oper. nov. nunciat. l.* 1. *ff. de damno infecto l.* 3. *C. de feriis. l. aliquando* 5. *ff. de offic. proconf. Gail. lib.* 1. *observat.* 102. *n.* 6.) (2.) De- 31.
cantatissimum iuris apophtegma; necessitatem non habere legem, (*Gail. de P. P. lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 1. *& seqq.*) (3.) Notum, publicæ utilitatis gratia multa per- 32.
mitti, quæ aliàs sunt interdicta & prohibita (*l. ita vulneratus* 51. *versic. multa, ff. ad L. Aquil Gail. lib.* 2. *observat.* 56. *n.* 4. *& seq.*) cum itaque capitulationis finis sit bonum publicum, absurdum esset, eam restrictione in contrarium detorquere (*arg. l. quod favore* 6. *d. L L.*) (4.) Magistratuum juramenta non 33.
sunt præcisa, sed secundum æquitatem temperanda (*Bl. ad l.* 3. *C. ex quib. caus. infam. irrog. Sichardus ad eandem. n.* 12.) (5.) Iuramentum intelligitur, rebus in 34.
eodem statu permanentibus (*l. ult. ff. qui satisd cog. Gail.* 2. *observat.* 23. *n* 9. *Tiraquell. ad l. si unquam* 8. *C. de revoc. donat. in pr. n.* 161.) ideoque ex causa de novo superveniente, ab eodem, citra crimen periurii recedere licet, (*cap. quemadmodum* 25. *extr. de jurejur. Ferdinand. Vasquius. de succes. lib.* 2. §. 18. *n.* 80.) Et in terminis, Imperatorem à capitulatione recedere posse, si nova causa superveniat, docet Quetta (*consil.* 14. *n.* 25. *&* 26.) (6.) Iuramentum non ex- 35.
tenditur ad non cogitata, fortuita, vel inopinata (*Iason. in l. si convenerit* 18. *n.* 16. *ff. de jurisdict. Tiraquellus in præfat. d. l. si unquam* 8 *n.* 170 *C. de revocand. donat.*) (7.) Pactum obscurum, vel ambiguum interpretari debemus contra eum, 36.
cujus in potestate fuit legem apertius conscribere (*l. veteribus* 39. *ff. de pact. l. Labeo* 21. *ff. de contrah. emt.*) Si ergo in hoc passu capitulatio obscura est,

Electoribus obiici poterit, quod causam necessitatis, & ubi periculum in mora est, disertis non expresserint verbis; Imperatori autem iisdem in casibus
37. lex posita non erit. (8.) Hanc opinionem Imperator Ferdinandus II. in
comitiis Electoralibus, anno M. DC. XXX. Ratisponæ habitis, summo studio contra Electores tutari sustinuit, ac postea in eadem continuavit, ut mandatum ejusdem de dato Viennæ XIV. Maii anno M. CC. XXXI. ad Status
38. Evangelicos, qui Lipsiæ paulo ante congregati fuerant, testatur. (9.)
Nec novum in Imperio vel inauditum, Imperatorem hujus opinionis patronum esse, discimus aus den Handlungen zwischen dem Kaiser Maximiliano, vnd den Fürsten vnd Ständen des H. Römischen Reichs/ auff dem Reichstag zu Wormbs *anno* 1505. (*apud Goldast.* in Reichshandlungen *p.* 86.) ubi Maximilianus Statibus Imperii ita respondet: Wir haben ein Vertrag/ Einigung vnd Verständnüß/ mit Päpstlicher Heiligkeit/ auch vnsern lieben Brüdern den Königen zu Franckreich vnd Arragon, gehandelt vnd auffgericht/ vnserm Gewissen vnd Pflichten gemäß/ dem H. Reich Teutscher Nation/ vnd gemeiner Christenheit zu Nutz/ Ehren/ Lob vnd Wolfahrt/ daß wir männiglich zu erkennen geben. Aber Gelegenheit der Sache hat keinen Verzug/ oder Auffschub erleiden mögen. Solten wir nun der Stände Rahts vnd Willens gepflogen/ so müsten wir zuvor einen Reichstag beschrieben/ ihren Raht ersuchet/ vnd dann erst zu der Handlung der Vereinigung gegriffen haben/ daß noch auff den heutigen Tag nicht beschehen seyn möchte/ dardurch der löbliche/ nutzliche Vertrag/ vnd Einigung gehindert vnd zu ruck gestellet/ vnd die gegenwärtige vnser ehrliche/ auffnemliche vnd sieghaffte Fürnemmen nicht beschehen wären; deßhalben meynen wir/ es seye nicht Noht gewest/ hätten auch vnsern Pflichten nicht genug gethan/ die Sachen auff sie
39. in solche Harre vnd Versäumnuß zu stellen. (10.) Regibus licere leges
Regnorum suorum transcendere, modo id raro fiat, Iacobum Angliæ Regem statuisse, testis est Franciscus, Baro de Verulamio, (*de dignitate & augmentis scientiarum l. 7. c. 2. pag. 395.*) refert enim, Regem, in lite gravissima terminanda, aliquando dixisse, Reges iuxta leges Regnorum suorum gubernacula tractare, quemadmodum & Deus iuxta leges naturæ, & æque raro prærogativam illam suam, quæ leges transcendit, ab illis usurpandam, ac à Deo videmus usurpari potastatem miracul patrandi. *Pro stricta observantia*, militat
40. (1.) Tantum iuris habet Imperator, quantum illi à corpori consociatis, seu
membris Regni, est expresse concessum: & quod non datum ipsi est, id penes populum, seu uiversalem consociationem, remansisse dicendum est (*Vasquius*
41. *l. 1. controv. c. 47. n. 13. Althus. Pol. c. 19. n. 7. & n. 47.*) (2.) Quoties in aliqua conven-
tione vel promissione, intercedit juramnetum, tunc verba conventionis capi-
42. untur stricte, & proprie (*c. in nostro 8. X. de iniur. Quetta cons. 14. n. 17.*) (3.) Pa-
cta sunt stricti juris, & strictam recipiunt interpretationem, ac in illis nihil,
nisi

nisi quod diserte verbis comprehensum, aut expressum est, actum intelligitur. (*Dd. in l. quicquid 99. ff. de V. O. Wesemb. in π. ff. ad tit. de pactis. n. 10.*) Die capitulationes seind stricti juris: ita Elector Saxoniæ ad Moguntinum, literis datis XXIII. Febr. anno M.DC.XXIII. (*vide quæ exhibui in jure publico lib. 3. cap. 9 n. 15.*) imo strictissimi juris, ut legati Electoris Brandeburgici sentiunt (*vide protocollum conventus Ratisponensis d. A. 1623. die 18. Febr.*) (4.) Qui putant in Imperatorem, & Imperium, tunc, quando ab hoc illi administratio Imperii certis conditionibus confertur, contractum mandati celebrari, (*Althus. d. c. 19. n. 6. & 7.*) urgent, mandati fines diligenter observandos esse, (*l. diligenter 5. in pr ff. mandati*) ut quoties certum mandatum sit, recedi à forma (*l. si quis 46. d. t.*) vel conditione (*l. sed si 11. §. conditio 5. ff. de instit. act.*) non debeat; præsertim in negotiis, quæ statum publicum concernunt, in quibus nec bona intentio, nec bonus affectus, nec opera supererogationis in pretio habentur, si contra vel præter mandatum sint, (*arg. l. desertorem 3. §. in bello 15. ff. de re militari*) (5.) Faciunt huc maxime quæ diversis scriptis, in conventu Electoralis Collegii Ratisponæ A. M. DC. XXX. ab Electoribus & eorum legatis Imperatori insinuata fuerunt. In responsione de dato XII. Augusti, tunc Imperatori oblata legitur; Ihre Kais. Mai. wann sie die Soldatesca auff des Reichs Verfassungen / (darvon ohne das niemand exemt, noch durch einige Noht / die seye auch so groß vnd geschwind / als sie immer wolle / dergestalt wie mann es eine Zeit hero darvor gehalten / vnd practicirt / sich eximiren kan noch soll) stricte weisen / vnd anhalten / vermögen wol den Beschwerden abzuhelffen. Et in eadem postea; Wenig lassen sich die vorgangene Versetz vnd Vergebung der Reichs namhafften Lehen / mit einiger necessitet, oder andern Vrsachen behaupten / sondern bleibt bey einem so wol / als andern / klarer vnbedingter disposition Königlicher capitulation, vnd des H. Reichs Recht / so lang ein anders beym Churfürstl. hochlöbl. Collegio nicht außbracht / vnd erlangt wird / in seinem Stand vnd disposition allerding bevor / vnd unbegeben. (6.) His addi debet ex literis Statuum Evangelicorum, Lipsiæ congregatorum, anno M.DC. XXXI. die XVIII. Martii, ad Imperatorem datis, paragraphus ille; vnd ob wol solches alles theils mit dem prætendirten casu necessitatis entschuldigt werden will / so ist doch Kais. Mai. allergnädigst wissend / auch jüngsten zu Regenspurg vor den samtlichen Churfürsten ansehnlicher außgeführten / vnd von Chur Bayern Ld. auch Churfürstlichen Durchleucht gar löblich in dero sonderbaren voto gesetzt worden / daß die Reichs. constitutiones, durch keine Noht vnd Gefahr / sie seye auch immer so groß als sie wolle / nicht zuruck gestellet / vnd überschritten werden sollen; sie seyen plane immotæ, vnd eine Richtschnur / darnach Chur-Fursten vnd Stände des Reichs regieret werden sollen. (7.) Huic geminum est, quod Electoris Saxoniæ legati, Viennæ replicantes anno M.DC.XXX. die IX. XIX. Maii, Imperatori exposuerunt, hocce contextu: die Reichs-Constitutiones,

43. 44. 45. 46.

Craiß Verfassunzen execution vnd andere heilsame Ordnungen/ und fundamental Gesätze/ perpetuæ, immotæ, vnd ewigwehrende leges, vnd vincula, darauff incolumitas & tranquillitas Imperii beruhet / vnd die zu keiner Zeit/ oder occasion, überschritten / oder ichtwas darwieder gehandelt vnd vorgenommen werden soll / weil sonsten vnd in gegenfall / da solche vnbewegliche fundamental Gesetze convellirt / vnd auff voranerzehlter massen / exemplo Imperio hactenus plane inaudito, gebahret werden solte/ in der gantzen Welt keine repagula, darinnen man sich bey Ruhe vnd Sicherung conserviren könte/
47 zu finden seyn würden. (8.) Confirmat hanc sententiam articulus ille, qui in Capitulationibus Imperatoriis solemnis est, & inter finales: **Solches alles vnd jedes besonder/ wie obstehet/ haben wir ꝛc. den Churfürsten geredt/ versprochen/ vnd bey vnsern Königlichen Ehren/ Würden vnd Worten/ im Namen der Warheit zugesagt/ thun dasselbe** auch hiemit/ vnd in Krafft dieses Brieffs/ inmassen wir dan das mit leiblichem Eyd zu GOtt vnd dem heiligen Evangelio geschworen/ dasselbe stett/ vest/ vnd vnverbrochen zu halten/ deme treulich nachzukommen/ **darwieder nicht zu seyn/ zu thun/ noch zu schaffen gethan werden/ in einige**
48 **Weise oder Weg/ wie die möchten erdacht werden.** Quæ cum ita se habeant, facilis est responsio ad ea, quæ superius pro contraria opinione allata sunt (1.) Alia est privati hominis conditio, alia Imperatoris: ille cum rei suæ moderamen & arbitrium habeat, si tempore, & loco impediatur, quo minus pleniori deliberandi consilio uti queat, proprio suo periculo actum fortunæ committit, & ex eventu adverso, privatum damnum ipse sentit, quod ferri vel reparari potest. Quinimo, etiamsi tempore & loco non impediatur, in ipsius arbitrio est, plenius deliberandi consilium inire vel non, ullum inire vel nullum: Nulla enim lege ad hoc ineundum obligatur, cum re sua uti & abuti, suo damno possit (*l. sed & si 25. §. consuluit 11. ff de hered. petit.*) atque eam, si velit, abjicere, & pro derelicto habere (*l. 1. ff. pro derelicto*) Imperatoris alia sors est; publicis enim negotiis, & alienis, Imperii scilicet, præpositus, quæ ex acto officio, & ad normam præscripti, gerere debet, nec quicquam enim in eorum administratione neglectum, aut declinatum culpa vacuum erit (*l. in re mandata. 21. C. mandati.*) Præterea, plenius rem deliberare, & omnino non deliberare eandem cum illis, cum quibus deliberanda ex
49 præcepto vel conventione est, longe inter se differunt. Siquando publica salus & utilitas celeritatem requirit, permissum Imperatori est, compendiosa via, vota & consensum Electorum exquirere, ubi omnium Statuum exquirere spatio excluditur iniquo (*cap. Ferdin. III. artic. 7. art. 14. & 30.*) omnino autem non requirere, & inconsultis Electoribus ac Statibus Imperii rem aggredi ipsi permissum non est: nec enim necessitatis tempore forma Reipub.
ab

ab Imperatore suspendi, & quæ ex monarchia & aristocratia mixta est, pura & monarchica constitui potest. Necessitatis ob causam, postas, ut vulgariter dicimus, olim in Imperio institutas legimus, in R. A. zu Nürnberg *A.* 1522. (§. *item* ist bedacht. *p.* 149.) & nonnullas leges aliquando limitatas fuisse (Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg *anno* 1522. auffgerichtet / *tit.* Wann der Hauptman / vnd die Räth nicht bey einander wären / *p.* 141. R. A. zu Nürnberg *de A.* 1524. §. doch ob sich zwischen / *p.* 157. *in f. & p. seq. in pr.* R. A. zu Speir *A.* 1529. §. es solle auch / *p.* 85. R. A. zu Speir *A.* 1542. §. vnd damit solches / *p.* 277. *&c.*) sed utrumq; haud aliter, quam cum consensu Statuum factum fuit. Quod (2) adducitur, si crude & generaliter accipiatur, veritati conveniens non est; nam de illis, quæ in casu necessitatis observanda, nonnullæ loquuntur leges, ut ex modo dictis apparet. Estque notabile, quod tradit Hieronymus Cuchalon (*in addit. ad Philipp. Decium de R. I. ad l.* 122. *in pr.*) regulam, *necessitatem facere licitum quod non est licitum*, intelligi, quando reperitur autoritas aliqua approbans ex necessitate illud fieri posse, saltem approbatione generali, licet non specialiter, alias non esse veniendum contra legem propria autoritate. Certe, casus necessitatis ex principe dominum Reipublicæ, contra Imperii leges, facere non potest, & periculosissimum foret, in mixta Reipublicæ forma, capiti soli permittere judicium de casu necessitatis: quoniam hoc velum servire posset ad tegendum omnes excessus, & sternendi viam ad monarchiam ipsam. (3.) Vt publicæ utilitatis causa multa permittuntur, quæ alias sunt prohibita, ita eiusdem causa multa prohibentur, quæ alias sunt licita, (*l.* 2. *C. de commerciis. l.* 11. *pr. ff. de publican. l.* 1. & 2. *C. quæ res exportari non deb. l.* 1. *C. de conditis in publicis horreis, lib.* 10.) Generaliter enim verum est, publicam utilitatem anteponendam esse privatorum utilitati, (*l.* 3. *C. de primipilo lib.* 12.) cæterum, ubi ex utroque latere utilitas publica vertitur, eo in concursu major utilitas vincit minorem (*arg. d. l. desertorem* 5. §. *in bello* 15. *ff. de re milit.* ex qua evidentissime patet, utilitatem publicam postponi præcepto, mandato & legi,) Mirum ergo non est, si dicamus utilitatem publicam requirere, ut Imperator stricte capitulationem sequatur, & hanc utilitatem primariam esse, cui cæteræ postponi debeant, (4.) Sichardus (*ad l.* 3. *C. ex quibus causis infam. irrog. n.* 11. & 12.) ita scribit; Cum generalis lex hodie de pœnis omnes alias pœnales leges ad arbitrium judicis restringat, alterando pœnam legalem ex autoritate sibi concessa, non fit periurus (licet juraverit, quod ex legibus velit judicare, non ex animi sententia) imo videtur pœnam legalem omnino imposuisse. Quod etiam in statutis locum habet, quamvis enim judices jurent statuta municipalia servare, & secundum ea judicare, tamen ex caussa possunt transgredi ea, ut pulchre Innocent. *in c.* 1. *de constit.* nec ideo fiunt periuri, per aureum dictum Baldi *hic*, quia iuramenta magistratuum & judicum non sunt præcisa: sed debent secundum æquitatem intellegi. Ex quo contextu

50.

51.

52.

percipimus, de quibus magiſtratibus, quibusve juramentis Sichardus loquatur, & quousq; ejusdem doctrina ad juramentum, quod Imperator præſtitit, de obſervanda capitulatione, extendi debeat. Quamquã vero nec ita ſimpliciter Sichardo hic fides abhibenda eſt, cum generaliter omne juramentum, quod ſine diſpendio æternæ ſalutis ſervari poteſt, nec contra leges eſt, præciſe obligatorium ſit: tamen, ſi vero omnino ſcriberet, ad capitulationem Imperatoriam extendi non poſſent, cujus impetrandi poteſtas, non juris privati Doctoribus, ſed juris publici, & ipſius hujus legis fundamentalis conditoribus, unice competit: qui juramentum hoc, & obligationem inde ortam, præciſam adeo eſſe enunciant, ut ne caſus quidem neceſſitatis exceptioni locum pariat; quemadmodum *in ratione quinta*, quam pro affirmativa adduximus, videre licet.
53 (5.) Regula, *quod ex cauſa ſuperveniente recedatur à diſpoſitione legitime celebrata, quaſi ſub ea conditione contractum ſit, ſi res manſerit in eodem ſtatu, (Gail. l. 2. obſerv. 23. n. 9.) & quod juramentum intelligatur cum clauſula, rebus in eodem ſtatu manentibus*; non debet indifferenter intelligi, alioqui tractu temporis ſubverterentur omnes diſpoſitiones: ſed locum tantummodo habet in diſpoſitione ſimpliciter facta; ſecus quando cogitatum eſt de iure futuro, de quo ſaltem implicite cogitari potuit. *Cacheran. deciſ. Pedem 91. n. 14.*) Deinde clauſula iſta, *rebus ſic ſtantibus*, non obtinet in actu duorum voluntate firmato (*Alciat. in reg. 2. præſumt. 16. n. 4. Autor* der gründlichen Außführung der Reichsſtatt Lindau / die ohnverſehens abgelöſte ꝛc. Reichs-Pfandſchafft betreffend / *pag. 28. n. 3*) Et quod ex cauſa de novo ſuperveniente, à juramento citra crimen periurii recedere liceat, allegato c. quemadmodum 25. extr. de jureiur. eo exemplo illuſtratur, quod juramentum præſtitum de non repudianda uxore, intelligatur, ſi non delinquat in leges matrimonii, (*Hilliger. ad Donell. lib 21. cap. 13. lit. bb.*) Quæ omnia, ubi ad capitulationem, in quam Imperator juravit, generaliter applicantur, generaliter admitti poſſunt; at vero, ubi ad quæſtionem noſtram extenduntur, attendi non debent. Quando enim electo Imperatori Imperii adminiſtratio commendatur, certis præſcriptis legibus, non ſolum ad eum ſtatum reſpicitur, qui iam tempore eo eſt, ſed etiam ad eum, qui futurus; ideoque ſi præſens fortaſſe quietus ſit, mutetur autem poſtea in inquietum, in utroque Imperator ſtricte obſervare debet, quod promiſit. Nec in ipſius arbitrio eſt, neceſſitatem aliam ſibi præſcribere, aliamve ſequi, quam quæ ſemel illi à Capitulatione præſcripta fuit: Ergo etiam in neceſſitate officio ſuo deeſſe non debet. Quodſi vero atroci caſu impediatur, quo minus officio ſuo ſatisfacere poſſit, niſi ipſe, quod extra limites officii ſui verſatus, huic caſui cauſam dederit, excuſari omnino debet. Atque hoc in omittendo; ſi autem agere aliud velit, quam ei capitulatione permiſſum, idque neceſſitatem ſuadere

arbitretur, Electoribus; aut, si extremum in mora non versatur periculum, Statibus Imperii aperiat, citra quorum assensum aliud pro alio agere ei semper illicitum erit. Ad (6.) respondeo, capitulationis tenor satis innuit, E- 54.
lectores, non solum de casibus ordinariis, fortuitis, & inopinitatis, cogitasse; electum quoque ne fugiat, quid Electores cogitaverint, eiusdem capitulationis tenor pro informatore est. Quod (7.) de pacto obscuro & ambiguo 55.
affertur ad capitulationem trahi nequit, quæ nec obscura, nec ambigua dici potest. Et cum ea stricti juris sit, si aliquid ambiguitatis nascatur, interpretationem ad collegium Electorale pertinere, scribit Elector Saxoniæ, in dictis literis ad Moguntinum anno M. DC. XXIII. die XXIII. Febr. datis *(ut videre est in tractatu meo de jure publico lib. 3. cap. 9. num. 15.)* Quo fundamento posito, simul ruit (8.) & (9.) supra pro negativa, adducta ratio. Ad (10.) re- 56.
spondeo, capitulationem nostram plane non admittere prærogativam leges transcendendi. Quod si in Regno Angliæ aliud usurpatum, id nos non tangit, atque non tam ad illud, quod in Anglia factum, quam quod ibi fieri debuisset, respiciendum esse, bellum, quod Parlamentum contra Regem hactenus ibi gessit, nobis documento est. De cætero, quoniam capitulatio, ut 57.
supra dixi, Moguntino Electore *(apud Sabinum in historia Electionis Caroli V.)* teste, est formula constituendi & regendi Imperii, ideo ex ea deprehendere licet, quæ sit forma vel status Imperii: qua de re postquam alibi à me copiose actum, crambem bis coctam hic nolo apponere.

SECTIO IX.

1. *Affinia capitulationis in Imperio.*
2. *Extra Imperium, in orbe Christiano.*
3. *In Anglia,*
4. *In Bohemia.*
5. *In Dania.*
6. *In Gallia.*
7. *In Hispania.*
8. *In Hungaria.*
9. *In Polonia.*
10. *In Roma.*
11. *In Suecia.*

AFfinia capitulationi sunt, omnia Imperatoris potestatem limitantia, quæ 1.
in comitiis mutuo consensu Imperatoris & Statuum constituuntur. Extra Imperium vero, in toto orbe Christiano, nullum Regnum, vel Dominatus 2.
major est, ubi non capitulatio, aut iuramentum, imperantium potestatem aliquo modo coarctet De Anglo videri poterit Althus. *polit.* (*c.* 19 *n.* 41.) Paur- 3.
meisterus (*de iurisd. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 100.) Apologie ou defense da l'honorable sentence, & tres juste execution de defuncte Marie Stuard derniere Ryne de Escosse (*chap.* 8. *p.* 157.) De Bohemo, Deduction Schrifft ꝛc. (*pag.* 136.) Landsord- 4.
nung des Königreichs Böheim (*art.* 3. *p.* 2. *edita cura Petri Sturbæ.*) De Dano

Lauter

5. Lauterbeck (im Regimentbuch) allegatus à Reinkingio (*lib.1. de regim. ſecul.*
6 *claſſ. 3. cap. 9 n. 24*) De Gallo, Hotomannus (*in Francogallia. c. 25. pag. 188. & ſeqq.*) Briſſonius (*apud Chenu inter quæſtiones notabiles quæſt. 2. p. 34.*) Louys d'Orleans (*aux ouvertures des parlemens ch. 4. p. 57.*) & illi, quos ſupra (*ſect. 3.*
7. *n. 20. & ſeq.* allegavi. De Hiſpano, Steph. Iunius (*in vindic. contra Tyrannos,*
8. *quæſt. 3. p. 69.*) Althuſius (*d. c. 19. n. 42.*) De Hungariæ Rege, capitulum XXXIII. *extr. de jurejur.* L'indice des droits Roiaux de Ragueau (*p. 237.*) Bonfinius (*rer. Hungar. decad. 3. lib. 10.*) Arniſæus (*lib. 1. de iureiur. majeſt. c. 6. n. 11.*) Ieſſenius, in deſcriptione coronationis Matthiæ II. (*pag. 23.*) iuramenti formulam, quæ tunc præſcripta & obſervata, hanc exhibet: *Nos Matthias, Dei Gratia, Divinis auſpiciis ad Regnum Vngariæ evocati, iuramus per Deum unicum, per B. Virginem, Regni hujus, cæterosq; cœleſtium numinum ordine, velle ſanctas Dei Eccleſias, & harum adminiſtros, Præſules, & Prælatos, Barones item & Nobiles, civitates liberas atq; univerſos Regnicolas, paterna cura complecti libertatem, leges, ſanctiones, & cæteras immunitates, ab anteceſſoribus Regibus impetratas, nunquam violare: imprimis Andreæ quondam Regis Decreta obſervare, citra reſpectum ius cuique dicere, de publicis fideli ſenatus conſulto debite ſtatuere: non modo de conſervandis, ſed & amplificandis Regni finibus, omnem viam & rationem inire, ac quæcunq; boni Regis officia ſunt, diligenter obire, ſic nos, cum Sanctis adjuvet Deus.* De
9. Poloniæ Regibus, Cromerus (*lib. 2. de Republ. Polon.*) Arniſæus (*de jure Majeſt. lib. 1. c. 6. n. 11.*) Althuſius (*d. c. 19. n. 45.*) Sigismundum III. ita juraſſe percepi: *Ego Sigiſmundus III. Dei gratia electus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Kioviæ, Volhiniæ, Podlachiæ, Livoniæq; &c. nec non Suecorum, Gottorum, Vandalorumq; &c. per omnes Regni ordines, utriusq; gentis, tam Poloniæ, quam Lithuaniæ cæterarumq; provinciarum, communi conſenſu libere electus, ſpondeo, ac ſancte iuro Deo omnipotenti, ad hæc ſancta Ieſu Chriſti Evangelia, quod omnia jura, libertates, privilegia, publica & privata, iuri communi utriusq; gentis & libertatibus non contraria, eccleſiaſticas & ſeculares Eccleſiis, Principibus, Baronibus, Nobilibus, civibus, incolis, & quibuslibet perſonis, cuiuscunq; ſtatus & conditionis exiſtentibus, per Divos prædeceſſores meos Reges, & quoscunq; Principes Regni Poloniæ, & Magni Ducatus Lithuaniæ, præſertim vero Cazimirum antiquum, Ludovicum, Lois, nuncupatum, Vlatiſlaum primum, Iagelonem dictum, fratremq; eius Vitholdum Magnum Lithuaniæ Ducem, Vladislaum II. Iagelonis filium, Cazimirum III. Iagelonidem, Ioannem, Albertum, Alexandrum, Sigismundum I. Sigiſmundum II. Auguſtum, Henricum, Stephanum, Reges Poloniæ, & Magnos Duces Lithuaniæ, maiores meos, iuſte & legitime datas, conceſſas, emanatas, & donatas, ab omnibusq; ordinibus tempore interregni ſtatutas atque ſancitas, mihi oblatas, tum pacta atque conditiones, cum Oratoribus meis initas, manutenebo, obſervabo, cuſtodiam, & tenebo, in omnibus conditionibus, articulis & pactis in eisdem expreſſis, iuxta confirmationem meam, literis*

ſpecia-

ſpecialibus citra coronationem meam factam: Pacem quoque & tranquillitatem inter diſſidentes de Religione tuebor, manutenebo, nec ullo modo, vel juriſdictione noſtra, vel officiorum noſtrorum, & Statuum quorumvis autoritate, quenquam afficiam, opprimique cauſa religionis permittam, nec ipſe afficiam nec opprimam, ac ea, quæ in electione noſtra Varſavienſi, ac deinceps in conventione generali ad Vuliciam, tum & Cracoviæ, in conventione coronationis noſtræ conſtituta ſunt, & conſtituuntur, manutenebo, iisque ſatisfaciam. Omnia illicite à Regno magnoq; Ducatu Lithuaniæ, & dominiis eorundem, quocunque modo alienata vel bello, vel quovis alio modo diſtracta, ad proprietatem ejusdem Regni, & Magni Ducatus Lithuaniæ, aggregabo, terminosque Regni, & Magni Ducatus Lithuaniæ non minuam, ſed defendam & dilatabo; juſtitiam omnibus incolis Regni, juxta jura publica, in omnibus Dominiis conſtituta, absque omnibus dilationibus & prorogationibus, adminiſtrabo, nullo quorumvis reſpectu habito. Et ſi, quod abſit, in aliquibus juramentum meum violavero, nullam incolæ Regni, omniumque Dominorum uniuscujusque gentis, obedientiam præſtare debebunt, imò facto ipſo eos ab omni fide & obedientia Regi debita, liberos facio; abſolutionemque nullam ab hoc meo juramento à quoquam petam, neque ultro oblatam
ſuſcipiam: Sic me DEVS adjuvet. De Pontifice Romano, videantur les Am- 10.
baſſades, & negotiations du Cardinal du Peron (*livr. 3. p. 321.*) Camus (*en ſon divertiſſement hiſtorique chap. 8. p. 86.*) Thuanus (*hiſtor. lib. 82.*) De Sueciæ Re-
ge, Chytræus, quem allegat Reinkingius (*de regim. ſecul. & eccleſ. lib. 1. claſ-* 11.
ſe 3. cap. 9. n. 26.) Althuſius (*polit d. c. 19. n. 42.*)

SECTIO X.

1. *Quæ capitulationi contraria.*
2. *Querela Statuum, capitulationes non obſervari.*
3. *Excuſatio Imperatorum,*
4. *Margaritæ Sueciæ Reginæ facinus.*
5. *Quod fit contra capitulationem nullum eſt.*
6. *Status non tenentur ad ferendum auxilium Imperatori, in bello, quod ſine ipſorum conſilio ſuſcepit.*
7. *Imperator, ob non ſervatam capitulationem, aliquando Imperio deponi poteſt.*
8. *Rationes in contrarium.*
9. 10. 11. *Reſponſio ad primam rationem.*
12. *Reſponſio ad ſecundam.*
13. *Nonnulli ex Statibus Imperatori loco patrum ſunt.*
14. *Patris delicta non uniusmodi.*
15. *An vaſallus dominum adjuvare debeat contra patrem?*
16. *Paragraphus finalis 2. F. 28. eſt obſcuri ſenſus.*
17. *Mores bellici hodierni.*
18. *Ægyptiorum mos in puniendis Regib.*
19. *Mos Hebræorum.*
20. *An capitulatio mutari, vel tolli poſſit?*
21. *Viſcheri opinio.*
22. *Mutatio varie fit.*
23. *Additio.*
24. *Detractio.*
25. *Remiſſio.*
26. *A quo fieri poſſit?*
27. *Quid dicendum de abſolutione Pontificis à juramento præſtito.*
28. *De abolitione capitulationis.*
29. *Reſpondetur Viſchero.*

Contraria capitulationi ſunt, abſolutæ poteſtatis exercitium; mutatio 1.
capitulationis, vel ejusdem abrogatio. Si rerum geſtarum monumen- 2.

ta excutimus, sæpius quærelas à Statibus Imperii auditas fuisse deprehendimus, capitulata ab Imperatore exacte non observari. Justam conquerendi causam, hic vel ille, & an suo quisque tempore, habuerit, non facile dixe-
3. rim, haud nescius, laudari ab his, culpari ab illis, omni seculo in usu fuisse. Ut vero à parte Statuum querelæ, sic ab Imperatoribus excusationes, auditæ sunt, quarum præcipuæ interpretationem capitulationis & casum necessitatis contingunt. Sic, capitulationem pro regula quidem semper agnoverunt, sed exceptionibus limitare conati sunt. Nemo enim nostratium, quod sciam, unquam affirmavit, se capitulatione non teneri, aut eam observare
4. nolle, nec stare velle promissis; quod aliquando fecisse legimus Margaritam Sueciæ Reginam. Cum enim illa, antea Danorum & Nortvegiorum Regina, capto Alberto Sueonum Rege septimo, à Suecis quoque & Gothis, anno Domini M. CCC XCV. In regnum certis conditionibus recepta fuisset, nec tamen illis satisfaceret, sed in contraria omnia incumberet, ideoque à proceribus jurisjurandi præstiti admoneretur, haberentne diplomata interrogavit? illis, se habere, respondentibus, & quidem probe servare; suadeo ego vobis, dixisse fertur, ut literas datas diligenti custodia observetis, nos autem castra, civitates, & omnes Regnorum nostrorum partes diligen-
5. tius observari faciemus. (*ex Ioh. Magno lib. 21. Tholosanus de republ. lib. 7. cap. 19. n 12.*) Cæterum, si aliquando eveniat, ut capitulationis limites transgrediatur Imperator, nec observet promissa, sciendum est, actum nullum esse, (*ut ex artic. 33. Capitul. Carol. V. & aliis subsequentium Impp. patet.*) nec
6. producendum ad consequentias, (*Capitul. Ferdin. III. art. 14.*) nec Status Imperii, si ad bellum pronus citra consensum eorum fuerit Imperator, teneri ad auxilium ferendum, (*vide* Kayser *Maximiliani* und der Churfürsten und
7. Stånd Handlunge *anno 1509.* auff dem Reichstag zu Wormbs *apud Goldast.* in Reichshandlungen *pag. 85.*) & si enormitas facti ac circumstantiarum pondus requirat, Imperatorem à solio ab Electoribus deponi posse (*Reinking. de regim. secul. lib. 1. class. 2. cap. 2. num. 187.*) Nec enim propterea hoc eis non li-
8. cere dici debet, quod (1.) id in capitulatione non expressum, & (2.) erubescat lex castigatores genitoribus filios constituere, (*Nov. 22. cap. 24.*) cum pater licet improbus, & contemtor legum, pater tamen sit: (*Nov. 22. cap. 2.*) Imperator autem omnes subditos filios, ac nepotes habere existimetur, (*l. quis 34. in medio, C. de inoffic. testam. ut Sinoldus objicit de vicar. conclus. 7. lit. c.*
9. *& de Statu Rei Romanæ disputat. 3. th. 30. lit. c.*) Tacite namque hæc conditio capitulationi, vi contractus, inest, ut tamdiu Imperator maneat, quam-
10. diu talem se præstiterit, qualem se promisit. Quemadmodum enim non fuisset admissus ad administrationem Imperii, si dixisset, se nolle præscripta implere; ita, ubi expresso facto palam fecit, se noluisse eadem implere,

nec

nec velle, si ab Electoribus throno Imperiali demoveatur, sibi non aliis culpam imputare debet. Atq; in his conditionibus locum habet regula, *tacitum haberi pro expresso, (l.4. ff. de pactis, l. 3. ff. de reb. credit. Everhard à Middelburgo in loc. argument. legal. loco, ab expresso ad tacitum, & contra. n. 8. Gail. lib. 1. observ. 2. n. 2. & lib. 2. de pace publica cap. 13. n. 11.)* Notabilis est decisio Imperatorum *(in l. si quis 41. C. de transact.)* si quis major annis viginti quinque adversus 11.
pacta, nullo cogente Imperio, sed libero arbitrio & voluntate, confecta, putaverit esse veniendum, non implendo promissa, ea autem invocato DEI omnipotentis nomine, eo autore, solidaverit, non solum notetur infamia, verum etiam rerum proprietate careat, & emolumento, quod ex pactione fuerit consecutus. Hæc, licet de casu non plane simili cum nostro, atque de privatis loquatur personis, multa tamen inde ex recta ratione ad nostrum accommodari possunt. Generale, & ex jure gentium est, qui non stat promissis, debet privari permissis. Mascule, mehercle, Saxones ad Henricum IV. sacramento se ei fidem dedisse, sed si ad ædificationem, non ad destructionem ecclesiæ DEI Rex esse vellet; si juste, si legitime, more majorum, rebus moderaretur; si suum cuique ordinem, suam dignitatem, suas leges, tutas inviolatasque manere pateretur: sin ista prior ipse temerasset, se jam sacramenti hujus religione non teneri, sed quasi cum barbaro hoste, & Christiani nominis oppressore, justum deinceps bellum gesturos, & quoad ultima vitalis caloris scintilla superesset, pro ecclesia DEI, pro libertate etiam sua, dimicaturos, *(Schafnabrugensis de reb. German. apud Pistor. tom. 1. illustr. vet. Script. pag. 193.)* Alterum, à liberis & patre desumtum simile, 12.
adeo claudicans est, ut vadimonium deserat. Variis similitudinibus summus magistratus aliquando dicitur, DEUS, pater patriæ, maritus Reipubl. nauta, pastor, &c. at similitudines istas in paritatem convertere haud licet, nam simile non est idem. Imperator pater subditorum factus est electione conditionata; hinc cessante conditione, desinit esse pater. At quem natura patrem dedit, citra conditionem dedit, unde pater est & manet, liberorum respectu, quousque in vivis est, licet paterno affectu eos non prosequatur. Hoc quidem contingere potest, ut paternam potestatem amittat, & effectus ejusdem, qui juris positivi sunt, at character à natura semel impressus, perpetuo durat. Præterea, prout nostra Imperii forma se habet, inter subditos 13.
Imperii magna est differentia: alii Imperatori filiorum loco esse debent, affectione & cura; alii etiam loco patrum, respectu venerationis & consilii (§. 4. *Instit. quib. mod. ju. patr. potest. solvit.*) Hos antiqui Romani Imperatores sibi eligebant, unde etiam ab iisdem depenbant; qui autem Imperatoribus Romanogermanicis postea lege dati sunt, non nude ab ipsis, sed ab Imperio dependent, à quo, non ut meri consiliarii, sed ut consiliarii & ephori Im-

 peratori

peratori collaterales dati sunt. Hinc mirum non est, si his etiam castiga-
14. tio verbalis, & ubi opus, realis competat. Est autem inter delicta quoque
magna differentia; nonnulla contra honestatem & leges committuntur,
nonnulla contra statum publicum, & patriam ipsam. Prioris generis varia
sunt, & ex illis quædam ejusqualitatis, ut liberi solvantur potestate patriæ
(*d.Nov.12.c.2.*) Posterioris talia apud Romanos esse poterant, ut filius cona-
tui patris opponere sese licite posset, (*l. minime 35.ff.de relig & sumptib.funer.*)
Quod licet durum, attamen ex disciplina eorum est, qui patriæ salutem saluti
patris anteponebant, (*Dd.ad l.postliminium 19. §.filius 7.ff.de captiv. & postl.re-
vers.l. honor 14. §.plebeii 4.ff. de munerib.& honor.l.1. §.& generaliter 15.ff. de ventr.
in possess.mitt.*) magisque rationi convenit quam illud, quod feudale Longo-
15. bardorum jus vasallo, sine exceptione præscribit, (*2 F.28.§.fin.*) ut dominium
adjuvet in bello, etiam contra patrem. Si enim crude, ut sonat litera, hanc
doctrinam admiserimus, beneficium pecuniarium magis obligatorium erit,
quam beneficium vitæ & sanguinis. Quod cum interpretes juris feudalis
naturali juri minus conveniens deprehendissent, limitationibus hanc thesin
16. ad intellectum civilem revocare sustinuerunt. Quanquam si textum ipsum
expendimus, non constat, an loquatur de patre vasalli, an de patre domini; &
tamen, ubi in rationes dubitandi inquirimus, majores in uno, quam in alte-
17. ro deprehendere licet. Quicquid sit, si mores ævi nostri respicimus, sicut in
bello paucis in diem assibus anima & corpus æstimatur, ita ibidem, ob pre-
tium haud raro naturæ impune repudium mittitur, cum pater in una & in
adversa filius acie, mutuam in necem occupantur. Quod si hactenus dictis,
eorum Imperatorum, qui à solio depositi fuerunt, exempla jungamus, pla-
18. num fit, apud nostrates Ægyptiorum morem, de quo Diodorus Siculus testis
est, non esse in usu. Illorum Reges, ad multarum rerum observationem obli-
gabantur: verum si contra fecissent, accusari vivi non poterant, sed mortuo-
rum accusabatur memoria, & damnatis abjudicabatur solemnis sepultura.
19. Sicut & Hebræorum Regum, qui male regnassent, cadavera extra proprium
Regibus locum sepulta, (*2.Paral.24.vers.25.cap.28.vers.27.*) quod egregium
temperamentum, quo & sanctimonia summæ potestatis maneret, & tamen
futuri judicii metu Reges à fide mutanda retraherentur, nominat Hugo Gro-
tius; (*lib. 1.de jur.belli & pacis cap.3.n.16.*) mihi autem, respectu enormium
factorum, & quibus status Reipubl. convellitur, lentum nimis ac lene vide-
tur. Augustus Vischerus (*in discursu historicopoliticojurid. de electione Regis &
20. Imper. conclus. 27. num. 160.*) ad quæstionem, *an capitulatio, cum consensu Sta-
tuum, pro utilitate Reipubl. mutari, aut in totum tolli possit?* quod prius mem-
21. brum attinet, affirmative, quod posterius, negative respondet. Mutatio va-
22. riis potest evenire modis, nempe, per additionem, detractionem, & remissio-
nem.

nem. Additionem quod concernit, ea hactenus cæteris duobus modis 23.
frequentior fuit, ut formæ Reipublicæ nostræ magis conveniens. Detractio, & imminutio, vix aliis in conditionibus usitata, quam quæ certo indivi- 24.
duo, peculiari & singulari respectu, cæteris haud conveniente, præscriptæ, aliquando fuerunt. Remissio expressa, semel recepta ab electo capitulatione 25.
in quibus hucusque, & an unquam facta, mihi non constat: hoc novi, Ele- 26.
ctorem Saxonem, cum aliis Imperii proceribus protestantibus, in literis Schmalcaldiæ, anno M. D. XXX. die XXIV. Decembr. ad Imperatorem datis, testari capitulationem esse, **nach Göttlichen und Natürlichen Rechten/ verbüntlichen/ und/ ohne gemeiner Stände des Reichs nachlassungen und bewilligen/ unaufflößlichen.** Eandem rem Sleidanus (*lib.7. commentar. p. mihi 119.*) latine ita expressit; hæc pacta violari non posse, neque rescindi, aut mutari, nisi de communi omnium Ordinum consilio ac voluntate. Quod hic Statibus omnibus adscribitur, id Electores sibimet solis competere putant, (**in ihrer Brüderlichen Vereinigung** *de A. 1521. vers. 11. apud Goldast. tom. 2. constit. Imp. p. 18.*) quasi appendicem juris eligendi, ut supra (*sect. 4. n. 4.*) diximus: sed poterit sana distinctione utrumque admitti. Ii vero qui Pontificis absolu- 27.
tioni à juramento, quod præstitit Imperator de servanda capitulatione, vires ullas adscribunt, contra gentium, civiles, & honestatis leges pugnant, communem securitatem evertunt, & capitulationum articulo (*Rudolphi II. art. 34. Matthiæ art. 39. &c.*) contrariantur. De abolitione totius capitulationis 28.
certum est, eam omnium legum fundamentalium Imperii nostri ruinam simul inferre, ideoque, nisi plane aliam formam, aliasque leges amaverimus, fieri non posse, fieri tamen posse, si liberum arbitrium omnium Imperii Statuum consideramus. Leges à Vischero allegatæ, privatis & singulis positæ 29.
sunt, non universitati. In illorum potestate non est, à jure publico recedere; hujus vero arbitrium limites illos non agnoscit.

CAPITULATIO CAROLI V.

WIr Carle der Fünffte / von Gottes Gnaden erwöhlter Römischer König / Ertzhertzog zu Oesterreich / König zu Hispanien / beyder Sicilien und Hierusalem ꝛc. Hertzog zu Burgund / und Braband ꝛc. Graff zu Habspurg / zu Flandern und Tyrol ꝛc. Bekennen offentlich mit diesem Brieff / und thun kund allermänniglich; Als wir aus Schickung des Allmächtigen / in kurtz vergangenen Tagen / durch Wahl der Hochwürdigen / Ehrwürdigen / und Hochgebornen / Albrechten / der heiligen Kirchen des Titels S. Chrysogoni Cardinal / zu Maintz und Magdeburg Ertzbischoff / Administrator des Stiffts Halberstatt; Herman zu Cöln / und Reichharten zu Trier / Ertzbischoffen / des H. Römischen Reichs / in Germanien / Italien / auch Gallien / und durch das Königreich Arelaten / Ertzcantzler; Ludwigen / Pfaltzgrafen bey Rhein / und Hertzogen in Ober und Nider Baiern; Friederichen / Hertzogen zu Sachsen / Landgrafen in Thüringen / und Marggrafen zu Meissen; und Joachim / Marggrafen zu Brandenburg / zu Stettin / Poṁern / der Cassuben und Wenden Hertzogen / Burggrafen zu Nürnberg / und Fürsten zu Rügen; des H. Römischen Reichs Ertztruchses / Ertzmarschalck und Ertzcammerer / unsern lieben Freunden / Neven / Oheim und Churfürsten: zu der Ehr und Würde des Königlichen Römischen Namens und Gewalts / erhaben / erhöhet und gesetzt seyn / deren Wir Uns auch GOtt zu Lob / dem heiligen Reich zu Ehren / und umb der Christenheit und Teutscher Nation / auch gemeines Nutz willen / beladen / daß Wir Uns demnach / aus freyem / gnädigen Willen / mit denselben unsern lieben Freunden / Neven / Oheimb und Churfürsten / dieser nachfolgenden Artickel / geding und pactweiß / vereiniget / die angenommen / bewilliget / und zuhalten zugesagt haben / alles wissentlich in Krafft diß Brieffs.

1. Zum ersten / daß Wir in Zeit solcher Königlichen Würden / Ampts und Regierung / die Christenheit und den Stul zu Rom / auch Päpstliche Heiligkeit / und die Kirchen / als denselben Advocat / in gutem Befehl und Schirm haben / darzu insonderheit in dem H. Reich Fried / Recht und Einigkeit pflantzen / und auffrichten / und verfügen sollen und wollen / daß die ihren gebührlichen gang / dem Armen als dem Reichen / gewinnen und haben / auch gehalten / und denselben Ordnungen / auch Freyheiten / und alten löblichen Herkommen nach / gerichtet werden soll.

2. Wir sollen und wollen auch die / sonderlich vorgemelte Gulden Bull / Königlichen Landfrieden / und andere des heiligen Reichs Ordnung und Gesetz / confirmiren / erneweren / und wo noth dieselben mit Raht Unser und

des

des heiligen Reichs Churfürsten/Fürsten und andern Ständen / bessern / wie das zu jederzeit des Reichs Gelegenheit erfordern wird.

3. Darzu ein löbliches ehrlich Regiment/ mit frommen/annemlichen/ dapffern/ verständigen/ redlichen Personen Teutscher Nation / neben etlichen Churfürsten und Fürsten/ wie vormahls bedacht/und auff der Bahn gewesen/ wie zum geschicklichsten zu bedencken seyn mag / auffrichten und stellen/ damit die Mängel/ Gebrechen / und beschwerungen allenthalben im H. Reich abgelegt/ refomirt und in gutes Wesen und Ordnung gebracht werden / doch Unsern lieben Ohmen uud Churfürsten / Pfaltz und Sachsen / an ihren Rechten und Freyheiten/ wes sie des Vicariats-Ampts halben haben / unschädlich.

4. Und in alle weg sollen und wollen Wir/ die Teutsche Nation/das H. römische reich/ und die Churfürsten / als die förderste Glieder desselben/ auch andere Fürsten/Grafen/Herren und Ständ/ bey ihren Hoheiten/Würden/Rechten/Gerechtigkeiten/Macht und Gewalt/jeden nach seinem Stand und Wesen/bleiben lassen/ohn Unser/und männigliches Eintrag und Verhindernuß/ und ihnen darzu ihre Regallen/Obrigkeiten/Freiheiten/ Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten/auch Gebrauch und gute Gewohnheiten/ so sie bißher gehabt haben/ oder in übung gewesen sind/ zu Wasser und zu Land/ in guter beständiger form/ ohne alle Weigerung/confirmiren/und bestätigen/ sie auch darbey/als römischer König/handhaben/schützen/und schirmen; doch männiglich an seinen rechten unschädlichen.

5. Wir lassen auch zu / daß die gedachten sechs Churfürsten je zu Zeiten / nach vermög der Gulden Bull / und ihrer Gelegenheit / zu ihrer und des Heil. reichs Nohtdurfft / auch so sie beschwerlich Obligen haben / zusammen kommen mögen / dasselbig zu bedencken und zu berahtschlagen / daß Wir auch nicht verhindern noch irren / und deshalben keine Ungnad/noch Widerwillen gegen ihnen/samtlich und sonderlich/schöpffen/noch empfahen / sondern Uns in dem/ und andern / der Gulden Bull gemäß / gnädiglich und unverweißlich halten/ sollen und wollen.

6. Wir sollen und wollen auch/alle unzimliche hässige Bündnuß/Verstrickung/ und Zusammenthun / der Unterthanen/des Adels und gemeinen Volcks/ auch die Empörung /"Auffruhr und ungebührlich Gewalt gegen den Churfürsten / Fürsten und andern / fürgenommen / und die hinfüro geschehen möchten / auffheben / abschaffen / und mit ihrer der Churfürsten/ Fürsten und anderer Ständ/Raht und Hülff daran seyn/daß solches/wie sichs gebührt/und billig ist/ in künfftigen Zeiten verbotten/und fürkommen werde.

7. Wir sollen und wollen auch darzu/für Uns selbst / als Römischer König/in des reichs Händeln/auch kein Bündnuß oder Einigung mit frembder Nation / oder sonst im reich machen / Wir haben dann zuvor die Sechs Chur-

Churfürsten deshalben/an gelegenen Mahlstätten zu zimlicher Zeit erfordert/ und ihren Willen samptlich / oder des mehrern theils auß ihnen / in solchem erlange.

8. Was auch die Zeit hero einem jeden Churfürsten/Fürsten/Herren und andern / oder Voreltern / und Vorfahren / Geistlich oder Weltlichen Stands/dergestalt ohn recht gewaltiglich genommen/ oder abgetrungen/sollen und wollen Wir/der Billigkeit / wie sich in recht gebührt / wider zu dem seinen verhelffen/ bey solchem auch/ so viel er recht hat / handhaben/schützen und schirmen/ ohn alle Verhinderung/ auffhalt oder saumnuß.

9. Zu dem / und insonderheit / sollen und wollen Wir dem H. Römischen Reich/ und desselben Zugehörungen/ nicht allein ohn wissen/willen/ und zulassen gemeldter Churfürsten samptlich / nichts hingeben/verschreiben / verpfänden / versetzen/ noch in andere Weg vereusseren oder beschweren / sondern Uns auch auffs höchst bearbeiten / und allen möglichen Fleiß und Ernst fürwenden / das jenige so davon kommen/ als verfallen Fürstenthumben / Herrschafften und andere/ auch confiscirt und unconfiscirte merckliche Güter / die zum theil in anderer frembder Nation Händ ungebürlicher weiß gewachsen/ (*al. zihen. zum fürderlichsten wider darzu bringen / zu*eignen/ auch darbey bleiben lassen/ doch männiglich an seinen gegebenen Privilegien/ Rechten und Gerechtigkeiten unschädlich.

10. Und ob Wir selbst / oder die Unsern / ichtes / daß dem heiligen Reich zuständig/ und nicht verliehen/noch mit einigem rechtmässigen Titel bekommen were oder würde / innen hätten / das sollen und wollen Wir bey Unsern schuldigen und gethanen Pflichten / demselben Reich ohne Verzug auff ihre der Churfürsten gesinnen / wider zu handen wenden/ zustellen / und folgen lassen.

11. Wir sollen und wollen Uns darzu / in zeit bemeldter Unser Regierung/ friedlich und nachbarlich gegen den anstossenden / und Christlichen Gewälten halten/kein Gezänck/Fehde noch Krieg/ in oder ausserhalb deß Reichs/ von desselben wegen anfahen oder unternehmen/noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen / ohne Vorwissen/ Raht und Bewilligung der Reichsständ/ zum wenigsten der sechs Churfürsten : wo Wir aber von deß Reichs wegen/ oder das Heilige reich angegriffen und bekrieget würden/alsdann mögen Wir Uns dagegen aller Hülff gebrauchen.

12. Dergleichen sie / die Churfürsten / und andere desselbigen Reichs Ständ mit den Reichstägen / Cantzley-gelt / Nachreysen / Aufflagen oder Stewer unnohtdürfftlich/und ohne redlich und dapffer Ursach / nicht beladen noch beschweren/ noch in zugelassenen nohtdürfftigen Fällen die Stewer/Aufflagen/und Reichstäg/ ohn wissen und willen der sechs Churfürsten / wie obgemeldt

melde/ darzu erfordert/ nicht ansetzen noch außschreiben/ und sonderlich keinen Reichstag ausserhalben des Reichs Teutscher Nation Fürnehmen oder Außschreiben.

13. Wir sollen und wollen auch Unsere Königliche/ und des Reichs Aempter an Hof/ und sonst im Reich/ mit keiner andern Nation/ dann gebohrnen Teutschen/ die nicht niederes Stands noch Wesens/ sondern namhafftige redliche Leut/ von Fürsten/ Graffen/ Herren/ von Adel/ und sonst dapffers guten Herkommens/ hohen Personen besetzen und versehen/ auch die obbenanten Aempter bey ihren Ehren/ Würden/ Gefällen/ Rechten und Gerechtigkeiten bleiben/ und denselben nichts entziehen oder entziehen lassen/ in einigen Weg/ sonder Gefährde.

14. Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs/ kein andere Zungen/ noch Sprach gebrauchen lassen/ dann die Teutsche/ oder Lateinische Zungen: Es were dann an Orten/ da gemeiniglich ein andere Sprach in Ubung und Gebrauch stünde/ alsdann mögen Wir/ und die Unsern/ Uns derselben daselbst auch behelffen.

15. Auch die Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen/ Herren/ und den Adel/ auch andere Stände und Unterthanen des Reichs/ mit rechtlichen/ oder gütlichen Tagleistungen/ ausserhalb Teutscher Nation/ und von ihren ordentlichen Richtern nicht tringen/ erfordern noch fürbescheiden/ sondern sie alle/ und jeden insonderheit/ im Reich/ laut der gulden Bullen/ auch wie des Reichs Ordnungen/ und ander Gesetz vermögen/ bleiben lassen.

16. Und als über und wider concordata Principum, auch auffgerichte Verträg zwischen der Kirchen/ Päpstlicher Heiligk. oder dem Stul zu Rom und Teutscher Nation/ mit * unsäglichen Gratien/ Rescripten/ Annaten der Stifft/ so täglich mit Manigfaltigung/ und Erhöhung der Officien am Römischen Hof/ auch reformation, dispensation, und in ander Weg/ zu Abbruch der Stifft/ Geistlichkeit/ und andern gegebenen Freyheiten/ darzu zu Nachtheil Juris patronatus, und der Lehenherren/ stetigs und ohne unterlaß offentlich gehandelt/ derhalben auch unleidlich und verbotten Gesellschafften und Contracte/ oder Bündnuß (als Wir bericht) fürgenommen und auffgericht werden: Das sollen und wollen Wir/ mit Ihr/ der Churfürsten/ Fürsten/ und anderer Stände Rath/ bey Unserm Heil. Vatter/ dem Papst/ und Stul zu Rom/ Unsers besten Vermögens abwenden und fürkommen/ auch darob und daran seyn/ daß die vorgemeldten concordata Principum, und auffgerichte Verträg/ auch Privilegia und Freyheiten/ gehalten/ gehandhabt/ denen festiglich gelebt und nachkommen werde.

* al. unformlichen.

17. Wir sollen und wollen auch die grossen Gesellschafften der Kauffleut/ Gewerbsleut/ so bißhero mit ihrem Gelt regiert/ ihres Willens gehan-

delt / und mit Theurung dem Reich / dessen Inwohnern und Unterthanen / merckliches Schaden/ Nachtheil und Beschwerung * eingeführt/ einführen / und noch täglich thun gebähren/ mit ihrer der Churfürsten/ Fürsten/ und anderer Stände Raht / wie dem zu begegnen / hievor auch bedacht und vorgenommen/ aber nicht vollstreckt worden/ gar * abthun.

* al. zugefüget.

* al. bearbeiten.

18. Wir sollen und wollen auch insonderheit/ dieweil Teutsche Nation/ und das Heilige Römische Reich/ zu Wasser und Land zum höchsten vor damit beschwert/ nun hinfür keinen Zoll von neuen geben/ noch einigen alten erhöhen/ ohn besonder Raht/ Wissen/ Willen und Zulassen / der bemeldten sechs Churfürsten/ wie vor und offtgemeldt.

19. Und demnach etliche Zeit her/ die Churfürsten am Rhein/ mit viel und grossen Zollfreyungen/ über ihre Freyheit und Herkommen/ offtmals durch Fürderungs-Brieff / und in andere Wege ersucht und beschwert worden / das sollen und wollen Wir als unträglich abstellen / fürkommen/ und zumal nicht verhengen noch zulassen/ fürter mehr zu üben/ noch zu geschehen/

20. Und insonderheit so sollen und wollen Wir auch/ ob einiger Churfürst/ Fürst/ oder ander/ seiner Regalien/ Freyheit/ Privilegien/ Recht und Gerechtigkeit halber/ daß bey ihm geschwächt / geschmählert/ gemindert / genommen/ entzogen/ bekümmert oder betrübt worden / mit seinem Gegentheil / und Widerwertigen zu gebührlichen Rechten kommen/ oder fürzufordern unterstehen wolt/ oder auch anhängig gemacht hätte / dasselbe und alle andere ordentliche schwebende Rechtfertigung nicht verhindern / noch verbieten / sondern den freyen starcken Lauff lassen.

21. Wir sollen und wollen auch die Churfürsten / Fürsten/ Prælaten / Grafen/ Herren/ und andere Stände des Reichs/ selbst nicht vergewaltigen/ solches auch nicht schaffen/ noch andern zu thun verhengen/ sondern wo Wir oder jemands anders zu ihnen allen/ oder einem insonderheit zu sprechen hätten/ oder einige Forderung fürnemmen/ dieselben sampt und besonder/ Auffruhr/ Zwietracht/ und andern Unraht im heiligen Reich zu verhüten/ auch Fried und Einigkeit zu erhalten / zur Verhör und gebürlichen Rechten / stellen und kommen lassen/ und mit nichten gestatten/ in deren/ oder anderen Sachen/ darinn sie ordentlich Recht leiden mögen/ und des urbietig seyn/ mit Raub/ Name/ Brand/ Fehden / Krieg / oder ander Gestalt zu beschädigen / anzugreiffen oder zu überfallen.

22. Wir sollen und wollen auch fürkommen / und keines Wegs gestatten/ daß nun hinfüro hochs oder nieders Stands / Churfürsten/ Fürsten/ oder andere/ ohne Ursach/ auch unverhört/ in die Acht oder Oberacht gethan/ bracht und erklärt werden / sondern in solchem ordentlichen Proceß und des Heiligen Römischen Reichs vorauffgerichte Satzungen/ in dem gehalten und vollzogen werden.

23. Und

23. Vnd nach dem dasselbig Römisch Reich/fast und höchlich in Abnemen und Geringerung kommen / so sollen und wollen Wir / neben andern/die Reichssteuer der Stätt/und andere Gefäll in anderer Personen Händ gewachsen und verschrieben/wieder zum Reich ziehen/und nicht gestatten/ daß solches dem Reich und gemeinen Nutzen wider Recht und alle Billigkeit entzogen werde: Es were dann / daß solches mit rechtmässiger Bewilligung der * Sechs Churfürsten beschehen were. *al. Reichs

24. Wann auch Lehen dem Reich/und Vns/bey Zeiten Vnserer Regierung eröffnet / und lediglich heimfallen werden / so etwas merckliches ertragen/als Fürstenthumb/Grafschafften/Herrschafften/Stätt/und dergleichen/ die sollen und wollen Wir ferner niemand verleihen/sondern zu Vnterhaltung des Reichs/Vnser und anderer nachkommender König und Kaiser/behalten / einziehen und incorporiren / biß so lang dasselbe Reich wieder zu Wesen und Auffnehmen kommet: doch Vns/ von wegen aller Vnser Erbland / und sonst männiglich/an seinen Rechten und Freyheiten unschädlich.

25. Wo Wir auch mit Raht und Hülff der Churfürsten/Fürsten/und anderer Stände ichts gewinnen/ überkommen / oder zu Handen bringen / das alles sollen und wollen Wir dem Reich zuwenden und zueignen / wo Wir aber in solchem ohn der Churfürsten/Fürsten/und anderer Ständ Wissen und Willen ichts vornemmen / darinnen sollen sie Vns zu helffen unverbunden seyn / und Wir nicht dester minder/daß jenige/so Wir in solchem erobert und gewonnen hätten/ oder würden/ und dem Reich zustünde/ dem Reich wieder zustellen und eignen.

26. Wir sollen und wollen auch alles daß/so durch die zween des Heiligen Reichs Churfürsten und Vicarien/in mitler Zeit/ so daß vacirt, laut der gulden Bullen/und nach Vermög des Reichs Ordnungen/gehandelt und verliehen/genehme haben/auch confirmiren und ratificiren/in der allerbesten und beständigsten Form/wie sich dasselbe wol geziemet und gebühret.

27. Vnd nach dem im Reich viel Beschwehrung und Mängel / der Müntz halben gewest/ und noch seyn / wollen Wir dieselben zum förderlichsten/ mit Raht der Churfürsten / Fürsten und Ständ des Reichs zu fürkommen / und in beständigliche Ordnung und Wesen zu stellen / möglichen Fleiß fürwenden.

28. Vnd insonderheit / sollen und wollen Wir Vns auch keiner Succession, oder Erbschafft / des offternenten Römischen Reichs anmassen / unterwinden / noch in solcher Gestalt unterziehen / oder darnach trachten / auff Vns selbst / Vnser Erben und Nachkommen / oder auff jemand anders unterstehen zu wenden / sondern Wir / dergleichen Vnser Kinder / Erben und Nachkommenden / die gemeldten Churfürsten / ihre Nachkommen / und Er-

ben zu jedlicher Zeit bey ihrer freyen Wahl / wie von Alters her auff Sie kommen / die Gulden Bull / Päpstliche Recht / und andere Gesetz oder Freyheiten vermögen / so es zu Fällen käm / die Nohtdurfft und Gelegenheit erfordern wird / geruhiglichen bleiben / und gantz ungetrangt lassen: wo aber dawider von Jemands gesucht / gethan / oder die Churfürsten in dem getrungen würden / das doch keines Wegs seyn soll / das alles soll nichtig seyn / und dafür gehalten werden.

29. Wir sollen und wollen auch / Unsern ersten Hoff gen Nürnberg / inmassen wie vor Alters im Reich herkommen / ansetzen und außschreiben.

30. Wir sollen und wollen Uns auch / zum bäldesten es möglich und füglich / herauß in das Reich Teutscher Nation persönlich fügen / die Römische Königliche Cron / wie Uns als erwehlten Römischen König wol geziemt / empfahen / und anders / so sich deshalben gebührt / thun / auch Unser Königlichen Residentz / Anwesen und Hoffhaltung in dem Heiligen Römischen Reich Teutscher Nation / allen Gliedern / Ständen und Unterthanen desselben zu Ehren / Nutzen und Gutem / des mehrer Theils / so viel möglich / haben und halten; und nachfolgend so Wir die Königliche Cron / wie obsteht / empfangen haben / Uns zum besten befleissigen / die Kaiserliche Cron auch in zimlicher gelegener Zeit zum schlersten erlangen / und Uns in dem allen dermassen erzeigen und beweisen / daß Unserthalben an aller Möglichkeit / kein Mangel gespührt und vermerckt werden soll.

31. Solches alles / und jedes besonder / wie obstehet / haben Wir obgemelter erwehlter Römischer König den gemelten Churfürsten geredt / versprochen / und bey Unsern Königlichen Ehren / Würden und Worten / im Namen der Warheit zugesagt / thun dasselbe auch hie mit und in Krafft dieses Breffs / inmassen Wir dann des einen leiblichen Eyd zu GOtt und den Heiligen geschworen / dasselbe stet / fest und unverbrochenlich zu halten / dem treulich nachzukommen / darwider nicht zu seyn / zu thun / noch zu schaffen gethan werden / in einige Weiß / oder Weg / die möchten erdacht werden.

32. Wir sollen und wollen auch / in dieser Unser Zusagung / der Gulden Bullen / des Reichs Ordnung / und Gesetzen / so jetzo gemacht / oder künfftiglich durch Uns / mit ihrer der Churfürsten / und Fürsten / auch anderer Ständt des Heiligen Reichs Raht möchten auffgerichtet werden / zu wider kein Rescript, oder Mandat / oder ichts anders beschwerlichs / unverhörter Sachen außgehen lassen / oder zu geschehen gestatten / in einige Weiß oder Weg.

33. Ob aber diesem / oder andern vorgemeldten Articuln / und Puncten einigs zu wider erlangt / oder außgehen wird / daß alles soll krafftloß / tod und ab seyn /

ab seyn / inmassen Wir es auch alsdann und dann als jetzund hiemit cassiren / tödten und abthun / und wo noht der begehrenden Partey derhalben nohtdürfftig Vrkund und Brieflichen Schein zu geben / die Wir ihnen auch zu geben und widerfahren zu lassen schuldig seyn sollen / argen List und Gefährd hierinnen außgescheiden.

34. Des zu Vrkund / haben Wir dieser Brieff sechs / in gleicher Form und laut gefertiget / und mit Vnserm Königlichen anhangenden Insigel bekräfftiget / und jeden obgemeldten Churfürsten einen überantwortet; Geben am dritten Tag des Monats Julii / nach Christi Geburt / Fünffzehenhundert und im Neunzehenden / Vnser Reiche / des Römischen im Ersten / und der Hispanischen im vierten Jahr.

Ad mandatum Regis proprium.

Nicol. Ziegler.

Hanc Capitulationem exhibuit Goldastus part. 2. der Reichssatzungen / pag. 181.

ANNOTAMENTA AD CAPITULATIONEM CAROLI V.

AD PROOEMIUM.

Wir

De hac loquendi formula egi *in juris publici lib. 4. c. 6. n. 1. & seqq.*

Carle der Fünfften.

1. Inter Imperatores quinque fuerunt Caroli.
2. De patria Caroli Magni non conveniunt Autores.
3. Carolus Calvus.
4. Carolus Crassus.
5. Etiam hi Magni nomen sibi attribuerunt.
6. Carolus IV.
7. Carolus V. à Pontifice dictus Maximus.
8. Caroli nomen est à Germanico Kerl.
9. Carolus in Gallia vocatur certa monetæ species.
10. Henrici III. jocus.
11. Est districtus in Gallia, qui dictus Carlingus.

1. INter Imperatores Romanogermanos quinque omnino reperiuntur Ca-
2. roli. Primus, est Carolus Magnus, (Pipini filius) de cujus patria fere hodie, ut olim de Homeri, certatur. Alii Ingelhemium, (quod altero milliari à Moguntia distat:) alii Caroloburgum, (quod in Boica, tertio lapide ab urbe Monachio, regia Principum, abest.) alii locum non procul Leodio nominant, alii Brabantiam; *Vide Spiegel in schol. ad lib. 8. Ligur. apud Reuber. veter. Scriptor. tom. un. p. 396.*) alii, cum Eginhardo, negant natalem terram Caroli certo sciri posse (*Matth. Rader. in Bavaria sancta, tit. de S. Carolo Magno p. 78.*)
3. Carolus secundus est, qui cognomento Calvus, mortuo Ludovico ad Impe-
4. rium adscendit. Carolus tertius appellatus fuit Crassus. Et ita quidem u-
5. terque populariter; Ipsimet vero, magni sibi cognomen usurparunt, ut plane errent, qui non satis expensa temporum supputatione, repente ad Carolum, Pipini filium, animum adjiciunt, ubi publicis in tabulis, diplomatisve, Magni cognomen legunt. (*Vadianus apud Goldast. Alamannicar. rer. tom 3.*
6. *pag. 73.*) Carolus quartus fuit ille, qui auream bullam condidit. Carolus quintus, cui hæc capitulatio, de qua agere incipimus, præscripta, & cui à
7. Pontifice Paulo III. anno M. D XLVII. nomen Maximi attributum dicitur.
8. (*Iacob. Marchantius in descript. Flandriæ lib. 3. pag. 324.*) Caroli autem nomen originem à lingua Germanica habet, qua Kerl/ quod Carl scribi cœpit, virum

rum significat, (*Goldast. tom. 1. Alamann. rer. part. 1. pag. 85.*) vel magnanimum, & generosum: (*Iean du Tillet au Recueil des Roys de France pag. m. 10.*) In Gallia, monetæ certa species Carolus dicitur, quod Caroli Regis nomine 9.
cusa: unde Henrici III. jocus, quando cum Henrici IV. (tunc Navarræ tan- 10.
tum Regis) copiis suas conjunxerat, & à Carolo Duce Mainio ad prælium vocabatur, (*ce seroit folie de hasarder un double Henry*) est monetæ aureæ species) *contre un Carolus.* Est etiam in Gallia districtus quidam, à Caroli no- 11.
mine dictus Carlingus, quo de ita scribit Gotfridus Viterbiensis: (*Chron. parte 17. pag. 507.*) Pars illa Galliæ, in qua est Sequana fluvius, & Ligeris, vocabatur Gaudina. Hanc omnem Carolus Martellus, Francorum Belli Dux, subjugat, ac perpetuo decreto constituit, illam provinciam Gaudinam eo nomine non nominari, sed Francigenam appellari. In lingua vero Teutonica jussit eandem provinciam vocari nomine suo Carlingam, & eos homines, nomine suo vocari Carlingos, sicut à Cæsare Cæsarea dicitur:) quod vocabulum omnes Teutonici usque hodie servaverunt. dicunt enim, vado in Carlingam, venio de Carlinga, homo ille Carlingus est, & linguam habet Carlingam. Hæc Viterbiensis de tempore suo.

Von Gottes Gnaden.

1. *De titulo*, Dei Gratia; *remissive.*
2. *Idem titulus, nulli magis, quam Regi Galliæ, convenire dicitur.*
3. *Cur Rex Galliæ, in actu coronationis suæ, ipsemet gladium altari impositum apprehendat.*
4. *Balsaci dictum.*

VIde quæ scripsi de jure publico *d. lib. 4. c. 6. num. 18. & seqq. & in addition ad* 1.
eundem locum. Hunc titulum, *Dei gratia*, præ cæteris optime conve- 2.
nire Regi Galliarum, communis Gallorum vox est. Non enim potestatem suam populo acceptam ferre dicitur, (*d. c. 6 n. 21.*) nec Pontifici, (*Estienne Pasquier des recherch. de la France livr. 3. chap. 17. pag. 219.*) aut ulli mortalium, sed immediate unico DEO, (*Bacquet part. 3. chap. 25. pag. 80.*) ubi addit; (*ensigne de quoy nos Roys en leur sacre prennent l'espée sur l'autel, pour monstrer qu'ils ne tiennent la souveraineté & puissance Royale que de DIEV.*) Hoc ut innuant Re- 3.
ges nostri, in coronationis suæ actu gladium altari impositum, ipsi manu
sua apprehendunt. Eodem innixus fundamento Balsac (*en son Prince chap. 6.* 4.
pag. 90.) scripsit, (*que le Roy de France porte la couronne la plus independente, qui soit au monde.*) Regem Galliæ gestare coronam maxime independentem inter cæteras universi orbis.

Erwehlter.

1. *Imperium Romanogermanicum aliquando successorium fuit, postea vero factum electitium.*
2. *Et tale adhuc permansit.*
3. *Moguntini oratio ad Collegas suos.*
4. *An Germani, electionem successioni praeferentes, bene sibi prospexerint?*
5. *Galli amant successionem.*
6. *Gallos amasse electionem, tradit Hottomannus.*
7. *Liber Hottomanni*, de Francogallia, *à nonnullis atro notatus carbone.*
8. *Communis est opinio, Francorum Regnum, in prima & secunda Regum familia, fuisse successorium.*
9. *Eligere apud veteres autores, aliquando significat declarare & recognoscere.*
10. *Successionem in regnum aliquando approbari suffragiis populi vel procerum.*
11. *Populus Galliae adhuc interrogatur, an N. sibi Regem esse velit.*
12. *Cur hoc fiat?*
13. 14. 15. *Sunt qui Regnum Galliae non pure hereditarium, sed legitimum esse tradant.*
16 *Quando lege deferri coeperit?*
17. *Quantum intersit inter successionem hereditariam & legitimam?*
18. *Galli taxant Germanos; sed male.*
19. *Qua conditione Autor electionem praeferat successioni.*

1. IMperium Romanogermanicum aliquando successionis juri subjectum fuit, aliquando electitium factum, quale esse aliquot per secula hucusque perennavit, ut docui: (*de jure publ. lib. 2. cap. 3.*) hunc enim modum Majores nostri, statui quem elegerant, & libertati suae, magis convenire arbitrati sunt,
2. quam successionem. Firmarunt deinde hanc opinionem legibus, & posteritati commendaverunt; quae avitae libertatis memor, & suae cultrix, non solum antiquas leges hactenus observavit, sed etiam, ne ab aliis iisdem vis inferretur, cavit, ut in nostrae capitulationis articulo XXVIII. videre licet, cujus
3. tenor etiam in subsequentibus capitulationibus jugiter repetitus fuit. Speciosa, sed aliunde quam è visceribus status nostri, pro electione, quam utimur, petita est ratio, annotata à Sabino in descriptione electionis Caroli V. (*quae est apud Goldast. part. 1. polit. Imperial. tit. 7. p. 124.*) ubi refert, Moguntinum ad coëlectores suos, inter alia dixisse: Nulla difficilior deliberatio de ulla re humana incidere potest, quam de Imperatore eligendo. Nam caeteri Reges non sustinent hoc ingens onus externa regna propugnandi. Noster Imperator eligitur, ut sit dux publici consilii inter omnes Reges, ut propugnet Italiam, ut tranquillitatem Ecclesiae praecipue custodiat. Itaque cum tantarum rerum cura Imperatori commissa sit, non, ut in caeteris regnis, nascuntur successores, sed gravissimo consilio constitutum est, ut judicio atque autoritate nostri collegii quaeratur successor, qui molem tantarum rerum susti-
4. nere possit. Verum, *an Germani electionem successioni praeferentes, optimam elegerint partem*, in dubium vocari à nonnullis, notum est, qua in quaestione suam unicuique sponsam placere, usu venire deprehendo. Quod, uti de

privatis

privatis quæſtionum politicarum arbitris, veriſſimum; ita quoque de nationibus, quarum una ſucceſſionem amat, altera electionem veneratur, certiſſimum eſt. Gallicarum rerum hiſtoriographus ſatis notus, Ioh. Serres (*en l' inventaire de l' hiſtoire de France tom. 1. pag. 318.*) quando de eo tempore, quod Caroli Magni progeniem extinctam ſecutum fuit, loquitur, hoc teſtimonium de nationis ſuæ genio fert; (*les François n' eſtoient pas en moindre pouvoir que les Allemans, pour faire une Republique elective, mais leur humeur les rapporta à cette Royauté hereditaire, ſans laquelle ils ne pourroient ſubſiſter.*) Habebant Galli, æque ac Germani, poteſtatem conſtituendi Rempublicam electitiam, ſed ipſorum ingenium eos reduxit ad hoc regnum hereditarium, ſine quo ſubſiſtere nequirent. Placuiſſe tamen etiam aliquando Gallis electionem, mul- 6
tis teſtimoniis firmare conatus eſt Franciſcus Hottomannus in *Francogallia*: (*cap. 7. pag. 48. & ſeqq.*) at vero celebrare ſuum nomen infamaſſe inſolentis 7.
huius tractatus editione, ſcribit Moriſottus (*in Henrico Magno cap. 11. p. 33.*)
& Francorum Regnum ſemper ab omni ætate, etiam in prima & ſecunda 8.
Regum ſtirpe, ſucceſſivum ac hereditarium fuiſſe tradunt magno conſenſu & numero, cum veteres Autores, tum recentes rerum Francicarum Scriptores, quorum non exiguum catalogum exhibet Goldaſtus, (*in Seniore lib. 3. cap. 11. n. 1.*) Deceptus fuit Hottomannus, aut decipere voluit alios, veterum 9.
autorum, quos allegat, loquendi formulis, apud quos nonnunquam, *eligere*, ſignificat *declarare*, *aut recognoſcere*: (*Scipion du Pleix tom. 2. de l' hiſtoire univerſelle de France pag. 33. num. 15.*) nec perpendit, abſurdum non eſſe, Regnum 10.
eſſe hereditarium, procerum tamen, vel populi ſuffragiis, ſucceſſionem hereditariam quandoque approbatam fuiſſe, (*Cabotius lib. 1. variar. iuris deſputat. cap. 13. pag. 47. Arniſæus de repub. lib. 2. cap. 2. ſect. 3. n. 54. & ſeqq.*) Nam in Regnis hereditariis, ſi mos ſit populum aſſentiri, acclamare ſucceſſioni Regum, conſtituere illos, eligere, ſublimare in regnum non propterea Regnum ſuffragiis obvenit, ſed ſucceſſione, quam approbant ſuffragia, (*Goldaſt. d. l. n. 4.*)
Illud ſane ad huc in Gallia uſitatum novimus, quando Regis coronatio publi- 11.
co & ſolemni actu perficitur, antequam Rex juramento Regno obligatur, ut interrogetur populus circumſtans ab Epiſcopis, qui Regem elevatum ſede ſua oſtendunt, (*s' ils l' acceptent pour Roy,*) an hunc pro Rege accipiant?
Quod ſecundum explicationem Theodori Gothofredi (*au Ceremonial de Fran-* 12.
ce pag. 628.) ſit (*non que ceſte acceptation ſe prenne pour election, ayant ce Royaume eſte touſiours hereditaire, & ſucceſſif au plus prochain maſle: mais pour declaration de la ſubmiſſion, obieſſance & fidelité, qu' ils luy doivent, comme à leur ſouverain ſeigneur, de l' expreſſe ordonance de Dieu:*) non quod hæc acceptatio pro electione habeatur, nam hoc Regnum ſemper heredidarium fuit, & ſucceſſione delatum ad proximiorem maſculum; ſed quod eâ fiat declaratio ſubmiſſionis, obedientiæ & fidelitatis, quam Regi debent, tanquam ſupre-

13. mo Domino suo, vi expressi mandati divini. Qui se rem exactius considerare putant, Regnum Franciæ, non pure hereditarium, sed legitimum esse tradunt (*Loyseau livr. 2. des offices, chap. 2. n. 34. La couronne de France n' est pas purement hereditaire, ny par testament, ny mesme ab intestat, ains est deferée par la loy du Royaume, au premier prince du sang*) jure sanguinis, & citra jus atq; no-
14. men heredis. Quam opinionem Bodinus quoq; in libris *de Repub.* aliquoties inculcat, (*nempe livr. 1. ch. 9. pag. 179. edit. gallic. & livr. 1. chap. 8. circa f. pag. 160.*) ubi ait (*la Royaume de France n' est point deferé par succession paternelle, mais bien en vertu de la loy du Royaume*) Regnum Franciæ non defertur successione paterna,
15. verum virtute legis Regni. In eadem opinione conveniunt etiam Cassan (*en la recherche des droits du Roy & de la couronne de France livr. 1. chap. 1. pag. 15.* ac Cabotius: (*d. lib. 1. disput. cap. 13. pag. 52.*) sed in tempore non conveniunt, quando lege successionis (unde legitimam successionem vocare solent) Re-
16. gnum deferri cœperit. Ille à primis Regni incunabilis hoc factum docet hic in tertia, quæ ad huc hodie durat, Regum familia cœpisse tradit. Quan-
17. tum vero inter successionem hereditariam, & legitimam intersit, septem differentiis exponit Cabotius (*d. lib cap. 14. pag. 53. & seqq.*) cui, quod effectus successionis legitimæ attinet, injungi potest Bret, (*de la souveraineté du Roy libr.*
18. *4. chap. 9. pag. 621.*) Enim vero, hac doctrina Galli Regno suo bene consultum dicunt, electionem autem, quæ nobis in Imperio caput quærimus, multa secum incongrua advexisse nonnulli ex iisdem nobis obiiciunt. (*vide me de jure publico lib. 2. c. 3. n. 13.*) At habent domi etiam ipsi incongrua, quæ illis suc-
19. cessio peperit. Scilicet si utrobique salus populi pro suprema lege observaretur, parum interesset, an per successionis portam intraret, an per januam electionis admitteretur Rex, vel Imperator. Quanquam, si electionis legibus satisfiat, hanc successioni semper præferendam ducam. Vt maxime enim successio Regi, magis tamen Regno, vel Imperio, electio conducit.

Römischer König.

1. *De nomine Regis Romanorum.*
2. *Pierre de L' Ancre impugnat hoc nomen.*
3. *Ejus tradita examinantur.*
4. *Titulus Regis Romanorum non vanus est & inutilis.*
5. *Electus in Imperatorem veras Regis notas habet.*
6. *Habetque potestatem in Romanos.*
7. *Non omnium Regum una & æqualis est potestas.*
8. *Regis Romanorum dignitas, & jus succedendi.*
9. *Imperio Romanogermanico inutile est habere Regem Romanorum.*
10. *Regia potestas etiam aliis quam Regibus competere potest.*
11. *Reges dicuntur etiam illi, qui sine potestate Regia sunt.*
12. *Rex quot Duces sub se habere debeat?*
23. *Aliorum de hac opinione censura.*
14. *Rex Romanorum multos sub se habet Duces.*

Quis

15. *Quis dicatur Rex, secundum Charles Loyseau.*
16. *Notæ Regis, quæ in Rege Romanorum concurrunt.*
17. *Exercet potestatem nomine Imperatoris, & suo proprio.*
18. *In quo differat ejus potestas à potestate aliorum Regum.*
19. *Est tamen Rex.*
20. *Galli nomine Regis varie abutuntur.*
21. *P. de L' Ancre flagellat Imperium scopis dissolutis.*
22. *Ejus verba referuntur in lingua Gallica.*
23. *Et exprimuntur latine.*
24. *Petri de L' Ancre paradoxon*, Gallos esse Constantissimos.
25. *Ejus rubrum cum nigro non convenit.*
26. *Germani liberiores quam Galli.*
27. *Rex Galliæ potestatem suam non habet à populo.*
28. *Galliæ Rex est Rex asinorum.*
29. *Galli sunt Clitellarii.*
30. *Qui liberiori populo præest, præfertur illi qui præest minus liberiori.*
31. *Franciscus I. gloriari solitus, se Reges Galliæ ex ephebis eduxisse.*
32. *Sensus hujus enunciati.*
33. *Cujus autorem alii faciunt Ludovicum XI.*
34. *Ludovicus XI. fuit* bon Roy, sed mauvais homme.
35. *Rex Galliæ imponit tributa imperative.*
36. 37. *Galli tributis plus sunt onerati, quam aliæ nationes Christianæ.*
38. *Miserrima rusticorum Galliæ conditio.*
39. *Sal in Gallia obtruditur invitis.*
40. *Ludovicus XI. mandavit, ut omnes aves, quæ caveis inclusæ, ad se mitterentur.*
41. *Magnates Galliæ non possunt ducere uxores, nec elocare filias, nisi cum consensu Regis.*
42. *Quomodo hoc intelligi debeat.*
43. *Exemplum.*
44. *Principibus Galliæ non permittitur uti titulo*, Dei gratia.
45. *Exceptio*
46. *Gallicis Principibus non permittitur cudere monetam.*
47. 48. *Magnatum Galliæ conditio hodierna perquam maxime differt ab antiqua.*
49. *Censura de Coquille.*
50. *Duces, & Comites Galliæ moderni, non possunt comparari cum Ducibus & Comitibus Imperii nostri.*
51. *Vti nec cum antiquis Ducibus, & Comitibus Galliæ.*
52. 53. *Imperatoris dignitas est inter seculares summa.*
54. *Respondetur objectioni de L' Ancre.*
55. 56. 57. *Non omnes Gallorum Reges in relauta vixerunt.*
58. *Egerius, & Pocodinaro.*
59. *De L' Ancre confudit, quæ erant distinguenda.*
60. *Galli coguntur audire illud Regium*, tel est nostre plaisir.
61. *Iudex Imperatoris illustrior est, quam Iudex Regis Galliæ.*
62. *Rex Galliæ in propria causa non iudicat.*
63. 64. 65. *Succubuit aliquando in judicio.*
66. *Caroli IX. exemplum.*
67. *Error de L' Ancre.*
68 69. 70. 71. *Eidem contradicitur.*
72. *Fridericus Imperator, cur pro judice elegerit Parlamentum Lutetianum?*
73. *Laudantur ejusmodi compromissa.*
74. *Sed non imminuunt dignitatem.*
75. *Imperatores aliquoties Regibus Galliæ auxilio & opera præsto fuerunt.*
76. *Laus quæ Carolo M. tribuitur eidem tribuitur, ut Germano, non ut Gallo.*
77. *Galli à Francis distincti, tanquam victi à victoribus.*
78. *Hæc distinctio hodie cessat.*
79. 80. *Reges Galliæ fatentur genus suum esse à Germanis.*
81. *Quis Germanorum primum titulo Regis Romanorum fuerit usus.*

REx Romanorum hic significat illum, qui mortuo Imperatore electus, 1.
non eum, qui viventi adiunctus: utrisq; autem nomen Regis Romano-

 rum

2. rum competere, docui (*de jure publ. lib.2. c. 15. n. 1.*) Aculeo Gallico & nomen & rem ipsam petit Pierre de L'Ancre, (*au tableau de l' inconstance livr. 4. dic. 2. fol. 393. b. Le Roy des Romains, estoile avancoureuse, præsagere & denonciatrice de l' Empire, est un tiltre honorable, mais inutile, & n' a en soy les vrayes marques d' un Roy; veu qu' il n' a un pareil pouvoir sur les Romains, dont il porte le tiltre, que les autres Roys ont accoustumé d' avoir sur leurs subjects.*) Rex Romanorum, ait, sidus prodromum, præsagiens & denuncians Imperium, est titulus honorabilis, sed nullius utilitatis, nec complectitur veras notas Regis; quandoquidem non habet in Romanos, à quorum nomine appellatur, parem potesta-
3. tem, quam cæteri Reges solent habere in suos subditos. Quo minus autem nos feriat ille aculeus, expendendum venit, adversarium aut loqui de Rege Romanorum, qui vacante Imperio electus fuit, aut de eo, qui Imperatori in vivis, & ad gubernacula adhuc existenti, adiunctus datur. Si loquitur de illo, inquirendum præterea, quosnam Romanorum nomine intelligat, an solos urbem Romam incolentes, an etiam illos, qui olim hac civitate donati, & subditi Imperii fuerunt, tunc temporis, quando Imperium in Germanos translatum, aut qui hodie Imperii Romano germanici membra sunt? Si loquitur de illo, qui antiqua formula dicebatur electus Rex Romanorum in Imperatorem promovendus, injurius est in Imperatorem, nam ille non est alius, quam hic, quem hodie appellamus electum Imperatorem,
4. ad differentiam coronati. Titulus Regis Romanorum, in hoc Electo Imperatore non est inutilis, quippe præter honoré, quem ei super cæteros apud omnes Christiani orbis incolas conciliat, etiam hoc annexum tenet, quod Italia non habere possit alium Regem, quam hunc Cæsarem; ut Imp. Maximilianus II. Pio IV. P.M. qui Cosmum Medicæum Regio titulo ornare vole-
5. bat, indicavit. Habet præterea veras notas Regis electus Imperator. Est enim electus in Regem, coronatus in Regem, dicit se Regem, diciturque
6. Rex ab omnibus, etiam à Pontifice Romano, & urbe ipsa. Habet denique eam potestatem in Romanos, qualem habuerunt illi, qui Imperium Romanum acquisiverunt, & in Germanos transtulerunt, atque eam in illos exercere potest, nisi privilegium, transactio, pactum, & ejus generis alia obstent. Quod si autem vi opposita exercitium legitimum turbetur, vel impediatur, illud potestati Regiæ non potest, nec debet, fraudi esse. Atque hoc non solum de urbe Romana, sed etiam de reliqua Italia intelligi debet, ut & cæteris omnibus, qui Romano Imperio de jure subditi esse debent. Qui autem de facto se subtraxerunt, vel ab aliis subtracti fuerunt, non magis potestatem electi Imperatoris labe afficere possunt, quam Regis Galliæ ea Navarreni Regni pars, quam jure ad se pertinere affirmat, licet ab alio detineatur. Potestas denique ipsa electi Imperatoris talis est, qualem eligentes in ipsum conferunt: quæ si tam ampla non est, quam aliorm nonnullorum Regum,

præ-

præcipuè eorum qui in regna ſuccedunt, eſt tamen Regia. Nec enim ex jure gentium, quo Regna condita, (*l. ex hoc jure 5. ff. de I. & I.*) æqualis poteſtas unicuique Regum data, vel danda eſt, & fuit, ſed talis qualem populus liber conferre voluit, vel confert: (de devictis gentibus aliud dicendum, illud tamen fere generaliter, quod apud Livium (*l. 5.*) legimus, quid ſuper eſt quam væ victis?) Hinc licet electus Imperator non abſolutam in Imperii Status, & membra, poteſtatem habeat, non minus tamen Rex eſt, quam abſolutiſſimus quisque Regum: & Rex Galliæ non magis Rex eſt, quam minimarum gentium Rex, nec minus tamen etiam quam Turca, vel alius quispiam qui omnimodam poteſtatem in ſuos habet. Porro, ſi adverſarius loquitur de 8.
Rege Romanorum, qui vivente adhuc Imperatore, & Imperio nondum vacante, eligitur, iterum falſum eſt, quando titulum inutilem, nec veras notas Regias, nec poteſtatem Regiam huic adſcribit. Titulum & rem ſi ſpectemus, neutrum utilitate caret, tam reſpectu perſonæ Regis, quam reſpectu Regni, vel Imperii. Regi titulus honorem & dignitatem maximam confert, 9.
ac certiſſimum ſignum eſt ſucceſſoris in Imperio, ſi Imperator vel in fata, vel in requiem, abdicando poteſtatem, ſecedat. (R. A. zu Augſpurg *anno* 1559. *in pr.*) Vtilitas Imperii in eo, præter alia cernitur, quod vivente Imperatore, ſed impedito, à Rege ſalus Imperii procuratur, atque moriente Imperatore interregni pericula ceſſant. Veras notas Regis, quod attinet, vellem adverſarius eas expreſſiſſet clarius, nam quod de poteſtate urget, regia illa eſſe poteſt, in 10.
hoc vel illo ſubiecto, citra nomen Regis, (ita Birgerius, Dux Sueciæ fuit titulo & poteſtate Rex (*Albertus Cranzius lib. 5. Suecia c. 23 Cabotius lib. 1. diſput. c. 7. fol. 20.*) Ita olim Romæ, Regibus ejectis, duo conſules creati ſunt, quibus Regia poteſtas fuit) non minus quam nomen Regis in aliis ſine poteſtate Regia (*Bodin. de Republ. lib. 1. c. 8. pag. 137. Caietan. ad ſummam Thom. 2. 2. quæſt.* 11.
40 *artic.* 1.) Fuerunt nonnulli, qui ſcripſerunt, ad Regis Statum requiri, ut ſub ſe, & imperio ſuo habeat quatuor Ducatus, (*Eſtienne Pasquier livre 2. des* 12.
recherches de France chap. 11. fol. 72. editionis Lutetianæ de anno 1569.) vel ut Pierre le Prouſt (*en ſes commentaires ſur les couſtumes du pays de Loudunois tilt. 6. article. 2. pag* 131.) ſe obſervaſſe dicit, à veteribus annotatum, (*qu' un Roy, pour avoir ceſte qualite doit avoir au moins deux Ducs:*) Regem ut ea qualitate gaudere poſſit, ad minimum debere habere duos Duces. Licet vero idem le Prouſt, diſpenſationi hic locum dari moneat, & Pasquierius inventum hoc 13.
attribuat hominibus otio potius, quam ſcientia claris; nihilo tamen minus, ſi vera eſſent hæc ſomnia, Rex Romanorum etiam hac nota jure meritoque Rex dicitur? quippe quem non duo vel quatuor, ſed magnus Ducum numerus Dominum ſuum clementiſſimum ſalutat & obedientia veneratur. Char- 14.
les Loyſeau (*au traicté des ſeigneuries chap. 2. n. 7. p. m. 29.*) definiens Regem proprie & ſpecifice ita dictum, ait (*nous appellons Roys les Princes, qui ont plu-* 15.

pluesiurs provinces en leur Eſtat) nos appellamus Reges, eos Principes, qui mul-
16. tas provincias ſuo ſtatu complectuntur. Atqui Rex Romanorum, Regnum
ſub ſe habet, multis totque provinciis clarum, quotquot ſub Imperatoris
Rom. poteſtate ſunt. Meo ſenſu, notæ Regis in Rege Romanorum, quam-
plures concurrunt: eligitur in Regem, nomine Regis ſalutatur, corona Re-
17. gia, cæteriſque ornamentis Regiis, ſceptro, pomo &c. ornatur. Et ne de
poteſtate dubitemus, ubi eum exercet aliquando exercet, non ſolum Impe-
ratoris, ſed etiam ſuo nomine. R. A. zu Speier *anno* 1542. §. vnd damit ſolches/
pag. 262. §. würden ſich aber *pag.* 275. §. und zu deſto *pag.* 276. R. A. zu Nürnberg
anno 1542. *in pr.* §. und damit aber/ *pag.* 285. §. und darmit *pag.* 286. R. A. zu Aug-
ſpurg *anno* 1555. §. und ſo abermals *pag.* 406. §. und nach dem *pag.* 4'4. Cammer-
gerichts Ordnung *de anno* 1555. *in pr. p.* 420. *& in fine pag.* 495. R. A. zu Regen-
ſpurg/ *anno* 1557. §. und aber diß/ *pag.* 506. *in pr.* R. A. zu Speier *anno* 1557. §. daß
18. wir demnach / *pag.* 510. *cum ſimilibus)* Solum hoc illum à cæteris Regibus, hac
in parte, diſtinguit, quod poteſtatem non prius, nec amplius exercere poſſit,
quam velit Imperator (*artic.* 49. *Capit. Ferd. III.*) non tamen propterea Re-
19. gum Catalogo eximi debet, aut poteſt, cum in liberi populi poteſtate ſit. Re-
gem ſibi eligere, abſolutæ vel conditionatæ poteſtatis. Vnde non ſequitur
Rex Romanorum eam poteſtatem non habet, quam habent alii Reges: ergo
Rex non eſt: Sed ſequitur tantum hoc, Rex Romanorum non habet poteſta-
tem talem qualem Reges alii, ergo ea poteſtate uti non poteſt, qua illi utun-
tur: quæ illatio, nec Regi, nec illis, qui eum elegerunt, opprobrio eſt, ſed in-
dicat, eos libertate ſua uſos nec archetypum ullum agnoſcere, ad cuius for-
20. mam ectypum componere alligati ſint. Nulla in orbe eſt fuitve natio, quæ
titulo Regis, etiam ad viliſſima, tanta frequentia abutatur, quam Gallica:
hanc potuiſſet, meliori prætextu, corrigere de L' Ancre, quam nos Germanos,
qui Regem nominamus eum, qui parum ab Imperatore differt, & poteſtatis
21. Imperatoriæ voto communi ſucceſſor eſt certiſſimus. Sed Momus hic omnia
carpit, quæ Gallica non ſunt, potiſſimum tamen ea, quæ nos noſtrumq; con-
cernunt Imperatorem & Imperium; quod ſatyrica licentia, ſcopis diſſolutis
22. ita flagellat (*d. lib.* 4 *disc.* 2. *fol.* 594. *L'Empereur, qui ſemble eſtre pour le temporel
la dignité plus revelée de toutes, à maintenant ſi peu de pouvoir, & eſt ſi fort
bridé par ſes Electeurs, par les Dietes, & par la chambre Imperiale, voire par ſes
parents propres, que ſi le Royaume de Boheme n' eſtoit dans la maiſon d' Auſtriche,
dans laquelle eſt auſſi maintenant l' Empire, il ſe troveroit en Allemagne des Ducs
auſſi puiſſans que luy. Et comme diſent nos modernes, chaque Electeur peut plus
en ſon pays, que l' Empereur en toute l' Allemagne. Car outre pluſieurs prerogatives
il eſt loiſible aux Electeurs ſuivant la neceſſité, & par occaſion, de s' aſſembler à
part, & conſulter du bien public ſans que l' Empereur les en puiſſe empeſcher. Voire,
plu-*

plusieurs tiennent pour certain, que l' Electeur Palatin peut d' office citer l' Empereur, à comparoir & estre à droict devant luy, comme Electeur, & l' Empereur n' a ce mesme pouuoir sur ledit Electeur, s' il n' est ainsi ordonnées Dietes, & comices de l' Empire. Aussi, les villes Imperiales sont si descousues, & esloignées l' vne de l' autre, qu' à peine pourroient elles s' entresecourir. Et neantmoins encores sont-elles livres, n' en ayant l' Empereur quasi qu' un tiltre en l' air, & en fumée, Toutes fois, les Allemans ont encore voulu tirer devers eux ce tiltre d' Empereur, presque comme derniere despouille de la grandeur des Romains. Les Aigles, dit Tacite, Dieux peculieurs des nations, estoent appellés oyseaux Romains, comme guides & denunciateurs de toute leur bonne fotune: C' est pourquoy les Empereurs ont encore voulu retenir ceste marque, mais ils n' en ont gueres retenu autre chose que les armoiries; ils ont la plume, mais non l' oyseau. Ainsi la verité est, que le corps de l' Empire est demeuré en Allemaigne, les tiltres, le droict d' election, les Electeurs & autres choses semblables; mais la designation principale, qui gist en ce poinct d' estre esleu Roy des Romains, le sacre, le couronnement, depend d' ailleurs, & a encore dependance de Rome, & des saincts Peres. Tant y a, que les uns, & les autres ont de tout temps eu affaire des nous, voire si tresfort, que si parfois les Empereurs ont eu du different avec le Pape, ils ont esté bien aises de venir mendier leur accord en nos Parlemens. Tesmoin l' Empereur Frideric second, lequel, ayant quelque different, pour le nom, & tiltre de l' Empire avec Innocent quatriesme, en l' an 1244. *fut bien aise, de le remettre au jugament, & arbitre, de ceste grande compagnie souveraine la cour de Parlement de Paris. Que si on nous veut metre au devant, que les Empereurs Romains nous ont autre fois mis le pied sur la gorge; nous pouvons justement repartir, que nous leur avons rendu leur change. Car Charlemagne, un de nos Rois de France, leur a osté le siege & le tiltre d' Empereur. Que si les Allemans l' ont depuis retenu, ils ent doivent aussi remercier nos Rois, par le seul moyen desquels ils tienent encor pour le iourd' huy.*) Imperator, cuius dignitas videtur inter temporales omnes apicem tenere, hodie tam exiguam potestatem habet, & frœno iniecto adeo stricte ab Electoribus, atque à Comitiis, & Camera Imperiali, tenetur, imo à propriis suis aganatis, ut nisi Regnum Bohemiæ in Domo Austriaca esset, in qua etiam nunc Imperium est, reperirentur in Germania Duces potentia Imperatori non inferiores. Et ut moderni nostri dicunt, quilibet Electorum in suis ditiobus plus potest, quam Imperator in tota Germania. Est enim præter multas prærogativas, Electoribus licitum, vel necessitate, vel occasione oblata, conventus particulares agere, ac ibidem de bono publico consultare, adeo libere, ut Imperator hoc prohibere nequat. Imo vero multi pro certo tenent, Electorem Palatinum, officii jure posse citare Imperatorem, ut compareat, & respondeat coram ipso, tanquam Electore: cum tamen Imperator eandem potestatem in Electorem illum non habet, nisi ita in Comitiis Imperii constituatur 23.

ſtituatur. Civitates Imperiales quoque adeo ſparſim, & à ſe invicem tam longe diſtantes reperiuntur, ut vix mutuo auxilio occaſio detur: ſunt tamen nihilominus liberæ, & Imperatori quaſi aliud haud relictum, quam titulus in aëre, & fumus. Vt maxime autem hæc ita ſe habeant, Germani tamen voluerunt præterea ad ſe trahere titulum Imperatoris, tanquam ultimas fere exuvias magnitudinis Romanæ. Aquilæ, ut Tacitus ſcribit, à nationibus pro peculiaribus divis habitæ, appellabantur aves Romanæ, ceu ductrices, & nunciæ bonæ fortunæ hujus gentis. Hac de cauſa Imperatores hæc ſigna ſibi retinere voluerunt; verum, vix aliud retinuerunt quam inſignia, plumam tenent non avem. Ita revera comparatum eſt, ut Corpus Imperii in Germenia permanſerit, tituli, item jus electionis, Electores, & ſimilia alia; ſed deſignatio principalis, quæ conſiſtit in eo, ut quis eligatur in Regem Romanorum, conſecretur, & coronetur, aliunde dependet, & ad huc quidem à Roma & Pontificibus. Vtrique tamen, omni tempore, noſtra ope indiguerunt, in tantum, ut ſi quando inter Imperatores & Pontificem contentiones ortæ, volupe habuerint à noſtris parlamentis emendicare litis compoſitionem. Teſtis hujus rei Imp. Fridericus II. qui cum de nomine & titulo Imperii cum Innocentio IV. anno M.CC.XLIV. contenderet, prona voluntate litem arbitrio terminandam obtulit ſupremæ Curiæ Parlamenti Lutetiani. Quod ſi obiiciatur, Imperatores Romanos aliquando nobis victoris jure imperaſſe, recte reſpondere poſſumus, nos illis paria reddidiſſe. Carolus enim Magnus, unus ex noſtris Franciæ Regibus, ſedem & titulum Imperatoris illis abſtulit. Quem ſi Germani poſtea retinuerunt, etiam hujus cauſa gratias agere debent Regibus noſtris quorum ſola mediante opera eundem ad huc tenent. Hactenus ille. Verum enim vero, ne iniquitate ſua ſibi nimium placeat hic Germanomaſtix, examinanda erit ſatyra. Cum Zoilus noſter Petrus Lancreus ſecunda vice tractatum ſuum, (*le Tableau de l'inconſtance & inſtabilite de toutes choſes*) *Tabulam ſeu imaginem inconſtantiæ & inſtabilitatis omnium rerum*, ederet in lucem, eum integro libro auxit, & inter cæteros quartum eſſe voluit, quo de conſtantia nationum, & quænam ex illis magis aut minus conſtans, variis egit diſcurſibus, eo propoſito, ut parodoxon illud defenderet, Gallos ſuos eſſe magis conſtantes, quam Germanos, Hiſpanos, Italos, Anglos, Venetos, Helvetios; tot enim in theatrum producit. In hoc tum occupatur, varia & multa, quæ ad rem non pertinent, cumulavit. Patet hoc inter cætera, ex eo contextu, quem modo adduximus. Rubrum enim *diſcurſus ſecundi*, cuius ille pars eſt, ita ſe habet: (*Comparaiſon de la France avec l'Empire, & de l'Allemand avec le Francois, & lequel eſt plus inconſtant?*) Comparatio Galliæ cum Imperio, & Germani cum Gallo, & uter horum inconſtantior? In nigro autem non confert Imperium cum Regno, ſed Imperatoris poteſtatem cum Regia, ſine dubio ſatis ſibi conſcius, ſi libertatem conferre vellet, nationem Germa-

Germanorum, cujus Imperium est, libertate multis parasangis anteponen-
dum Gallis, qui sub regno Regis sunt, Sed quod directo evitare voluit, per
indirectum, & consequentiam non potuit. Etenim, dum minorem Impe-
ratoris, majorem vero Regis sui potestatem esse, hic & alibi tradit, consequés
est, majorem libertatem Germanos sibi retinuisse, minorem vero Gallis reli-
ctam. Quod factum esse & fieri inde patet, postquam Germani potestatem 26.
suam, certis sub restrictionibus & limitationibus, in Imperatorem confe-
runt; ubi Gallorum Rex, non à populo potestatem suam accipit, sed, succes-
sionis jure, arbiter & moderator Regni sui esse vult. Hanc ob rationem 27
contradictum fuit, nomine Galliarum Regis, causarum illi patrono, qui in
Parlamento Lutetiano dixerat, populum potestatem suam in Regem transtu-
lisse. (*Bodin. de Repub. lib. 6. c 5. & ego de jure publ. lib. 4. cap. 6. num. 21.*) Ex 28.
discrimine quoque hujus potestatis ortum est adagium, Imperatorem esse Re-
gem Regum, Galliæ vero Regem esse Regem asinorum, (*Manlius in loc.com-
mun.loco, de magistratu, pag. 585. Kirchner. de Repub. disput. 12. coroll. 8. Paradin
de l' histoire de Lyon pag. 656. Barricave en la defense de la Monarchie Françoise. p.
523.*) Idem etiam pictura expressum, quando Gallum cum clitella repræsen- 29.
tarunt. (*Thevet és vies des hommes illustres. livr. 4. ch. 5 pag. 206.*) Nos, ut ad-
versarii conatum infringamus, ita colligimus? Qui liberiori populo præest, 30.
præferri merito debet illi qui minus liberiori præest; Is enim existimandus no-
bilior, quo nobilius habet subjectum (*Capitius decis. 27. num. 23. in addit. Simon.
Pistor. consil. 18. num. 17. vol. 1. Knichen de sublimi & Regio territorio cap. 1. num. 1. &
seqq. Nolden. de Statu Nobil. cap. 10. n. 21. & alii multi quos ibidem allegat*) Impera-
tor noster liberiori populo præest, quam Rex Galliæ: Ergo. Minoris proba-
tio, partim ex jam dictis inclarescit, & præterea confirmatur ex sequentibus.
Franciscus I. se Galliæ Reges ex ephebis eduxisse, atque à tutorum potestate 31.
exemisse sæpe jactabat, (*inquit Belcarius lib. 16. commentar. rer. Gallicar p. 476.
num. 12.*) Illi enim antea majora negotia, & ad rem Galliarum publicam spe- 32.
ctantia, non nisi de Principum consanguineorum, ac duodecim Patriciorum
consilio expedire, nihil à plebe, nisi ex trium ordinum consensu, exigere so-
lebant: Hic aliam viam secutus est, quam ejus posteri ingredi potius, quam
Regum antiquorum vestigiis insistere, maluerunt. Quod Belcarius Fran- 33.
cisco, illud communiter Ludovico XI. ab aliis attribuitur; & scribit Coquil-
le (*en l' histoire du pays & Duché de Nivernois p. 243.*) (*le Roy François disoit, que
le Roy Loys XI. avoit mis les Roys de France hors de page, pource qu' il avoit abais-
se l' authorité des Princes, & aboli le pouvoir des Estats, és quels les nouveaux subsi-
des devoient estre accordés, & n' avoit le Roy droit de les imposer autrement.*)
Franciscus I. dicebat, Ludovicum XI. Reges Galliæ suæ tutelæ fecisse, ab a-
liena liberasse; quoniam autoritatem Principum depresserat, & aboleverat
potestatem Statuum, quorum consensu in publicis comitiis nova tributa

34. edicebantur, nec Regi erat licitum, ea aliter imponere. Vnde proverbium natum, cuius Coquille (*d. tr. p.* 244.) meminit, Regem Ludovicum XI. fuisse (*bon Roy, & mauvais homme*) bonum Regem, sed pravum hominem; & addit, autores proverbii per bonum Regem illum velle intelligi, (*qui à tous ses commandements, quels qu' ils soyent, se fait obeir,*) qui hoc efficit, ut omnibus suis
35. mandatis, qualia qualia fuerint, præstetur obedientia. Hinc cessare in Gallia jamdudum cœpit Cominæi (*lib. 5. histor. cap. 18.*) sententia, nulli Regum fas esse, (*de mettre un denier sur ses subiets, sans octroy & consentement de ceux qui le doivent payer*) vel teruncium tributi loco subditis, sine ipsorum voluntate, imponere: (*vide Bret de la souveraineté du Roy libr. 3. chap. 7. p. 396.*) nisi coa-
36. ctam voluntatem pro voluntate intelligamus. Adeo vero isthæc onera creverunt, ut nulla nominis Christiani natio sit, quæ tanta ferat, qualia ferunt Gallicæ provinciæ: (*Autor de Stat. relig. & Reipubl. Gallor. part. 4. lib. 10.*) quorum numerus tam excessivus est, ut nomina deficiant, quibus inter se discerni possint (*Pierre Matthieu en l' histoire de Henry IV. tom. 1. livr. 2. narrat. 3. p. 345. &*
37. *és remarques d'Estat p. 45.*) De nostris, in quibus vivimus, annis, testis est, omni exceptione major Bret (*de la souveraineté du Roy livr. 3. chap. 8. pag. 415.*) ubi ait; (*le peuple de France n' a esté de long temps si miserable, ny si charge de subsides, que maintenant;*) Galliæ populus tanta miseria longo abhinc tempore non labo-
38. ravit, nec tantis tributis oneratus fuit, atque hodie. Et postquam de perquam multis, qui à tributis eximuntur, dixisset, addit (*tout le faix tombe sur la populace des champs, qui ne peut plus respirer, sous la pesanteur de tant de charges, & d' impositions. & pag. 417. les paysans de la compagne accablés de pauvreté, & de disette, sont de pire condition que les bestes, & ne meinent plus qu' une vie pleine de langueur & d' amertume.*) Totum onus imponitur plebi rusticæ in agris, cui omnis facultas respirandi præcluditur, sub pondere tot onerum & tributorum. Ruri degentes agricolæ, obruti paupertate, & inopia, deterioris conditionis sunt, quam animalia bruta, nec aliam amplius vitam vivunt,
39. quam plenam languore, & amarulentia. Præterea, signum imminutæ libertatis etiam illud est, quod in nonnullis Galliæ provinciis *le sel se distribuë par impost, tellement que l' on contraint d' en acheter par force, bien que l' on n' en aye point de besoing, & si n' est-il pas permis de le vendre, ny de le donner à qui que ce soit, à peine d' une grosse amende, Bret. d. livr. 3. chap. 7. pag. 406.*) sal distribuitur autoritate publica, eo modo, ut licet populares illo minime opus habeant, emere tamen cogantur; nemini autem vendere audeant, vel
40. donare, gravi mulcta in transgressores constituta. Nec aliud, quam libertatis defectum sapit, quod Ludovicus XI. Galliæ Rex, anno M.CCCC.LXVIII. proclamare mandavit, (*que tous les oyseaux qui estoient en cages, comme pies, geays, & choutêtes, luy fussent apportés à Amboise: ceux qui avoient charge de cette commission, se devoient informer de ce, que chasque oyseau sçavoit dire, & où il avoit*

il avoit esté pris & appris. *P. Matthieu de l'histoire de Louys XI. livr. 5. pag. 212. lit. nn.)* ut omnes aves, quæ caveis inclusæ custodiebantur, ut picæ, graculi, monedulæ, Ambasiam ad se mitterentur. Quibus Regii huius præcepti executio commissa erat, habebant in mandatis, ut inquirerent, quid quæque avis sciret dicere, ubi capta, & edocta. Ad majora autem referri debent, quod 41.
nulli Galliæ magnatum liceat sibi matrimonio sociam thori adsciscere, suo pro arbitrio, nec filias elocare cui velit, sed utroque casu consensu Regis ante omnia opus babeat. Hoc, sive generaliter, ut nonnulli annotarunt, sive de 42.
eo casu, quo cum exteris matrimonium contrahere, aut illis suam progeniem elocare in animo habent, intelligamus *(vide Bret. d. tr. livr. 1. chap. 8. p. 58. Pierre Matthieu en l'histoire de Louys XI. livr. 1. num. 14. pag. 32. André du Chesne livr. 18. de l'histoire d'Angleterre p. 1098. lit. C. le Mercure François tom. 12. pag. 282.)* utroque tamen casu, quicquid utilitatis fingant alii, frænum libertati injectum est, quod fieri non debuit. *(Vasquius controvers. lib. 1. c. 17. num. 9.)* quale Germaniæ Principes nunquam admiserunt. Durissimum sane est 43.
quod legimus, *(tom. 3. histor. Ecclesiast. Bzovianæ, opera Matenesii addito lib. 13. p. 236. num. 3.)* Philippum pulchrum, Regem Galliarum, postquam intellexisset, Guidonem Dampetræ, Comitem Flandriæ, filiam suam Philippam Eduardo Angelo despondisse, puellam ad se vocasse, venientem carceri mancipasse, viginti ejus pedisequas strangulatas proiici in Sequanam, triginta viros claros, eam comitatos, suspendio interimi iussisse. Porro nostri Imperii 44
Principes, phrasi, *Dei Gratia*, libere utuntur. In Gallia vero, si quis principum eo uti velit, scire debet se criminis læsæ maiestatis reum futurum, *(Bret. d. tr. livr. 1. chap. 2. p. 12. Ærodius lib. 7. rer. judicat. cap. 9)* nisi primogenitus Re- 45.
gis, hoc est, Delphinus sit, *(Loyseau des ordres chap. 7. num. 40.)* vel Episcopalis ordinis, *(Le Mercure François tom. 2. p. 313. & tom. 10. p. 524. & 528. ubi huius rei exempla leguntur, ex quibus tamen, an totum ordinem hoc jure uti, colligere liceat, adhuc subsisto.)* Monetæ cudendæ facultatem, in auro & argento, Imperii 46
nostri Principes libere exercent, & quod admiratur Bret. *(d. tr. livr. 2. chap. 10. p. 247.)* nomine ac insigniis suis illustrant: In Gallia monetandi jus nulli reliquum est, à solo enim Rege exercetur. *(Bret. d. tr. livr. 2. chap 10. per totum)*
Quantum mutata Galliæ magnatum conditio ab antiqua sit, sufficiat audire 47
Coquille; *(en l'histoire du pays & Duché de Nivernois p. 121.) ubi ait: (entre le droit Royal, qui est d'exercer iustice par droit patrimonial, furent concedés, & accordés, au Ducs Comtés, & plusieurs autres, grands & amples pouvoirs, comme de faire monnoye, dresser armées, & faire guerres les uns aux autres, pour la defense de leur honneur, & de leurs droits, admortir heritages au proufit des Eglises, & lieux pitoyables, permettre aux non nobles de tenir fiefs nobles, donner graces, & remissions, donner privileges, & faire statuts aux villes, communautés & mestiers; le droit de lever peages, par eau & par terre, sur les marchandises passantes par*

leurs deſtroits : à la charge toutesfois, de faire garder les dits deſtroits à l'honneur du Seigneur ſuperieur, & indemnités des paſſans : octroy & droit de foires, & marchés, avoir les gardes des Egliſes, donner permiſſion de faire fortereſſes, & clorre villes.) Præter Regale exercendi juſtitiam jure patrimoniale, conceſſa & data fuerunt Ducibus, Comitibus, & multis aliis, magna & egregia jura; nempe cudendi monetam, colligendi exercitum, & bella gerendi inter ſeſe, pro defenſione honoris & juris ſui; prædiis & fundis emortuæ manus codicillos dãdi, in utilitatem Eccleſiarum, & locorum miſerabilium; permittendi ignobilibus facultatem habendi feuda nobilia, remittendi delicta, & concedendi noxarum gratiam; concedendi privilegia, & dandi ſtatuta civitatibus, communitatibus & ſodalitiis artificum, jus exigendi vectigalia, in terra atque fluminibus ſui territorii, propter merces quæ tranſveherentur, eo tamen cum onere, ut itinera tuta conſtituerent, in honorem Domini ſuperioris, & ſecuritatẽ tranſeuntium; jus dandi, & habendi nundinas, & mercatus, jus tutelare in Eccleſias, poteſtatem concedendi licentiam muniendorum locorum, con-
48 ſtruendi fortalitia, & muris circumdandi civitates. Habuerunt hæc olim magnates Galliæ, & uſi illis ſunt, ad tempera usque Ludovici Sancti: poſtea vero autoritas & poteſtas eorum, ut docet idem Coquille *(d. tr. p. 124.) (a eſté abaiſſée, diminuée, plumée peu a peu)* imminuata & deplumata paulatim fuit, magno Regis & Regni malo: quod idem Autor *(d. l.)* ita explicat; *ceux qui*
49 *ont eſté autheurs pour abaiſſer ainſi les troits des Princes & Seigneurs, ont eſte mauvais ſerviteurs du Roy & de la couronne. Car les Princes & grands, auxquels hereditairement tels droicts appartenoient, avoient plus de ſoing, & de reſpect de honneur à bien faire, & ſoulager les ſubiects, que ne peuvent avoir les officiers mercenaires, qui par argent, ou faveur acheptée, viennent aux eſtats de iudicature, & autres Royaux, donnans grande ſuſpicion dés leur entrée esdites charges, que le zele de juſtice n'eſt pas originairement en leur cœur, en tant qu'ils y piennent par argent, & quand ils parlent de la conſervation des droits du Roy, c'eſt en effect pour les droicts & prouſits de leurs bourſes, qui croiſſent quand plus de cauſes arriveur à leur attellier. &c. L'experience a faict cognoiſtre, que la France a flori en proſperite, tant que les Princes, & les grands ont eſté en authorité, & a diminué depuis le temps qu'on a commencé à dire, que les Roys de France eſtoient hors de page.)* Illi, qui autores fuerunt, ut jura Principum & dynaſtarum hoc modo imminuerentur, male conſuluerunt Regi, atque Regno. Etenim, Principes, & magnates, quibus ea jura erant hereditaria, magis erant ſoliciti, ut bene & decenter agerent, nec populum & ſubditos gravarent, quam ſunt, aut eſſe poſſunt, officiarii mercenarii, qui aut pretio, aut emto favore perveniunt ad officia judicialia, vel alia à Rege dependentia; ac ſtatim ab eo tempore, quo ad hæc accedunt, ſuſpicandi cauſam dant, ſtudium juſtitiæ in ipſorum corde radices non egiſſe, poſtquam pecunia ad ea ſibi aditum parant: ac quando loquuntur de conſervatione jurium Regis, in effectu anxii ſunt de jure, & utilitate crumenæ ſuæ quæ eo ma-

gis

gis creſcit & repletur, quo plura negotia ad officinam ſuam trahunt. Experiē-
tia, teſtatum fecit, Galliam proſperitate floruiſſe, quousque Principes, &
magnates integræ autoritatis fuerunt: è contrario vero proſperitatem eius
imminutam fuiſſe, poſtquam cœptum fuit dici, Reges Galliæ in viros tranſi-
iſſe. Sed ne diutius his immoremur, placet hunc articulum, de differentia, quæ 50.
eſt inter poteſtatem Ducum & Comitum Imperii noſtri, ac Regni Galliæ, fini-
re teſtimonio de Charles Loyſeau (*au traicté des ſeigneuries chap. 5. n. 69. p. 75.*)
(*Les Duchés & Comtés, que nous avons à præſent en France, ſont du tout differents de
ces anciens Duchés, & Comtés, qui ont eſté reunis à la couronne: differents auſſi de ceux,
qui ſont maintenant en Italie, & en Allemaigne, & qui voudroit argumenter & ti-
rer des conſequences des uns aux autres, ſe tromperoit entierement. Bref, les no-
ſtres d' à preſent n' ont plus autre remarque, ou participation de ſouverainete, en fors
qu' ils ont retenu la couronne au timbre de leurs armoiries.*) Ducatus & Comi- 51.
tatus, quos hodie habemus in Gallia, in totum differunt ab illis antiquis Du-
catibus, & Comitatibus, qui cum corona uniti ſunt. Differunt etiam ab il-
lis, qui nunc in Italia, aut in Germania exiſtunt. Vnde qui ab his ad illos, &
vice verſa, argumentum ducere vellet, toto erraret cœlo, ac ſeipſum decipe-
ret. Breviter, noſtri moderni Ducatus, & Comitatus, nulla amplius nota alia
ſuperioritatis conſpicui ſunt, quam, quod in galea inſigniorum ſuorum, ad-
huc pictam exhibent coronam. Cæterum quod de L' Ancre de Imperatore 52.
ſcribit, videri iſtam dignitatem inter ſeculares ſummam, ita ſe habet, quod
non tantum talis videatur, ſed ſit etiam revera, (*ut docui de iure publico lib. 2.
cap. 7. num. 15. & ſeqq.*) & recte Bodinus, (*livr. 2. de la Repub. chap. 6. pag. 326.*)
(*ou ne ſçauroit faire à l' Empereur tant d' honneur, que la maieſté du ſainct Empire, du-
quel il eſt chef, merite:*) non poteſt ſufficiens honor Imperatori exhiberi, qua-
lem maieſtas ſacri Imperii cujus ille caput eſt, meretur. Nec male de la- 53.
Noue (*au diſcours 22. p. m. 557.*) (*La puiſance de l' Empereur n' eſt pas maintenant
conforme au tiltre, qu' il porte, mais la ſacrée dignité, dont il eſt reveſtu, doit eſtre
en grande reverence à tous les potentats Chreſtiens*) poteſtas Imperatoris hodie
titulo conformis non eſt, quem obtinet; ſed ſacra illa dignitas, qua circumda-
tur, in magna reverentia haberi debet ab omnibus magnatibus Chriſtianis.
Non diffitemur Bohemiam Imperatoribus, tanquam ſuis Regibus, hactenus 54.
non fuiſſe nullo compendio, & ornamento; at ſi citra eandem fuiſſet, non
minus tamen poteſtas Imperatoris ſuperaſſet, maximi Ducis in Imperio pote-
ſtatem: illa n. in totum Imperium extenditur, hæc in partem. Aut ſi inde Impe-
ratorem minus potentem diſcimus, quod tantis latifundiis, quem alius ex Im-
perii Statibus, non ſit dotatus; confundimus in Imperatore reſpectus, quibus
modo ut Imperator, ſive caput, modo ut Dux vel Comes, ac membrum Im-
perii, & huius vel illius diſtrictus dominus, conſideratur; Hoc largior,
Imperatores hactenus, ubi Reges Bohemiæ, & magnarum ditionum
ſimul Domini fuerunt, in ſplendorem dignitatis ſuæ, etiam alios reditus
quam

quam quos ab Imperio habuerunt, impendisse; si his caruissent, nec ordinarii Imperii proventus suffecissent, quis dubitet ad extraordinarias collationes deveniendum fuisse. Nec vero Galliæ Reges ipsos, sive propria ex culpa, sive aliunde id natum, semper in re lauta fuisse, ab ipsis Gallis accepimus, (*vi-*
55. *de Bodinum de Repub. lib. 6. cap. 2. p. 1042. & seq.*) Caroli VII. fortuna ea erat (*qu' il n' avoit que faire de sçavants cuisiniers, tels qui estoient ceux des Romains; car on le trouvoit, non avec trois ou quatre plats, comme Charlemagne, mais avec un potage d' uns queuë de mouton, & des poulets rostis, pour tout service.*) quæ non habeat opus exquisitis coquis, quales fuerunt apud Romanos: pro tota enim cœna habebat, non tres aut quatour cibos, ut Carolus Magnus habuisse di-
56. citur, sed jusculum ex cauda vervecis coctum, & pullos gallinaceos assatos. (*Pierre Matthieu livr. 1. de l' histoire de Louys XI. num. 20. pag. 43.*) Henricus III. in Regni comitiis, anno M. D. LXXVI. Blœsiis (*ut verba sonant de Taix, és memoires des effaires du Clergé de France pag. 84. fut vestu fort richement, & toutes fois d' un petit manteau, & non grand ny Royal, mais bien de trap d' or, doublé de toile d' argent, & passamenté de passaments d' or, si richement, que on disoit, que sur ledit manteau, & sur le pourpoint, & chausses des mesme, y en avoit quatre mille aulnes.*) erat splendide vestitus, sed pallio utebatur breviori, non longo & regio, facto ex panno aureo, & intus duplicato panno argenteo, extus ornato aureis segmentis adeo abunde, ut diceretur, pallii hunc ornatum, ut & thoracis, atque caligarum, constare ex quatuor mille ulnis segmentorum aureorum: Domi tamen (*eodem de Taix d. tr. p. 69. teste*) (*estoiet en extreme necessité, & n' avoit les plus souvent sa cuisine preste, ny son bois, ny sa chandelle, ny ses autres menues necessités:*) magna laborabat indigentia, & ut pluri-
57. mum culinam habebat vacuam, atque carebat foco, candelis, aliisque rebus necessariis. Anno M. D. LXXXVIII idem Henricus III. (*si Pleixio historico regio fidem non denegamus, in historia Henrici III. p. 260. num. 25.*) fuit (*en une necessité si extreme, que les pourvoyeurs, par faute de payement du passé, refusoient de luy fournir des vivres, & ses musiciens de chanter:*) adeo inops, ut provisores annonæ, propter non soluta pretia rerum, jam in aula consumtarum,
58. negarent subministrare amplius cibaria, & Musici ob defectum salarii, nollent ulterius modulari. Vnde abunde patet, non minori jure Regi Franciæ *Egerii* nomen latinum aliquando competiisse, quam *Pocodinarii* Italicum, Imp. Maximiliano attributum fuisse, refert Vicentius Lupanus (*lib. 3. de magistrat. Franc. tit. talea.*)

59. Porro, quæ de L' Ancre de potestate Electorum congessit, quanquam vera sint recto sensu, pessima tamen cohærentia laborant. Potestatem singulorum, cum illa quæ universis est, male commiscet. Vnicuique enim horum majorem potestatem adscribit in suos, quam Imperatori in totam Germaniam: ubi autem ad probationem deflectit, collegii jus, hoc est, omnium

urget

urget. Quale vero illud, vel singulorum vel omnium, sit, ex publicis Imperii nostri legibus est, quæ libertatem membris suis conservatam volunt; ubi contra in Gallia, ad servitutem, aut cæcum obsequium, omnia prona sunt, dum audire coguntur duram illam vocem: (*car tel est nostre plaisir.*) quoniam ita nobis placet. Quomodo Elector Palatinus judex Imperatoris sit, 60.
exposui (*intr. de jur. public. lib. 3. cap. 9. num. 23 & seqq.*) Quantum vero hic 61.
judex illustrior sit, quam Parlamenti Gallici præses, vel alius, qui Regi jus dicit, nemo ignorat. Gallorum Reges nunquam ius sibi dicunt in re propria, 62.
sed totum, quicquid est, judicibus, quasi inter privatos, committunt; adeo ut Principem & à subditis superari in jure controverso contingat sæpius, (*hoc docet Mornacius ad l. un. C. ne quis in sua causa iudicet.*) De eodem argumento egregia annotavit Louys d' Orleans, (*és ouvertures des Parlements chap. 4. p. 52. & seqq.*) & testibus, Bodino (*livr. 1. de la Republique chap. 8. circa fin.*) ac Bouchel, (*au thresor du droit François tom. 3. p.* 410.) (*Carles VII. par l' arrest du* 63.
Parlement l' an M. CCCC. XLVI. *fut condamné de souffrir, qu' on coupast les bois qu' il avoit prés la ville de Paris, pour l' usage du public en general, & chacun en particulier: & qui plus est, le prix luy fut taxé par l' arrest, ce qu' on ne feroit pas à un particulier*) Carolus VII. sententia in Parlamento lata A. M. CCCC. XLVI. fuit coactus permittere, ut sylva, quam prope Lutetiam habebat, cæderetur propter usum publicum, vel unius cujusque privati. Et quod plus est, pretium sen- 64
tentia illa denominatum, in quo Rex deterioris conditionis fuit, quam privati esse solent. Ejusdem farinæ quoque est, quod adversarius noster de L' Ancre 65.
(*liv. 2. des princes disc. 1. num. 8. p.* 415.) refert: *Le Roy, par un arrest de la cour eu Parlement de Paris de l' an* M. CC. LXVI. *fut condamné payer à son Curé la dime des fruicts de son iardin. Et par un autre, de l' an* M. CCCC. XIX. *le Roy fut deboute, des lettres de restitution, qu' il avoit impetrées. pour couvrir certains defauts, qu' on avoit obtenus contre luy.*) Rex sententia Parlamenti Lutetiani, anno M. CC. LXVI. fuit condemnatus, solvere decimas fructuum horti sui parocho suo: Et alia sententia, lata an. M. CCCC. XIX. literæ restitutionis, quas 66
Rex impetraverat, ut eremodicium evitare, insuper habitæ, atq; rejectæ fuerunt. Deniq; Autor *des Verités Françoises* (*part. 3. p* 692.) nos docet, Carolum IX. aliquando comparuisse coram duobus Notariis (*du Chastelet, tout ainsi que le moindre de ses suiets*) comitii Lutetiani, eodem modo, quo solent etiam minimi subditi Regis. Illud à veritate alienum est, Imperatorem non posse judi- 97.
cis partes in Electorem Palatinum exercere, nisi in comitiis id statuatur fieri. Qui juris publici Imperii nostri gnari sunt, norunt, in quibus causis Imperatoris jurisdictio in Electores, aliosque Imperii Status, sit, quam ab initio regi- 68.
minis sui nanciscitur; ea si forte in comitiis prorogetur, vel extendatur, utrobique liberi consensus argumentum est. Civitates Imperiales sparsim licet per Imperium sitæ sint, ut vires suas difficulter mutuum in auxilium possunt

contra-

contrahere, liberas tamen esse, verum est; sed falsum, & inconsequens, Im-
69 peratoris proinde titulum in aëre, vel fumo, subsistere. Liberæ illæ sunt à jugo, non vero ab obedientia; ac titulus Imperatoris, juxtaque ejus potestas in & apud easdem realis est, quousque Imperator realem Imperii curam gerit.
70 Titulus Imperatoris Germanis merito competit, quoniam ad eos Imperium urbis transiit, Aquilla quoque citra notam ab illis usurpatur, qui eam boni augurii avem sibi desponderunt, licet non tam magna dote, ut olim, prædi-
71. tam. Hodierni Imperii, & corpus & anima, Germanorum est; coronatio Romana in additamentum ornatus accedere potest, ad esse rei nihilum facit. Pontifices & Imperatores aliquando simul, aliquando separatim arbitros differentiam elegisse Parlamenta Galliæ, non infitemur, ab iisdem vero emendicasse litium compositionem, hyperbolicum est. Fridericum Impera-
72. torem sese olim judicio Parlamenti Lutetiani permisisse, rejecto in judicem Romano Pontifice, scribit Mornacius (*ad l. 1. ff. de senator. allegans Fabrum ad C. de summa Trinitat. & fide Cathol. & Molin. in pr. styli curiæ parlam. & in præfat. ad consuetud. Paris. n. 26.*) Charondas quoque (*livr. 4. des responses du droit François resp. 16. p. 91.*) idem adducens exemplum, addit; *Nous lisons de l'Empereur Frederic, qui se seroit soubmis au jugement du Roy de France, & de son Parlement, de plusieurs differents qu'il avoit avec le Pape Innocent quatriesme.* Neuter horum de mendicatione quicquam exprimit, in arbitraria submissione conveniunt. Hujus autem causa fuit, fama, quæ de integritate Parlamenti, in sententiis ferendis, melioris orbis partem impleverat, cujus ductum, non solum Fridericus Imperator, sed etiam plures alii secuti sunt, (*ut idem Charon-*
73. *das lib. 2. antiquitatum Franciæ, pluribus testatum facit.*) Commendatur ille modus, rem ad arbitrium, vel compromissum deducendi, inter illos, qui communem iudicem nullum habent, & variis exmplis illustratur ab Hugone
74. Grotio (*de jure belli & pacis lib. 2. cap. 23. num. 2. & in annot. ad verbum compromissum.*) Quando autem hoc agitur, dignitas utriusque suo in gradu immota persistit, nec dum minori arbitrium defertur, dignitas compromittentium deliquium patitur; ut inde non habeat de L'Ancre, quod Regem suum
75. Imperatori præferat, Amico officium Rex exhibuit, gratitudinem pro præmio tulit. Nec vero hoc exemplo evincit adversarius, semper Imperatores Regum Galliæ opera indiguisse, Eget omnis amicus amico, sed non semper; vicissitudinaria hæc est indigentia, accipit officium, qui modo dedit. Arnolphus Imperator, Carolo Simplici, Regi Galliæ, suppetias tulit contra Nortmannos. (*Lebeman. Chron. Spirens. lib. 3. c. 48. pag. 262.*) Ludovicus, Rex Galliæ petiit ab Imp. Othone Magno auxilia, contra rebelles subditos: Otho duxit exercitum in Galliam, sedavit tumultus, & compescuit rebelles. (*H. Mutius lib. 13. Chron. German. apud Pistorium tom. 2. German. scriptor. p. 100.*) Galliam dissidentem vehementer, Fridericus (Barbarosa) composuit (*Mu-*

tius

tius Chron.German. lib 18. *p.* 143.) Carolus IV. electus Imperator Philippo Regi Galliæ suppetias & auxilium ipse præsens tulit contra Regem Angliæ, (*Mutius d. Chron.Germ lib* 24. *p.* 242.) Idem Carolus, una cum filio Wenceslao, inter fecit Galliam, anno M.CCC. LXXVIII. (*pour faire le paix entre les de France, & d' Angleterre. Tillet en la Chronique abregée des Roys de France, fol.* 68 *b. edition. Lutetianæ de anno* 1586.) pacis inter Gallum & Anglum constituendæ causa. Sigismundus quoque (*en personne se pena fort, de pasifier les dicts Roys*) (*Tillet au recueil des traictes d' entre les Roys de France & d' Angleterre, fol.* 111. *b.*) ut eosdem Reges amicos redderet, præsens multum laboris sumsit. Eius generis alia, historiarum suppeditat lectio; unde proverbio hic locus erit, manus manum lavat. Porro quod Carolo Magno attribuitur, 76.
non Gallis in laudem, sed Germanis potissimum cedit, qui Francorum sub nomine Galliam superarunt, & suo ex sanguine Reges dederunt victis. Factum hinc, ut Carolus Germano sanguine prognatus, Germanorumque Rex, Imperium non in Gallos, sed in Germanos transtulerit. Gratias, quas propterea illi dicimus, Germano persolvimus, non Gallo. Accurata ali- 77.
quandiu, post devictos Gallos à Germanis, qui Francos se nominabant, inter utramque gentem distinctio fuit, & discrimen magnum, quale fere esse solet inter victorem, & victum, inter nobilem & plebeium (*Coquille sur les* 78.
coustumes des Nivernois tiltr, des fiefs in pr. p. 92.) desiit autem postea deservari distinctio (*Loyseau des Seigneuries chap.* 8. *n.* 16.) ut hodie si non impossibile, saltem perdifficile sit probare, à quo stipite, Gallone, an Germano, Titius originem habeat. Reges tamen adhuc constanter affirmant, genus suum 79.
à Germanis esse. Ita Franciscus I. in literis ad Electores ac Principes, Schmalcaldiani fœderis socios, Farræ anno M.D.XXXVII. X. Cal. Iun. perscriptis (*teste Goldasto in replicat. pro Imperio cap.* 9. *pag.* 86.) Scire vos opinor, ait, viri amplissimi, gentem quidem Germanicam (ex qua velut stirpe genus meum duci non solum libenter profiteor, sed magno etiam in honore pono) tanta necessitudine semper cum Francica conjunctam fuisse, ut majores nostri utramque fere pro una eademq; gente habendam censuerint. Geminum 80.
huic est, quod legati Henici II. Galliarum Regis, anno M.D.LIX. in Comitiis Augustanis (ut ex actis patet) coram Cæsare & Statibus Imperii perorantes, dixerunt; Reges nostros à Germanis originem traxisse, non tantum non erubescimus, verum etiam propemodum gloriamur. Eosdem Imperii vestri, & ordinum autores facile cognoscitis; ita quibus ortum dedistis, maximæ dignitatis ornamenta accepta refertis. Et hæc sunt quæ hac vice Laureo reponere operæ pretium duxi; sed à diverticulo ad ordinarium tramitem redeundo, si quis ex me quærat, *quinam ex Germanis primum nomine Regis Romanorum usus fuerit?* eum remittam ad Goldastum, qui (*in replicat. pro Imperio c.* 36. *p.* 368.) Primus omnium, quod sciam, inquit, Conradus sese Ro- 81.

mano-

manorum Regem, ante Romanorum inaugurationem ſcripſit, cum priores cuncti anteceſſores ejus, ſimpliciter tantum Reges ſecundum quandam excellentiam dicerentur. In privilegiis Archiepiſcopi Hammaburgenſis (*fol.* 277.) legitur: Chunradus, divina favente clementia Romanorum Rex ſecundus; & in calce: anno Dominicæ incarnationis M. C. XLV. indict. VIII. regnante Chunrado Romano Rege ſecundo. Is igitur hoc nomine contentus, quia veſtigiis anteceſſorum ſuorum territus, exemplum metuebat, Romana pro coronatione conſequenda proficiſci neglexit. Qua autem autoritate factum, ut id nominis ſibi aſſumſerit, nuſquam à me lectum eſt, niſi quia videtur, in Senatu Imperii, ſive procerum comitiis, decretum fuiſſe, ut Imperatorio nomini æquivaleret; hoc eſt, ut electus à principibus, Rex Romanorum vocaretur, & plenitudinem poteſtatis Imperialis, in Germania, Gallia, Italia, & ipſa urbe Romana haberet, etiamſi neceſſitate publica urgente, Romam accedere non quiret.

Ertzhertzog zu Oeſterreich.

1. *Archiducis titulus antepoſitus Regio.*
2. *Cur hoc factum?*
3. *De titulis domus Auſtriacæ; remiſſive.*
4. *Domus Auſtriaca incrementum potius à matrimoniis habuit, quam ab armis.*
5. *Antiquitus Imperatores utebantur titulis gentium à ſe devictarum.*
6. 7. 8. *Iuſtinianus ea in re exceſſivus.*
9. *Hi tituli receſſerunt ab aula, & adulatorie Carolo V. iterum tribui cœperunt.*
10. 11. 12. *Variatum in titulis à Romanogermanis Imperatoribus.*

1. HÆc diſpoſitio titulorum, cum communi & ordinaria, qua Carolus uſus fuit, non convenit. Archiducalem enim Regio præponit; quod etiam factum deprehendimus in literis, quibus electores Carolo electionem inti-
2. marunt (*extant apud Goldaſt.* in Reichshandlungen/ *pag.* 97.) Vtrumq; inde eſſe arbitror, quod Electores voluerint innuere, ſe Carolum, ut Archiducali ex familia Germaniæ ortum (Gebornen Ertzhertzogen/ ut dictæ literæ Electo-
3. rum ſonant) in Regem Romanum elegiſſe. De pleriſq; autem huius familiæ titulis videri poſſunt, quæ ſcripſimus de jure publ. (*lib.* 5. *c.* 2 *n.* 11. *& ſeq. & in additionibus ad d. c. n.* 21. Quibus ſolum nunc addimus, quod Charon
4. (*en l' hiſtoire univerſelle p.* 1006.) ſcribit: (*les Princes de la famille d' Auſtriche, ſont parvenus à une puiſſante grandeur, non tant par les armes, que par mariages; dont certain Allemand a pris occaſion de dire, que leur puiſſance avoit eſté par eux acquiſe, avec la lance de chair.*) Principes domus Auſtriacæ, ad magnam potentiam opesque pervenerunt, non tam armis, quam matrimoniis; unde quidam ex Germanis occaſionem nactus eſt dicere, Auſtriacos ad culmen potentiæ perveniſſe ope lanceæ carnalis. Quodſi verum amamus dicere, modus acquirendi regna & provincias per matrimonium, tanto innocentior eſt & humanior illis acquirendi modis, qui fiunt per lanceam ferro ar-

matam-

tam, quanto basia suaviora sunt verberibus, amor violentia, & liberorum procreatio præstantior hominum strage.

Nunc, antequam ad alia calamum applicemus, hac ocasione, de ti- 5.
tulis, & eorum usu antiquo ac novo, Imperatores vel Reges Romanos quantum attinet, annotari meretur: Antiquitus moris fuisse, ut Imperatores devictarum à se nationum, gentium, ac provinciarum nomina, in titulos honoris sui referrent. Inter exempla notissimum est Imperatoris Iustiniani, 6.
qui in libris juris sui, & variis inscriptionibus, eundem observavit morem, sed non sine magno excessu. Cujus causa, Theodebertus, Rex orientalis Franciæ, eidem bellum inferre paravit, totius Germaniæ ac Pannoniæ populos ad id invitans, missis ad singulos legatis, quorum oratio fuit, non ferendum, Iustinianum eorum nominibus, tanquam devictarum à se gentium, gloriari: (*Papirius Massonius annal. lib.1. pag. 37.*) Petr. Gregorius Tholosanus (*lib. 6. de Repub. c. 11. n. 14.*) putat, hunc titulorum numerum, Iusti- 7.
niani libris juris civilis, ex adulatione Triboniani, viri astutissimi, & aliorum, adscriptum esse: ac notat Gothofredus (*ad l. 2. §. 2. C. de offic. præf. prætor. Afric. lit. l.*) Iustinianum hac in re contraria scripsisse. Quando vero 8.
mos ille antiquus ab aula recesserit, nondum observavi; at tempore Caro- 9.
li V. Imperatoris nostri, adulationis studium hac in re iterum emicuisse, inde patet, quod Gallicus, Germanicus, Saxonicus, Asiaticus, Africanus, Indicus, &c. à multis appellatus fuisse scribitur, (*Guilielmus Zenocarus à Scavvenberg de Republica, vita, moribus &c. quinti Caroli lib. 2. p. 20.*) Translato Imperio in Germanos, non unam & constantem semper titulorum formam fuisse, ab Hermanno Conringio (*libro de Germanorum Romano Imperio cap. 12. p. 106.*) observatum legimus. Tempus fuisse monet ille, quo Re- 10.
ges statim à coronatione Romana Imperatores Romani audierint, reliquorum Regnorum nulla facta mentione: quasi ille titulus absorpserit alios minores; forte quod aut simplicitas, aut procul fastu magnanimitas, illa tempestate non ferret cumulum titulorum: nomen autem Cæsareum ea ætate adeo haberetur magnificum, ut adiicere quidquam videretur indecens. Constare, eos nec adjecisse titulos Ducatuum, & Comitatuum, 11.
quos tamen una cum Regia, & Imperatoria dignitate possederint. Pri- 12.
mum Fridericum II. videri, præter Cæsareum nomen, Siciliæ & Hierosolymæ titulum usurpasse, Suevici tamen Ducatus titulo non adjecto. Eum imitatum, centum & quingenta fere annis post, Carolum IV. & Romanorum Imperatorem semper Augustum, & Bohemiæ Regem voluisse dici. Ejus filium Sigismundum, & Imperatorem, & Hungariæ & Bohemiæ Regem audivisse. Fridericum III. non multo post adjecisse plurima, propter Ducatus, Comitatus, & alias provincias sibi subditas, Germanici licet Imperii feuda essent. Hunc morem ab eo usque tempore invaluisse. Primum

Maximilianum, Regem etiam Germaniæ voluisse dici. Hactenus Conringius: cui quod de Friderico II. monuit, obiici posse videtur, jam ante Fridericum, Henricum VI. se Romanorum Imperatorem & Regem Siciliæ scripsisse, ut apud Goldastum (*inter statuta & rescripta Imper. pag. 71.*) videre est.

Bekennen offentlich / vnd thun kund allermänniglich.

ARrigite hic aures, quotquot estis, qui juris publici cognitionem aulæ reservatis, & in archivis Principum, quasi in vinculis, habuistis illa, quæ Imperator omnibus nota esse voluit, notaque esse debent, quoniam publicam salutem attinent.

Auß Schickung des Allmächtigen.

QVi cæcam fortunam omnium humanarum actionum gubernatricem constituunt, minus Christiane sentiunt: Et si illud esset, frustra de Spiritu sancto, ante electionem Romanorum Regis invocando, lex lata; frustra adiutorii divini, in juramento Electorum, mentio facta fuisset. (*A. B. cap. 2. §. 1. & 2.*)

In kurtz vergangenen Tagen.

MAximilianus Imp. moritur die XII. Jan. anno M. D. XIX. Electores conveniunt Francofurti, eligendi Regis Roman. causa, eodem anno mense Junio; jurant XVII. die. Ab iisdem eligitur Carolus die XXVIII. ejusdem mensis. Postridie rursus conveniunt, & deliberatur de Capitulatione, quæ Carolo præscribenda. Disceptatur hac de re per aliquot dies; ubi demum conventum, perscriptæ leges Moguntinam, ad Caroli legatos mittuntur. Hi Capitulationem nomine & mandato Caroli die III. Julii ejusdem anni acceptant; Carolus autem eorundem acceptationem ratam habet anno M. D. XX. ante Aquisgranensem coronationem. Formula ratihabitionis, ut à Goldasto (*part. 2. der Reichssatzungen pag. 186.*) exhibetur, hæc est.

WIr Carl ꝛc. Bekennen vnd thun kund offentlich mit diesem Brieff / als in dem nächstverschienen fünffzehen hunderten vnd neunzehenden Jahr / nach vnser Wahl zum Römischen König / die Hochwürdigsten / Ehrwürdigen / Hochgebornen / Fürsten / Mattheus der H. Röm. Kirchen / tituli S. Angeli, Diacon Cardinalis, vnd Ertzbischoff zu Saltzburg; Friderich Pfaltzgraf bey Rhein / Hertzog in Baiern; Casimir Marggraf zu Brandenburg ꝛc. Eberhard Bischoff zu Lüttich / Hertzog zu Bullion / vnd Graf zu Loß; Bernhard Bischoff zu Trient; Henrich Graf zu Naussau; vnsere lieben Freund / Oheimen vnd Andächtigen; Auch die Wolgebornen / vnd Edlen / vnser Rähte vnd lieben getreuen / Maximilian von Bergen / Herr zu Sibenbergen / Cyprian von Serentein / vnser Tyrolischer Cantzler /

Paulus von Arensdorff / Jacob Billinger / Niclaus Ziegler / vnd Johannes Renner / nach Vermögen Unsers / ihnen derohalben vnter vnserm Insigel zugestellten völligen Gewalts / als Unsers Commissarien und Gewalthaber / sich mit den Hochwürdigsten und Würdigen / auch Hochgebornen Fürsten / Herrn Albrechten der heiligen Römischen Kirchen / Tituls S. Chrysogoni / Priester Cardinal / zu Maintz und Magdeburg Ertzbischoffen / Administratorn des Stiffts Halberstatt; Reichharten zu Trier / und Herman zu Cöln / Ertzbischoffen / des heiligen Römischen Reichs durch Germanien / Italien und Gallien / und das Königreich Arelat / Ertzcantzler; Ludwigen Pfaltzgrafen beym Rhein / und Hertzog in Baiern; Friderichen Hertzogen zu Sachsen / Landgrafen in Thüringen und Marggrafen zu Meissen; und Joachim Marggrafen zu Brandenburg zu Stettin / Pommern der Cassuben und Wenden Hertzogen / Burggrafen zu Nürnberg / und Fursten zu Rügen / des heiligen Reichs Ertztruchses / Ertzmarschalck und Ertzcämmerer / unsern lieben Freunden / Neven / Oheimen und Churfürsten / GOTT dem Allmächigen zu Lob / dem heiligen Reich zu Ehren / und umb gemeines Nutzens willen / etlicher Articul Gedingsweis vnd Pactsweis / in unserm Namen / und an unser statt vereinigt / bewilligt / vertragen / angenommen vnd zu halten / zugesagt haben / wie die alle in ein offen Form gestellt / vnd ihnen vnder Unserm Namen und angehengtem Insigel übergeben seyn / also lautendt:

Wir Carl der Fünffte / von Gottes Gnaden erwehlter Römischer König / Ertzhertzog zu Oesterreich / ꝛc. der datum steht am dritten Tag das Monats Julii, nach Christi Geburt funffzehenhundert und im neunzehenden / Unser Reich / des Römischen im ersten / und der Hispanischen im vierten Jahren. Vnd aber gedachte Unser Commissarien vnd Gewalthaber / dabeneben berührten Unsern Freunden / Neven / Oheimen / und Churfürsten / Zusage gethan / daß Wir dieselbigen Articul / so Wier heraus in das heilig Römische Reich kommen / persönlich erneuen / und mit Unserm Eyd bestätten und bekräfftigen sollen / ꝛc. Daß Wir demselbigen nach ietzo in Unser Ankunfft in Teutsche Nation, vor empfangener Königlichen Crönung / alle und iede Punct und Articul / davon obgemeldt / wie die durch dieselben Unser verordnete Commissarien und Gewalthaber / mit berührten Unsern Freunden / Neven / und Oheimen / den Churfürsten / bethedingt / bewilligt und angenommen / auch in Unserm Nahmen und Sigel außgangen / und ihnen übergeben seynd / aus freyem gnädigen Willen ietzo von neuem bewilligt / angenommen / und zu halten / darzu auch sonst alles das zu thun / das Uns als Römischen König gebührt / zu GOTT vnd den Heiligen geschworen haben / vnd thun das hiemit wissentlich / in Krafft diß Brieffs / alle arge List und Gefährde hirinn gäntzlich außgescheiden. Des zu Urkund haben Wir Unser Insigel an diesen Brieff thun hencken / der geben ist ꝛc.

Durch die Wahl.

1. *Carolus V. notum facit Francisco Galliæ Regi, se ambire Imperium.*
2. *Francisci Responsum.*
3. *Relatio de Goquille.*
4. *Autoris opinio.*
5. *Franciscus amator sexus fœminei.*
6. *Cur Carolus ambierit Imperium?*
7. 8. *Cur Franciscus?*
9. *Quibus mediis?*
10. *Promissa Caroli.*
11. 12. *An Carolus aliquid dederit Electoribus.*
13. *Oratio Chivrii ad Fridericum Comitem Palatinum.*
14. *Responsio Friderici.*
15. *Coloniensis exigit pecuniam promissam.*
16. 17. *Saxo oblatam pecuniam respuit, testibus Sleidano & Erasmo.*
18. *Peracta electione quid commodi senserit?*
16. *Quidque ipsius ministri?*
20. *Nomine xeniorum.*
21. *Electores licite accipiunt xenia.*
22. *Ante Carolum IV. pro xeniis, Electoribus solvendæ erant 4500. libræ argenti.*
23. *Quod aurea Bulla non fuit immutatatum.*
24. *Quas donationes aurea Bulla prohibeat.*
25. *Imperialis dignitas non est venalis.*
26. *Georgii Regis Bohemiæ conatus.*
27. *Quos Electores sibi favere opinatus fuerit Franciscus?*
28. *Quatenus Trevirensis partes Francisci tenuerit.*
29. *Quid factum sit à Brandeburgensi.*
30. *Mors Gouffierii, Francisci spem conturbavit.*
31. *Carolus fortunam habuit propitiam.*
32. *Rationes cur Carolus in Imperatorem electus; remissive.*
33. *Theveti opinio.*
34. *Opinio Bodini.*
35. *Electorum placitum.*
36. *Nullum ex Regibus Franciæ, familiæ Capetiorum, præter unum Franciscum ambiisse Imperium, docet Pleixius.*
37. *Sed refutatur exmplo Philippi.*
38. *Cur Henricus IV. noluerit adspirare ad Imperium.*
39. *Theveti opinio.*
40. *Pleixius ridetur.*
41. *Franciscus Carolo fit infensus.*
42. *Sed Carolus est innocens.*
43. *Francisci dictum.*
44. *Tota Franciæ Carolo contraria.*
45. 46. 47. 48. 49. 51. *Pericula quæ Carolus in Francia subiit.*
50. *Quo stratagemate Carolus evaserit periculum.*
52. *Bella inter Carolum & Franciscum.*
53. *Franciscus capitur ad Ticinum.*
54. *Domum redux recusat implere promissa.*
55. 56. *Caroli querela.*
57. *Responsio Caroli ad literas legati Regis Franciæ.*
58. *Francisci literæ, quibus Carolum provocat ad duellum.*
59. *Caroli responsio, & acceptatio duelli.*
60. *Carolus promtus est in admittendo audiendove Heroldo Francisci.*
61. *Franciscus non æque, in admittendo & audiendo Heroldo Caroli.*
62. *Vnde Galli ignari quid actum, Caroli famam vellicant.*
63. *Francisci verba ad Heroldum Caroli.*
64. *Heroldi responsio.*
65. *Heroldorum privilegium.*
66. *Cur Franciscus Heroldum Caroli noluerit audire?*
67. *Franciscus, non Carolus protraxit duellum.*
68. *Pleixius excusat Franciscum.*
69. *Examinatur hæc excusatio & rejicitur.*
70. *Carolus fecit quod debuit.*
71. *Alterum membrum excusationis Pleixianæ.*
72. *An Franciscus fuerit obligatus implere ea, quæ Carolo promiserat? rationes negativæ.*

73. *Rationes pro affirmativa, remissive.*
74. *Caroli propositum.*
75. *Compositio litis, facta Cameraci, à Gallis non probe observata.*
76. *Fraus, autore Prateo Cancellario Galliæ, commissa in pecunia quæ Carolo solvenda.*
77. *Ludovici Sancti fides in solvẽdo Saracenis lytro.*
78. *Carolus Romæ apud Pontificem denuo mentionem facit duelli.*
79. 80. 81. 82. *Conditiones duelli.*
83. *Non facta tamen fuit provocatio.*
84. *Francisci litera ad Pontificem.*
85. *Franciscus fœdus iniit cum Turca, contra juramentum, quod præstitit tunc, quando fuit cornatus.*
86. *Belcarii judicium de hoc fœdere.*
87. *Ducis Veneti sermo ad Henricum III.*
88. *Monlucii judicium.*
89. *Quod Status Imperii senserint de hoc fœdere.*

MOrtuo Maximiliano Cæsare, Carolus, Hispaniæ Rex, ad ambiendum Imperium à Civrio, Nassovioque, præcipuis Consiliariis, qui eum in Hispaniam secuti fuerant, stimulatus, cum nosset eandem dignitatem Franciscum I. Galliæ Regem quoque ambire, offensionis vitandæ causa, animi sui propositum illi curavit significari. Ad hoc Franciscum respondisse ferunt conatum Caroli nihilo magis sibi displicere, quam si virginem unam ambo deperirent: proinde pergeret bonis avibus; Deum, feliciorem adjuturum: ita Guilielmus Zenocarus à Scavvenberg (*de vita Caroli V. lib. 1. p. 37.*) Sed Coquille (*en l'histoire du pays & Duché de Nivernois p. 205.*) Franciscum in familiari colloquio, postquam Carolus jam electus, dixisse refert, (*que l'Empereur n'en devoit estre mescontent, non plus que quand il avient, que deux jeunes Gentilshommes sont amoureux d'une dame, ils n'entrent en fascherie, & ne laissent de monstrer bon visage l'un à l'autre.* Et addit; *cette comparaison s'emploit trop basse pour si haut subject:*) Imperatorem non debere ægre ferre quod competitorem habuisset. Nam etsi par nobilium juvenum, eandem puellam ambiat, & pro amasia colat, non inde odio laxare habenas, aut vultu animi alenationem monstrare debet. Verum hæc comparatio videbatur sublimitati rei subjectæ non satis convenire. Fortasse non errabimus nos, si credamus, Franciscum, quod ante electionem Carolo responderat, post eam ad familiares repetiisse. Censuram vero, quam propterea passus est à Coquille, nostram non facimus, novimus tamen, Franciscum, ut erat amori in fœmineum sexum non leviter deditus, similitudines, ab exercitio suo desumtas sæpe gravissimis negotiis applicasse, indeq; etiam symbolum habuisse, Salamandram, cum inscriptione, *mi nutrisco & ardo*: imitatus Petrarcham, qui iisdem in cantione sua, quæ incipit, *ben me credea*, usus fuit.

1.
2.
3.
4.
5.

Quemadmodum autem, Carolum ad ambiendum Imperium stimulabant Consiliarii, existimantes, ad stabilimentum rerum Domini sui pertinere, ut Cæsar designaretur: (*Zenocarus d. l.*) Ita nec Francisco deerat appetitus, rebus suis eodem modo consulendi, quem ne nimius videatur, speciose excusant Galli, Thevet (*en la vie des hommes illustres livr. 5. ch. 62. pag. 408.*) scribit;

6.
7.
8.

ſcribit: (*François I. fut en branſle de ſe rendre competiteur, à Charles d' Auſtriche, pour aſperer à l' Empire, où il avoit eſté appellé, par aucuns des Electeurs de l' Empire, l' an* M. D. XIX. & paulo poſt: *Ce n' eſt pas envie qu' il euſt tenir l' Empire, qui ſe faiſoit ainſi pourchaſſer, à l' obtenir, mais ayant receu la ſemonce des Electeurs, il ne pouvoit moins faire, que de ſe mettre en devoir de la priſe, comme honorable. Ioint, qu' il ſçavoit le peril où eſtoient ſes affaires lors, & quand Charles pourroit mettre le pied en l' eſtrier Imperial, & ne ſe ſoucioit à qui ceſte dignite fuſt donnée, pourveu que ce ne fuſt à Charles, qui luy donneroit beaucoup de peine en Italie, auſſi toſt que ſa puiſſance auroit prins accroiſſement.*) Franciſcus I. nutabat animo, an fieret competitor Caroli Auſtriaci, in ambiendo Imperio, ad quod vocatus erat à nonnullis ex Electoribus, anno M. D. XIX. Non erat deſiderium, quo ducebatur obtinendi Imperii, quod ita ambiebat, ſed poſtquam ab Electoribus ad hoc invitatus, vel vocatus fuerat, non poterat aliud agere, quam proſequi honeſtam prædam. Perpendebat inſuper periculum, cui res ſuæ tunc ſubjectæ, & ſubiicerentur amplius, ſi Carolus Imperio potiretur. Non angebatur, cuicunq; hæc dignitas obveniret, modo non Carolo; à quo quid aliud expectare poterat, quam negotium ipſi faceſſiturum in Italia, ut
9. primum potentia augeretur. Fides penes autorem ſit: multi ſane fuerunt & adhuc ſunt in ea opinione, Franciſcum motu proprio & utilitatis ſuæ, non publicæ cauſa, ſtudioſe ad imperium contendiſſe. Franciſcus magnis pollicitationibus Electorum gratiam ſibi conciliare ſtudebat, & Helveticos quoque, ut intercederent, ſollicitabat. Palatino ducenta millia coronatorum ſingulis annis ſi Rex fieret, promiſiſſe dicitur, Saxoni & Brandeburgico ferme totidem, Moguntino & Colonienſi ingentem ſummam, conſiliariis quoque & illis, qui apud Electores autoritate valebant, ſi negotium promoverent, ſpes remunerationis facta: (*Hubertus Thomas Leodius de vita Friderici II. Palatini lib. 5. p. m. 76.*) An in anteceſſum, vel arrhæ loco, quicquam alicui datum fuerit, diſtinctim non memini me legiſſe; Franciſcum tamen auri vim maximam, ut ſui haberetur ratio, profudiſſe, ſcribit Sleidanus (*de ſtatu Relig. & Reipub. lib. 1. fol. mihi 20.*) Conſtat etiam, Electores ab Helvetiis admonitos, ut eligerent Franciſcum. (*Goldaſt.* in Reichshandlungen/ *pag.* 100. *Scleid.*
10. *d. lib. 1. f. 16.*) Carolus, cum machinationes competitoris ſui haberet compertas, Friderico Comiti Palatino, quem ſciebat magno apud Electores in favore eſſe, offerebat Viceregium munus in Regno Neapolitano, monebatq; nulli parceret pecuniæ, daret, elargiretur, effunderet, ut electionem promo-
11. veret, ſe ſuppeditaturum eam affatim (*Hub. Thom. Leodius d. l.*) An quicquam factum, Sleidanus (*d. l.*) ſe affirmare non poſſe, ſcribit: Autor vero, qui ſcribit *Le Conſeiller d' Eſtat* (*part. 3. c. 3. p.* 490.) affirmat Electoribus data ducenta
12. millia ſcutatorum *deux cens mil eſcus.* Et graviter Thuanus, (*hiſtoriar. lib. 1. ad annum* M. D. XIX.) ſuffragatorum venales ſententias fuiſſe conſtans fama

fuita

fuit, magnaque invidia Septemviri laborarunt, quod ab utroque Principe accepta ingenti pecunia, ac præcipue à Francisci ministris, tamen Carolo, ac non potius cuivis ex suo collegio, Imperatoriam dignitatem adjudicassent. Ex Huberto quoque (*d. l. p.* 77.) discimus, Dominum de Chivris Friderico 13.
Palatino, qui ab Electoribus in Hispaniam missus fuerat, ad electum Romanorum Regem, non sine bile objecisse: Attulisti nobis decretum, maxima pecunia nostra emtum, quam si in alios usus potius convertissemus, longe major inde nobis emersisset commoditas. Quid enim habet tuum Germanicum Imperium, præter inanes titulos, & vanæ gloriæ nomen; quid innumeris sumtibus, infinitisque laboribus retinendum, sine ullius unquam fructus perceptione convenit? Huic Fridericus respondit: Siquidem, Chivris, 14.
tam nihili facitis sacrum Imperium Romanum, cur toties scripsistis, admonuistis, rogastis, ut nullis impensis, nulli pecuniæ parceretur, donec, quod tantopere ambiebatis, consequeremini, assecutum non flocci faciatis? Age, pœniteat vos facti sumtus, restituite innanes titulos Imperii, & vanæ gloriæ (ut appellas) nomen, & efficiam, ut vobis vestra pecunia cum maximo fœnore restituatur. Legimus quoque apud eundem Huber- 15.
tum (*d. tr. lib.* 8. *pag.* 151.) Electorem Coloniensem ad comitia, electionis causa Coloniæ indicta, anno MDXXX. venire noluisse, nisi sibi & suis consiliariis satisfieret de pensionibus & donariis, promissis in electione Imperatoris Caroli. De cæteris Electoribus solidi nihili habeo: ad solius Frideri- 16.
ci Saxoniæ Electoris laudem pertinet, quod annotavit Sleidanus (*d. lib.* 1. *fol.* 19. *b.*) eum oblatam magnam pecuniæ vim, à legatis Caroli rejecisse, & suis, ne vel teruntium acciperent, mandasse. Ita succincte, pro more suo, Sleidanus. Erasmus autem extensius: (*in Epistolis lib.* 3. *ep.* 4.) Dux Saxoniæ 17.
Fridericus, delatum sibi ab omnibus Imperium ingenti animo recusavit, idq; pridie quam Carolus eligeretur. Mox rogatus, quem igitur censeret eligendum, negavit sibi quempiam alium videri tanti nominis oneri sustinendo parem, quam Carolum. Ob hunc insignem animum, à nostris (Caroli legatis) oblata XXX. millia florenorum constantissime reiecit; cumque urgeretur, ut tantum X. millia pateretur dari famulis; accipiant, inquit, si velint, attamen nemo manebit postridie apud me, qui vel aureum acceperit: ac postridie conscensis equis subduxit sese, ne pergerent esse molesti. hactenus Erasmus, secutus fidem narrationis Episcopi Leodiensis, qui illis Comitiis interfuit. Vt maxime autem res ita tunc gesta fuerit, subsequenti tamen tempore tri- 18.
cies & bis mille atque quingentos florenos Rhenenses, Electori Saxoni datos, non quidem in pecunia numerata, sed totidem florenis à debito, quo Austriacis obligabatur, in tabulam accepti relatis, memini me legisse in antiquis membranis: quibus expressum quoque, quantum in numerata pecunia Electoris familiares, atque ministri tunc acceperint: nempe Philippus Co- 19.

mes Solmensis quater mille; Fridericus à Tungen, bis mille; Fabianus à Fei-
litsch/mille; Iohannes nobilis de Planitz, quingentos; Hieronymus, Secreta-
20. rius totidem florenos, & pro sigillatione decreti centum floreni. Vera di-
cant istæ membranæ, annon, judicet qui vult; dato autem vera dicere, tale
sunt hæc munera, quæ ad ordinaria xenia, non ad extraordinaria referri de-
bent, qualia tam Electori, quam eiusdem ministris, citra ullam notam, ac-
cipere licuit. Iurant quidem Electores, sese, in Electionis actu, vocem &
votum suum daturos absque omni pacto, stipendio, pretio, vel promisso, seu
quocunque modo talia valeant appellari: (*ut verba Caroli IV. in A B. cap 2.*
21. *§. 2. sonant*) At hoc juramento non continentur xenia ordinaria, quæ usu,
& longæva consuetudine firmata sunt, ac demum peracta electione, Electo-
ribus, & eorum ministris, debentur, quasi in remunerationem impensa-
22. rum, ac laboris. Olim, & ante tempora Caroli IV. autoris bullæ, quæ
aurea dicitur, singulis Electoribus, post electionem peractam, solvendæ e-
rant quater mille & quingentæ libræ argenti, ut discimus ex literis Alberti
Electoris Saxoniæ, anno MCCXCI. scriptis, vmb assecuration wegen der 4500.
Pfund Silbers/ so einem Churfürsten nach der Wahl gebühren/ (*de quibus*
23. *Goldast. in polit. Imper. part. 1. t. 2.*) hoc aurea bulla immutatum non fuisse, vel
inde patet, quod illa loquatur de tempore quod antecedit, non inde sequi-
tur electionem. Taceo, quod credendum minime sit, Electores Carolo assen-
suros fuisse, si ipsis hoc commodum, quod consuetudine antiqua appro-
24. batum fuerat, ereptum ivisset. Taceo, quod hæc xenia, vel remuneratio,
finem & intentionem Carolinæ sanctionis non infringant; non enim inde
major propensio in Cajum vel Seium excitabitur, quia par remuneratio
futura est, sive hic, sive ille eligatur. Sanctione Carolina quoque non prohi-
bentur donationes, & munera, quæ post electionem spontanea voluntate,
nullo pacto vel promissione præcedente, fiunt, & Electoribus conferuntur;
nec ad ea pertinet lex ambitus (*Francisc. Marcus decis. 936. n. 10. part. 1. Menoch.*
25. *de arbitr. jud. q. lib. 2. cas. 518. n. 24.*) Atque si ejusmodi impendiorum respe-
ctu, Chivris (*apud Hubertum Thomam Leodium lib. 3. de vita Frider. II. Palatini*
pag. 63.) Imperialem dignitatem apud Germanos venalem esse dixit, iniurius
in Imperium, mendaxq; fuit; si vero, quod à Carolo IV. ut Wenceslaum ad
Imperium promoveret, factum, & si quæ eius notæ alia exempla sunt, re-
spexit, non satis caute locutus fuit. Quod enim aliquando venditum, id non
protinus perpetuo, & hodie venale est, licitatores ut maxime non desint.
26. Quid A. MCCCCLX. Georgii Regis Bohemiæ legatus ad Electores, & non-
nullos Imperii Status, Doctor Martinus Majerus in mandatis habuerit, non
sine singulari animi commotione nuper in archivo Principis mei legi, sed
machinatio eventu caruit, ut legibus Imperii & honestati contraria.

27. Vterque candidatorum, nempe & Carolus & Franciscus, favorem E-

lecto-

lectorum modis omnibus sibi parare studebant. Franciscus in Brandebur-
gensi Marchione, qui Albertum Fratrem, Moguntinum Pontificem, in suam
sententiam adducturum pollicebatur, atque in Ricardo Trevirensi, magnam
spem collocarat. Trevirensis à Gallo stetit, nec fidem, ut Brandeburgensis
fefellit: ita asserit Franciscus Belcarius Episcopus Metensis (*rerum Gallicarum
Commentar. lib.16.p.* 473.) Verum, si orationem Trevirensis, quam in senatu 28.
Electorum tunc habuit, recte expendimus, stetisse illum à parte Galli fatea-
mur necesse est, sed tantum in quæstione, an Carolo præferendus; in quæ-
stione vero, Carolus ne an Franciscus eligendus, utrumque pro extraneo ha-
buit, ac suasor fuit, ut alius ex Germanis Principibus, qui nullum haberet ni-
nisi in Germania domicilium, qui origine, moribus, ingenio, lingua Germa-
nus, utrique præferretur, (*Sleidanus d.l.fol.* 19.) Quod de Brandeburgensi 29.
Belcarius (qua fide nescio) scribit, illud Autor *du Conseiller d'Estat* (*d.part.* 3.
pag. 490.) molliori crena expressit. ait enim: (*Charles d'Austriche, fit faire des
levées en Allemagne, & son armée assemblée, la fit approcher de Francfort, sous pre-
texte, de vouloir empescher que l'election ne fust forcée, & par là encouragea les
siens, fit passer de son costé ceux qui bransloient, & estonna Brandebourg, qui te-
noit le party de France, de façon qu'il n'osa decouvrir son intention*) Carolus Au-
striacus, conscripsit in Germania militem, & copias collectas appropinqua-
re Francofurto jussit, tanquam prohibiturus, ne electio minus libere & tuto
peragi possit: suis autem hoc modo auxit animum, nutantes ad se convertit,
& Brandeburgensem, qui à partibus Galliæ stabat, ita conturbavit, ut men-
tem suam aperire non fuerit ausus. Fortuna præterea Francisco in eo adver- 30.
sari visa fuit, quando mors studium Arthi Gouffierii, Equitis ordinis Regii,
Domini de Boisy, Magni Magistri Galliæ, interrupit. Nisi enim hæc con-
tigisset, vero simile putat Thevet (*en la description des vies des hommes illustres
liv.5.ch.62.p.*408.) Imperium in Galliam tunc rediturum fuisse. Carolus au- 31.
tem fortunam matrem, & vota benigna habuit, tandemq; competitori præla-
tus fuit. Rationes, quæ Electores ad id permoverunt, legi possunt apud Slei- 32.
danum (*d.loc.*) & Georgium Sabinum (*in historia electionis & coronationis Caro-
li V. quam tamen à Melanahthone conscriptam a multis creditum, refert Buchol-
cerus in indice Chronologico ad annum Christi* 1519. *p.m.* 479.) nec non Antoniũ
Viperanum (*in orat. funebri Caroli V. Imp. apud Freher. tom.* 3. *scriptor. rer Germ.
pag.* 17.) Eas hic repetere, vel notis illustrare, animus mihi non est; adducam
tantum, quid Galli de electione & repulsa sentiant. Thevet, loco quem mo- 33.
do allegavimus, ait: (*il estoit beaucoup plus seant, qu'un Roy de France fust chef,
& Empereur, que Charles d'Austriche, lequel n'estoit pas seulement vassal de la
couronne de France, mais aussi homme lige, & naturel subject du Roy; attenda qu'il
estoit natif de Flandres, ancien fief, pairie, & membre de la couronne de Fran-
ce duquel la foy, hommage lige, ressortie & souveraineté estoient reserves par tous*

les traictés, auparavant la prinſe du Roy à Pavie) Magis decorum erat in Regem Galliæ dignitatem Imperatoriam conferre, quam in Carolum Auſtriacum, qui non ſolum erat vaſallus Regni Galliarum, verum etiam homo ligius, & ſubditus Regis: quoniam in Flandria natus, quæ ab antiquo feudum, Pariatus ac membrum eſt Regni Gallici, eidemque fidelitate, & ligio juramento, ac reſpectu jurisdictionis, ſuperioritatis ſemper adhæſit, usque
34. ad illud tempus, quo Rex Franciſcus ad Papiam captus fuit. Hoc quidem
35. Thevero & Bodino, (*de Republ. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 182. *& ſeqq.*) ſed Electoribus aliud viſum, quibus libertas Germaniæ, & legum Imperii obſervantia
36. magis cordi fuit, quam inanis ſplendor, magno periculo nutriendus. Repulſam quod attinet, de ea Scipion du Pleix, hiſtoricus Regius, inter modernos fere primus (*en l' hiſtoire generale de France tom.* 3. *pag.* 306. *n.* 10.) ita commentatur: (*Nous ne trouvons pas, qu' en lignée des Roys Capetiens il y ait eu autre, que François I. qui ait aſpiré à l' Empire, tous les autres Roys recognoiſſans, que ce eſtoit une condition inferieure à la leur, entant qu' elle depend de la volonté de autruy, & n' eſt point hereditaire. Et celuy cy ayant brigué l' Empire, avec plus d' ambition que de prudence, a porté auſſi la peine de convoitiſe d' une vaine gloire:*) Non reperimus alium ullum Galliæ Regum, ex familia Capetiorum, ad Imperium adſpiraſſe, præter Franciſcum I. cæteri omnes conditionem hanc ſua inferiorem eſſe intellexerunt: ut quæ ab alieno pendet arbitrio, & non eſt ſucceſſoria. Franciſcus quoque ad Imperium adſpirans, majori ambi-
37. tione quam prudentia, pœnam luit deſiderii vanæ gloriæ. Ita ſcilicet homo, magna bile in Germanos æſtuans, ut ex ſcriptis ipſius non ſemel obſervavi, mavult Regem ſuorum ambitionis accuſare, quam reverenter de Imperio ſentire: mavult falſa dicere, quam majeſtatem Imperii comiter obſervare. Nos novimus, ex Capetiis non ſolum Franciſcum I. ſed longe ante illum, Philippum quoque Galliæ Regem, poſt mortem Alberti Imperatoris,
38. totis viribus ambiiſſe Imperium (*Henr. Mutius German. ſcriptor. pag.* 213.) Novimus præterea, Henricum IV. ad Imperium non adſpiraſſe, eo quod ſciret, (*qu' il trouveroit de le reſiſtence à ſa promotion*) promotionem ſuam oppugnatum iri; ipſo Pleixio teſte (*en l' hiſtoire de Henry IV pag.* 580. *n.* 12.) non vero
39. quod illud infra conditionem ſuam æſtimaret. Thevet & ipſe natione Gallus, (*liv. des vies des hommes illuſtres ch.* 62. *p.* 408.) honeſto velo Franciſci conatum tegens, fateri tamen cogitur, *qu' il s' eſtoit mis en devoir de la priſe comme honorable.* (*Si placet, vide quæ addidi ad lib.* 2. *de jure publ. c.*1.*poſt n.*47.) Plane
40. videtur, Pleixius vulpeculam Æſopicam imitari, quæ uvam in ſublimi de vite dependentem conſpicata, cum iterum iterumq; omnibus viribus ſubſiliendo, illam attingere poſſe deſperaret; acerbam eſſe dixit, & maxime auſteram, ne-
41. que dignam quæ vel de via tolleretur. Retulimus ſupra, Franciſcum reſpondiſſe, nihilo magis ſibi diſpliciturum, ſi Carolus ambiret Imperium, quam ſi virgi-

virginem unam ambo deperirent, proinde pergeret bonis avibus; Deum feliciorem adjuturum: At postquam Carolus in Romanorum Regem electus fuerat, Franciscus, mutato animo & sermone, displicentiam suam & odium publice, variis exemplis, prodidit. Le sieur d' Audiguier (*libro quem scripsit, du vray & ancien usage des duels chap.* 14. *p.* 161.) ingenue fatetur, (*que la preference de Charles outra le cœur du Roy d' un sanglant despit, qui ne pouvoit souffrir, qu' un sien suject luy eust esté preferé en ceste election*) prælatione Caroli Regem sanguinolento cordolio affectum fuisse, cum non posset perferre, se subdito suo in electione postpositum. Sed sero & male; si quid enim hic peccatum, Ele- 42.
ctoribus succenseri propterea, non Carolo, debuisset Franciscus. Non peccarat enim Carolus in amicitiæ leges ambiendo Imperium, præsertim cum sciente, nec reclamante Francisco, ambire illud cœperat. Non peccavit in electione, dum iisdem mediis, quibus Franciscus, ad propositum scopum pervenire annitebatur. Non peccavit quod electus, quoniam hic non agens, sed patiens erat. Non peccavit denique (Franciscum si respicias) recipiens Imperium, quoniam id ei licebat. Sola ergo invidia fuit, quæ Francisci mentem primum torsit. Eam vero ut tegere non potuit, exercere tamen odium 43.
alio sub nomine & prætextu voluit, ac paulo post electionem, futurorum vates dixit palam: (*nous ne pourrions demeurer languement en paix, puisque l' Empereur ne veut avoir de compagnon, & je veux encore moins avoir de maistre. Thevet. d. liv. ch.* 62. *p.* 407. *b.*) haud diu inter nos durabit concordia, quoniam Imperator non potest ferre socium, nec ego dominum. Ab eo ergo tempore, 44
Carolo contraria facta est, cum Rege, tota fere Gallia, & genius quoque Regni; quicquid etiam sub specie amicitiæ & benevolentiæ quandoque simulatum fuerit. Dicam mox de bellis, inter utrumque Regem varia fortuna gestis, ubi primum hic brevibus, de periculis, in quæ Carolus in Gallia non una vice incidit. Narrat Scipion du Pleix (*en l' histoire generale de France* 45.
tom 3. *p.* 441. *n.* 23.) Carolum anno M D XXXIX. per Galliam iter facientem, Ambasiæ pæne fuisse suffocatum thymiamate, quod nimia copia in conclave, ubi morabatur Imperator, per occulta foramina immittebat nonnemo, incauta non maligna mente. Addit idem Author, Cancellarium Regni, 46.
Poyetum, salute excipientem Carolum, lignum, quod togæ longioris syrmate improvide loco suo moverat, eo casu in caput Cæsaris immisisse, ut pondere in vertiginem ageretur. Martin de Bellay, Seigneur de Langey (*en* 47.
ses Memoires liv. 8. *fol. m.* 380. *& seq.*) iter Imperatoris per Galliam, ad annum M D XL. referrens, & introitum eiusdem Ambasiæ describens, ait, Francisci voluntate introitum, quo magnificentior appareret, in noctem usque protractum: accidisse autem, cum Carolus per turrim, quæ spatiosa, & ea arte facta, ut equis ac lecticis & quatrigis adscensus inde usque ad arcem detur, ingrederetur, per incuriam eorum, qui faces accensas gerebant, tapetia quibus

turris maxime exornata erat, ignem conciperent, unde tanta fumi spissitu-
48. do, ut Imperator pæne suffocaretur. Porro Parisiis tabulatum in caput Ca-
roli, in suggestu cecidisse, ut sanguine perfundaretur facies, memorat Zeno-
49. carus (*de vita Caroli V. lib.* 3. *pag.* 171.) Fertur etiam, Francisco à Ducissa Stam-
parum quę propter formæ pręstantiam ei ca issima erat, consilium datum,
ut nisi Carolus reddidisset Mediolanum & Neapolim, ei abeundi facultas
non esset. Non desunt qui Regem id Carolo non tacuisse affirment: at
hunc, quo periculum evaderet, ingenioso stratagemate magni pretii ada-
50. mantem Ducissæ dono obtulisse. Rem ita gestam refert Florimond de Rai-
mond, (*de la naissance de l' heresie livr.* 3. *chap.* 13. *pag.* 349.) (*Charles V. prenant le souper avec le Roy en son privé, comme pour laver les mains il eut mis en la bouche un grand & precieux diamant, que le Viceroy des indes luy avoit envoye, il le laissa cheoir à desseing aux pieds de Madame de Estampes, tenant la serviette, & si à propos, qu' elle eut moyen de le relever, & comme elle le luy eust presenté, vraiment, dit l' Empereur, Madame, il est en trop belle main pour l' en oster, il vaut mieux qu' il y demeure, & que vous le gardiés pour l' amour de moy, dont ie vous en prie*) Carolus V. cum Rege privatim cœnaturus, ubi, ut manus eo promtius
lavaret, annulum, cui magni pretii adamas, à Vice rege Indiarum missus,
inclusus erat, detractum digito in os immisisset, eundem ex proposito cade-
re fecit ad pedes Dominæ Stamparum, quæ tenebat manutergium, cumque
illa eum commode attolleret, & Carolo præsentaret, noluit is eum recipere,
dixitque: Domina, annulum adeo formosa manus tenet, ut piaculum foret
illum inde auferre: itaque præstare puto, ut ibi maneat, teque obtestor, ut
51. in mei gratiam eum retineas. An Franciscus consilium amasiæ sequi un-
quam constituerit, in dubio relinquo, & novi à nonnullis negari; Carolum
vero ut de securitate sua & libero abito sollicitus esset, non hoc solum, sed &
illud admonebat, quod cum antea ad Franciscum, hora noctis nona, equo
insidens properasset, in ejus tergum inopinanter assiluisset Carolus Aure-
liorum Dux, alter filiorum Francisci Regis, magna inclamans voce, Cæsar
redde te captivum. (*Zenocarus d. p.* 178.)

52. Bella, quæ inter Carolum, & Franciscum gesta, historia nobis abunde
suggerit, & per epitomen D. Audiguier (*du vray & ancien usage des duels, ch.* 14. *pag.* 159. *ac seqq. chap.* 15. *p.* 205. *& seqq. ch.* 16. *pag.* 221. *ch. pag.* 265. *& seqq.*)
sed ea fide, ut affectum in Regem suum non uno in loco manifeste prodat.
53. Varia utriusque partis fortuna fuit, benignior tamen Caroli in eo, quod
Franciscum captivum habuit, post prælium ad Ticinum commissum, anno
MDXXV. die XXIV. Febr. eumque non prius à se dimisit, quam in capitula-
54. tionem præscriptam jurasset. Franciscus, ad suos redux, cum promissa im-
plere recusaret, ab imperatore perfidiæ accusatus est: inde novi belli fomes,
& postea duelli, de quo inter utrumque actum, quanquam verbis tantum
& sine

& sine effectu. Carolus, præsente legato Galliæ, quæstus fuerat de fide à Francisco Rege non impleta. Idem postea reiteraverat ad Heroldum Gal- 55.
licum, mentione etiam facta duelli, quo finis controversiis & effusioni san- 56.
guinis innocentium esset. (*Belcarius rer. Gallicar. lib. 6. p. 606. n. 48. Scipion du Pleix tom. 3. de l' histoire generale de France p. 372. n. 9.*) Legatus dicta celaverat Regem, Heroldus autem ea ad eundem retulerat. Legatus, ut evitaret Re- 57.
gis indignationem, dictorum non se recordari causatus, scripsit ad Carolum, à quo responsum hoc tulit: *Domine Legate, accepi literas, quas ad me dedisti, ob eum sermonem quem ad te habui Granatæ, vidi etiam extractum renunciationis tuæ, unde satis intelligo, quod immemor esse velis eius, quod tunc ad te dixi, ut Regi Galliæ, domino tuo, nunciares, eum in finem ut repetam dicta. Itaq; ut desiderio tuo satisfiat, quæ tunc ad te dixi, post multa, quæ non magni erant momenti, indeque hic haud repetenda, illa fuerunt: Dominum tuum flagitiose & nequiter fecisse, quod fidem mihi datam Madritiana conventione, non observasset, & si vellet contrarium affirmare, me paratum esse veritatem duello contra ipsius personam tutari. Ecce hæc sunt substantialia illa verba, quæ tunc de Rege tuo Granatæ protuli, & credo, esse illa, quæ maxime scire desideras. Sunt autem illa ipsa, quæ dixi Regi tuo Madritii, quod nempe illum pro flagitioso & improbo habiturus essem, si fidem, quam mihi dederat, non servaret. Atque hæc dicens, sanctius observo ea, quæ illi promisi, quam ille ea, quæ mihi promisit. Libenter hæc tibi scripsi, & manu mea subscripsi, ut imposterum nec tibi, nec aliis dubitandi ratio superfit. Datum in urbe nostra Madritiana XVIII. die Martii anno M D XXVIII.* Titulus erat: *Domino Legato Regis Galliæ, Iohanni Calvimontio, Equiti, secundo præsidenti Burdegalensi, nunc Pesæ in Castilia degenti.* (*vide le Ceremonial de France pag. 201. & Goldast. part. 2.* der Reichssatzungen *p. 216.*) Franciscus, certior factus ab 58.
Heroldo suo, de mente & verbis Caroli, ne videretur famæ suæ curam abjecisse, hunc provocare ad duellum statuit, misso in Hispaniam feciali cum literis, quarum tenor erat: *Nos Franciscus, Dei Gratia Rex Galliæ, Dominus Genuæ &c. Vobis Carolo eadem gratia electo in Imperatorem Romanum, & Regi Hispaniarum, notum facimus, ad nos perlatum esse, quod respondendo nostris legatis & Heroldis, ad vos pacis causa missis, vos, sed sine ratione, excusantes, nos accusaveritis, dicendo, nos nostram quidem vobis dedisse fidem, sed ea non observata abiisse, & è vestris evasisse manibus ac potestate. Itaque pro defendendo honore nostro, qui eo casu nimium oneraretur, visum nobis fuit, hasce provocatorias ad duellum vobis mittere literas, quibus vobis significamus, licet qui custodia continetur, non possit fide data obligari, illudque nos satis excuset, nihilominus tamen, quoniam animus nobis est, omnibus satisfacere, & nostro honori consulere, quem hactenus conservare studuimus, & conservabimus divino adiuti favore, usq; ad terminum vitæ nostræ, si voluistis, & vultis nobis imputare, non solum ob dictam fidem & liberationem, sed etiam quod unquam fecerimus quicquam, quod homo nobilis, amator honoris sui,*

non

non deberet facere, dicimus, animo defendendi honorem nostrum, usque ad ultimum vitæ spiritum, vos mentitos esse per gulam, & toties falsum dicturos, quoties hoc dixeritis. Postquam ergo vobis placuit, nobis ea exprobare quæ falsa sunt, imposterum cessate & nos quicquam scribere amplius, tantum locum, ubi duello decertandum, denominate, & nos dabimus arma. Palam vero testamur, si post hanc nostram declarationem, vel verbis vel scriptura, honorem nostrum gravare sustinueritis, ignominiam propter protractum duellum nobis adhæsuram; quoniam ubi duellum elegimus, literis finem imposuimus. Actum in nostra bona urbe & civitate Lutetiana XXVIII. *Martij anno* M. D. XXVIII. *ante Pascha. (Vide le Ceremonial de France d. l. Goldast.* Politischer Reichshändel *part.* II. *discursu* 3. *pag.* 328. *les Memoires du* Bellay *livr.* 3 *fol.* 104. *b. Sleidan. de stat. relig. & Reip. lib.* 6. *fol. m.* 95. *Fauyn livr.* 13. *de l'histoire de* Navarre *pag.* 747.)

59. Ad hæc respondit Imperator; *Carolus* DEI *gratia* Romanorum *Imperator, Germaniæ & Hispaniæ Rex &c. Notum vobis, Francisco Dei gratia Regi Galliæ, facio, quod octavo hujus mensis die ab* Heroldo *vestro Guienna, literas vestras provocatorias ad duellum scriptas* XXVIII. *Martij, receperim, quæ tamen, etiamsi Lutetiæ longius ab hoc loco distarent, citius ad me perferri debuissent: Cæterum ad eas, & quod Heroldus vestro nomine mihi significavit, responsi loco hæc habeatis. Primo quod prætenditis, quasi aliquoties respondendo Legato, & Heroldis vestris, ad me pacis & utilitatis communis causa missis, invicem excusationis, vos sine causa accusaverim, possum sancte affirmare, me alium ex Heroldis vestris non vidisse, quam unicum illum, quem ad me Burgos misistis, belli denunciandi causa. Me autem quod attinet, cum nihil deliquerim, nescio cujus gratia excusatione opus fuisset; vos vero quod concernit, delictum vestrum vos accusat. Quod præterea additis, fidem vestram mea in manu esse, id ita se habet, respectu eorum ad quæ, capitulatione Madritiæ facta, mihi obligati estis. Et patet ex literis manu vestra subscriptis, vos, meum belli jure captivum, obligari reverti in custodiam si dictæ capitulationi non satisfaciatis. Quod vero, ut provocatoriæ vestræ ad duellum me incusant, dixerim, vos tanquam illum, qui data fide dimissus, contra promissa ex manibus & potestate mea vos subtraxisse, verba sunt, quæ nunquam protuli, quoniam nunquam mihi fidem vestram propterea dedistis, ne abiretis, verum ut rediretis, casu in capitulatione expresso: Quod si à vobis factum, contra liberos vestros, & honorem nihil fuisset actum. Porro quando dicitis, quod pro defendenda fama vestra, quæ alias contra æquitatem nimium gravaretur, provocatorias, ad me mittatis, quibus contineatur, quamquam captivus obligari non possit, atque hæc excusatio sufficiens sit, attamen cum omnibus, & simul honori vestro, satisfacere parati sitis, quem ut dicitis, semper sartum tectum constituistis, & Deo adjuvante ad ultimum usque spiritum conservare in animo habetis, mihi denunciare volueritis, quod si vos accusassem, vel accusaturus essem, non solum, quantum fidem à vobis datam attinet, vel abitum vestrum; verum etiam, quod unquam aliud, quam quod nobi-*

lem

lem honoris amantem decet, egeritis, mentitus fuerim, & idem vitium incursurus sim, quoties hoc dixero, &c. Ad hæc respondeo, memor capitulationis vestræ, quod hæc excusatio captivitatis, locum non inveniat. Verum postea quam honorem vestrum tam leviter habetis, mirum non est, vos nolle obligatum esse promissu stare: Sed verba non sufficiunt ad conservandum & protegendum honorem vestrum. Sane dixi vobis antea, & dico vere, quod turpiter & male egeritis, dum fide mihi promissa, in Capitulatione Madritiana, non stetistis. Atque hoc facile probatur subscriptione manus vestræ, quam inficias ire haud potestis. Quod si autem vobis placet contrarium facere, vos libenter, ad hoc duellum, aptum & habilem constitutum volo, Christiani orbis gratia, ut effusioni Christiani sanguinis parcatur, & hoc nostrum dissidium tandem finem nanciscatur; atque pro defensione causæ meæ optimæ, quod mihi objecistis in vos rejicio, affirmoque, rem, ita ut dixi, se habere, animo non vobiscum amplius verbis concertandi, ut mecum concertatis, maxime cum facta vestra, ego vel alii id afferant, illa ipsa sint, quæ vos mendacem constituunt. Præterea quando vultis, quoniam vos contra veritatem incusare voluerim, ut desistam imposterum verba amplius facere, atque solum decertationis locum denominem, ad quem arma deferre parati; oportet nihilominus ut patientia vestra tantillum temporis spacium admittat, quo propositum vestrum vobis ante oculos statuatur, atque ut responsi loco vobis dicam, quod loci determinationem suscipiam, promittamque eum tutum & securum constituere, quantum in me est, omnibus mediis convenientibus, quæ reperire dabitur. Itaque, ut eo citius huic satisfiat, quod in me recepi, denomino vobis pro loco duelli, fluvium, qui est intra Fontarabiam & Andayam, aut ubi commoditas consensu nostro mutuo pro majori securitate poterit reperiri. Et mea quidem opinione, non poteritis hunc locum jure, quasi non tutum, repudiare, quoniam idem ille est, ubi vos datis obsidibus filiis libertatem nacti fuistis, ac promisistis, ut antea dictum vos in custodiam reversuros; quod si ibidem vos, filiosque simul securos fore credidistis, nihil est quod nunc vos movere in contrarium debeat; præsertim cum & ego ejusdem loci fortunæ me subjiciam. Nec deerunt quoque media ibidem omnia ita constituendi, ut utriusque partis æqualis sit status, & par conditio, atque deinde fieri possit electio armorum, quæ mihi, non vobis, competit. At amputandam vero omnem moram, & subterfugia, hoc ipso in negotio, possunt à nobis utrinque ad dictum locum mitti nobiles viri, cum sufficienti potentia, ut statuant communi consensu de securitate loci, de armis, de die duelli, & cæteris, quæ ad perficiendam rem pertinent. Quod si vos, postquam traditæ hæ literæ vobis fuerint, intra quadraginta dies mihi non responderitis, nec animum vestrum mihi exposueritis, facile potuerit præsumi, dilationem duelli à vestra parte provenire, & vos convincet delicti, quod in servandis promissis, Madritiæ factis, incurristis. Denique, quod protestationem attinet, si post declarationem vestram alicubi contra honorem vestrum quicquam dixero aut scripsero, mora duelli mihi imputari debeat, quoniam postquam hoc placuit, merito verba cessare debeant &c. ea supersedere facile potuissetis, non enim in potestate vestra

consistit, mihi injungere, ne veritatem dicam, licet ea vobis stomachum moveat; securus quoque sum, mihi labem nullam, dilatum propter duellum, accrescere posse, cum omnibus constet de summo desiderio quo flagro negotio finem imponi. Datum Monsoni in Regno meo Aragoniæ XXVII. *Iunii, anno* M.D. XXVIII. (*Vide Goldastum part. 2* der Reichssatzungen *pag. 226. & seq. & in* politischen Reichshändlen *part. 11. discursu 3. pag. 335. & seqq.*)

60. Cæterum in admittendo audiendoque Heroldo, ac in recipiendo literas, non una animi promtitudo utriusque partis fuisse dicitur. Carolus Regium sine mora admisit, ut literas, si in id mandatis haberet, publice in præsentia magnatum, qui tunc magno numero convenerant, legeret, diceretve quod jussus, admonuit, ac literas sua excepit manu (*Autor Dialogi Mercurii & Charontis apud Goldastum* Politischer Reichshändel *part 1. disc. 3. p. 332.*) Fran-
61. ciscus è contrario Heroldum Caroli difficulter, & non nisi postquam salvum conductum per totos L. dies Fontarabiæ expectasset, in Regnum admisit, (*d. disc. 3. pag. 338.*) ac Lutetiis Parisiorum, minis (*Fauyn au theatre d'honneur livr. 1. chap. 4. p. 65.*) & furca ante palatium posita (*Bodin. lib. 5. de Republ. cap. 6. p. 969.*) terruit, ne mandata, si quid acerbius continerent, exequeretur; adeoque nec
62. loqui incipientem audire, nec ab eodem literas Caroli accipere voluit. Hoc sive de industria, quod verisimilius, (*Bodin. d. loc.*) sive in contemtum adversarii factum obstaculo tamen fuit, quo minus Gallis tunc innotuerit, Carolum duellum non subterfugisse. Unde nonnulli magna credulitate decepti, tradiderunt, Heroldum nullas à Carolo habuisse literas, quas traderet Francisco, (*vide Fauyn au theatre d'honneur livr. 1. chap. 4. p. 65. & les antiquités de Paris chap. 25. p. 155.*) & quod atrocius est, Carolum (*avoir gardé toute sa vie le desmenty que luy avoit porté le Heraut du Roy François premier, sans en demander raison.*) (*d. ch. 4. p. 64. Louys Guyon tom 2. des diverses leçons livr. 1. ch. 8 p. 45. André Thevet livr. 4. des vies des hommes illustres ch. 6. p. 218. b.*) toto quo vixit tempore non vindicasse mendacium sibi objectum ab Heroldo nomine Francisci, nec unquam
63. ejus causa sibi satisfieri postulasse. Verum Bayardus, qui actui interfuit, & eum Regis Francisci mandato descripsit, (*ut videre est au Ceremonial du Theodore Godefroy p. 199. & seqq.*) clare testatur, Franciscum sæpius Heroldo dixisse, da mihi literas patentes securitatis campi, da mihi literas patentes securitatis campi, da mihi eas, quas, si sufficientes sunt, accepto, & postea dic quod
64. volueris. Heroldum autem respondisse, habere se à Domino suo in mandatis, ne traderet literas, nisi prius ea præfatus, quæ sibi ab eodem commissa. Et Scipion du Pleix (*en l'histoire generale de France tom 3. pag. 372. n 9. & 10.*) in circumstantiis à cæteris Gallis longe recedens, in eo à Bayardo alienus non est, quando Heroldum Regi respondisse narrat, (*qu'l apportoit de quoy contenter sa Majesté: toutesfois qu'il avoit charge de luy dire certaines choses de la part de son Maistre*

Maistre, si ç'estoit son bon plaisir de luy donner audience) afferre se quibus Regi satisfieri possit, simul autem in mandatis habere, nonnulla præfari nomine Domini sui, si Regi placeat ea audire. Nihil hic est Heroldo quod imputemus, si quod in mandatis habuit observavit, nec nisi petita & accepta venia, voluit dicere, quæ Francisco grata non futura de facili augurari poterat. Nam si Faucheto (*livr. 1. de l'origine des chevaliers chap. 3. p. 24. editionis Parisiensis* 65.
in octavo de anno 1600.) credimus, Heroldis hoc privilegium est inter Christianos, quod si ab eo, ad quem missi, illis dicendi libertas concedatur, possint impune effundere etiã injuriosa verba, quæ in mandatis habent. Quod autẽ 66.
idem Fauchetus (*d. l.*) addit, hoc fortassis in causa fuisse, *pourquoy le Roy François I. avant qu'ouyr parler le Heraut de l'Empereur Charles V. qui le venoit appeller au combat d'homme à homme, le menaça de mort, s'il luy disoit parole outrageuse: ne voulant ledict Roy recevoir un desmenty, qu'il avoit charge de luy apporter de la part dudict Empereur son maistre*) cur Rex Franciscus antequam loquendi veniam concederet Heroldo Imp. Caroli V. cujus nomine ad duellum provocandus, mortem interminatus, si contumeliosum quid proferret; quod nollet audire sibi mendacium exprobrari juxta mandatum Heroldo ab Imperatore datum. Satis cum proxime dictis innuit, per Franciscum stetisse, quod Herol- 67.
dus dicenda non dixerit, ac proinde falsum esse, Carolum, vel opprobriose sibi antea objectum mendacium, noluisse vindicare, vel suspensioni duelli causam dedisse. Si Franciscus Heroldum Caroli adivisset, si literas ab eo allatas recepisset, nullam dedisset ansam dubitandi, annon magis dilatum, quam promotum voluerit duellum. Scipion du Pleix (*d. l. n. 10.*) Francisci pa- 68.
trocinium sucipiens, ait: (*quoyque vrayement Charles fut Prince hardi & courageux, neantmoins tous ceux, qui ont escrit, ou jugé de cette querelle sans passion, ont creu, que François ne desiroit pas tant vivre, que mesurer ses armes avec Charles, & que celuy si plus cauteleux que celuy là, trouvà assés d'artifices pour s'en defendre. Paravanture aussi faut il attribuer plustost cela à vraye prudence, qu'a lascheté, n'estant pas bienseant à de si grands Princes, de faire si bon marché de leur vie: d'autant que (comme un ancien Monarque disoit sur ce subject) un Roy, du salut duquel depend le repos de plusieurs peuples, doit mourir en Roy, non pas en simple soldat, ou en gladiateur: combienque Homere face resoudre au conseil, tant de Troiens que des Grecs, qu'il estoit expedient de terminer leur guerre par un compat singulier, entre Paris & Menelaus.*) Quamvis revera Carolus fuerit audax & animosus, nihilominus tamen omnibus, qui de hac controversia, animo non corrupto, scripserunt vel judicarunt, persuasum fuit, Franciscum flagrasse summa cupiditate cum Carolo armis decertandi: hunc autem astutia, qua illum superabat, artificiose certamen declinasse. Fortassis etiam hoc attribui debet potius veræ prudentiæ, quam animi abjectioni, cum non deceat tantos principes vitam

 suam

suam facili jacturæ exponere: quoniam ut Monarcha quidam ex antiquis dixit; Rex, à cujus salute dependet quies multorum populorum, mori debet ut Rex, non ut miles gregarius, vel ut gladiator: quamquam Homerus facit, tam Trojanorum quam Græcorum consilio decerni, ut finis belli sit, è re esse Paridem & Menelaum duello decertare.
69. Si dicendum, quod mihi videtur, dubium erit, an clientis, an patroni hic sit deterior conditio. Certe, quod patronus pro cliente adducit, tam vagum est, ut attendi non mereatur. Nondum enim nominavit testes, & testimonio credi voluit. Dicat prius qui sint illi, qui hac de re scripserint sine passione, & unde cognosci possit, quod nihil gratiæ, vel affectibus dederint? dicat, cur crediderint, Franciscum tanto desiderio decertandi cum Carolo flagrasse, & convincat erroris Viperanum, qui in oratione funebri Caroli V. (*apud Freber. tom. 3 Germ. rer. scriptor. p. 517.*) contrarium affirmat: dicat denique, quibus mediis Carolus declinarit certamen? hæc nisi præstiterit, patrocinium frustraneum erit.
70. Nolim pro Carolo allegare fortitudinem animi, quam hinc inde testatam fecit; hoc tantum dicam, illum hoc ipso in negotio fortiter se gessisse, tam in amplectendo provocationis libellum, quam nominando locum, ubi decertandum, juxtaque in reliquis omnibus, quæ Francisco, vel ejus legato & Heroldo respondit. Nihil ergo superest quod Carolo objicere valeant Galli, nisi quod non obedierit Francisco, volenti, tantum determinaret certaminis locum, nec verba præterea adderet. Sed Caroli conditio, quæ præceptum non admittebat, satis ostendit, qualis sit hæc objectio.
71. Alterum Pleixiani patrocinii membrum, illis monarchis fortassis usui esse posset, qui ad duellum vocantur, vel ad duellum provocare possunt; at ubi jam dudum provocatio præcessit, & ab altera parte accepta fuit, ut in casu nostro, citra notam locum invenire nequit. His ita enarratis, merito sequitur totius negotii maxima, & præcipua quæstio, *an Franciscus ea, quæ Carolo Madritiæ promiserat, adimplere jure obligatus fuerit an non?*
72. Negavit Franciscus, affirmavit Carolus, ut supra ex utriusque literis didicimus. Rationes, quæ pro Francisco adducuntur, videri possunt in apologia Madritianæ conventionis inter Carolũ Imperatorem, & Regẽ Gallum dissuasoria, per Gallum edita, (*apud Goldast. in polit. Imperial. part. 20. n. 8. p. 865. & seqq & ex parte apud Bodinum de repub. lib. 5. c. 6. Cassan. livr. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France ch. 5. pag. 356. & livr. 2. chap. 5. p. 154. & 160. Silhon part. 1. du Ministre d'Estat livr. 1. disc. 11. pag. 125.*)
73. Caroli autem fundamenta, cum responsione ad contraria, exhibet Autor apologiæ Madritianæ conventionis, dissuasoriæ pro Francisco Francorum Rege emissæ refutationis, (*apud Goldast. d. part. 20. polit. Imper. n. 8. p. 868. & seqq.*
74. *& Arnisæum de jure Majest. lib. 3. cap. 1. n. 13. p. 346. & seq.*) Quoniam vero Carolus filios Regis Francisci, tanquam obsides, nolebat dimittere, priusquam

Madri-

Madritianæ conventioni ſatisfactum; Franciſcus autem huic ſatisfacere recuſaret, utraque ex parte oleum additum fuit camino. Carolum dixiſſe ad familiares ſuos, refert Balſac. (*en ſon Prince chap. 20. p. 238. edition. Pariſienſ. anno 1642. in forma octava*) ſe omnibus nervis curaturum, ut Franciſcus redderetur (*le plus pauvre gentilhomme de ſon Royaume.*) pauperrimus inter omnes Galliæ nobiles. Aliquando addidiſſe. (*il n'y a point d'autre moyen de mettre fin aux calamites publiques, ſi non que François ſoit, outre ce que il eſt, Empereur, & Roy des Eſpanges en ma place, ou moy, en la ſienne, Roy de France, outre ce que ie ſuis.*) non aliud datur remedium ſopiendi calamitates publicas, quam ut Franciſcus præter id quod eſt, fiat Imperator & Rex Hiſpaniarum, me excluſo; aut ego illo remoto, Regnum Galliæ ad hæc quæ nunc habeo annectam. Tandem vero utraque parte bellis plusquam ſatis fatigata, nova conventione Cameraci lis fuit compoſita: ſed nec hanc quidem conventionem à Gallis 75.
probe obſervatam Pleixius, Gallus licet, conqueritur (*en l'hiſtoire generale de France tom. 3. pag. 385. n. 7. & 8.*) quando ita ſcribit: *Anne de Mommoranci, Mareſchal & Grand Maiſtre de France, fut depeſché (en l'an 1530.) avec l'argent, pour apporter aux deputés de l'Empereur, retirer les deux fils du Roy, & les reconduire en France, avec la Royne Eleonor. En quoy ſe rencontrerent de grandes difficultés, que la def-* 76.
fiance faiſoit naiſtre d'une part & d'autre, & meſmement du coſté des Eſpangols, apres qu'il y eurent deſcouvert une fraude de l'invention du Chancellier du Prat (qui n'agueres avoit eſté fait Cardinal) meilleur meſnager d'argent, que de la reputation de ſa Nation. C'eſt, que faiſant faire le payement en eſcus d'or, il en fit affoiblir la loy. Mais les Eſpagnols, ayant eu la patience de mettre quatre mois à les faire toucher, peſer, ou compter, par des orfevres de leur Nation, le deſchec fut apprecié à quarante mille eſcus: tellement, que de ce beau meſnage; il ne revint aux François, que perte, honte confuſion, & au Chancellier particulierement, blaſme & reproche.) Annas Momorantius, Mareſchallus & Magnus Magiſter Galliæ, anno M. D. XXX. miſſus fuit cum pecunia ad deputatos Imperatoris, ut ea ſoluta duos Regios filios reduceret in Galliam, ſimul & Reginam Eleonoram. Huic negotio diffidentia varias ultro citroque objecit difficultates, inprimis à parte Hiſpanorum, poſtquam recognoverant fraudem, cujus autor fuerat Galliæ Cancellarius, Pratéus, (qui non multo ante fuerat adſcriptus in Cardinalium collegium) frugalior in ſolvenda pecunia, quam in obſervanda reputatione nationis ſuæ. Cum enim ejus conſilio ſolutio fieret numis aureis, bonitatem illorum imminui curavit. Hiſpani vero, quatuor menſium, ſpatio patienter examinantes, aurifabrorum, ſuorum opera, monetæ iſtam ſpeciem, lapide lydio, lance, & numero, deprehenderunt deficere XL. millia coronatorum. Adeo egregia hæc frugalitas Gallis peperit damnum, ignominiam & confuſionem, & Cancellario ſpeciatim, vituperium & opprobrium. Addit

77. Pleixius : (*Certes S. Louys proceda de meilleure foy envers les Sarracins, lors qu'il leur fit payer sa rançon. Car eux s'estant mescontés de trente mille francs, il leur fit payer soudain cette somme.*) Certe Ludovicus Sanctus meliori fide Saracenis lytrum suum numeravit: cum enim ipsi in calculo usque ad summam XXX. millium librarum, errassent, defectum statim repræsentari fecit. Cameracensem conventionem, Francisci animum magis ad vindictam, quam ad
78. pacem incendisse, tradit d'Audiguier (*du vray & ancien usage des duels, ch. 16. p. 221.*) unde novis intervenientibus causis, res iterum eo devenit, ut Carolus Romæ anno M D. XXXVI. apud Pontificem, Cardinales, procerumque legatos, tria ad componendam differentiam Francisco, & inter illa etiam duellum, obtulerit: Rationi consentaneum, addens, ut bella, quorum autores essent, eorundem potissimum sanguine, terminarentur; facile illos de ar-
79. morum genere conventuros, se nullum recusaturum. De loco plus fortassis difficultatis fore, sed vel in insula, vel in ponte flumini imposito, vel in navigio ad id extructo congressum non difficilem futurum, (*Belcarius rerum*
80. *Gallicar. commentar. lib. 21. pag. 662. n. 26.*) Septem conditionibus duellum, tunc obtulisse Carolum, scribit Zenocarus à Schavvenberg, (*de vita Caroli lib. 1. p. 17.*) nempe ut in mari vel in terra, vel flumine (apud Hordlederum *lib. 1.* von Vrsachen deß Teutschen Kriegs *c. 21. p. 90.* legitur auff einem Platz / oder auff einer Brücken / oder auff einem Schiff im Meer) in equo, vel pedi-
81. bus, colle, vel planitie, decertaretur. Jovius autem (*lib. 35. histor. non procul. à pr.*) nihil aliud narrat, quam ense & pugione dimicandum, visum fuisse
82. Carolo Autor *de l'histoire des guerres entre les nations de France, & d'Espagne.* (*pag. 14.*) ait, (*en chemise, & avec telles armes qu'on voudroit.*) indusio tantum tectum,
83. armis ad beneplacitum, dimicaturum. Quicquid sit, oblatio tantum ad duellum facta tunc fuit, non provocatio, ut Carolus ipse interpretatus est.
84. Franciscus autem, ut primum hæc rescivit, scripta ad Paulum Pontificem, Cardinaliumque collegium, epistola, inter cætera respondit: Vanior de singulari certamine mentio est; enses enim nostri breviores sunt, quam ut tam procul penetrent: ad si bellum renovabitur, & nos fortuna aliquando committet, me meæ existimationi non defuturum experientia comprobabit. (*Belcarius d. lib. 21. p. 667. n. 35.*) Putat Zenocarus (*in vita Caroli lib. 3. p. 97.*) occasionem Francisco non defuisse in bello Provinciali, & Carolum existimasse, Regem tunc ad duellum venturum, sed frustra. Ego nihil hic reperio quod Francisci famam gravare possit; & si fœdus cum Turca non inivisset, suis
85. nunquam fuisset factus abominabilis, nec aliis tam odiosus. Pleixius (*d. tom. 3. de l'histoire generale de France pag. 398. n. 28.*) examinans hoc factum, ingenue fatetur, illud juramento, quod Reges Galliæ, dum coronantur præstant, di-
86. recto contrarium esse, Belcarius (*rer. Gallicar. Comment. lib. 22. pag. 685. n. 2.*) im-

pium

pium nominat facinus: & effectus inde manantes Henrico III. Galliarum 87.
Regi, ex Polonia Venetias appulso, gravi sermone exposuit ejusdẽ Reipublicæ Dux; (*apud Florimundum de Ramond de la naissance de l'heresie lib. 7. ch. 20. n. 5. p. 939.) D'où penses vous, Sire, (disoit ce venerable vieillard) que soient decoulés tant de malheurs, l'un sur l'autre, en vostre Royaume, & sur les personnes des Roys, vos predecesseurs, si c'en est de cette alliance contractée avec l'ennemy de IESVS Christ? tant d'ames Chrestiennes, trainées captives par le corsaire Barberosse, appellé par le Roy vostre ayeul, & qui depuis ont esté forcées renier leur baptesme, crient vengeance aux enfers contre les autheurs de leur infortune. On peut se maintenir avec l'infidele, mais de faire une ligue offensive & defensive, c'est declarer la guerre à Dieu, qui sçait à son tour en prendre la vengeance, quoyque tardive, mais d'autant plus griefue.*) Putasne, Domine Rex, tot calamitates, quarum alia post aliam Regnum tuum, & ipsa prædecessorum tuorum Regum capita, afflixit, aliunde originem traxisse, quam à fœdere quod cum JESU Christi hoste contractum est? Tot Christianorum animæ, quos archipirata ille Barbarossa, ab avo tuo in auxilium adscitus, in servitutem abduxit, & postea baptismum abjurare coëgit, apud inferos vindictam inclamant contra autores sui infortunii. Pacem cum infideli habere licet; at fœdus offensivum & defensivum cum eodem inire, est bellum DEO indicere, qui suo tempore vindicta uti novit, tanto graviore, quanto tardior esse solet. Arbitratur quidem Martius ille pullus, Monlucius, *livr. 1. de ses commentaires p. 96.*) (*que contre son ennemy on peu de tout bois* 88.
faire fleshes; & addit: *quand à moy, si ie pouvois appeller tous les esprits des enfers, pour rompre la teste à mon ennemy, qui me veut rompre la mienne, ie le ferois de bon cœur.*) contra hostem omnia arma licita esse; *additque*: me quod attinet, si possem omnes diabolos ex inferno evocare, in necem hostis mei, qui vitæ meæ insidiatur, libenter id facerem. Sed tandem (*p. 114.*) fatetur, sese tunc & postea semper audivisse, improbari fœdus cum Turca initum, seque credere, quod res Gallicæ inde se melius habere haud cœperint. Quid Status 89.
Imperii Romanogermanici de hoc fœdere senserint, constat, (*ex* R. A. zu Speier anno 1544. §. so achten wir / *p. 293.*) nempe Franciscum Regem Galliæ propterea, non minus atque ipsum Turcam, pro communi Christianorum hoste habendum.

Hochwürdigen.

Titulus hic ad solum Moguntinum Electorem referri debet, respectu Cardinalitiæ dignitatis, qua vulgebat.

Ehrwürdigen.

Ita ab Imperatore vocantur Electores ecclesiastici, qui Cardinales non sunt. Titulus autem *Reverendi*, Ehrwürdig / prout hodierni mores ferunt, communiter verbi divini ministris, inferioris ordinis, tribuitur, quanquam

ante paucos annos adhuc, Episcopis, Bambergensi, Wurceburgensi &c. dari consueverit, quibus tamen hodie Hochwürdiger / à Principibus Imperii plerisque attribuitur Recordor hic, cum ex cancellaria Principis cujusdam superioris Germaniæ, ante non multos annos, ordinario stylo inscriptio literarum ad Episcopum Wurceburgensem sonasset, dem Ehrwürdigen / literas quidem non remissas fuisse, offensionis vitandæ causa, sed tabellarium, diutius, & præter morem protracta responsione, propterea detentum, sæpius à prætereuntibus ministris audivisse, rem miram esse, Episcopum & parochum titulo convenire. Certe negari haud debet, Germaniam hodie titulorum civilitate adeo abundare, ut excusari quadantenus mereantur, qui ambigunt, quid dare debeant quidve accipere. Lege publica hic opus esset, qua, ad exemplum pragmaticæ in Hispania laudabiliter latæ, (*Melliet livr. 2. disc. 15. sur Corneille Tacite pag. 134.*) usus & abusus titulorum definiretur.

Des Tituls S. Chrisogoni Cardinal.

1. *Nomen Cardinalis unde?*
2. *Cardinalis id est præcipuus.*
3. *Cardinalare, id est, dare alicui primum locum.*
4. *Cardinalatus fit ordo Ecclesiasticus.*
5. *Cardinales sunt cardines Ecclesiæ.*
6. *I cardini della terra.*
7. *Opinio Pighii.*
8. *Cardinales duplices.*
9. *Cardinales Ravennatenses.*
10. *Amittunt nomen Cardinalium.*
11. *Cardinalis Abbas Vendocinus.*
12. 13. *Cardinalium distinctio.*
14. *Cardinales Episcopi.*
15. 18. *Cardinales cum titulo.*
16. *Cardinales sine titulo.*
17. *Mira Biragii Cancellarii Galliæ fortuna.*
19. *Maximus numerus titulorum est imaginarius.*
20. *Pontifex creat Cardinales, varie ad id incitatus.*
21. *Iulii III. responsum, cum vilissimum simiæ suæ custodem Cardinalem fecerat.*
22. *Cardinalatus dignitas venum exposita.*
23. 24. *Solemnia, quæ in creando Cardinales interveniunt.*
25. *Quando creari soleant Cardinales?*
26. *Et quando proclamari?*
27. *Quibus verbis recipiantur à Pontifice.*
28. *Pontifex claudit, & aperit os Cardinalis.*
29. *Ceremoniæ in his actibus usitatæ.*
30. *Et effectus oris clausi.*
31. *Os apertum ad devoranda beneficia.*
32. 33. 34. *Numerus Cardinalium.*
35. *Alii ambiunt Cardinalatum, alii ad eum evehuntur inviti.*
36. 37. *Et contra regulam ordinis sui.*
38. *Votum Iesuitarum.*
39. *Germani raro evehuntur ad Cardinalatũ.*
40. *Cur hoc ita observetur?*
41. *Qui fratrem habet Cardinalem, ad Cardinalatum non evehitur ipse.*
42. *Exemplum in contrarium.*
43. *Ejusdem ratio.*
44. *In Gallia nulli licet accipere dignitatem Cardinalitiam, nisi consentiente Rege.*
45. *Vt & Venetiis, nisi consentiat Senatus.*
46. *Veneta Respublica uno tempore non habet plures quam duos Cardinales.*
47. *Cardinales eligunt Papam.*
48. *Sed non omnes.*
49. *Cardinales corrigunt Papam.*
50. *Et deponunt eundem.*
51. *Sunt Consiliarii Papæ & Ecclesiæ.*
52. *Hodie excluduntur plerumque à nepotibus & agnatis Papæ.*
53. *Ratio exclusionis.*

54. Ti-

54. *Tituli Cardinalium.*
55. *Cardinalium præcedentia.*
56. *Vocantur Emmentissimi.*
57. *Ordo inter ipsos.*
58. *Quem locum prætenderint in Gallia.*
59. *Francisci Valesii mascula intentio*
60. *Galerus Cardinalicius, & usus panni coccinei.*
61. *Materia galeri.*
62. *Color rubeus & ejusdem ratio.*
63. *Color violaceus.*
64. *Cardinales salutantes Papam, quid exosculentur?*
65. 66. *Pœna occidentis, vel lædentis Cardinalem.*
67. *Cui competat jus deponendi Cardinalem*
68. *Quibus permittat Pontifex resignare Cardinalatum.*
69 *Cardinales regulariter à successione feudi excluduntur.*

CArdinalis nomen, est à *cardine*, (voce satis nota.) à nonnullis usurpatum 1.
adjectivè pro præcipuo, seu principali. Hoc sensu, Clericus Cardinalis, 2.
canonicus Cardinalis, diaconi Cardinales, presbyteri Cardinales, episcopi Cardinales, sacerdotes Cardinales, præfecti Cardinales, (ut legitur in libro officiorum Theodosii, quo intelliguntur, præfectus prætorio Asianæ diœceseos, & Præfectus Africæ, quod majores cæteris essent (*Spiegel. in Schol. ad l.3. Gunther. Ligur. apud Reub tom. un. vet. Script. p. 33. &c.*) aliquando dicti, quo tempore, ubi barbarie lingua Latina infecta erat, etiam eo ventum fuit, ut novo verbo, *cardinalare*, uterentur, quo significarent, dare alicui primum locum. (*Estienne* 3.
Pasquier és recherches de la France livr.3. chap 5. fol. 105. *edit. Parisiens. de An.* 1596.)
Usu postea invaluit, ut Cardinalis, pro in magna dignitate Ecclesiastica con- 4.
stituto, præsertim Romæ, intelligeretur: tandemque Cardinalatus ibidem cœpit fieri novus ordo ecclesiasticus, ejus præcellentiæ, ut post summum
Pontificem primus sit. Qui figuris indulgent, Cardinales dictos tradunt, quod, 5.
velut cœlum circa altissimas mundi partes, quas Græci πόλους, Latini Carnes vocant, circumfertur; ita circa ipsos, tanquam vertices, valvæ vertantur
Romanæ Ecclesiæ. (*Polydor. Virgil. lib.* 4. *cap.*9. *de inventor. rerum.*) Et est non- 6.
nemo ex Italis, qui quod 2. Regum cap. 2. dicitur, *del Signore sono i cardini della terra*, id ad Cardinales Romanos applicet; cum Deus illos mundi Christiani cardines esse voluerit, (*Pierre de L' Ancre au tableau de l' inconst. de toutes choses*
livr. 4. *discours.* 4. *pag.* 429. *lit.b.*) Pighius autem, (*in Hercule prodicio pag.*280.) 7.
scribit, Cardinales appellari ideò, quia gravissimorum Reipubl. Christianæ negotiorum cardo, semper in illo Patrum conscriptorum senatu, atque con-
sessu versatur. Porrò Cardinales in duas distinguunt classes, quarum una 8.
continet Cardinales Romanæ Ecclesiæ, altera Cardinales cæterarum Ecclesiarum, (*Hieronym. Rubeus histor. Ravenn. lib.* 5. *pag.* 232.) sed cum hic significatus ad nomen Cardinalis adjectivè sumptum pertineat, de illo aliud hic tenendum non est, quàm quod certarum cathedralium Ecclesiarum Canonici, Cardinales dicti, ut Ravennæ & Compostellæ (*Duaren. lib.* 1. *de sacris*
Eccles. minist. c. 13.) De Ravennatensibus, Glossa (*can. pudor.* 32. *qu.* 2.) monet, 9.

eos Cardinales dictos per jocum, aut ironiam, quomodo etiam Rex Iuetotii
10. in Gallia; verum ego glossam non moror, novi autem ex Rubeo, (*d.histor. Ravenn. lib.* 10. *pag.* 745.) anno M.D.LXVIII. Pontificem, Canonicorum Cardinalium nomine abrogato, Canonicos omnes Ravennatenses, nomine Canoni-
11. catus, æquales fecisse. Eodem significatu adjectivo, in Gallia Abbas S. Trinitatis Vendocini utitur titulo Cardinalis Abbatis, sed minus propriè (*Loyseau au traicté des ordres & simples dignités, ch.* 11. *num.* 5.) Cardinales Ecclesiæ Romanæ nomine dignitatis quidem inter se conveniunt, sed aliis notis distinguun-
12. tur. Sunt enim alii Episcopi, alii Presbyteri, alii Diaconi, & ut nonnulli ob-
13. servarunt, alii Subdiaconi. Inter hoc rursus alii dicuntur Cardinales cum ti-
14. tulo, alii sine titulo. Episcopi (quia hactenus nondum receptum, Episcopum sine titulo creari) omnes titulati, & sex sunt, ut olim quoque fuerunt; nempe Hostiensis, (qui est Decanus Cardinalium) Sabiniensis, Portuensis, Tusculanus, Prænestinus, & Albanensis (*Loyseau des ordres chap.* 3. *num.* 45.) potest quidem contingere, non solum, ut alius Episcopus, præter enumeratos, fiat Cardinalis, sed etiam ut Cardinalis alibi Episcopus fiat, quam in prænominatis locis; sed si hoc eveniat, neuter in classe Cardinalium Episcoporum numerabitur, quoniam, ut diximus, non alii in ea, præterquam sex determinati, con-
15. tinentur. Presbyteri, & Diaconi Cardinales, aliquando non omnes cum titulo sunt, sed eorum alii sub expectatione tituli vivunt. Olim XXVIII. tituli Cardinalium Presbyterorum, & XX. Diaconorum fuisse memorantur; sed aliquoties postea in numeris variatum, monet Chenu, (*és singulieres question du droit. quest.* 1. *pag.* 27.) & tradit Rochette, (*és decisions de plusieurs questions & differens, qui se presentent iournellement tant és cours ecclesiastiques, que seculiers, tilt Cardinal, pag.* 9.) cum numero Cardinalium crevisse etiam numerum titulorum, non solum *sur les curés, mais jusques aux Abbayes, & chapel-*
16. *les: l'on en fait auiour d'huy, bien qu'ils ne soyent que soudiacres.* Sed ut maximè titulorum numerus auctus sit, evenit tamen aliquando, propter multitudinem Cardinalium, ut tituli non suffecerint; & evenire potest, & sine titulis vi-
17. vat, & moriatur Cardinalis. Sic de Cancellario Galliæ, de Birague, joco dictum fuit, eum mortuum esse Cardinalem sine titulo, Cancellarium sine sigillo, Episcopum sine Episcopatu, Equitem sine ordine, & Presbyterum sine bene-
18. ficio. (*Loyseau des ordres d. chap.* 11. *num.* 1.) Cardinalis autem cum titulo est, cui hoc respectu certa Ecclesia, aut beneficium, cui inservire debeat, datum fuit; unde etiam tenetur eidem adesse, vel ibidem residere, nisi dispensatione illi aliud concedatur, (*cap.* 1. *de cleric. non resident. Loyseau d. tract. chap.*
19. 3. *n.* 46.) Maximum verò titulorum numerum, qui Cardinalibus attribuitur, imaginarium & sine fructu, ac vana illa esse nomina, solum antiquæ Ecclesiæ memoriam repræsentantia, docet Chenu (*d. loc.*)

Pontifex

Pontifex, parens vel creator Cardinalium eſt, & hanc poteſtatem ſuam 20
variè in varios exercet. Aliquando merita perſonæ, aliquando natalium
& familiæ ſplendor, ac auxilium, quod inde ſperatur, aliquando Regum,
Principum &c. interceſſio, aliquando his complacendi ſtudium; aliquando
amor numi, vel neceſſitas æris; aliquando ſola in Cajum vel Titium, pro-
penſa animi voluntas, incitamenta ad creandum Cardinalem ſunt. De Ju- 21.
lio III. Pontifice maximo, annotatum legimus (*apud Thuanum hiſtor. lib. 5. in pr. ad annum M. D. L.*) cum antiquæ conſuetudinis ſit, ut novus Pontifex galerum, cui velit, ſuum largiatur, eum juveni cuidam, cui Innocentio nomen, quique, quod in familia ſimiæ curam gereret, Simiæ, etiam poſt adeptam dignitatem, nomen retinuit, cognomine etiam ſuo, atque inſignibus attributis, donaſſe: querentibus verò Cardinalibus, quod indignum hominem ad tantum faſtigium evexiſſet, non inurbane reſpondiſſe, & vos quid tandem in me meritorum comperiſtis, quem Chriſtianæ Reipubl. Principem conſtitueritis? (*adde Bodinum de Republ. lib. 5. cap. 3. pag. 868. & l' hiſtoire univerſelle du Sieur d' Aubigne livr. 1. ch. 3.*) Jovius (*in Pompejo Columma*) autor eſt, (*vide Tho-
loſan. de Republ. lib 3. cap. 6. num. 42.*) Clementem VII. Pontificem, cum, expu- 22.
gnata Roma ab exercitu Caroli V. etiam arcem, conſumpto commeatu, in quam confugerat, Cæſarianis dedidiſſet, & ex pacto militi ſtipendium perſolvendum eſſet, conflaſſe argentum omne, & aurea vaſa ſacra, ut inde dividenda militibus pecunia cuderetur; eaque nec ſufficiente, conceſſiſſe tres purpureos galeros, ut illis licitantibus, qui fœda ambitione corrupti, ad ſenatoriam dignitatem adſpirabant, aurum proferrent, eoque modo ad haſtam propoſitis emtores non defuiſſe. Ex quibus omnibus patet, formam qua eligendus ſit Cardinalis, in Synodo Baſileenſi præſcriptam (*§ fin. de numer. & qualit: Cardinal. in pragm. ſanct.*) non fuiſſe obſervatam. Vult illa, ut electio fiat ſcrutinio, & conſenſu Cardinalium, de viro probo, moribus bonis inſignito, juſtis natalibus orto, id eſt, legitimo, Licentiato aut Doctore, ætatis XXX. annorum, qui non ſit nepos ex fratre vel ſorore ſummi Pontificis, vel Cardinalium.
(*Tholoſanus ſyntagm. jur. lib. 5. c. 4. n. 13.*) Promotionem ad Cardinalatum, 23.
nonnulli tribus actibus ſolemnibus conſtare docent, quorum *primum* proclamationem, & nominationem, à Pontifice factam, conſtituunt; *alterum*, quando galerus rubeus mittitur, & acceptatur; *tertium*, quando Cardinalis Pontificem accedit ad præſtandum juramentum, & admittitur in conſiſtori-
um. (*Chenu d. l.*) Alii verò (*ut videre eſt apud Coquille en l' hiſtoire du pays &* 24
Duché de Nivernois p. 49.) hæc ſolemnia in proclamatione ad Cardinalatum intervenire tradunt, receptionem, publicationem, tituli aſſignationem, impoſitionem galeri, annuli immiſſionem in digitum, & aperturam oris. Sed ex jam ſupra dictis apparet, aſſignationem tituli non ſemper intervenire; de re-
liquis autem hæc obſervavi: Cardinales ordinariè creari (*aux quatre temps*) 25.

 (*Oſſat*

Oſſat. Epiſt. 69. livr. 2. p. 262. l'hiſtoire des differens entre le Pape Paul. V. & la Re-
26. *publique de Veniſe pag. 255.*) tempore quatuor jejuniorum ſtativorum & pro-
clamari in conſiſtorio, ſexto die Januarii, qui trium Regum ſacer eſt. (*Chenu*
27. *d. l. Rochette d. l. pag.* 10.) Pontificem eos his recipere verbis; eſtote fratres mei,
28. & Principes mundi (*Chenu d. l.*) Pontificem inſuper ei, quem in ſacrum ſe-
natum Cardinalium cooptavit, in primo conſeſſu os claudere, ut muto ſilen-
tio ſeniores audire diſcat: Altero verò, & tertio, ex Patrum ſententia os illi
aperire, & poteſtatem dare in ſenatu ea, quæ ex dignitate Eccleſiæ videntur
eſſe, modeſtè & ſincerè proferendi. (*Tholoſan. de Republ. lib.* 17. *cap.* 4. *num.* 9.)
Quod de Patrum ſententia hic dicitur, liber Ceremoniarum Romanorum,
quem manuſcriptum legi, non habet; actum autem, & alia notabilia ita de-
29. ſcribit: (*Nel primo conſiſtorio, noſtro Signore fa la ceremonia del ſerrar la bocca al
nuovo Cardinale, parlando noſtro Signore, & orando, ſenza ch' alcun Cardinale
tocca di dire coſa alcuna. Queſta ſerrare di bocca priva il nouvo Cardinale di voce
attiva & paſſiva. Nel ſecondo conſiſtorio ſua Santità gli apre la bocca, gli dichiara
il ſuo titolo & lo ſpoſa, con metter gli in dito un anello d'oro, con un zaffiro di poca ſpeſa,
per il quale da gli heredi di eſſo Cardinale deve eſſer pagato, in caſo de morte, cento*
30. *ſcudi di camara: & venendo il caſo che il Papa moriſſe, in quel tempo, ch' un Cardinale
ha ſerrata la bocca, può bene entrare in conclave, mà non può l'eſſer eletto Papa, ne
dare il voto ſuo ad' altri, come intervenne al Cardinale Conti, quando mori Papa
Clemente VIII. in tempo, che ſua Sanità gli hareva ſerrato là bocca, & per gratia
ſpeciale fatta nella ſedia vacante da tutto il ſacro collegio, ſua Eminenza fù habili-
tata & aggratiata della voce attiva, & paſſiva.*) In primo conſiſtorio, Pontifex
cæremonias claudendi os novi cardinalis peragit, ubi ipſe ſolus loquitur, &
orat, omnibus Cardinalibus tacentibus. Hæc oris occluſio privat Cardina-
lem voce activa & paſſiva. In ſecundo conſiſtorio Pontifex novi Cardinalis
os aperit, aſſignat illi titulum, & deſpondet Eccleſiæ, imittens illius digito an-
nulum aureum, ſapphiro, non magni pretii, exornatum; pro quo, ſi Cardina-
lis moritur, ejus heredes ſolvere tenentur centum ſcutos Cameræ. Caſu
quo Papa moritur eo tempore, quando Card nalis adhuc habet os clauſum,
hic ad conclave quidem admittitur, ſed non poteſt eligi, nec voto ſuo alium
eligere. Accidit hoc Cardinali Contio, qui os clauſum habebat tunc, quando
mortuus erat Clemens VIII. ſed vacante ſede, ſpeciali gratia totius collegii,
31. obtinuit vocem activam & paſſivam. Hoc privilegium quod os apertum vo-
cant, Cardinalibus utiliſſimum eſſe, ſarcaſticè ſcribit Rebuffus (*ad reſcript. in
forma communi, & in forma pauperum n.* 21. *& ad formam novæ proviſionis, §. vitæ
ac morum num.* 23.) ad omnia beneficia devorandum, excepto duntaxat,
quorum fructus ducentorum ducatorum auri de Camera non excedunt, ut
de his pauperibus provideatur: unde ſi Cardinalis impetret beneficium du-

centos

centos excedens aureos, tenetur verum ejus valorem exprimere. Privilegium ſanè, ſeu pravilegium, primis ſeculis incognitum, quibus pluralitas beneficiorum reprobata fuit, (*Rouſſel in hiſtoria Pontific. juriſdict. lib. 2. cap. 10. num. 19. pag. 2*;*8.*)

Numerus Cardinalium pendet hodie à Pontificis arbitrio (*Alberic. de Roſate in rubr. ff. de ſtatu hom.*) ideoque pro certo & determinato haberi nequit. 32.
Scripſerunt nonnulli, eum non debere excedere ſeptuaginta, cum tot etiam fuerint diſcipuli Chriſti, (*Martin. Laudenſ. in tr. de cardinal. in pr. quæſt. 2.*) quos Cardinales repræſentent, (*can. ſeptuaginta, diſtinct. 16.*) & tot etiam fuerint linguæ, (ut ibi dicitur) unde, cum omnes nationes & linguas judicent, videri hunc numerum convenientem. (*Gilles le maiſtre au traicté des Regales chap. 7. in pr. fol. m. 31. b.*) Sed rerum magiſtra experientia docuit, hunc numerum jugiter non fuiſſe obſervatum. 33.
Cardinalis Zabarella (*in Clem. 1. §. porrò, in pr. de elect.*) refert, tempore Pontiani Papæ fuiſſe Cardinales ducentos triginta ſex; & Chenu (*d. l.*) hiſtorias teſtari, ait, aliquando fuiſſe quadringentos. 34.

De perſonis, quæ ad dignitatem Cardinalitiam evehuntur, notandum eſt, non omnes ambire hunc ordinem, ſed etiam aliquando quaſi invitos, & contra regulam profeſſionis ſuæ, ad eum trahi. 35.
Ita Anſelinus Marzatus, cucullati ordinis, quem Capucinorum appellare conſuevimus, cum ad Cardinalatum invitus traheretur, non ſine lacrymis teſtatus eſt, injuriam S. Franciſco, & regulæ ordinis reformatæ, ſua promotione fieri. 36.
P. Toletum quoque primum ex Jeſuitis contra regulam ordinis, ad Cardinalatum evectum, conſtat. (*L' Ancre au tableau de l'inconſtance livr. 4. diſc. 4. fol. 4*;*0. a.*) 37.
(*Les Ieſuiſtes ſont vœu particulier, de ne iamais cherches, ou pretendre aucune dignité, ou prelature* (*comme l' eſtat de Cardinal*) *directement, ou indirectement, ni en leur compagnie, ni dehors, ſauf par le commandement de celuy qui peut commander ſans repliquier, ſur peine de peché, comme il eſt advenu au Cardinal de Tolede, & au Cardinal Bellarmin.*) (*Pierre Matthieu en l'hiſtoire de Henry IV. livr. 2. narrat. 1. pag. 279.*) 38.
Nec illud præterea ſilentio involvi debet, nonnullis nationem, ex qua oriundi; vel Dominum, cui obligati, vel alios reſpectus, obſtaculo eſſe, ut vel omninò non, vel non niſi rarò, aut difficulter, ad dignitatem Cardinalitiam perveniant. Pertinet huc, quòd Crantzius (*lib. 12. Vandal. cap. 24.*) ſcripſit, Germanum Cardinalem fieri, eſſe monſtrum corvo rarius albo. 39.
cujus rei rationem Gomeſius (*ad regulam idiomate, quæſt. 1. referente Rouſſello d. lib. 2. hiſtor. Pontific. juriſdiction. cap. 13. num. 13. pag. 293.*) eam eſſe tradit, ne ſecreta Eccleſiæ Imperatori revelentur. 40.
Porrò, ſi fratrem habeat Cardinalis, cujus dignitas impedimento eſt, quominus, eo adhuc vitam ducente, illi ad eundem ordinem aditus pateat, niſi Pontifex, ex plenitudine poteſtatis, obicem removeat. 41.
Inde cum Urbano VIII. Pontifici 42.

objectum fuisset, contra statutum esse, quod Cardinalis Richelii fratrem, Ar-
42. chiepiscopum Lugdunensem, Cardinalem factum vellet; respondit, (*que com-
43. me il n'y avoit qu'un Cardinal de Richelieu, aussi ne pourroit on tirer en exemple ce
*qu'il avoit resolu de faire en sa faveur, veu les signales services qu'il avoit rendus à
la Religion Catholique) (*Les Verités Françoises parte 3. pag. 637.*) quemadmodum
non est nisi unus Cardinalis Richelius, ita in exemplum trahi non poterit,
quod molior in ejus favorem, consideratis egregiis servitiis, quæ exhibuit Re-
44. ligioni Catholicæ. Denique hoc observatu dignum, quod in Gallia nulli lice-
at Cardinalitiam dignitatem accipere, citra voluntatem & permissionem Re-
gis, adeò quidem, ut galerum Cardinalitium à Pontifice missum, Rex ipse no-
vo Cardinali tradat, cui forte ipse nominatione ad hanc dignitatem aditum
paravit, vel tradi patiatur, sua tamen in præsentia. (*L'Ancre d. tr. livr. 4. disc.*
45. *6. num. 4. fol. 452. b.*) De Venetorum quoque Republica notum est, quod Car-
dinalem la Mulle egerit in exilium, & proscripserit, postquam sine permissione
46. Senatus Cardinalatum acceptasset. (*Chenu d. l.*) Nunquam autem eadem Res-
publica, uno eodemque tempore, plures habet Cardinales, quàm duos, (*Sil-
hon en la premiere partie du ministre d'Estat livr. 2. disc. 12. p. 388.)
47. Ad munus Cardinalium pertinet (1.) Eligere Papam; quod tamen de
Episcopis, Presbyteris & Diaconis Cardinalibus intelligi tantum debet. Car-
48. dinales enim qui Subdiaconi sunt, nec ad conclave, nec ad votum, ubi de eli-
gendo Pontifice agitur, admittuntur, nisi speciali indulgentia hoc illis conce-
datur. Exemplo nobis est Cardinalis Austriacus, qui subdiaconus conclave
Sixti V. intravit, qui à Gregorio XIII. speciali gratia ad hoc legitimatus fue-
49. rat. *Rochette d. tr. tit. Papa, fol. 4.*) (2.) Corrigere Papam, ubi opus sit. (3.)
50. 51. Deponere Papam. (4.) Consilio & opera Pontifici & Ecclesiæ adesse (*cap.
fundamenta, § decet, de elect. in 6.) Cardinales olim apud summum Pontifi-
cem bis in hebdomada conveniebant, nostra verò ætate, cum negotia apud
illum decrescant, semel tantum. Vocatur eorum conventus Consistorium.
Inibi proponuntur, & deciduntur controversiæ electorum ad Episcopales,
Archiepiscopales, metropolitanas, Patriarchalesque Ecclesias: atque discu-
tiuntur, ubi Ecclesia vacet, & ad quem electio pertineat, num ad capitulum,
civitatem, provinciam, Regem, vel alios. Eliguntur etiam per illud Consi-
storium Præpositi ad Ecclesias, monasteriaque quæ ex solita consuetudine sedi
Apostolicæ reservantur, quare & illa beneficia consistorialia dicuntur. In
hoc Consistorio & Senatu unaquæque provincia, singulaque regularum so-
dalitia, habent suos patres, seu patronos tutelares, quos protectores vocant;
quorum munus est, electiones, & alias provinciæ sibi addictas causas, in sacro
Senatu proponere, oppositoribus respondere. In hoc deinceps, quæ ad cul-
tum divinum, ac Christianam religionem, & ad pacem Christiani gregis, &
ad conservationem temporalis patrimonii Ecclesiæ pertinent, tractantur.

Tholosan.

Tholosan. d. lib. 18. *syntagm. jur. cap.* 4. *num.* 15.) Verum ut hodierni mores sunt, 52.
Cardinales à rerum cognitione, atque administratione remoti sunt, postquam Pontifex, omnia prope negotia curæ nepotum, agnatorum, amicorum, & familiarium suorum, committit, (*L'Ancre d. tr. livr.* 4. *disc.* 4. *fol.* 40?. *b.*) & si quandoque in Senatu Cardinalium aliquid proponitur, eum potissimum in finem agitur, ut approbatione eorum plus autoritatis actioni accrescat, minimè verò, ut suffragiis, res, & quid agendum sit, examinetur, ac votis decidatur. In causa est diffidentia, à parte Pontificis, à parte Cardinalium autem, quod nimium 53.
favore propendeant in illos, quorum respectu hanc dignitatem obtinuerunt, vel etiam propriam in familiam suam, vel in illos, quorum stipendiarii sunt, aut à quibus beneficia acceperunt, vel accipere posse sperant. (*de quo videri debet Silhon au ministre d' Estat part.* 1. *livr.* 2. *disc.* 12. *pag.* 386.) Cæterum, cum summi Pontificatus sedes vacat, in interregno, Cardinalium collegium Rempublicam Catholico-christianam regit, rerumque difficultati consulit, donec alius ab eis Pontifex creatus fuerit, (*Tholosan. d. cap.* 4. *num.* 16.)

Honor & dignitas Cardinalium cognoscitur I. ex titulis. Vocantur 54.
enim fratres Papæ, (*Rittershusius ad Novellas part.* 4. *cap.* 7. *num.* 14.) dicuntur Principes, (*Loyseau des ordres chap.* 3. *num.* 53.) vel cum additione, Principes Ecclesiæ, (*L'Ancre au tableau de l' inconstance d. livr.* 4. *disc.* 4. *fol.* 430. *a.*) appellantur pars corporis Papæ, (*Zabarella in Clem.* 2. *in pr. de celebrat. miss.*) Primates Ecclesiæ, & principales Ecclesiæ, (*can. si quis Episcopus, distinct.* 79. *c.* 2. *de offic. Archiep. cum gloss. ibidem: Giles le Maistre des Regales d. cap.* 7.) Olim diceban- 55.
tur Illustrissimi, hodie autem Eminentissimi: qui titulus, peculiari statuto, anno M. DC. XXX. Romæ illis attributus fuit, ita ut à nemine, præterquam ab Ecclesiasticis Romani Imperii Electoribus, ac Magistro Hospitalis Hierosolimitani, usurpari possit, aut aliis attribui. Quod si contigerit aliquem, cujuscunque dignitatis, gradus, & conditionis (Imperatore, ac Regibus exceptis) hunc titulum, *Eminentissimi*, & *Eminentiæ Vestræ*, alicui Cardinalium non tribuere, Cardinalis illo nullatenus cum eo coram agat, nec ejus literas quoquo modo recipiat. (*vid. addit. ad lib.* 4. *jur. publ. c.* 6. *n.* 44.) II. Cardinalitiæ dignitatis emblema, est locus honoratior in sessione, & præcedentia. Romæ 56.
Cardinalium Decanus, Episcopus Hostiensis, præcedit omnes Reges & Principes Christianos, solo Imperatore excepto, quem sequitur. Cæteri autem Cardinales, ibidem præcedunt omnes Principes, qui non sunt decorati titulo Imperatoris, vel Regis, (*L'Ancre d. livr.* 4. *fol.* 430.) Inter ipsos autem hic ser- 57.
vatur ordo, ut Cardinalis Episcopus præcedat, eum sequatur Cardinalis Presbyter, & hunc Cardinalis Diaconus. (*Garsia Mastrill. de Magistrat. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 61. *allegans Clem.* 2. *§. irritum, de elect. can. clerus, dist.* 21. *can. oportebat, dist.* 79.)
In Gallia primum locum, etiam ante Principes sanguinis, nonnunquam sibi 58.
deberi asseruerunt Cardinales, (*Coquille en l' histoire du pays & Duché de Niver-*

nois

59. *nov. p.* 50.) quo de notabile eſt, quod de Franciſco, tunc Duce Valeſio, & Angoliſmenſi, poſtea Rege hujus nominis primo, in literas rel:tum. Fertur, Franciſcum, cum reſciviſſet, Cardinalem de Prie, qui illo tempore, ſub regno Ludovici XII. primas in adminiſtratione negotiorum partes tenebat, præcedentiam in conventu ſolemni ſibi adſcripturum, hoc prætextu, quod Cardinales ex privilegio ſpeciali ad dexteram Regis ſedere deberent, Cardinali feciſſe intimari, melius & ſecurius futurum, ſi prætenſo jure ſuo Romæ uteretur: Etenim ſi in Gallia hoc nunc exercere anniteretur, ſe caput ejusdem ita rubefacturum, ut colore galerum Cardinalitium æquaret (*L'Ancre d. l. fol.* 431.)
60 III. Ornatas dignitatis Cardinalitiæ, inter alia eſt galerus rubeus, ex inſtituto Innocentii IV. circa annum MCCXLV. cui pannum coccineum addidit Paulus II. quo non ſolum ipſi uterentur, ſed etiam equos vel mulas ſternerent,
61. dum equitarent. Refert Platina, eundem Pontificem voluiſſe etiam in decretum referre, ut galeri Cardinalium ex ſerico coccineo fierent, at id quo minus decerneretur, vetuiſſe illos, qui diminuendam eſſe Eccleſiæ pompam, non augendam, prædicabant. (*Rouſſel. in hiſtor. Pontific. jurisdict. lib.* 2. *cap.* 10. *n.*
62. 15. *pag.* 255.) Cauſa conceſſi coloris rubei diverſimodè explicatur. Dicunt enim nonnulli Innocentium IV. ſuſcepto in Fridericum II. odio, ut Cardinales ſibi magis devinciret, & doceret, paratos eſſe debere ad ſanguinem fundendum pro cauſa ſua vel Eccleſiæ, eos rubeo pileo donaſſe, (*Rouſſel. dict. loc.*) quem æquè ac veſtimentum purpureum, non ad pompam Cardinales, ſed in ſymbolum geſtare ſcribit Tholoſanus (*lib.* 4. *de Republ. cap.* 11. *n.* 8.) tanquam exiſtant parati, effundere pro Chriſti fide, cui deſtinantur, ſanguinem proprium. Loyſeau autem (*des ordres d. chap.* 3. *n.* 50.) monet ex aliis, rubri coloris pileum & veſtem purpuream, Cardinalibus data ad exemplum purpuræ
63. Senatorum Romanorum. Cæterum non ſemper Cardinales rubris veſtimentis, ſed etiam aliquando, nempe in quadrageſima, & adventus, ut vocant, tempore, violacei coloris uti, refert Villamont. (*livr.* 1. *de ſes voyages ch.* 16. *pag. mihi* 39.)
64 In ſalutando Pontifice, ſi verax eſt Villamont. (*d. ch.* 16. *pag.* 40.) Cardinales nunquam oſculantur ejus ſandalia, ſed tantum dextram partem *de ſa chappe*, (quod alii interpretantur de dextra manu ſub auriphrigio pluviali;) ut Epiſcopi genu, & cæteri Chriſtiani ſandalia. De quo tamen vide Durandum (*libr.* 4. *rational. divin. offic. c.* 53. *n.* 13.) Denique Cardinalitia dignitas amittitur (1.) *morte.* Mors illa, eſt vel naturalis, vel violenta; ut ſi Cardinalis
65. occidatur: ubi homicida ipſo facto eſt excommunicatus, & ſingulis diebus Dominicis & feſtivis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes iſtius loci Eccleſias, in quo tantum facinus fuit attentatum, nec non civitatum, & diœceſium vicinarum, excommunicatus publicè denunciatur. Quod etiam
66 contra illos fit, qui Cardinalem percutiunt, hoſtiliter inſectantur vel capiunt, vel

vel quid simile committunt. (*c. felicis, de pœnis in 6. Menoch. de arbitr. iud. quæst. cap. 550. num. 5.*) Amittitur (2.) Cardinalatus *exautoratione, degradatione vel privatione dignitatis.* Tradit autem Hostiensis, Papam jus deponendi Cardinalem non habere sine consilio generali. (*Spiegel. in schol. ad lib. 6. Gunther. Ligurin. apud Reuber. tom un. veter. Script. pag. 374.*) (3.) Amittitur, *resignatione,* 67.
quæ tamen non nullis tantum, non omnibus licita. Non infrequens ea est in tertio, & inferiori ordine Cardinalium, Diaconorum, vel Subdiaconorum, in quo constituti esse solent illi, qui ex familiis Ducum, vel Principum, oriundi, quibus per dispensationem Pontificis licet resignare dignitatem Cardinalitiam, & ad gubernationem Ducatus, vel Principatus accedere, atque præterea matrimonium contrahere; cujus exempla prostant varia: Quanquam Vultejus, (*lib. 1. Feudor. cap. 9. num. 67. p. m. 38.*) & alii, regulariter Crdinales à successione feudi excludunt. 68. 69.

Zu Maintz und Magdeburg Ertzbischoff.

De jure, nemo potest, vel decet esse Episcopus plurium Ecclesiarum: Moribus tamen receptum est, ut sicut plurium Ecclesiarum Canonicus quis esse potest, ita etiam Episcopus. (*Rittershus. ad Novell. part. 1. cap 7. num 57.*) Albertum Marchionem Brandeburgensem, de quo hic sermo est, Paulus Lang (*in Chron Citizensi apud Pistorium tom un. veter. Scriptor. pag. 862.*) vocat, Moguntinensis & Magdeburgensis, sanctarum Ecclesiarum, archiantistem, nec non Halberstatiensis Ecclesiæ administratorem mirificum, & addit; mirum equidem est, pæne stupendum inauditumque, quod unus homo; unicus pastor, & præsul, tot & tantis præsit Episcopatibus. Certe, cum unus duabus functionibus vix sufficiat, & dum uni adest alteri abstrahi necesse sit, sicque nulli earum in totum idoneus reperiatur, & dum ad utrumq; festinat, neutrum bene peragat, jura civilia cumulationem officiorum in uno individuo non admittunt. (*l. nemo 14. in pr. & §. 1. C. de adsessor. l. nemo 5. C. qui militar. poss. lib. 12. l. hac parte 10. §. de proxim. sacror. scrinior. de lib. 12.*)

Des Heiligen.

1. *Imperium Romanum cur dicatur sacrum: remissive.*
2. *Regnum Galliæ dicitur sanctum.*
3. 4. *Ratio appellationis.*
5. *Vigesimus quisq; Regum Galliæ sanctus.*
6. *Plexius est adulator.*
7. *Ludovicus XIII. obtinuit nomen Iusti.*
8. *Balsaci testimonium.*
9. *Autoris judicium.*

IMperium Romanum cur sacrum dicatur, docui, (*de jure public. lib. 1. cap. 7.* 1.
num. 1. & seqq.) Regno Galliæ titulum sancti attribui, tradit L' Ancre 2.
(*d. tr. de l' inconstance livr. 4. disc. 2. fol. 395.*) quod multi Reges, qui illi præ- 3.
fuerunt, sancti sint, (*parce que plusieurs Roys, qui y ont commandè, sont saincts.*)
Quæ ratio, si sola huic titulo causam dedisse perhibeatur, confirmat, Re- 4.

gnum Galliæ non semper sanctum fuisse, nec suo jure, sed alieno merito san-
5. ctum dici. Interim Gallica licentia eo usque excrevit, (*vid. Pleixius in Præfatione tom. 2. historiæ generalis Galliæ*) ut vigesimum quemque Regem, ab eo qui primum inter eosdem Christi fidem suscepit, sanctum determinare au-
6. deat. Præstat hominis propria adducere verba, ne dubitari possit, cum ut inter historicus, ita quoq; inter adulatores Ludovici XIII. primum fere obtinuisse locum. Ita autem ille ad Regem: (*la providence Divine a establi cet ordre en la succession de nos Roys, que depuis le premier qui fut regenere au sacre lavoir de l' Eglise, le vingtiesme ait esté infalliblement Sainct, & comme tel couché au denombrement des ames eternellement glorieuses. Sire, vous estes le vingtiesme Roy de France, apres S. Loys comme il estoit le vingtiesme apres Charles le Grand, que plusieurs tiennent aussi avoir esté canonizé.*) Providentia Divina eum ordinem in successione nostrorum Regum stabilivit, ut post primum, qui sacro baptismate Ecclesiæ regeneratus fuit, vigesimus quisque in ordine infallibiliter fuerit Sanctus, & hoc nomine relatus in catalogum animarum perpetuo beatarum. Domine, vos estis vigesimus Rex Galliarum post sanctum Ludovicum, ut ille fuit vigesimus post Carolum M. quem multi tradunt in nu-
7. merum Sanctorum relatum. Ego Ludovici XIII. Regis virtutes, quæ illi cognomen justi (quod olim quoque Ferdinando Aragonio attributum. *Fa-*
8. *sellus de reb. Sicul. poster. decad. l. 9. p. 534. n. 40.*) in terris pepererunt, magni facio, & propemodum adoro; integritatem vitæ, quam Balsac ei tribuit (*in discursu suo quem Principem inscripsit, chap. 6. pag. 86.*) ubi ait, (*il n'y a personne aujourd'huy au monde, qui sçache que le Roy péche.*) (nullus nunc sub Sole est, qui sciat Regem peccare) admiror, ac de beatitudine eiusdem in cœlis nullus du-
9. bito; ad Pleixii regulam, de vigesimo quoque rege sancto, amplecti non possum. est enim ex censu illarum rerum, quæ semel aut bis extiterunt, unde regula constitui haud potest. (*arg. l. 6. ff. de LL.*)

Römischen Reichs.

1. 2. 3. *Romanum Imperium multorum opinione extinctum.*
4. *Quod tamen adhuc stare certum est.*
5. *Romanum Imperium quomodo possit considerari.*
6. *Substantia Imperij superest accidentia quandoq; fuerunt immutata.*
7. *Germanorum jus in urbem Romam.*
8. *Imperium Romanum non fuit à Germanis reversum ad Romanos.*
9. *Distinctio inter Francorum Regnum Orientale & Occidentale.*
10. *Hodie sub nomine Imperij Romani intelligitur etiam Regnum Germaniæ.*
11. *Quid olim Romani in Germania possederint.*
12. *Germania nunquam accessit Romano Imperio, nec vi, nec sponte.*
13. *Romanum Imperium accessit Regno Germanorum.*
14 15. 16. 19. 20. 21. *Conjectura, cur, & quomodo Regnum Germaniæ sub nomine Imperij Romani contineatur.*
17. 18. *Quando id publico usu receptum.*
22. *Capita discursus Conringiani.*
23. 24. *Tempore Caroli M. Imperium à Regno fuit separatum.*

25. 26. *Idem etiam obtinuit tempore insequenti.*
27. 28. 29. 30. *Divisio regnorum & Imperij facta à Carolino progenie.*
31. *Caroli variatio in titulis antequam adeptus fuerat Imperium.*
32. *Et post.*
33. *Ludovicus Pius, qua intentione solo nomine Imperatoris usus sit.*
34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. *Hugonis Grotij dogma, Imperium apud Romanos mansisse, nec transiisse ad Germanos.*
44. *Grotius non satis sibi constat.*
45. *Translationem Imperij Romani in Germanos nullum documentum probare, quo sensu verum sit.*
46. *Pro Romanis stant, præsumptio, & tituli, quibus usus fuit Carolus Magnus.*
47. *Carolus Magnus autoritatem urbi Romæ conservare studuit*
48. *Libertatis Romanæ argumenta.*
49. *Senatus Romani autoritas.*
50. *Romani instituunt Patricium.*
51. *Eligunt Tribunum.*
52. *Romani acclamantes Carolo M. non à se abdicarunt potestatem, eligendi Imperatorem.*
53. 54. *Idque postea factis declararunt.*
55. *Romæ aliquoties consultatum de Imperio in alios transferendo.*
56. *Romani sibi elegerunt aliquot Imperatores post Caroli M. tempora.*
57. *Laurentius tribunus Romanus, vindex libertatis Romanæ, Romam citat Ludovicum Bavarum, & Carolum IV. nec non Electores, aliosque*
58. *Communis est opinio, Carolum M. Imperium Romanum in Francos, vel Germanos transtulisse.*
59. *Re conveniunt, phrasi differunt, Autores.*
60. *Carolus Ludovicum filium in consortem Imperij adscivit, Romanis nec vocatis, nec consentientibus.*
61. *Carolum Magnum Imperium non habuisse pro hereditario, scribit Baronius.*
62. *Sed Carolus aliud facto ipso demonstravit.*
63. *Carolus testamento suo non exacte de Imperio disposuit.*
64. 65. *Conjectura, cur id non aliter factum.*
66. *Testamentum Caroli probat, eum Imperium pro hereditario habuisse.*
67. *Ludovicus Lotharium, filium suum primogenitum, socium Imperij constituit.*
68. *Lotharius Ludovico suo assignat Romam & Imperium.*
69. *Ludovico mortuo ad quem pertinuerit Imperium.*
70. *Carolus Calvus jus familiæ Carolinæ labefactavit.*
71. *Carolomanno Romani jurarunt fidelitatem.*
72. *Posthæc hereditaria successio in Imperium, imminuta fuit.*
73. 74. 75. *Et confuse usque ad Othonem I. Imperium administratum.*
76. *Populus Romanus, per remunerationem transtulit Imperium in Carolum Magnum, & sic irrevocabiliter.*
77. *Carolus Magnus per transactionem nactus fuit jus hereditarium, quod Constantinopolitani Imperatores habuerunt in Imperium Romanum.*
78. *Otho I. Imperium iterum ad Germanos reduxit.*
79. *Vel potius apud Germanos retinuit.*
80. 81. 82. *Ab Othone hucusque Imperium apud Germanos permansit.*
83. *Germani suo jure hucusque Imperatores elegerunt.*
84. *Objectio.*
85. *Hæc removetur.*
86. *Oratio Legatorum Romanorum ad Imp. Fridericum I.*
87. *Responsio Friderici, jure belli Imperium ad Germanos pervenisse.*
88. *Rebellionibus variis Romani jus, si quod adhuc habuissent, amisissent.*
89. Das Heilige Reich Teutscher Nation.
90. *Responsio ad objectionem, quod nemo præsumatur suum jactare.*
91. *Carolus M. Romanos suos subiectos nominat.*

92. *Quo sensu res Romana Carolo in tutelam data dicatur.*
93. *Quo sensu Carolus dicatur laborasse, ut urbs Roma veteri polleret autoritate.*
94. *Senatus Romani sub Carolo, & ejus familia, quæ fuerit potestas.*
95. *Senatus constitutus fuit ab Imperatoribus.*
96. *Atque iisdem juravit.*
97. *De Patricio, quem Romani Senatoribus addiderunt.*
98. *Alexander Pontifex imminuit potestatem Consulum urbis Romæ.*
99. *Responsio ad prætensionem Iacobi Laurentij, Tribuni Romani.*
100. *Responsio ad aliam objectionem.*
101. *Examinatur objectio alia.*
102. *Respondetur ad aliam.*
103. *Cur Romanus Pontifex voluerit Germanis auferre Imperium.*
104. *Martinus II. Pontifex optavit, se ciconiam esse, & Germanos ranas.*
105. *Imperium Germanis extorqueri non posse, ipsi Cardinales Bonifacio Papæ respondent.*
106. 108. *Pontifices regna nonnullis adimere, & aliis conferre, volupe habuerunt.*
107. *Bonifacius regnum Galliæ obtulit Imp. Alberto.*
109. *Responsio ad aliam objectionem.*
110. *Quo sensu Otho I. Berengarium prædecessorem suum nominavit.*
111. *De literis Nicolai Tribuni, & ejusdem fortuna.*
112. *Quo sensu populus Romanus idem adhuc est, qui olim fuit.*
113. *Subest servo servorum.*
114. *Inanem libertatis retinet imaginem.*
115. *De jure subesse debet Imperatori.*
116. *De nonnullis erroribus Grotij, remissive.*

1. IMperium Romanum jamdudum desiisse multi opinantur, (*vide quæ scripsi de jure publ. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 1. *& seqq. ac innot. ad d. loc.*) quibus addi debet Salmeron (*in* 2. *ad Thessalonicenses, disput.* 2.) quando ait: Imperium illud Romanum jam diu eversum est, & in multa regna dissipatum, & quasi extinctum. Nam qui nunc est & vocatur Imperator Romanus, tenuissima quædam umbra est Imperii antiqui, usque adeo, ut nec ipsam quidem urbem Romam, unde nominatur, possideat: & per multos annos defecerunt Imperatores
2. Romani. Barradius (*in concordia tom.*1. *libr.* 4. *cap.* 4.) Iudæis negantibus Christum venisse, quia Romanum Imperium adhuc stet, respondet, non ex-
3. tare Romanam Monarchiam, idque esse compertum. Hi testes, inquit Chamier, (*Panstratiæ Catholicæ tom.* 2. *lib.* 16. *c.* 2. *n.*8. *pag.* 328.) quanquam quid opus testibus? res enim clamat ipsa. Primo, ex tanto provinciarum numero ne una quidem superest, quæ Romæ subjiciatur: omnes ad Orientem Occidentemque, Meridiem & Septentrionem, sese in libertatem asseruerunt, constitutis sibi forma propria rebuspublicis: unde tam multæ monarchiæ, paucæ aristocratiæ, & democratiæ. Imo ne ipsa quidem Roma vel monarchia est, vel pars ullius monarchiæ. Deinde, nomen, quo nihil minus, aut magis tenue fingi potest; nomen, inquam, ipsum Imperii Romani, Romanis ablatum, transiit ad exteros, Germanos Imperatores, quorum nemo est, qui sibi quicquam Romæ vindicare audet. Quid est igitur, quo quis possit credere, non interiisse Imperium? Nunquam profecto magis aut Babylonicum,

aut

aut Persicum, aut Græcum. Verum superesse adhuc Imperium Romanum, aut 4.
Reges & Principes orbis Christiani, & ipse quoque Turca, atque Persiæ moderator, literis testantur, quando nostrum caput nomine Imperatoris Romani salutant. Atque ut evidentius evadat, communem istam loquendi for- 5.
mulam non ab errore aliquo profectam, mente tenendum est, Imperium Romanum considerari posse, vel ratione substantiæ, vel ratione accidentium. Substantiam quod attinet, ea adhuc superest, accidentia autem sæpius immutata. Cœpisse dicitur hoc Imperium sub Romulo urbis conditore; 6.
ubi licet exiguis finibus, ac, ut à Strabone observatum, vix sex millibus passuum ab urbe clauderetur, fuit tamen, si substantiam consideres, idem, quod fuit postea, finibus in immensum dilatatis. Itaque licet iterum imminui cœperit, & quando in Germanos translatum, præter Romanum agrum in dotem illis vix alia contulerit, inde tamen plane desiisse dicendum non est. Quem- 7.
admodum nec inde argumentum extincti Imperii desumi potest, quod suo tempore, post translationem in Germanos factam, Pontifices in eo strenue laborarunt, ne præter nudum titulum, Imperatori in Romam, eiusque patrimonium, aliud quicquam relinqueretur. Facti enim hoc est, cui plures Imperatores sese per intervalla opposuerunt, atque ius suum Germani nunquam habuerunt pro derelicto; sed vel solo animo, ubi vi opposita corpore illis rei incumbere non licuit, possessionem retinuerunt. Quanquam nec sic 8.
quidem, si à Germanis ad Romanos iterum reversum fuisset Imperium, extinctum dici posset, quod tamen eo hucusque reverti jure non potuit nec debuit, ut egregia industria demonstravit Hermannus Conring. (*de Germanorum Imperio Romano, toto cap.* 13.)

Porro nec ab hoc loco alienum est, examinare, quid causæ sit, quod sub Romani Regni, vel Imperii titulo, & nomine, Germania quoque contineri censeatur. Ex Othone Frisingensi (*lib.* 5. *Chron. cap.* 35.) discimus cir- 9.
ca initia Friderici I. Cæsaris, vulgari usu, Orientale Francorum regnum Romanorum vocatum, Occidentale autem, Francorum nomen retinuisse. Sed & antea idem, quamvis non adeo populariter, in usu fuisse ex historicis liquet. Hodie nihil frequentius, quam nomine Imperii Romani, Germaniam, eiusque regnum exprimere. Videri ergo poterat inde colligi posse, 10.
Germaniam Romano Imperio accessisse, & ut ejusdem partem, eo sub nomine contineri. Verum, quo minus id admittamus, ipsa rerum veritas nos impedit. De eo constat, olim, quando Romanum Imperium in summo vigore 11.
erat, ex Germaniæ partibus nonnihil, quod cis Rhenum & Danubium situm, ad illud pertractum, magnam autem Germaniam, quæ trans Rhenum & Danubium à Romanis dicebatur, ab illorum ditione omnino liberam mansisse. Evenit autem porro, ut & portiones illæ minimæ ad maximas reversæ fuerint, Romanorum jugo soluto. Quod si itaque Germa- 12.

nia postero tempore Romanorum Imperio accessisse dicatur, declarandum
simul erit, an id sponte, an vero violentia adhibita, & quando factum. Neu-
trum reperire datur, neutrum ergo credi debet. Si factum, Romani id publi-
cis historiis proclamare, pro more, non supersedissent: sponte autem, libe-
rum populum & robore florentem, in alterius, & impotentioris, sive impe-
rium, sive tutelam se dare, contra omnem juris præsumtionem est, nec credi,
13. nisi liquido probatum, unquam debet. Quando rerum documenta evol-
vimus, deprehendimus, Romanum Imperium Francorum, vel Germano-
rum regno accessisse, ea virtute, ut apud Germanos hactenus active fuerit,
14. apud Romanos autem passive. At cum hæc ita, unde ergo est, quod Germa-
ni tanta veneratione Romani Imperii nomen, Regni sui titulo prælatum
voluerint, ut illud hunc pæne obscurasse deprehendamus? In re satis antiqua
licebit conjecturis uti, postquam documentorum luce hic destituimur. Con-
ringius (*d. lib. de Germanor. Imperio Romano c. 12. p. 106.*) ait: Non una de causa
vulgus enim induci facile potuit, ut Romani Imperii nomen in Germaniam,
& Longobardiam transferret, postquam æterno fœdere, Germaniæ & Lon-
gobardiæ Regibus, Cæsareum urbis Romæ Imperium summum cessit. Pri-
mo enim Imperium urbis Romæ, quod vere est Romanum, creditum passim
est, dignitate præcellere Regnum Germaniæ & Longobardiæ, utut nullius
amplius esset potentiæ. Itaque cum tres illæ Respublicæ, quasi unum
corpus Constituerent, ab ea, quæ opinione erat augustior, facile devolutum
15. est nomen in totum corpus. Accedit, quod Reges statim à coronatione Ro-
mana, Imperatores Romani audierint, reliquorum regnorum nulla facta
mentione: quasi ille titulus absorpserit alios minores; forte, quod aut sim-
plicitas, aut procul fastu magnanimitas, illa tempestate non ferret cumu-
lum titulorum; nomen autem Cæsareum ea ætate adeo haberetur magni-
16. ficum, ut adiicere quicquam videretur indecens. (*& p. 107.*) Quin ille vero
titulus Romanus, nude positus, facile quoque vulgus inducere potuerit, ut
Imperii Romani nomen tribueret, cui proprie non debebat, ecquis dubita-
17. verit? quocunque autem initio cœperit primum appellatio ista, plebeia nimi-
rum quadam consuetudine, aut publico decreto, circa annum M C primores
etiam Reipublicæ, ipsosq; Cæsares, & Reges Germaniæ, nominis illius usum
approbasse, non est negandum. Non quasi id decreto quodam sanxerint, sed
81. quod passim receptam loquendi rationem, etiam ipsi sint secuti. A Conradi
certe III. ac Friderici I ætate videtur ipsa quoque Respub. Germanica hoc
nomen Imperii Romani sibi sumsisse: usque adeo apud ipsos magnates id
19. fuit in frequenti usu, quod docent tabulæ & monumenta alia. Eo promtio-
res autem videntur fuisse proceres, & Germaniæ, & Italiæ, in suscipiendo
illo nomine, quo sanctiore in existimatione esse nomen illud, quodque pas-
sim crederetur, Imperium aliquod Romanum insigne constitui oportere;
com

commodissimè autem fieri id posse, si illæ provinciæ, quibus æterna societate
junctum jam tum erat urbis Romæ Imperium, illud nomen quoque sibi ado-
ptarent. Neque fortassis quosdam animos non & error occuparat, in u- 20.
num Imperium, quod Romanum sit appellandum, ex divina constitutione
omnes respublicas oportere convenire. Sane huius sententiæ apud Scripto-
res licet haud pauca invenire vestigia. Promota fortassis omnia fuerunt, 21.
per juris Romani, seculo XII. renati, interpretes, quorum per multos sane
ita & locutos, & sensisse constat: quasi unum à Deo sit totius mundi Impe-
rium, ut una Ecclesia, institutum, utriusque sede primaria urbi Romæ at-
tributa. Id silentio præterire non licet, posse cui, haud sine causa fortassis,
videri, illam Imperialis nominis assumtionem, ut nulla necessitate exigente
fuit instituta, ita Germaniæ non tantum non fuisse utilem, sed etiam detri-
mentosam. Hæc & alia Conringius (*d.l.*) quæ in quatuor capita resolvi pos- 22.
sunt, cur Germania nomine Imperii comprehensa, à quibus id factum vel in-
troductum, quando factum, & an Germanis utile atque decorum sit, fuerit-
ve. Si primum acquisitionis Imperii tempus, & quod illud immediate secu- 23.
tum est, hoc est, Caroli M. & eiusdem prosapiæ ævum expendimus, hoc Im-
perium à Regno Francorum, & Germanorum, separatum fuit, ut neutrum
alterius membrum censeretur; sed utrumque suo nomine subsisteret. In Ca- 24
rolo quidem, concursus utriusq; fuit, sed ille postea testamento suo unicuiq;
liberorum, qui tum erant Carolus, Ludovicus, & Pipinus, peculiarem assi-
gnavit portionem liberam, nec ab alia dependentem. Postquam autem Ca-
rolus, & Pipinus, ante partem morte abrepti fuissent, Ludovicus anno
DCCC XIII. à patre coronam & titulum Imperialem suscepit, & postea, eo
mortuo, solus in omnia (excepta Longobardia, quam nisi post mortem Bern-
hardi, ex Pipini progenie, obtinuit) successit regna. Cumque tres haberet 25.
filios, Lotharium, Ludovicum, & Carolum, ipse adhuc in vivis existens, Lu-
dovicum fecit Regem Bavariæ, Carolum Regem Aquitaniæ, sive tertiæ par-
tis Gallici Regni, Lothario autem assignavit Regnum Italiæ, juxtaque urbem
Romam, cum titulo Imperatoris; hinc consuetudo originem habuit, quod
postea nullus ex Carolina prosapia titulum Imperatoris assumserit, nisi ille,
qui Italiam rexit. (*Lebeman. in Chron. Spir. lib.* 2. *cap.* 46. *pag.* 99.) Si vivo Lu-
dovico hæc distributio facta, fatendum est, eo mortuo iterum vel aliam fa-
ctam, vel quæ in priorem nondum pertracta fuerant, distributa fuisse. Ita
enim apud Lehemann. (*d. loc.*) legimus: Anno Dominicæ incarnationis
DCCC XLII. tres supra dicti fratres, Imperium Francorum inter se divise-
runt, & Carolo occidentalia regna cesserunt, ab Oceano Britannico usque
ad Mosam fluvium; Ludovico vero orientalia, scilicet omnis Germania, ut-
que ad Rheni fluenta, & multæ civitates, cum adiacentibus pagis trans
Rhenum

Rhenum, propter vini copiam. Porro Lotharius, qui & major natu erat,
& Imperator appellabatur, medius inter utrosque incedens, regnum ſorti-
tus eſt, quod hactenus, ex eius vocabulo, Lotharingia nuncupatur, totamque
26. Provinciam, nec non omnia regna Italiæ, cum ipſa urbe Roma. Hæc Lo-
tharii pars (*ut ex Godefrido Viterbienſi annotavit Lehemannus d. l. & cap. p. 201.*)
poſtea ab eodem in tres partes diviſa fuit, & filiis, Ludovico Italia, cum no-
27. mine Imperatoris, Lothario Lotharingia, Carolo Provincia, tradita. Quic-
quid fuerit, de Ludovici diviſione videtur dicendum, ipſum primo voluiſſe,
reliquos filios Reges, Primogenito, Imperatori, ſubjicere; verum poſtea
mutaſſe ſententiam, atque denique filios omnes ſibi ſuccedere voluiſſe, pa-
ri quemque poteſtate. Primogenitum Lotharium eam quidem ob cauſam
contra patrem vivum inſurrexiſſe, &, eo mortuo, cum fratribus bello de-
certaſſe, ſed fruſtra, (*Conring. de Germanor. Imperio Romano cap. 9. pag. 56.*)
28. Itaque, ut Lehemannus monet (*d. pag. 199.*) hat Lotharius, deßhalben daß
er Kaiſer / nicht mehr Land und Leut / als ſeine Brůder / noch einige macht /
jurisdiction und Oberkeitliche Herrſchung / über das Kônigreich Teutſchland /
oder Franckreich gehabt / ſondern es hat einjeder der drey Brůder ſein Kônig-
reich für ſich / wie ihre Eltern und Vorfahren / in der Teutſchen Frånckiſchen
Freyheit verwaltet / und was Kaiſer Lotharius für Herrlichkeit / Macht und
Gewalt im Kaiſerthum geführt / eben daſſelbe haben ſeine Brůder / der Kônig
in Teutſchland / und Franckreich / und ihre Nachkommende erwehlte Kônig /
zu thun und zu verrichten Macht und Gewalt gehabt. Eadem de re Trithe-
29. mius (*in præf. Chron. Francor.*) ita ſcribit: Ludovico Pio mortuo, filii eius
regnum Francorum in partes diviſere quam plures. Illis etiam vita defun-
ctis, eorum nepotes denuo regnum Francorum tali modo in duo principaliter
diviſerunt regna, quorum alterum dicatur, ſit & permaneat, Germanicum,
alterum vero Gallicanum, neutrumque ſit alicui ſubjectum; & hæc partitio
30. talis eſt, ut ſequitur: Regnum Francorum Germaniæ, perpetuo per ſe habe-
at proprium Regem, nulli penitus mortalium, ne Romano quidem Imperio
ſubjectum, ſed priſtina Francorum conſuetudine liberrimum. Regnum quoq;
Francorum Gallorum à noſtro diviſum, ſimili modo Regem, ut conſtitutio
ſonat, proprium habeat, liberum, qui non minus, quam Rex Germaniæ li-
ber ſit, & nulli omnino ſubjectus. Manifeſtum enim eſt, quod Franci ab origi-
ne ſemper fuerunt liberrimi, ut neq; Romanis, neq; alteri alicui genti unquam
ſervierint, aut extiterint ſubjecti: quin potius ipſi deſtruxere Romanorum
Imperium, ſibique fecere ſubjectum. Et propterea Reges ambo in diviſione
regni priſtinam libertatem Francorum, ubiq; alter alteri illæſam ſervare ſtu-
duerunt. Præterea, Carolus M. titulis quibus uſus, ſatis oſtendit, ſeparata
fuiſſe, & nondum concorporata, Imperium, & Regna quibus præfuit: va-
31. riavit tamen, nec una ſemper formula uſus eſt. Antequam adeptus fuit Im-
perium

perium, se dixit, Carolum, gratia Dei Regem Francorum, & Longobardo-
rum, ac Patricium Romanorum, filium & defensorem sanctæ Dei Ecclesiæ,
& alia vice; Carolum, gratia Dei, ejusque misericordia donante, Regem &
Rectorem Regni Francorum, & devotum sanctæ Ecclesiæ defensorem, humi-
lemque adjutorem. Vel ita, Carolum, nutu Dei Regem Francorum, Gal-
lias, Germaniam, Italiamque, sive harum finitimas provincias, Domino opi-
tulante, regentem. Post acceptum Imperium scripsit, Carolus, Serenissi- 32.
mus Augustus, à Deo coronatus, Magnus, Pacificus Imperator, Romanorum
gubernans Imperium, ac per misericordiam Dei Rex Francorum, & Longo-
bardorum. Vel ita, Imperator, Cæsar, Carolus Rex Francorum invictissimus,
& Romani Rector Imperii, pius, felix, victor ac triumphator semper Augu-
stus. Aut ita, Carolus Imperator Augustus, Romanorum gubernans Impe-
rium, Dominus & Rex Francorum, & Longobardorum, Frisiorum Domina-
tor & Saxonum. Omisit quidem Caroli successor Ludovicus, Pius cognomi- 33.
ne dictus, hos titulos, Cæsareo, vel Imperatorio nomine contentus: sed non
intentione ea, quasi omnia sua regna Imperio vel submisisset, vel concorpo-
rasset, ut ex paulo antea dictis patet. Quid à subsequentibus factum, & cur,
item quando titulorum catalogus iterum creverit, supra (*ad verba* **Ertzhertzog
zu Oesterreich** *n.*10. *& seqq.*) ex Conringio annotavi. De re ipsa controver-
titur, *an unquam concorporatio facta?* & si facta, *an Germaniæ Regnum ad Imperi-
um accesserit, an verò Imperium ad Germaniæ Regnum?* Hugo Grotius (*de jure* 34.
belli & pacis lib. 2. *cap.* 9. *num.* 11. *p.* 188. *& seq.*) disputans contra illos, qui sur-
rogationem Imperii, vel Regni Germanici, ut olim vocabatur, in locum Im-
perii Romani, sibi confingunt, ait; mihi non præsumenda videtur mutatio,
aut translatio, nisi certis documentis probetur. Quare, & populum Roma-
num eundem esse dico, qui olim fuit, quanquam extraneorum accessione ad-
mixtum, & Imperium penes eum mansisse, tanquam penes corpus, in quo
esset ac viveret. Nam quæ olim jure potuit facere populus Romanus ante- 35.
quam Imperatores Romani regnarent, idem faciendi jus habuit, ut quisque
Imperator mortuus erat, alio nondum existente; imò & electio Imperatoris
ad populum pertinebat, & aliquoties à populo per se, aut per Senatum facta
est: quæ autem à legionibus, modo his, modo illis, fiebant electiones, non e-
rant ratæ ex jure legionum; (nam in vago nomine jus certum esse non pote-
rat) sed ex approbatione populi. Cum his non pugnat, quod Antonini con- 36.
stitutione, quotquot in orbe Romano sunt, cives Romani effecti sint; Con-
secuti enim ea constitutione sunt subditi Romani Imperii ea jura, quæ olim
habebant coloniæ & municipia, & provinciæ togatæ, ut & honorum parti-
cipes essent, & jure Quiritium uterentur; non ut in aliis populis itidem, ut in
populo urbis Romæ, sors Imperii esset: quod facere, in potestate Imperato-
rum non fuit, qui habendi Imperii modum ac causam, mutare non potue-

37. runt. Nec quod Imperatores postea Constantinopoli, quam Romæ, habitare maluerunt, de jure populi Rom. quicquam imminuit: sed tunc quoque electionem factam à parte sui, quæ Constantinopoli habitabant, unde Byzantinos Quirites vocat Claudianus, ratam populus totus habuit, jurisque sui monumentum non tenue servavit in urbis suæ prærogativa, & in honore
38. Consulatus, aliisque rebus. Quare jus omne, quod hi, qui Constantinopoli habitabant, ad eligendum Imperatorem Romanum habere poterant, pendebat à voluntate populi Romani: & cum illi, contra mentem ac morem populi Romani, fœminæ Irenes subiissent imperium, ut alias causas omittamus, merito populus Romanus illam concessionem, sive expressam sive tacitam, revocavit, & per se Imperatorem legit, ac voce primi civis, id est, Episcopi sui (quomodo & in Judaica republica, Rege non existente, prima erat
39. summi Pontificis persona) pronunciavit. Fuit autem hæc electio personalis in Carolum Magnum, & quosdam ejus successores; qui ipsi jus Imperii, quod habebant in Francos, ut & in Longobardos, à jure Imperii Romani, ut nova
40 ex causa quæsito, solicite distinxerunt. Postea verò, diviso Francorum populo, in occidentalem, qui Galliam nunc obtinet, & orientalem, qui Germaniam, sive Alemaniam tenet (duo Francorum regna vocat Frisingensis) cum populus Francorum orientalis eligendo sibi Reges facere cœpisset (nam &
41. ad id tempus Francorum Regum successio quasi agnatica, non tam à jure certo, quam à populi suffragiis pependerat) placuit populo Romano, quo certius præsidium haberet, Regem non proprium sibi sumere, sed eum, quem Germani fecissent, ita tamen, ut jus sibi aliquod retineret, probandæ, vel improbandæ electionis, quantum scil. ea res ad se pertinebat. Hæc quoque approbatio per Episcopum edici, & solemniter testata fieri peculiari coronatione solebat: quare ex electione septem Principum, qui Germaniæ corpus referunt, qui electus est, jus habet imperandi Germanis secundum eorum mores: ex approbatione verò populi Romani fit idem Rex, aut Imperator Romanus, aut, ut historici sæpè loquuntur, Rex Regni Italiæ: atq; eo titulo sub se habet quæcunq; populi Romani fuerunt, neq; pactionibus, aut derelicti occupatione, aut victo-
42. riæ jure, in aliorum populorum Imperium concesserunt. Unde illud quoque intelligi facile potest, quo jure Episcopus Romanus, vacante Imperio, investituras tribuat feudorum Imperii Romani, (*exempla vide apud Bodin. de Republ. lib. 1. cap. 9. pag. 217.*) quia scilicet in populo Romano, tali tempore libero, primas ob-
43. tinet. Solent autem quæ sunt corporis alicujus, per primam personam, corporis nomine, expediri. Neque verò malè Cynus, & Raynerius tradidere, si Imperator Romanus, morbo aut captivitate, impediretur fungi Imperio, posse ei vi-
44 carium dari ab ipso populo Romano. Hæc Grotius pro Pontifice, & Romanis in præjudicium Germanorum, quod mirari liceat, effundit: cum tamen ejusdem

tractatus

tractatus (*libr.* 1. *cap.* 3. *num.* 13.) clarè docuerit, Francos Imperium in urbem Romam à populo Romano accepisse. Nos, ut veritas clarius effulgeat, discursum in distincta capita distribuemus. *Primo*, certum ex jure & ratione est, ea, quæ facti sunt, non præsumi, sed probari debere: qua in classe, cum mutatio aut translatio Imperii Romani contineatur, eam alleganti, probatio incumbit. Probationem autem mutationis, vel translationis hujus, à variis variè; non heri aut nudius tertius, sed jamdudum factam, Grotio quis credat incognitam, qui plura cognita habuit quam centum alii. Ergò præsupponendum est, eam non satisfecisse Grotio, quoniam certa documenta requirit. Si 45.
per documentum literas intelligit, quibus Romani testati sint, se Imperium abdicativè in Carolum, gentemque illius, transtulisse, nullum habemus. In 46
contrarium faciunt, præsumtio, qua quis suum jactare non creditur; facit titulus, quo Carolus innuere voluit, se, ut Dominum & Regem, Francis atque Longobardis imperare; Romanorum autem Imperium gubernare (quod & Ludovici II. literæ ad Michaëlem Constantinopolitanum scriptæ, apud Baronium anno DCCCC. LXXI. habent, à Romanis se gentem, & urbem, divinitus gubernandam suscepisse) titulo Imperatoris Augusti. Quantum autem inter Dominum & Gubernatorem, vel tutorem (nam etiam hoc vocabulo Carolus in exordio testamenti sui utitur, & Johannes XXII. Papa in bulla, qua Ludovico Bavaro Imperatori Imperium abdicatur, (*apud Goldast. in stat. & rescript. Imper. pag.* 98.) dicit, rem Romanam Carolo M. in fidem atque tutelam commissam) intersit, non indiget probatione. Atque sub hoc titu- 47
lo Carolus, toto regni sui tempore, non quicquam duxit antiquius, quam ut urbs Roma, sua opera suoque labore, veteri polleret autoritate (*teste Eginhardo de vita & gest. Caroli Magni pag.* 11. *apud Reuber. tom.* 1. *veter. Scriptor.*) Ipsi 48.
quoque Romani, illis temporibus, quæ prætensam translationem in Francos, vel Germanos secuta sunt, variis actionibus demonstrarunt, se liberos mansisse, & Imperium adhuc conferre cui vellent, adimereque posse. Libertatis Romanæ, inter alia, non levia documenta sunt, renovatio Senatus, Patricii, Tribuni, Consulis. Quanquam enim nonnunquam sinē his ad tempus fuerunt, prima tamen occasione oblata non cessarunt redintegrare singula. (*v. Anton. Marcell. de Iur. secul Pontif. c.*11. *p.*100. *& seqq. Mutius l.*24. *Chron. Germ. apud Pistor. tom* 2. *Germ. Script. p.*243.) Et quidem in specie Senatum quod 49
attinet, adiri potest Otho Frisingensis (*Chron. lib* 7. *c.* 27. *& lib.* 2. *de gest. Friderici I. cap.*21. *Spigel. in schol. ad lib.*10. *Ligur. apud Reuber. tom. un. vet. Script. p* 432.) Tempore Ludovici Imp. magnam adhuc Senatus autoritatem fuisse, inde conjicimus, quod anno DCCC. LXXXII. Senatus, auditis Imperatoris querelis, Adelgisum, tyrannum atque hostem Reipubl. declaraverit, (*Frising. l.*6. *Chron. c.* 4. *Regino l.*2. *Chron. apud Pistor. tom.* 1. *illustr. vet. Script. p.* 53.) Senatoribus 50.
quos antea instituerant Patricium adjiciunt, (*ait Frising. lib.*7. *Chronic. cap.* 31.)

atque ad hanc dignitatem Iordanem, Petri Leonis filium, eligentes, omnes ei,
tanquam Principi, ſubjiciuntur. Deinde Pontificem ſuum (qui erat Lucius)
adeunt, ac omnia regalia ejus, tam in urbe, quam extra poſita, ad jus Patricii
ſui repoſcunt. Alexander autem Pontifex, poſtquam Venetiis, ubi Impe-
ratoris Friderici collum pede preſſerat, Romam rediiſſet, imperioſiorem lon-
ge erga Romanos oſtendit animum. Primum igitur cupiens Romæ habere
omnem poteſtatem, agere cœpit de abrogandis Conſulibus, quod in totum
ſemel fieri non erat poſſibile, ſine magno populi motu. (*Mutius libr.* 18. *Ger-*
51. *man. Chron. apud Piſtor. tom.* 2. *German. Scriptor. pag.* 183.) De Jacobo Lau-
rentii in Tribunum Romanum electo, Albertus Argentinenſis (*in Chron. a-*
pud Vrſtiſium tom. 2. *German. hiſtor. pag.* 140. & 142.) multa annotavit, & inter
alia etiam, quod ad Pontificem ſcripſerit: Cum antiquitus Romani habue-
rint patricios, ſenatores, præfectos, tribunos, & multos officiatos, non ſe vi-
52. dere, quis iisdem inhibuerit, tales hodie quoque habere. De jure eligendi
Imperatorem, ſi quæſtio moveatur, an Romani, Carolum M. Imperatorem
Auguſtum nominando, hac acclamatione illo ſe abdicare voluerint, quis eſt
qui affirmativè audeat reſpondere? Sanè verba, quibus uſi, nihil tale innuunt,
& voluntatis ſubſecuta declaratio plane contrarium docet. Otho Friſingenſis
53. (*Chron. libr.* 7. *cap.* 22.) refert, defuncto Lothario Imp. nonnullos Principes
Confluentiæ Conradum Imper. Henrici ſororium, præſente Theoduino Epi-
ſcopo Cardinali, ac ſanctæ Eccleſiæ legato, ſummi Pontificis, ac totius Ro-
54. mani populi, urbiumque Italiæ aſſenſum promittente, Regem creaſſe. Por-
rò idem Friſingenſis (*libr.* 2. *de geſtis Friderici I. cap.* 22.) diſertè ſcribit, Ro-
manum populum, cum Senatoribus ſuis, in Capitolio conſiſtentem, audien-
do Fridericum Imperatorem ſine ſua adſtipulatione coronam Imperii acce-
piſſe, in furorem verſum, atque cum magno impetu Tyberim tranſiiſſe, ac
juxta Eccleſiam B. Petri procurrendo, quosdam ex ſtratoribus Imperatoris,
55. qui remanſerant, in ipſa ſacroſancta Eccleſia, necare non timuiſſe. Quoties
Romæ de Imperio in Græcum, Gallum, aliosque conferendo, actum fuerit,
tacitus prætervehor, & lectorem remitto ad Godefridum monachum (*in an-*
nal. apud Freher. tom. I. *German rer. Scriptor. pag.* 243.) Mutium (*d. lib.* 18. *Ger-*
man. Chron. pag. 153. *lib.* 9. *p.* 68. *ac lib.* 22. *p.* 204.) Spigelium (*in Schol. ad lib.* 7.
56. *Ligur. apud Reuber. tom.* 1 *pag.* 380.) Non autem ſolum de hac re Romæ cogi-
tatum, ſed etiam in effectum cogitata fuiſſe deducta, exemplis Guidonis, &
Lamperti (*Regino lib.* 2. *Chron. apud Piſtor. tom* 1. *illuſtr. veter. Scriptor. pag.* 69.
Friſingenſis lib. 6. *Chronicor cap.* 12.) Berengariorum, Hugonis & reliquorum
ab Italis creatorum, poſt Carolum Craſſum, tempore Arnolphi & ſubſequen-
ti ævo docemur. (*Friſingenſ. d. lib.* 6. *cap.* 22. *Godefridus Viterbienſis Chronic.*
parte 20. *apud Piſtor. tom.* 2. *illuſtr. veter. Scriptor. Germ. pag.* 544. *Azorius inſtit.*
moral. part. 2. *lib.* 10. *cap.* 9. *pag.* 1060.) Nil aliud quoque ſpirant literæ Lauren-
tii Tri-

tii Tribuni (ita eum nominat Albertus Argentinensis) (*in Chron. apud Vrstis.* 57.
tom. 2. German. histor. pag. 142.) vel Nicolai Tribuni (ut alii eum appellant) vel, ut habet Machiavellus (*lib. 1. delle historie Florentine pag.* 50.) Nicolo di Lorenzo, Cancelliere in Campidoglio, quibus Ludovicum Bavarum & Carolum IV. de Imperio contendentes, aliosque Romam vocavit. Tenorem earundem legimus apud Nauclerum (*generat. XLV. & Mutium German. Chronic. lib.* 24. *tom.* 2. *German. Scriptor. Pistorii p.* 243.) hisce verbis.

Ad honorem & gloriam summi Dei, Patris, & Filii, & Spiritus Sancti, BB. Apostolorum, Petri & Pauli, S. Johannis Baptistæ, in cujus sacratissimo templo militarem accepimus gloriam) nec non ad reverentiam & honorem sanctæ Romanæ urbis, sacræ Italiæ, & totius fidei Christianæ. Nos candidus Spiritus Sancti miles, Nicolaus, severus & clemens Liberator Urbis, Zelator Italiæ, Tribunus Augustus, volentes & desiderantes donum Spiritus Sancti, & liberatores antiquos Romanos Principes, quantum nobis permittitur, imitari: Notum facimus universis, quod quidem à nobis, post assumtum Tribunatus officium, Romanus populus, de consilio omnium & singulorum judicium, sapientum, & advocatorum urbis, recognovit, se adhuc illam habere autoritatem, potestatemque, atque jurisdictionem in toto orbe terrarum, quam habuit in principio, & summo augmento urbis præfatæ; & omnia privilegia, facta in præjudicium autoritatis & potestatis, & jurisdictionis hujusmodi, ad se revocavit expresse. Nos igitur autoritatem, potestatem, & jurisdictionem antiquam, nobis concessam à populo Romano, in publico Parlamento, & nuper à Domino nostro summo Pontifice, ut patet per Apostolicas bullas ejus, ne videamur de dono & Spiritus Sancti gratia, & sacri Romani populi favoribus ingrati, jure & forma, quibus melius possumus & debemus, decernimus & declaramus, & pronunciamus, Romanam urbem, caput orbis, & fundamentum totius fidei Christianæ, ac omnes & singulas civitates Italiæ liberas esse censemus; Et ex nunc omnes præfatos populos, ac cives civitatum Italiæ, facimus, declaramus, & pronunciamus, cives esse Romanos, quos & Romana libertate volumus gaudere. Eadem autoritate & gratia Dei & Spiritus Sancti, ac Romani populi, dicimus, profitemur, ac etiam declaramus, Romanum Imperium, jurisdictionem, ac etiam Monarchiam totius sacri Imperii ad ipsam almam urbem, ac ejus populum, necnon ad universam Italiam pertinere, & easdem fore legitimè devolutas, multis rationibus & causis, quas suo loco & tempore declarari faciemus; dantes & præfigentes in his scriptis omnibus & singulis Prælatis, Imperatoribus electis, Electoribus, Regibus, Ducibus, Principibus, Comitibus, Marchionibus, Populis, Universitatibus, & quibuscunque aliis in genere & in specie, cujuscunque Provinciæ, status, & conditionis existant, & contradicere volentibus seu in electione præfata, ac ipso Imperio, Jurisdictionem, potestatem, & autorita-

tem prætendentibus quoquo modo, terminum hunc ad festum Pentecostes proximè futurum, ita quod infra prædictum terminum in ipsa alma urbe, & sacrosancta Laterana Ecclesia, coram nobis, & aliis officialibus Domini nostri Papæ, & Romani populi, debeant cum eorum juribus comparere: alioquin à dicto termino in antea procedetur, prout de jure fuerit procedendum, & nihilominus ad prædicta omnia in specie citari facimus illustres Principes, Ludovicum Ducem Bavariæ, & Carolum Regem Bohemiæ, qui se asserunt Imperatores ad Imperium electos, Ducem Saxoniæ, Marchionem Brandenburgensem. Archiepiscopos Moguntinensem, Trevirensem, & Coloniensem, qui in dictis termino & loco, comparere debent, coram nobis & aliis Romani populi officialibus, personaliter, alioquin in eorum contumaciam procedemus, eorum absentia non obstante.

58. Cæterum, communis hucusq; fuit opinio, Carolum Magnum non personale aliquod jus in Imperium Romanum nactum, quod morte illius expirare debuerit, nec jus aliquod familiæ tantum suæ hereditarium, verum illud in Francos, sive Germanos, ut proprium, perpetuum & hereditarium, transla-
59. tum fuisse. Phrasi quidem, verbisque variant autores, re autem conveniunt. ad Francos derivatum (*Otho Frisingensis Chron. libr. 5. cap. 31.*) translatum (*d. lib. 5. cap. 32. & 36.*) à Græcis translatum in Germanos (*Innocent. III. in c. venerabilem, de election. Clemens V. in sua Clement. 1. de jurejur. Martinus Polonus in Chron. ad annum 751. pag. 136. Theodor. Bibliander in tempor. supputat. tabula XI. pag. 171.*) in Germanos transfusum (*Fridericus I. Imper. ad legatos Romanorum, apud Frisingens. de gestis hujus Frider. lib. 2 cap. 21.*) Regno Francorum adjectum (*ex Nithardo Lebeman. Chron. Spir. lib. 2. cap. 46. p. 200 b*) Germanorum regno annexum atque subjectum (*ex Trithemio Lebeman. d. lib. 2. cap. 46. p. 206.*)
60. Carolus M. de Imperio, consilio Procerum, tanquam de re propria nationis suæ, disposuit, ac Ludovicum filium, eorundem assensu (Romanis neq; vocatis, neque scientibus, utpote quorum nullæ hic partes essent) non solum in consortium Imperii adscivit (*Fauchet aux fleurs de la maison de Charlemagne edit. Paris. in 8. anno 1601. livr. 2. chap. 16. fol. 166. b.*) sed etiam, ut coronam su-
61. per altare positam, propria capiti suo imponeret manu, admonuit. Putat quidem Baronius (*tom. 9. annal. Ecclesiast. ad annum 806. n. 46. p. 535.*) Carolum, si Imperium hereditarium existimasset, & non potius Romani Pontificis arbitrio electivum, de eo quoque in testamento suo mentionem fuisse facturum,
62. tanquam de quo antea omnia esset ipsi testandum: hoc cum non fecerit, videri eum sub dispositione Pontificis reliquisse, ut illud, cui vellet, daret. Sed Baronius ipsemet (*d. tom. ad ann. DCCC. XIII.*) non ignoravit, Carolum facto ipso
63. declarasse, dispositionem hanc ad se pertinere, non ad Pontificem: unde hariolatio prior corruat necesse est. In testamento quidem, quod pro Carolino venditatur, de Imperio exactè dispositum non reperitur; sed si hoc pro certæ fidei instru-

inſtrumento haberi debet, alia omninò ratio ſilentio, hac in parte, aſſignanda
eſt, quam illa Baroniana; quoniam facto ipſo excluſo. Fortaſſis ea de re ſolus, 64.
ſuo pro arbitrio, teſtamento diſponere voluit Carolus, quam ſciebat rectius con-
ſenſu Procerum nationis ſuæ conferri. Fortaſſis voluit ejus collationem differre 65.
(quod variis ex cauſis fieri potuit, (*Arniſ. de ſubject. & exempt. Cler. c.7. n.27. p.187*)
in aliud, vel etiam in extremum tempus, quorſum inclinare video Rivetũ (*part.
1. des remarques ſur la reſponſe au myſtere d'iniquite ſect. 26. n. 58.*) Sed poſito, veram 66.
nos cauſam latére, quare eo teſtamento non exactè voluerit hac de re decerne-
re; vel ex ipſis tamen tabulis illis perſpicere eſt, hereditarium jus Caroli in res
Imperii: diſerta enim verba ſunt, hujus à Deo conſervandi regni, vel Imperii no-
ſtri, heredes relinquere. (*Conring. de German. Imper. Romano cap.7. p.45.*) Ludo- 67.
vicus quoq; Romanis inconſultis, Lotharium, primogenitum ſuum, coronavit,
& nominis atq; Imperii ſui ſocium conſtituit, (*ut patet ex annal. Francicis Godefridi
Viterbienſis Chron. part. 17. apud Piſtor. tom.2. Germ. Scriptor. p.462. Fauchet. d. tr.
livr.3. ch.4. fol.194.b. Leheman. d. lib.12. Chron. cap.46. p 199.*) Nec minus Lotha- 68.
rius, Ludovico filio ſuo primogenito, Italiam & Latium, urbisque Romanæ jus,
ut habet Mutius (*Germ. Chron. l.11. p.81.*) vel ut ſcribit Viterbien. (*d.l. p.463.*) Ita-
liam cum nomine Imperatoris, aſſignavit, ubi iterum de Romanorum conſenſu
nihil ab autoribus refertur. Ludovico mortuo, cum liberis deſtitueretur, Im- 69.
perium jure pertinebat ad Ludovicum Germaniæ Regem, tanquam fratrem
majorem natu Lotharii Imp. patris Ludovici demortui. (*Leheman. d. lib.2. cap.
46. pag.201. a.*) vel ad Carolomannum, filium Ludovici Germani, quem Impe-
rii heredem ſcripſerat Ludovicus, ſine liberis decedens (*ut Autor appendicis Eu-
tropianæ memorial. Conring. d. c.7. p.46.*) Verum Carolus Calvus, Rex Franciæ 70.
occidentalis, frater Ludovici Germani, minor natu, quo ipſe, excluſo fratre ma-
jore, ad Imperium perveniret, jus familiæ labefactavit, dum à Romano Ponti-
fice petiit, & obtinuit Imperium. Quod armis poſtea vindicare tentavit Lu-
dovicus, ſed morte præventus. Carolomannus filius verò rem cœptam eò 71.
perduxit, ut ope eorum, qui partibus ejus favebant, Romani optimates ſacra-
mento ei fidelitatem jurare coacti fuerint. (*Leheman. d.l. p.200.*) Nihilominus 72.
tamen his turbis Romani Pontificis autoritas cœpit excreſcere, & hereditaria
ſucceſſio in Imperium non uno modo imminui, vel coarctari. Carolomanno
enim mortuo, frater ejuſdem, Carolus Craſſus, Romam profectus, ibi Impe-
rator creatus fuit: at cum poſtea corpore & animo æger, Imperio præeſſe non
poſſet, Arnolphus, Carolomanni filius, ei ſurrogatus fuit; & eo perventum, ut
ſingulæ provinciæ ſingulos Reges creare amaverint; atque ab hoc tempore ad 73.
Othonem I. Imp. usque, in Imperio confuſe regnatum fuerit. (*Viterbienſis d.
part. Chron. 17. p 468.*) Idem docens Joh. Trithemius (*in Ch. monaſt. Hirſaug. p. 74
29.*) ait, poſt mortem Arnolphi, Imperium confunditur, dolentibus Romanis,
atque univerſis Italiæ populis, quod in Germaniam translatum eſſet; Quamob-
rem

rem nec à Romanis, nec à summo Pontifice deinceps insigniti sunt Germanici Imperatores, usque ad primum Othonem. Verum, cum, ut hactenus ex variis autoribus demonstravimus, Imperium erat in Germanos translatum, dolor ille Romanorum, nationi nostræ non potuit jus semel acquisitum intervertere.
75. Unde fit, ut quotquot post Carolum Crassum, vel Arnolphum (secundum illos, qui eum adhuc in catalogum Imperatorum referunt) usque ad Othonem, in ista confusione regnaverunt, non Imperatores & Augustos, sed invasores, & angustos appellari consueverint, (*Frising. lib. 6. Chron. cap.* 13.)

76. *Præterea*, quod populus Romanus in Carolum M. transtulit Imperium, non pura donatio fuit, sed remuneratio, cujus generis sunt irrevocabiles. (*l. si pater* 34. §. 1. *ff. de donat. Bocer. in tract. de donat. cap.* 13. *num.* 26.) & si eadem operæ, quam Carolus, & antecessores ejus Romanis præstiterunt, æquivalens esse debeat, translationem factam, præsumendum dicendumque erit, (*arg. d. l. si pater* 34. §. 1. *ff. de donat. l. metum* 9. §. 1. *ff. quod metus causa.*)

77. *Tertiò*, jure belli, & transactionis cum Cæsaribus Constantinop. factæ, Carolus Magnus idem jus (nisi quid expresse exceptum) in Romanum Imperium nactus est, quod Constantinopolitani habuerunt: Hoc autem hereditarium, nec ullo modo à Pontificum populi Romani consensu suspensum, (*Conring. d. c.* 7. *p.* 44. & 45.) aut ad placitum revocationi obnoxium fuit. Quanquam & si huic obnoxium fuisset, ex titulo tamen, de quo modo diximus, Caroli conditio pinguior facta fuisset.

78. *Quartò*, posito nunc, Imperium Carolina stirpe extincta, Romanos ad se revocasse, jure tamen id minimè fieri potuisse, inde cognoscitur, quia Imperium non in Carolum ejusque posteros solos, sed in totam Germanorum gentem, ut supra testimoniis firmavimus, translatum fuerat. Sed nec satis diù
79. quoque, nec quietè, nec impunè usurparunt hoc Imperium Romani. Otho enim quem Magnum dicimus, ex Saxonico gente oriundus, illud iterum ad Teutonicos Francos orientales reduxit; vel ut Spigelius loquitur (*in not. ad lib.* 8. *Ligur. apud Reuber. tom.* 1. *veter. Scriptor. pag.* 3 7.) Imperium quod exteræ nationes ad se trahere conabantur, potenti manu apud Germanos retinuit. Nec enim à Francis tunc sublatum, sed ecclipsin tantum passum, quamdiu tot, & tam diversi invasores Imperium confuse tenuerunt, (*Viterbiensis d. parte* 17.
80. *Chron. pag.* 477.) Plane, sive ex primo per Carolum M. acquisito jure, sive novo, vel belli vel consensus Romanorum, (nam variant in hoc Autores) Otho noster Imperium acceperit, ita tamen accepit, ut illud hucusque apud
81. Germanos permanserit. Habuit autem ipse hoc pro hereditario, quale etiam Caroli tempore fuerat; non hereditarium verò tantum familiæ Othonis
82. fuit, sed Germaniæ proprium. Etenim omnia Othonis, Reipublicæ Germanicæ fuerunt, ut cujus populi nomine & sanguine Italiæ Regnum occupavit, & Romam à tyrannide Berengarii vindicavit, atque imposterum defendendam

dam suscepit; unde à Pontifice & populo Romano nomine Imperatoris mactatus.

Quintò, electio Romanorum Regis vel Imperatoris apud Germanos ita hactenus fuit, & est, ut Romæ caput, non interrupto usu, septingentos præterpropter per annos dederit Germania, non autem ab illa acceperit, nec accipiat. Quod argumentum satis firmum videtur, Imperium apud Romanos non mansisse, nec esse. Non hic disputationi fenestram aperio, quo tempore, & à quo collegium Electorale fuerit institutum, nec, an Germani electionem Regis Romani iure belli sibi acquisiverint, an Romani Pontificis & populi translatione? hoc tantum perpendi velim, Germanos, non alieno nomine hoc ius eligendi exercuisse, & exercere, sed proprio, ut notissimum. Nec movere quenquam debet, longo usu observatum, neminem Imperatoris nomen facile usurpasse, nisi post coronationem Rmanam (quam indicem approbationis electionis Germanorum alii nominant) Imperiique & Regni annos distinctim numeratos, hujus, à tempore electionis Germanicæ, illius, à tempore coronationis Romanæ. Non inquam, movere hæc quenquam debent, quoniam alia nominis, alia potestatis ratio est. De potestate certi sumus, ante Hildebrandi P. M. (qui Gregorius VII. dictus fuit) motus, in Germanica pariter ac Romana Curia & apud urbis populum, creditum, ad Cæsarea iura consequenda satis esse electionem Germaniæ ordinum. Postea quidem consensum suum urserunt Papæ, Germania tamen nunquam non reclamavit. Quod autem à nomine Imperatoris abstinuerunt in Germania electi Reges, id commune ipsis fuit cum omnibus inungi tum solitis. Omnibus enim illis solemne fuit, titulos suos ordiri à tempore sanctæ inunctionis, utut nemo non regnorum Imperiorumque iura interim ad se pertinere crediderit. (*qua de re videri potest Conring. d. tr. c.* 10. *p.* 84. *& seq.*)

Nec, *sextò*, silentio involvi debet, tanquam hanc ad quæstionem apprime faciens, oratio legatorum Romanorum ad Fridericum I. & eiusdem ad eandm responsio, quarum utraque legitur apud Othonem Frisingensem (*de gestis Frider. I. lib.* 2. *c.* 21.) Vrbis legati, nos (inquiunt illi,) urbis non parvum momentum, Rex optime, ad tuam à S. P. Q. R. destinati sumus excellentiam: Audi serena mente, benignis auribus, quæ tibi ab alma orbis domina deferuntur urbe, cuius in proximo, adjuvante Deo, futurus es Princeps, Imperator & Dominus: Pacificus si venisti, imo quia, ut arbitror, venisti, gaudeo: orbis imperium affectas, coronam præbitura gratanter assurgo, iocanter occurro. Cur enim suum usitaturus populum non pacifice adveniret, non gloriosa munificentia respiceret, qui indebitum Clericorum excussurus iugum, ipsius magna ac diutina expectatione præstolatus est adventum? Revertantur, opto, pristina tempora, rogo, inclytæ urbis privilegia: orbis urbs sub hoc Principe recipiat gubernacula, refrænetur hoc Imperatore, ac

 ad ur-

ad urbis reducatur monarchiam orbis insolentia. Tali rector, Augusti sicut nomine, sic induatur & gloria. Scis, quod urbs Roma, ex Senatoriæ dignitatis sapientia, ac equestris ordinis virtute, & disciplina, à mari usque ad mare palmites non solum ad terminos orbis dilatavit, quin etiam insulas extra orbem positas orbi adiiciens, principatus illic propagines propagavit. Non illos procellosi fluctus æquorum, non hos scopulosæ & inaccessibiles rupes Alpium tueri poterant, Romana virtus indomita cuncta perdomuit. Sed exigentibus peccatis, longe positis à nobis Principibus nostris, nobili illo antiquitatis insigni, Senatum loquor, ex inerti quorundam desidia neglectui dato, dormitante prudentia, vires quoque minui necesse fuit. Assurrexi, tuæ, ac Divæ Reipub. profuturum gloriæ, ad Sacrum Sanctum urbis Senatum, Equestremque ordinem instaurandum, quatenus hujus consiliis, illius armis, Romano Imperio, tuæque personæ antiqua redeat magnificentia: numquid hoc placere non debet tuæ Nobilitati? Nonne etiam remunerabile iudicabitur tam insigne facinus, tamque tuæ competens autoritati: Audi ergo, Princeps, patienter & clementer, pauca de tua, ac mea justitia, prius tamen de tua quam de mea: etenim à Iove Principium. Hospes eras, civem feci; advena fuisti ex transalpinis partibus, Principem constitui; quod meum jure fuit, tibi dedi. Debes itaque primo ad observandas meas bonas consuetudines, legesque antiquas, mihi ab antecessoribus tuis Imperatoribus, idoneis instrumentis firmatas, ne barbarorum violentur rabie, securitatem præbere: officialibus meis, à quibus tibi in Capitolio acclamandum erit, usque ad quinque millia librarum expensam dare: injuriam à republica, etiam usque ad effusionem sanguinis, propellere, & hæc omnia privilegiis
87. munire, sacramentique interpositione propria manu confirmare. Ad hæc Rex, tam superbo, quam inusitato orationis tenore, iusta indignatione inflammatus, cursum verborum illorum, de suæ Reipub. ac Imperii iustitia, more Italico longa continuatione periodorumque circuitibus sermonem producturum, interrupit, & cum corporis modestia, orisque venustate, regalem servans animum, ex improviso, non improvise, respondit: Multa de Romanorum sapientia, seu fortitudine, hactenus audivimus, magis tamen de sapientia: quare satis mirari non possumus, quod verba vestra, plus arrogantiæ tumore insipida, quam sale sapientiæ condita sentimus. Antiquam tuæ proponis urbis nobilitatem, divæ tuæ Reipublicæ veterem statum ad sidera sustollis: agnosco, & ut tui scriptoris verbis utar, fuit, fuit quondam in hac republica virtus; quondam, dico, atque ô utinam tam veraciter, quam libenter, nunc dicere possemus. Sensit Roma tua, imo & nostra, vicissitudines rerum sola evadere non potuit, æterna lege, ab auctore omnium sancitam, cunctis sublunari globo degentibus, sortem. Quid dicam? clarum est, qualiter primo nobilitatis tuæ robur ab hac

nostra

nostra urbe translatum sit ad Orientis urbem regiam, & per annorum curricula ubera deliciarum tuarum Græculus esuriens suxerit. Supervenit Francus, vere nomine & re nobilis, eamque quæ adhuc in te residua fuit, ingenuitatem fortiter eripuit. Vis cognoscere antiquam tuæ Romæ gloriam, Senatoriæ dignitatis gravitatem, tabernaculorum dispositionem, Equestris ordinis virtutem, & disciplinam, ad conflictum procedentis intemeratam ac indomitam audaciam? nostram intuere Rempub. penes nos cuncta hæc sunt, ad nos simul omnia hæc cum Imperio dimanarunt. Non cessit nobis nudum Imperium, virtute sua amictum venit, ornamenta sua secum traxit. Penes nos sunt Consules tui, penes nos est Senatus tuus, penes nos est miles tuus. Proceres Francorum ipsi te consilio regere, Equites Francorum ipsi tuam ferro injuriam propellere debebunt. Gloriaris, me per te vocatum esse, me per te primo civem, post Principem factum, quod tuum erat à te suscepisse: quæ dicti novitas, quam ratione absona, quam veritate vacua sit, æstimationi tuæ, prudentumque relinquatur arbitrio. Revolvamus modernorum Imperatorum gesta, si non divi nostri Principes, Carolus & Otho, nullius beneficio traditam, sed virtute expugnatam, Græcis, seu Longobardis, urbem, cum Italia, eripuerint, Francorumque apposuerint terminis. Docet hæc Desiderius, & Berengarius, tyranni tui, in quibus gloriabaris, quibus tanquam Principibus innitebaris. Eos, à Francis nostris, non solum subactos & captos fuisse, vera relatione didicimus. Cineres ipsorum, apud nos reconditi, evidentissimum hujus rei repræsentant indicium. Sed dicis, vocatione mea venisti, fateor, vocatus fui, redde causam quare vocatus fuerim: ab hostibus pulsabaris, nec propria manu, Græcorumve mollitie liberari poteras, Francorum virtus invitatione adscita est. Implorasti misera felicem, debilis fortem, invalida validum, anxia securum. Eo tenore vocatus, si vocatio dicenda est, veni, Principem tuum, militem meum feci, teque deinceps, usque in præsentiarum, in meam ditionem transfudi: legitimus possessor sum; eripiat quis, si potest, clavem de manu Herculis &c.

Septimò, dato, non concesso, Romanis aliquid juris in Imperium reliquum fuisse: postquam vero Imperatoribus, non electis modo, sed etiam coronatis, toties rebelles facti, hostilia arma opposuerunt, & in necem ipsorum conjurarunt, quis est qui dubitet, eos omne jus suum perdidisse? Rebelliones autem conatusque hostiles singulatim recensere, longum nimis foret ac tædiosum; ad historicos lectorem remitto, præsertim ad Othonem Frisingensem (*Chron. lib. 6. c. 24. & lib. 2. de gestis Friderici c. 22.*) Othonem de S. Blasio (*in append. ad lib. 7. Chron. Othonis Frisingens. c. 20. &c.*) De pœna vero rebellionis, quæ etiam est libertatis atque privilegiorum amissio, videri potest ad casum nostrum Bartolus (*ad l. hostes ff. de captivis & postlim. reversis, col. 1.*) & Baldus (*in c. sicut n. 6. extr. de iureiur.*) 88.

89. *Octavò*, ex ſuperabundanti addi & hoc poteſt, quod phraſis in receſſibus & actis Imperii uſitata, das Heilige Reich Teutſcher Nation/ (*R. A. de anno* 1532. *p.* 229. Reichs A. *de anno* 1541. *p.* 249.) non admittat credere, Imperium Romanum amplius apud Romanos eſſe.

90. Ad ea, quæ in contrarium ſuperius adducta ſunt, reſponderi poteſt, I. Nemo præſumitur ſuum jactare, hoc eſt, (*ut lex l. cum de indebito* 25. *in pr. ff. de probat. & præſumpt. unde hoc axioma à Dd. petitum. diſcimus*) nemo præſumitur indebitum ſolvere. At Romani in Carolum transferentes Imperium, non indebitum, ſed debitum remuneratorium ſolverunt, quod genus quoddam permutationis (*l. ſed & ſi* 25. §. *conſuluit* 11. *ff. de hered. petit.*) vel merces eximii laboris (*l. ſi pater* 34. §. 1. *ff. de donat.*) aut pretium officii dicitur. Vt autem proportio in remuneratione, (æque ut in permutatione, vel mercede & opera, pretio; &c.) inter præſtitum officium, & quod eius cauſa ex gratitudinis legere rependitur, niſi forte conditio remunerationis nimis curta obſtet, obſervetur, natura ipſa & æquitate docemur. Quod ſi vero ius belli, Carolo Magno vel etiam Othoni I. & aliis horum ſucceſſoribus, pro titulo fuiſſe ponamus, non ex voluntate populi, ſed ex victoris mente translationem, vel acquiſitionem, metiamur conveniens eſt. Quod ſi denique rebelliones varias Romanorum ponderamus, iure ſuo illos cecidiſſe, dubitandum non eſt.

91. II. Quod Carolus Magnus Romanos, æque ac Francos, & cæteros, ſubjectos habuerit, patet ex capitulat. Francorum (*lib.* 6. *c.* 81.) ibi, *volumus, atque præcipimus, ut omnes ditioni noſtræ, Deo auxiliante ſubjecti, tam Romani, quam Franci, Alemanni, Boioarij, Saxones, &c. cæterique nobis ſubjecti omnes.* Gubernavit Imperium Romanum ut Imperator, ergo iisdem hoc titulo imperavit: Imperavit itidem Francis, atque Longobardis, ut eorum Rex, quæ duo in effe-

92. ctu conveniunt. Quod autem Carolo Magno res Romana in fidem, & tutelam commiſſa fuiſſe dicitur, id de tutela perpetua, & non ad certos annos reſtricta, ac de illa intelligendum eſt, quæ de quolibet ſummo Principe enunciatur, ac eo ſenſu, quo Reges, & Principes, tutores populi dicuntur. (*Hotto-*

93. *mannus illuſtr. quæſt.* 1. *p. m.* 10.) III. Quod Carolus in eo fuerit occupatus, ut ſuo labore urbs Roma veteri polleret autoritate, non imminuit poteſtatem, quam in eam habuit. Voluit eam, inter cæteras Imperii, & Regnorum ſuorum autoritate primam eſſe, & caput Imperii, ſed non liberam ab imperio ſuo, gentisque ſuæ. Noluit quoque eam jus deſignandi Imperatorem, ut antiquo tempore habuit, habere; ſibi enim ſucceſſorem legit, ut ſupra diximus.

94. IV. Quod S. P. Q. R. attinet, iamdudum pro vera habita Gallica illa literarum interpretatio, Si Peu Que Rien. Nullus quidem dubito, tempore Caroli, & ſubſequentium Imperatorum, adhuc non parvum Senatus fuiſſe ſplendorem, minime tamen eius poteſtatis, ut de Imperio, poſtquam apud Carolum, & Francos, ſive Germanos erat, ullum ipſi ſtatuendi ius ſuperfuerit.

rit. Subſequentium temporum hiſtoria docet, ab Imperatoribus Senatum conſtitutum, ordinatum, atque iis ſubiectum fuiſſe. Radevicus (*lib.* 2. *de ge-* 95.
ſtis Frider. I. *Imper. c.* 41. *apud Vrſtiſ. tom.* I. *German. hiſtor. pag.* 531.) indicat, Fridericum Imperatorem legatos Romam miſiſſe cum mandato, ut ea quæ cum populo Romano, ſeu ſtabiliendo Senatu, ſeu de recipiendo præfecto, agenda forent, terminarent. Godefridus monachus (*in annal. apud Freber. tom.* I. 96.
German. rer. Script. pag. 242.) hanc formulam, in quam Romani Friderico Imperatori jurarent, exhibet: *Iuraverunt præſentes, & iurabunt futuri Senatores, & totus populus Romanus Domino Friderico Imp. fidelitatem, & quod juvabunt eum coronam Imperii Romani retinere, & defendere contra omnes homines; & juſtitias ſuas, tam intra urbem, quam extra, iuvabunt eum retinere, & quod nunquam erunt tam in conſilio quam in facto, ubi Dominus Imperator mala captione capiatur, vel membrum perdat, vel aliquod detrimentum in perſona patiatur, & quod* SENATVM NON NISI PER EVM VEL PER NVNCIVM SVVM ORDINABVNT, *ſine fraude & malo ingenio. Dominus Imperator* CONFIRMABIT SENATVM PERPETVO, *in eo vigore in quo nunc eſt, & augebit eum tali tenore, ut* SENATVS PER EVM ORDINETVR, ET EI SVBIECTVS FIAT &c. V. Quod populus Romanus 97.
Patricium Senatoribus adiecerit, hoc Otho Friſingenſis (*d. lib.* 7. *Chron.* 31.) inde ortum iudicat, quod nullas inſaniæ ſuæ metas ponere voluerit: Fuiſſe tamen tandem eo redactum, ut à Pontifice Eugenio pacem petere coactus fuerit: eam vero optinuiſſe hac lege, ut Patriciatus dignitatem reciperet; Senatores autem ex autoritate Pontificis teneret. Si fides adhibenda eſt Gratiano (*in can.* 23 *diſtinct.* 63.) à Leone VIII. conſtitutum fuit, Patricium non eligi debere, absque conſenſu Imperatoris. VI. Abrogationem Con- 98.
ſulum, quam directo tutum non fuit poſtulare, Alexander Pontifex per obliquum procuravit. Inter illum enim & Romanos ita convenit, ut Conſules Pontifici iurarent, ſe ſedi Pontificiæ fore fideles, & audientes per omnia, nihilque contra ſententiam Pontificis facturos, nec eligerentur ad conſulatum, niſi placerent Pontifici. Sic quidem (*inquit Mutius d. lib.* 19. *Chron. German. apud Piſtor. tom.* 2. *German. Scriptor. pag.* 158.) re fuerunt Conſules abrogati: quid enim aliud erant, quam ſervi Pontificis, nomine autem manſerunt. VII. 99.
Argumentum Iacobi Laurentii tribuni Romani, quo ad Pontificem uſus fuit, ab antiquo tempore ad ſuum, plusquam infirmum eſt: tempora enim mutantur, & cum illis libertates populorum, & ſervitutes quoque. VIII. Ita ſane ſe res habet, ut ex ſola acclamatione populi Carolo Ma- 100.
gno facta, nemo iudicare poſſit, iuri eligendi Imperatorem, populum ſe abdicaſſe: ſed ſi expendantur cætera, quæ ſupra adduxi, non obſcurum erit, populo Romano nullas hoc in negotio amplius partes eſſe, & ubi ad illud denuo manus admovere voluit, fruſtra ſemper, & incaſſum tandem laboraſſe. IX. Gotfridus Viterbienſis (*Chron. part.* 17. *apud Piſtor. tom.* 2. 101.

German. Script. pag. 511.) describens electionem Conradi III. præsentiam Deodevini, Portuensis Episcopi, Apostolicæ sedis legati, non tacuit, de promissione autem assensus Pontificis, atque Romani populi, &c. nihil meminit: quam tamen, si facta, ut Otho Frisingensis (*Chron. lib.* 7. *c.* 22.) narrat, credibile est eum expressurum. Non potuit enim eum hæc latere, cum fuerit Conradi III. Diaconus (*Lehemann. lib.* 5. *Chron. Spirens. cap.* 49. *pag.* 492.) aut, ut inscriptio ipsius Panthei, hoc est, Chron. libror. habet, notarius (hoc est, à scriniis) Regis Conradi III. Friderici & Henrici VI. Quicquid fuerit, si assensum pro applausu acceperimus, res sana erit, aut si strictæ significationi vocis inhærendum, Germanorum jus turbare non potest promissio alterius, spon-
102. te facta, nec expetita. X. Cum Fridericus I. coronabitur à Pontifice, pons, qui iuxta castrum Crescentii, ab urbe Leonina usque ad ingressum ipsius Romanæ urbis extenditur, à militibus Germanis propterea custoditus fuit, ne à furente populo celebritas hæc interrumperetur, (*Frisingens. d. lib.* 2. *de gest. Frider. c.* 22.) per populum ergo ipsum stetit, quo minus coronationi potuerit interesse: si quietus fuisset, non furens, nec tumultuosus, fuisset admissus ad spectaculum, & ad acclamationem: hæc enim in eiusmodi solemnitate eius partes esse solent, utpote subditorum, nullæ majores. Insultum, quem in Germanum militem tunc fecit, impune haud tulit: magna enim populi multitudo occisa, magna capta, reliquiæ fuga sibi consuluerunt: tandem petita ab Imperatore & Pontifice gratia, & obtenta, captivi dimissi sunt. (*Mutius German. Chron. lib.* 18. *apud Vrstis. tom.* 2. *German. Script. p.* 145. *Otho de S. Blasio in appendice ad lib.* 7. *Chron. Othon. Frising. c.* 7. *apud Vrstisium tom.* 1. *Germ. Scriptor.*
103. *p.* 199.) XI. Multa quidem Romæ de Imperio Germanis auferendo, præsertim à Pontifice (& adhuc Pauli IV. tempore, *Seld.* in seinem Rahtschlag von der Kaiser vnd Päpst Gewalt / *apud Goldast.* in politischen Reichshändlen *part.* 5. *n.* 3. *p.* 196.) cogitata fuisse constat, sed irritus fere semper fuit conatus, ut plerumq; solent esse illa, quæ injuste, sine congrua ratione, & sine viribus suscipiuntur. Quod Germani quidam Cæsares non voluerunt esse mancipia quorundam Pontificum, nec omnia ad nutum illorum implere sanguine, tentaruntilli Imperium Romanum Germanis eripere (*inquit Mutius lib.* 9. *Chronic.*
104. *German. apud Pistor. tom.* 2. *Germ. Scriptor. p.* 68.) Quanto odio Martin. II. Pontifex Germanos prosecutus fuerit, vel ex solo patet, quod optaverit sæpius, ciconia fieret, & Germani ranæ, quo eos commode devorare posset omnes (*Historia australis ad annum MCCLXXXIV. apud Freher. tom.* 1. *vet. Scriptor. Germ.*
105. *p.* 333.) Quando Bonifacius Papa, Albertum Imperatorem sede deturbare, & in eius locum, Valesianum, Galliæ Regis fratrem, evehere in animo habebat, Cardinales & Episcopi aliquot, dissuadentes conatum, nullo modo fieri posse affirmarunt, ut alius constitueretur Imperator, quam natus Germanus, atque illud

illud jus bellicosissimæ nationi extorqueri non posse (*Mutius lib.* 22. *Chron. German. p.* 204. (At quid miremur, Pontifices Germanis Imperium adimere 106.
voluisse, cum & cæteris plerisque nationibus quoque regna sua eripere subinde tentaverint, quando aut ubi illis visum: quod certe nimiæ arrogantiæ, aut dementiæ, emblema est. Nolo hic exempla cumulare, unicum modo addam, de eodem Bonifacio Papa, ut constet de terrestris Dei mutabiltate, & rerum novandarum studio. Postquam Bonifacius excommunicaverat 107.
Philippum, Regem Franciæ, coëgit synodum Romæ, misitque ex ea legatos ad Albertum Imperatorem in Germaniam, qui ei offerrent Regnum Galliæ, monerentque, ut duceret exercitum in Philippum: Albertus autem intelligens, iram Pontificis non diu duraturam, noluit exercitum tantis impensis conscribere, nec conscriptum ducere in Galliam, nisi Pontifex regnum illud hereditarium suis concederet, & confirmaret, quod Pontifex noluit facere (*Mutius d. lib.* 22. *p.* 205.) & sic vulpes vulpem delusit. Quid tempore Hen- 108.
ricorum III. & IV. Regum Galliæ, durante nefandissima Liga, Romanus Jupiter ausus fuerit, loquuntur historiæ: sed & alias satis notum, Vejovem illum sibi attribuere potestatem regna de gente in gentem transferendi: quod, quibus sana mens est, febricitantis inepto somnio adscribitur. XII. Quod 109.
Imperatores à Romanis aliunde quam ex Germanis assumtos enumerat, factum arguit, non jus, ut supra diximus: Sed hoc illud iterum tempore Othonis I. vicit, & correxit. Tria ergo tantum Romani Imperii tempora, ex quo Julius Cæsar rem populi vertit ad unum, Italorum, Græcorum, Germanorum, secundum legatum Cæsareum, in oratione pro coronatione Friderici Rom. Regis ad Nicolaum V. Papam. (*apud Freher. tom.* 2. *German. rer. Scriptor.*) considerari debent. Prætereundus autem (eodem monito- 110.
re) Berengarius, & alii, qui apud Longobardos imperitarunt: cum non tantum ditionis habuerint, tantumque juris, ut Imperatoriæ dignitatis debuerint titulis illustrati. Illustrati tamen hoc titulo de facto fuerunt, quod nec ipse quidem Otho I. negavit, in privilegio dato Ecclesiæ Patavinæ, pridie Nonas Julii, anno Domini D CCCC LXIII. (*extat apud Meibomium in additionibus ad Witichindi annal. p.* 123.) ubi Berengarium Imperatorem, prædecessorem suum nominat. Denique literæ Nicolai Tribuni adeo ineptæ sunt, ut 111.
responsionem non mereantur. Hæ literæ, inquit Mutius (*lib.* 24. *Chron. Germ. pag.* 244.) ubi pervenerunt in Germaniam ad Principes, contemtæ sunt ab omnibus. Nec Romæ diu manere potuit ille tribunus. Pontifex enim Clemens partim minis, partim promissis, effecit apud Plebem Rom. ut defecerint ab eo plurimi, breviq; coactus fuerit noctu ab urbe fugere, (alii captum Nicolaum & in carcerem Avenione à Pontifice conjectum tradunt (*Anton Marcell. de jure seculari Rom. Pontif. c.* 2. *p.* 109.) postea Romam, ut Senatoriam dignitatem exerceret à Pontifice remissum, à populo neci datum fuisse) habueritq; finem

tota

tota ea factio Romæ, quos evexerat hic Tribunus, omnes ultro cesserunt,
112. quidam etiam vix fuga servati sunt. Hactenus de translatione. Pergit autem Grotius, Romanum Populum eundem esse dicere, qui olim fuit, quod certo sensu verum, & Iureconsulti Alfeni (*l. proponebatur 76. ff de judic.*) doctrinæ conveniens. Sed si libertatem, potentiam, aliasque qualitates consideres, eo usque extendi non potest regula: nam status mutatio, ut in singulis, ita in universis quoque suo respectu, contingere potest, & ita, ut populus, qui
113. antea sui iuris fuit, alieno iuri subiectus hodie vivat, & versa vice. Vrbis Romanæ status quam varius fuerit, ex historiis haud incognitum, & specialiter de hodierno quis dubitet, facto verum esse, huic, cui quondam suberant
114. Domini Dominorum, hodie servorum servos esse Dominos. Inanem etiamnum Romani quandam libertatis & Dominii retinent imaginem: Nonnullos enim sibi magistratus creant, titulo, aliquos Conservatorum, aliquos Caporionum, aliquos alio: eis veteri more præterea à Pontifice Senatore concesso, qui una cum Conservatoribus ad ius dicendum sedet in Capitolio, ubi populus adhuc ad conferenda consilia solitus convenire: argumenta regni in speciem adinventa, quo imperitæ multitudinis animi circumveniantur. Non enim Romani, nisi à Romanis, & de levioris momenti causis, ferre queunt sententias, cætera sibi suisque agglomeravit Pontifex (*Antonius Mar-*
115. *cellus de iure secul. Roman. Pontif. c.* 11. *p.* 111.) De iure verò, ad Imperatorem Romam pertinere, supra Friderici I. responsum nos docuit, sive hoc jure belli factum, sive subjectione aliqua voluntaria, (*v. Conring. d. tr. de German. Rom.*
116. *Imp. cap.* 7. *&* 10. *& c.* 12. *p.* 102.) ubi contra reliquos Grotii errores, nempe approbatione Papali opus esse, ut Rex Germaniæ sit Imperator Romanus; regnum Italiæ, & Romanum Imperium proprie sic dictum, idem esse; interregni tempore ad Papam pertinere collationem feudorum Imperii, depugnat, (*vide infra ad artic.* 3. *verba* Pfaltz und Sachsen.) Quid ego de vicariatu Papæ sentiam, vide in iure meo publico (*lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 11. *& seq. ac infra ad capitul. Rudolphi artic.* 30.)

In Germanien / Italien / auch Gallien / vnd durch das Königreich Arelaten.

Totum dicitur das Heilige Römische Reich Teutscher Nation / ut paulo ante docui. Huius partes iure sunt, Germania, Italia, Gallia, & Regnum Arelatense.

Germanien.

Cur potius hoc nomine, quam Teutschland / uti visum fuerit, non magis perspicio, quam quando Carolus V. (R. A. zu Wormbs das Regiment betreffent / anno 1521. §. und soll obgemelt / *pag.* 107.) de adventu suo ins Reich in Germanien / non vero Teutschland / constituit. Quoniam tamen primo loco, & ante Italiam ponitur, elucet, digniorem censeri. Et cum Ita-

lia

Italia secundum locum obtineat, mirari licet, cur Archicancellarius Imperii per eandem, locum tertium teneat, & Trevirensi postponatur?

Auch Gallien.

1. *Franciam pro Gallia dicimus.*
2. *Francia Orientalis*, Franckenland.
3. *Quæ & nonnullis dicitur Franconia.*
4. *Francia Occidentalis*, Franckreich.
5. *Cujus populi potius Francigenæ quam Franci.*
6. *Quo sensu Trevirensis dicatur Archicancellarius Imperij per Galliam, secundum Freherum.*
7. *Hæc opinio examinatur, & refellitur.*
8. *Conjectura.*
9. 10. *Putarunt nonnulli, Galliam pertinere ad Imperium.*
11. *Carolus IV. ingreditur Lutetiam vectus equo coloris nigri, Rex autem Franciæ insidens equo albo.*
12. *Ratio hujus diversitatis.*
13. 14 *Rex Galliæ olim vasallus Imperii.*
15. *Opinio Autoris.*

FRequentius apud nostrates, & receptius alias, Franckreich / quam Gallien: 1. hoc victos, illud victorem innuit. Gallia (*inquit Massonius annal. libr.* 1. *pag.* 3.) Francis subjecta est, usque adeò mutata rerum facie, ut ne antiquum quidem nomen retinere potuerit, cum Franciam pro Gallia dicamus. Tametsi serò id nomen in casu fuit, ac mihi videtur primus, epistola ad Mauritium Cæsarem, Gregorius Pontifex Maximus, Franciæ verbum pro Gallia usurpasse. Francia autem duplex est, una, quæ orientalis, (quam nos Franckenland appellamus) & antiqua Francia, vel Teutonica Francia, aut Germania dicitur (*vide Meibo-* 2. *mium in notis ad lib.* 1. *annal. Saxon. Witichindi pag.* 52.) Franconia etiam ab aliis appellatur; quod tamen per injuriam fieri arbitratur Crantzius (*Saxon.* 3. *libr.* 1. *cap.* 1.) & notat Spigelius (*ad Ligur. lib.* 1. *apud Reuber. tom.* 1. *veter. Scriptor.*) Gallos vix pati, pro solita gentis elatione, Franciæ orientalis nomen, indignati, si Diis placet, quod Germanos partes, & regni sui fundatores, jubeantur agnoscere. Altera Francia dicitur occidentalis, à nobis Franckreich/ 4. Francorum Regnum, cujus populum, non Francos, sed Francigenas appellandos censent, Lupoldus de Babenberg (*cap.* 3. *de juribus regni & Imperii Romanorum*) & Æneas Sylvius (*de statu Europæ sub Friderico Imper. c.* 31.) Cæterum, 5. cum Galliæ Regnum non subsit Imperio, cui bono, huic, Imperii nomine, Archicancellarium constituere? Marquardus Freherus (*ad Petr. de Andlo lib.* 2. 6. *c.* 1. *p.* 164.) hoc explicat de ea Galliæ parte, quæ Regno Arelatensi continetur, olim Imperium Romanum recognoscente. Quod admitti quidem posset, 7. si Aurea Bulla Caroli IV. (*c.* 1. *§.* 12.) non expressim diceret, per Galliam & Regnum Arelatense, sed per Galliæ regnum Arelatense; & textus hujus capitulationis non ita sonaret, auch Gallien / und durch das Königreich Arelaten/ sed ita, auch Gallien durch das Königreich Arelaten: obstat itaque conjunctiva copula quo minus amplectar Freherum. Puto ego, tempore, quo hic Ar- 8. chicancellarius institutus, Germanos fortassis persuasum habuisse, Galliæ

regnum ad Imperium pertinere, vel pertinuisse, & ad idem reverti debere.
9. Sanè hæc opinio vetus est, non hodie, aut nudius tertius nata. (*vide Goldast. in rationali Constit. Imperial. pag. 54.*) & si fidem habemus Cranzio (*metropol. Sa-*
10. *xon. lib. 3. c. 35.*) Otho II. Imperator, consobrinis suis, Lothario, atque Carolo, Franciæ Regibus, bellum intulit, quod Romano Imperio justa non persolverent, seque subducerent legitimæ dominationi, quod Imperium à Christo, Regum omnium Rege, recognitum, ipsi viderentur posthabere. Nec tempore Caroli IV. qui autor est Aureæ Bullæ, hæc opinio cessavit, ut satis clarè indicant Loys Guyon (*tom. 2. des diverses leçons livr. 3. chap. 1. pag. 612.*) ubi
11. describens introitum Caroli IV in urbem Lutetianam, ait: (*L' Empereur estoit monte sur un cheval noir, & le Roy (de France Charles V. dict. le Sage) sur un blanc. ce que le Roy avoit faict tout expres; d' autant que l' ancienne coustume, ou ceremonie de France porte, qu' un Roy de France, faissant son entrée en la ville de Paris, capitale de son Royaume, doit estre monté sur un cheval blanc. Ledit Roy, pour oster audict Empereur l' opinion, & pretension de souveraineté sur le Royaume de France, avoit voulu faire monter ledit Empereur sur un cheval noir, qu' il luy envoya, & fit present, couleur du tout contraire à la blanche, pour luy monstrer, qu' il ne fasoit pas du tout son entrée à Paris, comme en ville Imperiale, ny de sa jurisdiction, & authorité, ains en une ville amie, & suiette à un prince sons amy, & parent*) (Eadem de re
12. consimilia narrat ex Froissardo Fayn *au theatre d' honneur livr. 1. chap. dernier pag. 98.*) Imperator nigri coloris, Rex verò Carolus V. Sapiens dictus, albo equo vehebatur, quod deliberato factum. Galliæ enim antiqua consuetudo vult, ut quando Rex Galliarum solemni introitu Lutetiam ingreditur, metropolim suam, equo albo insidere debeat. Prædictus itaque Rex, quo Imperatoris opinionem frangeret, & ne Galliam sibi subjectam arbitraretur, eum equo nigro vehi curaverat, quem ipsi ideò dono dederat: ut autem color niger albo in totum contrarius, eo indicare voluit, Imperatorem non ingredi Lutetiam, quasi civitatem Imperialem, & ad se pertinentem, sed ut subditam
13. Principi amico, & cognato. Ego, ut de toto Galliæ Regno nihil temerè asserere velim, intrepidè tamen affirmo, Regem Franciæ fidelitatis nexu, certa propter feuda, Imperio obnoxium fuisse. (*vide lib. de jur. publ. c. 9. n. 31.*) Constat quoque ex Mutio (*lib. 24. Germ. Chron. apud Pistor. tom. 2. German. Scriptor.*
14. *p. 235.*) Ludovicum Imp. (qui dictus Bavarus) dedisse literas ad Regem Galliæ, citando dum ad tribunal Curiæ Imperialis, ut ibi responderet Eduardo, generali Imperii vicario, Regi Anglorum, simulque feudorum nomine, quæ ab Imperio deberet recognoscere, fidelitatis juramentum præstaret. Verum-
15. enimverò cum persuasio non sit modus acquirendi rerum dominia, consultius erit affirmare, nomine Galliæ, quæ ad Archicancellariatum Trevirensis pertinet, venire illam partem trans Rhenum, quæ Galliæ olim à nonnullis

ad

adscripta, cæterum Imperii Romanogermanici pars fuit, & partim adhuc est. Quo sensu ipsa quoque Trevirensis civitas urbs Galliæ, Belgicæ scilicet nonnullis audivit. (*vide Kyriandrum in annal. Trevirens. part.* 1. *p.* 9.) Et Imperium Germanicum habere subditos, qui Galliæ finibus continentur, res nota est, (*vide Bodin. lib.* 1. *de Republ. c.* 9. *pag.* 202.)

Das Königreich Arelaten.

Vide me de jure publ. *lib.* 1. *cap.* 9. & additionibus ad eum locum.

Ertzcantzler.

Vide d. jus publicum *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 11. & additiones ad eundem.

Ertztruchses / Ertzmarschalck / und Ertzkammerer.

1. *Electores seculares officia sua, Archidapiferatus, Archimarschallatus, & Archicamerarii tenent ab Imperatore.*
2. *Non ab Episcopo Bambergensi.*
3. *Ab hoc tamen* de *consimilibus officiis investiuntur.*
4. *Investitura Electoris Brandenburgensis.*
5. *Investitura Electoris Saxoniæ.*

Vide Jus publ. *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 20. *c.* 10. *n.* 19. *c.* 11. *n.* 1. A quo autem Electores 1.
seculares hæc officia in feudum suscipiant, non omnibus constat. Alii ab Imperatore illos hæc tenere, alii ab Episcopo Bambergensi, tradiderunt. Prima opinio vera, altera erronea. Errori causam dedit, quod iidem Ele- 2.
ctores Episcopo Bambergensi debeant consimilia officia, illis quæ debent Im- 3.
peratori. Hæsitavi aliquando hæc clarè affirmare, nunc autem dubio planè solutus sum. Legi enim in literis investituræ, datis anno CIↃ. CCCC. LXXV. 4.
die Martis post festum S. Michaëlis, à Philippo Episcopo Bambergensi Albertum Electorem Brandeburgensem investitum fuisse de officio supremi Camerarii Episcopatus Bambergensis, & omnibus ejusdem pertinentis, mit dem Obrist Cammerampt des Stiffts Bamberg / mit allen seinen zugehörigen Stücken und Lehen. Patet tamen ex verbis ejusdem instrumenti, tunc pertinentia illa, de quibus in genere facta mentio, non fuisse satis nota: additur enim, H. Marggraff Albrecht Churfürst etc. soll getrewen Fleiß ankehren / zu erfahren / was die Stück seind / so zu dem genandten Cammerampt gehören / und was er derer erfahren wird / soll er dem Bischoff zu Bamberg zu wissen thun / welcher dieselbe alsdann in einen Newen Lehen-Brieff setzen lassen solle. Quid hac in re postea peractum, inquiro adhuc, nondum enim reperi. Quod 5.
Archimareschallatum Electoris Saxoniæ attinet, opera amici edoctus sum, Johannem Georgium, Electorem Saxoniæ, anno CIↃ DCXXIII. die XIX. Octobr. styli novi, ab Episcopo Bambergensi investitum fuisse, mit dem Ober-Marschallampt deß Kaiserlichen Stiffts Bamberg / und dessen Zugehörungen / Wittenberg Schloß und Statt / Mühlberg Schloß und Statt / beede an der Elbe gelegen / Züben dem Schloß / und deren Dörffern / Berstatt / Alsendorff Weissigt und Gabgast / mit allen und jeglichen Zugehörungen / nichts außgenommen

nommen / wie dann ſolche Stuck dem Churfürſten von Sachſen / von deß Biſchoffs Vorfahren am Stifft geliehen worden. Quo in actu etiam hoc notari debet, mandatarium Electoris Saxoniæ, nullum fidelitatis juramentum hic præſtitiſſe, ſed poſtquam Epiſcopus dixiſſet, ſe Electorem Saxoniæ inveſtire de ſupra dictis, darvon zu thun und zu leiſten / wie ſolcher Lehen Recht: hat der Churfürſtliche Abgeſandte dem Biſchoff ohn alle pflichtleiſtung allein ein Handſchlag gethan / und mehrers nicht / mit angeführter Erklärung / daß er wegen Ihrer Churfürſtlichen Gn. zu Sachſen dieſe Belehnung acceptire, allermaſſen die Vorfahrende Herren Churfürſten zu Sachſen / Hochlöblichſter Gedächtnuß / die vom Stifft Bamberg laſſen empfangen / und zweiffle nicht / Ihre Churfürſtliche Gnaden / werden umb deß Herren Biſchoffs Fürſtliche Gnaden ſolches mit Freundſchafft erkennen / und dem gantzen Capitul und Stifft Gnädigen Willen zuerzeigen geneigt ſeyn. Atque hæc referri debent ad ea quæ ſcripſi (*lib.3. de jure publico 97.n.77.*) & poſtea additionibus exornavi; ſimulque inde corrigi poterit error, quem erravi (*d.lib.3.c.10.n.21.*)

Unſern lieben Freunden.

Vox, *amicus*, accipitur vel ſtrictè, vel populariter. Illo modo amicos appellare debemus, non levi notitia conjunctos, ſed quibus ſunt jura nobiſcum honeſtis familiaritatis quæſita rationibus (*l.latæ 223.§.1.ff. de V.S.*) Populariter nomine amici variè utimur: aliquando benevolentiæ ſignum eſt, aliquando honoris, aliquando ſimplex compellatio. Hoc in textu noſtro vix ſtrictæ ſignificationi locus erit, ſed potius benevolentiæ, & honori adſcribi debet, quod legimus. (Quo ſenſu etiam accipio *l.ult.ff. de offic. præf. vigil. l. 17. in pr. ff. de jur. patron. l.4. C. de contr. ſtipul.*) nec tamen contrarius ero illi, qui concurrere etiam hic ſtrictam ſignificationem dixerit.

Neven.

Vide *d lib. 3. de jur.publ.c.7. n.30. & ſubſeqq.*) Quibus addo, nepotem à Ditmaro (*in Chron*) pro avo materno poni; ut monet Reiner. Reineccius (*ad Chron.p.7.*) in elencho vocabulorum, à Ditmaro, novis aut minus conſuetis latinæ linguæ ſignificationibus, uſurpatorum.

Oheimen.

1. *Magnates ſe inVicem appellant conſanguineos.*
2. *Iuſtinianus patricios appellaVit patres.*
3. *Alexander Vlpianum ſalutaVit parentem.*
4. *Rudolphus II. Turcarum Imperatorem appellaVit filium, & hic Rudolphum patrem.*
5. *Imperatores Veteres, Comites & Rectores ProVinciarum appellarunt fratres.*
6. *Rex Galliæ Chriſtianos Reges nominat fratres.*
7. *Academia Lutetiana dicitur filia, primogenita Regis Franciæ*
8. *Quid ei hic titulus tribuat?*
9. *Philippus II Brabantiæ Dux, LoVanienſem Academiam nominaVit filiam.*
10. *Maximilianus I. Erphordiam appellaVit fidelem filiam.*
11. *Rex Franciæ quos Principes afficiat titulo patrui, conſanguinei, nepotis.*
12. *Rex Galliæ Principes Germaniæ nominat conſanguineos.*

Vide

VIde *d.lib.3. c.3.n.39.* Inter Magnates receptum videmus, in signum affecti- 1.
onis & benevolentiæ, illos etiam, quibus sanguinis necessitudine juncti non sunt, appellationibus consanguineorum mactare, vel generaliter, vel certa specie expressa. Justinianum nomine patris affecisse patriciatus dignitate 2.
coruscantem, notum est (*ex §. filiusfamilias. 4. Instit. quib.mod. jus patr. potest. solvitur. l. fin. C. de Consul. lib. 12.*) ab Imp. Alexandro Domitium Ulpianum pa- 3.
rentem nominatum docemus (*l. 4. C. de locato & conducto.*) Et nostra ætate, inter articulos pacis factæ inter Rudolphum II. Imp. & Turcam, anno CIↃ IↃ 4.
CVI. relatum fuisse legimus, ut utriusque partis legati uterentur titulo patris & filii, ubi nominarent vel Imperatorem Romanum, vel Turcicum, inter quos ille pater, hic filius audiret (*Baudier en l'inventaire de l'histoire generale des Turcs livre 17. chap. 11. p. 711.*) Moris quoq; fuit apud veteres Imperatores, Comites & 5.
Rectores Provinciarum fratris nomine compellare, ut dixi de jure publ. (*d. lib. 3. c. 3. n. 31.*) Rex Galliæ adhuc cæteros Christiani orbis Reges fratres salutat, 6.
quod inde fieri putat Loyseau (*au traicté des ordres chap. 7. n. 103. p. 127.*) cum ipse sit primogenitus filius Ecclesiæ, cujus & reliqui Reges filii nominantur. Est nonnemo qui scribat, Regis virtute fratres esse, & hinc fratrum inter ipsos nomen reciprocè usurpari. Reges Galliæ Academiam, vel Universitatem li- 7.
terariam Parisiensem filiam suam primogenitam appellarunt, & adhuc eo dignantur nomine, unde in Principum classem eandem referendam, imò relatam censuit Coquille (*sur les coustumes du Nivernois ch. 1. art. 9. p. 33.*) ubi ait: 8.
(*les Roys ont octroyé droit de Principauté à l'Université de Paris, en luy donant tiltre de fille aisnée de la Couronne de France: de faict l'Advocat en Parlament, qui plaide les causes de l'Université, prend place au banc des Princes.*) Sed hoc exemplum fortè adoptioni potius adscribendum, quam nudæ benevolentiæ. Philippus II. 9.
Brabantiæ Dux, cognomento Bonus, Universitatem Lovaniensem filiam suam nominavit (*Vernulæus l. 1. Academ. Lovaniensis c. 8. p. 49.*) Et Imp. Maximilianus 10.
I. civitatem Erphordiam fidelem filiam appellavit (*Peccenstein in Theatr. Saxon. part. 2. p. 190.*) Porrò, Rex Galliæ non solum sui sanguinis Principibus consanguineorum titulum tribuit, sed & aliis, qui vel nullo, vel nimis remoto sanguinis jure eum attingunt: de quo ita Loyseau (*d. tr. des ordres ch. 7. n.* 11.
103.) *Comme les Princes du sang, qui sont vrais parens du Roy, sont par luy appellés, ou ses oncles, s'ils sont de beaucoup plus aagés, ou ses cousins, s'ils sont d'aage à peu prés esgal, ou ses neveux, s'ils sont de plus pas aage: aussi les autres Princes sont appellés tout de mesme par sa Majesté. Voire, lors que les Ducs, & les Comtes de France, iouissoient des droicts de souveraineté, nos Roys leur firent l'honneur de les qualifier leurs parent, & reciproquement: aussi les vrais parens du Roy, prirent le tiltre de Prince qui avoit esté premierement occupé par les Ducs & Comtes souverains de France. D'où vient, que sa Majesté defere encor ce mesme honneur aux Duci d'à present, bien qu'ils ne soyent plus souverains: pource qu'en matiere d'honneur on n'abaisse iamais; ce qui se faut aussi à l'esgard des Ducs & Comtes souverains estrangers.*)

Quemadmodum Principes ſanguinis, qui veri conſanguinei Regis ſunt, ab ipſo nominantur, vel patrui, ſi ætate eum longè ſuperant, aut conſanguinei, ſi ætate quaſi pares ſunt, aut nepotes, ſi ætate illo juniores; ita quoque cæteri Principes ab eodem iisdem compellantur nominibus. Quando Duces & Comites Galliæ habebant jura ſuperioritatis, Reges noſtri eos honorabant titulo conſanguineorum, & poſtea veri regis conſanguinei uſi ſunt titulo Principum, quem priùs ſibi attribuerant iſti Duces & Comites ſuperioritate gaudentes in Gallia. Hinc eſt, quòd Rex eundem honorem defert etiam Ducibus hodiernis, licet nunc ſuperioritate præditi non ſunt, quoniam in materia honoris, nunquam diminutione utimur. Eadem formula Rex quoque utitur erga
12. Duces & Comites extraneos, qui ſuperioritate gaudent. (*Adde quæ habet idem Loyſeau des ſeigneuries cap. 5. n. 71. & Bouchel en la Bibliotheque ou threſor du droit François tom. 2. pag. 578.*) Hoc ex uſu notum, Germaniæ noſtræ Principes à Rege Galliæ conſanguineos appellari.

Churfürſten.

Chur/ id eſt, Wahl. Sic in quibusdam locis Saxoniæ conſuetudo eſt, quod juniori filio competat jus retinendi bona paterna, & coheredibus ſatisfaciendi in pecunia, quod jus vulgò die Chur appellatur (*Modeſtin. Piſtor. prašticar. quæſt. part. 1. quæſt. 45. in pr.*) (Churfürſten/ Wahlfürſten/ Wahl-herren. (SachſenSpiegel *lib 1. c. 6. ſub f.*)

GOtt zu Lob.

De Caroli V. pietate, multa & varia proſtant teſtimonia. Aſſiduum fuiſſe in precibus ad Deum fundendis, & ſæpiùs cum illo, quàm cum hominibus locutum, compoſuiſſe ſibimet ipſi preces ſingulis in negotiis majoris momenti, & approbatas à confeſſore ſuo recitaſſe certis horis ſingulis diebus: Dixiſſe, preces arma eſſe, quibus mundus vinci, cœlum verò expugnari queat. Fertur, cum aliquando precibus intentus eſſet, petiiſſe magnatem aliquem curiæ ſuæ, Galliæ legatum admitti ad audientiam, reſpondiſſe Carolum, expectaret adhuc paulisper: cum verò regeretur, eum ſatis longo tempore ad januam hæſiſſe, & negotia Domini ſui, quæ moram non paterentur, expedita velle, dixiſſe: at mihi Domini mei (Dei ſc.) negotia priùs expedienda ſunt, (*Florimond. de Remond de la naiſſance de l' hereſie livr. 5. ch. 5. p. 550. n. 5. P. de L' Ancre livre 2. des Princes diſc. 5. p. 602.*) Obſervatum quoque à nonnullis (*ſcribit Autor de l' homme du Pape & du Roy p. 75.*) eundem Carolum unica tantum vice, per totum vitæ curſum, neglexiſſe adeſſe ordinariæ celebrationi miſſæ, idque factum in Africana expeditione. Non potuiſſe perſuaderi ab Antonio de Leva, ut modo hunc, modo illum, Italiæ Principem necari curaret, ut Dominia eorum, & ſic tandem totam Italiam ſibi appropriaret: ſed animæ ſalutem ante oculos habendam potius, reſpondiſſe, apud Boterum (*lib. 2. memor. dictor.*) legimus;

legimus: Unde adeò commotum Levam, ut dixerit, si tantam curam animæ haberet, renunciandum esse Imperio.

Erhaben/ erhöhet/ und gesetzt seyn: deren Wir Uns auch ꝛc. beladen.

Scilicet duo hic requiruntur, ut opus perfectum sit: oblatio Imperii, vel evectio ad Imperium, quæ fit per electionem legitimam ab eligentibus, & acceptatio oblati Imperii, quæ fit ab electo. Nec enim ea conditio Imperii nostri hactenus fuit, ut oblatum recusare planè non licuerit. Recusavit oblatum Otho, Saxoniæ Dux, & suasor fuit Principibus, eligerent Conradum, Franconiæ Ducem, (*Leheman. lib.* 3. *Chron. Spirens. c.* 51. *p.* 1265.) Idem à Friderico, Electore Saxoniæ, factum, qui (*ut Sleidanus lib.* 1. *de statu Relig. & Reipubl. &c. fol. mihi* 19. *b. testatur.*) delatum sibi Imperium ingenti animo recusavit, & suo suffragio Carolum V. designavit, (*vide Paul. Lang. in Chron. Citizensi, apud Pistor. tom.* 1. *illustr. veter. Scriptor. pag.* 878.)

Deren Wir Uns auch ꝛc.

Recensentur causæ impulsivæ, vel moventes Carolum, cur oblatum Imperium acceptaverit. Subiisse se illud affirmat (1.) in laudem Dei. (2) in honorem ipsius Imperii. (3.) propter Christianum cœtum. (4.) propter nationem Germanicam. (5.) propter utilitatem communem: quæ speciosæ omnes, & probæ notæ. Sed silet hic, quod ipsemet electionem ambierit, hoc an iisdem ex causis fecerit, Gallia tunc maximè dubitavit. Fridericus III. (*ut videre est in exordio reformationis ab ipso facta, Francofurdiæ anno* 1442. *inter Recess. Imp. p.* 15.) concisior fuit in enumerandis causis suscepti Imperii: ita enim ille, GOTT zu Lob/ dem H. Reich zu Ehren/ und umb Gemeines Nutzens willen.

Auß Freyem/ gnädigen Willen ꝛc. vereiniget.

Non coactus, sed sponte suscepit capitulationis articulos, & ad eorum observantiam se obligavit. Quamquam sine dubio, ut mortalium vota se habent, lubentius suscepturus fuisset Imperium citra capitulationem. Nam & in sequenti tempore, reipsa nonnunquam expressit, quam durum sibi videretur hoc frœnum.

Artickel.

Hinc à nonnullis dicitur der Kaiserlich Artickels-Brieff. Planè, ut militibus suus est & dicitur Artickels-Brieff/ à variis articulis, qui ea scriptura continentur, normam & regulam præscribentibus vitæ & actionibus militum (*vide inter* R. A. *pag.* 627. *&* 640.) ita & norma illa, quæ Imperatori in administrando Imperio præscribitur, varios ob articulos, quibus constat, non inconcinne eodem appellabitur nomine. Quid in foro, & apud causidicos, articulorum nomine veniat, nos hic non attinet.

Geding

Geding und Pactweiß vereinigt.

Illa conventione publicæ habentur , quæ fiunt cum nondum subditis, quando in regnis electivis agitur de rege eligendo, & cum eo, quem eligere vult populus, quædam paciscitur, legesve dicit, secundum quas electus Princeps regnum administret (*Cabotius lib.* 2 *disput. cap.* 11. *p.*133.) Pactum, vel pactio, est duorum pluriumve in idem placitum consensus (*l* 1. §. 2. *ff. de pactis.*) Hoc nostro in proposito Electores illi, qui nomine Imperii hanc legem (Aristoteles 1. *Rethoricorum* pactum legem vocat, ac legem pactum) Imperatori futuro præscribunt, consentiunt, ut Imperator hoc modo administret Imperium; Imperator autem consentit in hanc regulam, & promittit se eam observaturum. Non enim pacti nomine cadit illa conventio, ubi alius proponit quid fieri velit, alter verò promittit observare quod propositum. Salus Imperii Electores docet, quid debeant ab Imperatore requirere, hanc sequi Imperatorem potius decet, quam suæ utilitati vel licentiæ prospicere. Imperium sponsa est, quæ leges marito præscribit, non accipit. Hanc qui ducere velit, promto obsequio opus habet, hoc si differat, procos alios non deesse experietur.

Zu halten zugesagt.

At promissa non usquequaque servata fuisse, conquesti sunt quamplures, (*vide apud Hordlederum lib.* 1. *de caus. belli German. cap.*6. *n.*8. *p.*48. *Sleid. lib.* 24. *fol. m.* 424. *potissimum verò* die *Gravamina,* so erstes mahl auff dem Tag zu Passau übergeben / und nachgehends auff dem Reichstag zu Augspurg *anno* 1555. den 29. Julii widerholt worden / *quæ vide infra in Mantissa, n.* 2.)

AD ARTICULUM I.

Königlichen Würden / Ampts und Regierung.

1. Königlich Ampt.	5. *Procurator Imperii.*
2. Kaiserlich Ampt.	6. Deß Reichs Pfleger.
3. *Nomen Imperatoris, est nomen officii.*	7. Des Reichs Vormund / *tutor Imperii.*
4. *Imperator dicitur administrator Imperii.*	8. *Minister sacri Imperii.*

1. HUius officii Regii, deß Königlichen Ampts / fit etiam mentio in der Reformation Kaiser Friderichs deß Dritten / zu Franckfurt am Mayn Anno 1442. auffgericht / *in pr.* (*vide* R. A. *p.*15. *&* in R. A. zu Augspurg Anno 1555.
2. §. Und nach dem / *p.* 414. ac officii Imperatorii in R. A. zu Regenspurg Anno 1532. *p.* 228. *& tit.* *Concilium* betreffend / §. und so fern / *p.* 230. R. A. zu Regenspurg Anno 1541. *p.* 250. R. A. zu Speyer Anno 1544 *p.* 292. *&* §. Wir haben / *p.* 301. §. Erstlich / *p.*303. *nec non utriusque* in R. A. zu Augspurg anno 1555. §. und aber-

abermals *pag.* 406.) Charles Loyseau (*au traicte des Seigneuries chap.* 2. *n.* 18.) 3.
expresse scribit, (*L' Empereur est un nom de office, non de seigneurie, signifiant ce-*
luy qui exerce le commandement.) Imperatoris nomen officium significat, non
dominium, officium sc. eius, qui mandatum exercet. Huius officii causa Im-
perator quandoque dicitur, (1.) Administrator Imperii, vel administrare 4.
Imperium, Verwalter deß Reichs (R. A. zu Augspurg *A.* 1559. *p.* 519. R. A. zu
Wormbs *A.* 1564. *p.* 546.) Administrante Romanum Imperium Conrado III.
ita Rudolphus Episcopus apud Meibomium (*in not. ad lib.* 1. *Witichindi p.* 44.
vide me de jure publ. lib 1. *c.* 10. *n.* 37. (2.) Procurator Imperii (*ita Ditmarus* 5.
Chron. lib. 3. *in pr. p.* 27. *edit. Reineccianæ*; *tertius regni Procurator nostri, Otho II.*) 6.
(3.) deß Reichs Pfleger. Ludovicus Imperator in literis investituræ, anno
M CCC XIX. datis den Freytag nach dem Obristtag / ait, Er habe angesehen
und erkant / daß er nicht allein dardurch zu deß Reichs Pflege erwöhlt sey / daß er
das Reich pflegen / sondern daß er es auch mehren solle / an Ehr und an Gut / als
viel er mit Recht könne und möge. (4.) Deß Reichs Fürmund (tutor Impe- 7.
rii) ita vocatur, Imperator & Rex Romanorum in fœdere inito inter Carolum
IV. ut & Regem Bohemiæ, & Burggravios Norimbergenses anno M CCC LIII.
ubi excipiuntur, das H. Reich / und seine Fürmunde / Römische Kaiser und
König ꝛc. Eodem sensu Seneca: (*lib.* 1. *de Clement. c.* 4.) Principes Regesque, 8.
& quocunque alio nomine sunt tutores status publici &c. (5.) Minister
sacri Imperii. Ita legitur in sententia exautorationis Wenceslai (*apud Golda-*
stum tom un: constitut. Imperial. p. 379.) Et jam olim Ludovicus Pius ministe-
rii verbo ad hoc usus (*in capit. lib.* 2. *c.* 2.) Quamquam summa hujus mini-
sterii in nostra persona consistere videatur, tamen & divina autoritate, &
humana ordinatione, ita per partes divisum esse cognoscitur, ut unusquisque
vestrum in suo loco & ordine, partem nostri ministerii habere cognoscatur.
(*vide Lehmann. in Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 4. *p.* 63.)

Die Christenheit

Christianorum omnium defensor Imperator est, quamvis non omnes Christiani ipsius sint subditi. Videtur hoc Hugoni Grotio (*lib.* 2. *de iure belli & pacis c.* 15. *n.* 12.) ad fœdus inter Christianos iam olim initum referri, cujus princeps creatus, consensu communi, Romanus Imperator fuerit. Sed mihi de perpetuo huius generis fœdere nihil constat.

Den Stul zu Rom.

1. Stul / *quid significet.*
2. Der Königs-Stul.
3. *Papa imponitur sellæ.*
4. Stul / *id est, iudicium.*
5. Stul-Herren / *id est, iudices.*
6. Schöpffenstüle.
7. *Ratio hujus appellationis.*
8. *Sedes*, Stul / *pro residentia Pontificis.*
9. *Sedes* Romana
10. *Ratio hujus appellationis.*
11. *Sedes Pontificia quando Avenionem translata, & quod per annos ibi permanserit.*

12. *Etiam tunc dicta curia Romana.*
13. *Curia Romana est, ubi est Pontifex.*
14. *Roma est, ubi est Imperator.*
15. *An Francia ibi sit, ubi est Rex Franciæ.*

1. Stul / proprie significat sedile, vel sedem, in qua sedere licet. Ita sedes, in qua sedere, & privilegia Statibus confirmare, ac juramento sese Imperio obligare, olim solebat electus Romanorum Rex, inter nuceta Rheni, su-
2. pra Confluentem, ad Rennopidulum, vocabatur der Königsstul. (*vide me de jur. publ. lib. 2. c. 3. n. final. & apud Goldast. part. 2.* Reichssatzungen *p. 185. n.*
3. *6.*) Eodem sensu sella illa accipitur, quam alii testicularem, alii stercorariam
4. appellant, cui Papa imponitur. (*de qua dixi d. lib. 2. c. 2. n. 70.*) Per metaphoram vero Stul significat etiam Iudicium, locum residentiæ, habitationis, vel domicilii. Ita legimus (in R. A. zu Wormbs anno 1521. §. vnd nach dem / *p.* 134.) der Stul zu Rohtweil / id est, das Hoffgericht zu Rohtweil: (*& eodem in* §.) die Gericht der Freien Stül (*ac* in der Reformation Kaiser Friderichs des Dritten / zu Franckfurt am Main anno 1544. auffgericht *tit.* von dem heim-
5. lichen Gericht / §. vnd der heimlichen / *in f. p. 12.*) iudices nonnulli dicuntur
6. Stulherren. quod etiam ibidem (*in* §. es soll / *p.* 18.) reiteratur, & additur, daß sie ein solches (de quo ibi agebatur) auff ihren Stülen und Gerichten bestellen
7. sollen. Eodem fere sensu adhuc clara sunt, die Schöpffenstüle / dicasteria vel Scabinatus: cuius appellationis origo sine dubio inde est, quod iudicia
8. sedentibus judice & assessoribus expediantur. Quando sedes, Stul, pro residentia accipitur, tunc potius Pontificis quam secularium residentiis applicatur: dicimus enim der Kaiserliche / Königliche / Fürstliche Hoff / non vero, der Kaiserliche / Königliche / Fürstliche Stul; licet dicamus, die Fürstliche
9. Residentz / Fürstliche Widumb-Sitz / item Rittersitz. Dicimus autem communiter, der Päpstliche Stul / sedes Pontificia, vel sedes Romana. Romanam
10. inde nominamus, quoniam vulgo creditur, (*que la primace de l' Eglise Catholique ne peut estre exercée, qu' au lieu, que S. Pierre a choisi pour luy, & ses successeurs, sans qu' il en advienne un scandale. Et que Dieu, establissant sa vraye religion (verba sunt d' Estienne Pasquier des recherches de la France livr. 3. chap. 15. in pr.) aye voulu, que la ville de Rome, siege ancien de l' Empire, soit aussi le premier siege de son Eglise, sur lequel toutes les Nations ietteroient leurs veues.*) quod primatus Ecclesiæ Catholicæ alibi sine scandalo non posset exerceri, quam eo in loco, quem S. Petrus sibi & successoribus suis elegit. Et quod Deus, stabiliens veram religionem, voluerit Romam, antiquam Imperii sedem, etiam esse sedem principalem Ecclesiæ suæ, versus quam cunctæ nationes suos conver-
11. terent oculos. Satis quidem notum est, Clementem V. Papam, natione Gallum, Pontificiam sedem, anno CIↃ CCCV. in Glliam, Avenionem scilicet, transtulisse, eamque ibi per annos LXXX. permansisse, antequam Romam reversa sit (*Anton. Marcellus de jure secul. Roman. Pontific. c. 11. p. 107.*)
12. Verum (*encoreque le siege se tinst dans Avignon, si l' appelloit-on tousiours, Cour*

de

de Ronne) (*Estienne Pasquier d. l.*) licet Avenioni sedes ista tunc fuerit, nihilominus tamen Curia Romana, non Avenionensis, dicta fuit. Sine dubio credebatur, Curiam Romanam esse ubi est Romanus Pontifex (*gloss. & Dd. c. de præbendis in 6. c. præsenti 34. eod. Clement. ne Romani, eod. tit. in Clement. Molin. ad Regul. de publ. resignat. n. 257.*) quemadmodum etiam dictum, Romam 13. 14. esse, ubi est Imperator. (*ex Herodiano Cujac. 1. obs. 15.*) Quam loquendi for- 15. mulam male imitatus fuit Iohannes, Galliæ Rex, captivus in Anglia, qui Eduardo, Angliæ Regi, insinuavit, Galliam esse ubi Rex Gallorum habitat. (*où habite le Roy des François, la est la France.*)

Päpstliche.

1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. *Nomen Papa unde suam habeat originam.*	10. *Cui datum.*
8. *Ridicula deductio.*	11. Papen / halb Papen.
9. *Quid significet.*	12. Papengay / *psittacus*) *unde dictus.*
	13. *Mysterium in nomine, Papa.*

QVatuor hic notari velim: I. Nomen Papæ unde derivetur. Alii cor- 1. ruptum hoc à Gothis tradunt, qui in vicem patris patriæ, initiales utriusque vocabuli literas coniunxerint (*Borchold. de feud. c. 5. n. 3. Speckhan centuria 2. class. 1. quæst. 19.*) nonnulli abbreviatum à patre patrum (*Iohannes* 2. *Monach. in c. si eo tempore, de elect. lib. 6. vide Petr. Gregor. Tholos. syntag. iuris universi lib. 15. c. 2. n. 13.*) alia à Papilla, mammarum apice, (*Borchold. d. l.*) 3. quandoquidem muneris Papæ sit, lac verbi divini hominibus præbere. O 4. nuphrius à græco παππος, (*Borchold. d. l,*) ab hebræo Abba, quod patrem 5. notat (*Coras. lib. 5. miscel. c. 15.*) alii à Pappo, carduorum flore (*Borchold. d.* 6. *loc. Matth. Stephan. lib. 3. de jurisdict. part. 1. c. 2. n. 20.*) quod sicuti hic cito diffluit peritque, ita Pontifices Romani cito moriantur: alii à Papæ, in- 7. teriectione admirantis, quod Papa vere sit admirabilis, gerens vices Dei in terris (*Hippol. Marsil. in tract. bannitor. in verbo Papæ, n. 1. p. 315. Intrigliolus de feud. quæst. 53. num. 112. Iacobus Spinola, inter Orationes clarorum hominum, p. 22.*) atque ne licentiæ quicquam desit, alii singulis literis singula verba 8. denotari arbitrati sunt, nempe, Petri Apostoli potestatem accepit, vel, quod rideas, poculum aureum Petri Apostoli (*Les bigarrures du Seigneur des Accords pag. mihi 194.*) II. Quid significet? Patrem, ut communis ferme fert opi- 9. nio, eum tamen usu magis, quem reverentia & cultu pro patre, quam quem natura habemus. III. Cui datum? Olim omnibus Episcopis, postea, huc- 10. usque hodie, Episcopo Romano peculiare factum. Apud Germanos in- 11. feriores, Sacerdotes adhuc Papen dicuntur (quos nos Pfaffen appellamus) & Rostochii, halb Papen vocantur Studiosi. Ioh. Goropius Becanus (*lib. 2.* 12. *Gallicor. pag. 41.*) docet, Papengai, qui psittacus Latinis, derivari à Papon & gaia, quasi dicas, Sacerdotum & Pontificum pica (Gaias enim vocatas olim

picas, & Italos easdem, Goticum ſermonem corrumpentes, gazzas dixiſſe,) quia nimirum non cuivis pſittacus, ob pretii magnitudinem, & ſingularem
13. elegantiam, ſed potius clericis illis convenire videretur. IV. Nec ſilentio involvere poſſum, quod Fabritius Paduanus (*in catena temporis, annulo* 31. *p.* 120.) obſervavit, ſcilicet, quemadmodum Deus, in omni fere lingua, quadrilitero ſcribitur nomine, ita non ſine ratione eius vicarium à Chriſticolis in lingua Latina quatuor, dum Papa appellatur, exprimi literis.

Heiligkeit.

1. *Papa olim dictus, Dominus noſter.*
2. *Poſtea, Sanctiſſimus.*
3. *Ratio appellationis.*
4. *Pontificum vitas qui deſcripſerint.*
5. *Sancti titulus etiam illis attributus, qui minime ſancti fuerint.*
6. *Idem probatur exemplo.*
7. *Iocus de ſanctitate Ignatii Loyolæ.*
8. *Scomma in Sanctuarium Romanum.*
9. *Guicciardini iudicium de probitate Pontificis.*

1. OLim Papa ſimpliciter Dominus noſter eſt vocatus, ſed ſequentia ſecula addiderunt inter blandimenta alia, etiam hoc, ut ſanctiſſimus appella-
2. retur (*Crantzius in metropol. Saxon. lib.* 5. *c.* 37. *Goldaſt. in Rationali Conſtitutionum Imperialium pag.* 29.) Sanctitatis itaque & ſanctiſſimi titulus, jam
3. ſpeciali prærogativa Romano Pontifici tribuitur, vel, quia ob majeſtatem, & eminentem dignitatem ſuam, quæ eſt velut ſagmen fæcialium, ab iniuria hominum defenſus atque munitus eſt (inde enim ſanctum quid dici vult ICtus:) vel, quia eius eſt, leges & conſtitutiones ad rem Eccleſiaſticam pertinentes ſancire: vel, quia ille eſt Eccleſiæ ſponſus, quæ, ut de muliere fideli dixit Apoſtolus, ſanctificat absque dubio ſuum ſponſum. (*Ita tradit Michel Rouſſel in hiſtoria Pontificiæ iurisdictionis lib.* 8. *c.* 3. *n.* 17. *p.* 825.) An omnes hucusque Pontifices Romani, ſancti, communi ſenſu, an aliqui tantum, an nulli ſancti
4. fuerint, meum hic non eſt determinare. Videri, legi, & expendi de hac quæſtione poſſunt illi, qui vitas & geſta Pontificum in literas retulerunt; Pla-
5. tina, Panvinius, Cicerella, Stella, Balæus, alii. Hoc omnino aſſerere poſſum, olim hodieque, ſancti titulum multis attributum, qui nihil minus quam ſancti, opere & actione, fuerunt, (*le Prince de Balſac. ch.* 7. *p.* 82. *& ſeqq.*
6. *editionis de A.* 1642. *& p* 44?.) (*Philippe de Comines, viſitant l' egliſe de Pavie, & voyant la ſtatuë de Iean Galeas, Duc de Milan, à cheval, plus haut que l' autel, que un Chartreux appelloit ſainct, il luy demande, pourquoy il l' appelloit ſainct, puisque les villes, qui eſtoit pour traictes autour de luy, eſtoient autant de marques de ſa tyrannie? il reſpondit tout bas, nous appellons ſaincts en ce pays-ici tous ceux, qui nous font au bien: il fit baſtir ceſte Chartreuſe. Pierre Matthieu livr.* 11. *de l' hiſtoire de Louys XI. p.* 622.) Philippus Cominæus, viſitans aliquando Eccleſiam Pavienſem, & ibi coniiciens oculos in ſtatuam Iohannis Galeacii, Ducis Mediolanenſis, qui repræſentabatur inſidens equo, longe ſupra altare eminens, & à monacho dicebatur

cebatur ſanctus, interrogavit, cur eum appellaret ſanctum, cum civitates circa eundem pictæ ſigna eſſent tyrannidis ejus? Cui monachus ſubmiſſa voce reſpondit: Nos his terrarum ſanctos nominamus omnes illos, qui nobis benefaciunt, & Galeacius conſtruxit hoc noſtrum monaſterium. Sunt etiam, quid 7.
de illis ipſis, quos Pontifex Romanus ſolemni pompa in ſanctorum transpoſuit claſſem, ludum faciant. Nolo rem alibi expoſitam, hic reiterare: unicum hoc addo, quod Alphonſus de Vargas (ſub quo nomine *Scioppium* latere fama eſt) in relatione de ſtratagematis &c. ſophiſmatis politicis Societatis Jeſu ad monarchiam orbis terrarum ſibi conficiendam (*c. p. 22.*) refert, cum Landgravii Leuchtenbergici filius, ſuperioribus annis, apud Jeſuitas educaretur, & ludos in honorem Ignatii, nuper canonizati, actos ſpectans, miſſilis ignis ictu alterum occulorum amiſiſſet, hominibus dicacibus ioci natam occaſionem, ut dicerent, alios Divos in feſtivitatibus ſuis cœcos illuminare, ſed Ignatium videntes excæcare. Eſt deniq; nonnemo, qui perquam licentioſa audacia, to- 8.
tum ſanctuarium Romanum mordaci ſatyre perfundit aceto: (*entre tous les Chreſtiens les Italiens ſont les pires, entre les Italiens les Romains, entre les Romains les gens d'Egliſe, & entre les gens d'Egliſe les pires ſont esleus à eſtre Cardinaux, & le plus meschant Cardinal à eſtre Pape*) (*Relation de l'Eſtat de la Religion c. 28. p. 176.*) Inter omnes Chriſtianos Itali ſunt peſſimi, inter Italos peſſimi ſunt Romani, inter Romanos peſſimi ſunt Eccleſiaſtici, inter Eccleſiaſticos peſſimi fiunt Cardinales, & peſſimus Cardinalium fit Papa. Nolo ego licentioſi dicti 9.
me participem aſſenſu facere, non ignarus, F. Guicciardinum (*hiſtor. lib. 16.*) tradere, hodie depravatis moribus, tunc in Pontifice laudari probitatem, cum cæterorum hominum nequitiam non excedit.

Die Kirchen als derselben Advocat.

1. *Imperator eſt Advocatus Eccleſiæ Chriſtianæ.*
2. *Et vocatur* Römischer Vogt.
3. *Eccleſia indiget humano auxilio.*
4. *Advocatia generalis.*
5. *Advocatia ſpecialis.*
6. *Imperator præſtat Pontifici juramentum protectionis, non fidelitatis.*
7. *Fridericus I. Imp. ſe dixit advocatum ſpecialem Romanæ Eccleſiæ.*
8. *Quid Carolus Magnus cum advocatia ſpeciali Eccleſiæ Romanæ acceperit.*
9. *Error ſequentium Imperatorum.*
10. *Dubium Lupoldi de Babenberg.*
11. *Eccleſia Romana advocato ſuo debet reverentiam.*
12. *Epiſcopatus & monaſteria Germaniæ ſuos habent advocatos generales, & ſpeciales.*
13. *Mundiburdium quid ſignificet.*
14. *Unde compoſitum.*

DEr Kaiser ist Advocat/ vnd Beschirmer der Christlichen Kirchen (R. A. zu 1.
Regenspurg A. 1541. §. aber Churfürsten / *p. 253.*) vel ut legimus in jure Saxonico (Weichbild *art. 8.*) der Kaiser soll dem Stul zu Rom fürstehen von S. 2.
Peters wegen / davon er auch Röm. Vogt heisst. Etſi enim Eccleſia Deum 3.
ipſum pro advocato & defenſore habet, tamen quoad ſecularia, humano auxilio & brachio haud raro indiget. Advocatia hæc duplex eſt, una generalis, 4.

quam officii ratione, ut ſummus magiſtratus, Imperator Eccleſiæ debet, un-
de & meretur nomen deß Obriſten Vogts der Chriſtenheit (R. A. zu Augſpurg
5. anno 1530. §. nach dem aber Uns / *pag.* 195.) Altera ſpecialis, quam Carolus
Magnus, & ſubſequentes multi Imperatorum, ſpecialiter ſuſceperunt, atque
6. eius cauſa iuramentum præſtiterunt, quod alii falſo, iuramentum fidelitatis
nominaverunt, cum tantum protectionis fuerit (*v. quæ docui d. lib. 2. de jure*
7. *publ. c.* 4. *n.* 95.) Huius intuitu Imp. Fridericus I. in inſtructione pro Rainoldo
Cancellario, ad Regem Galliæ legato ſe vocat ſpecialem Romanæ Eccleſiæ
advocatum (*apud Goldaſt. tom.* 3. *Receſſuum, conſtitutionum & ordinationum Im-*
8. *per. p.* 341.) Cum eadem hac advocatia ſpecialem, Carolus Magnus accepit ſi-
mul politicam adminiſtrationem omnium bonorum temporalium, (tamquam
advocato tali competentem) Ducatuum ſcilicet, Principatuum, Dominiorum,
& territoriorum, quæ Imperatorum, Regum, Patriciorum, ac aliorum Prin-
cipum beneficio, Eccleſiæ obvenerunt, quorumve dona ipſe Carolus par-
9. tim confirmavit, partim auxit, & ampliavit. Quod poſteriores Cæſares mi-
nime animadvertentes, advocatiam Eccleſiæ de tuitione & propagatione u-
niverſalis Eccleſiæ, ſeu religionis Chriſtianæ, interpretati ſunt, (*Goldaſtus in*
10. *replicat. pro Imperio c.* 13. *p.* 185.) Vnde etiam factum, ut Lupoldus de Baben-
berg (*de iurib. regni & Imperij Roman. c.* 13. *ad f. apud Schardium in Syntag. de*
Imp. iurisdictione p. 200.) dubitaverit, an hæc advocatia Eccleſiæ Romanæ
habeat annexum emolumentum aliquod, an onus defenſionis tantum? Re-
gulare eſt, ut cliens advocato ſuo ad obſervantiam & annuum honorarium
obligetur: illa neceſſaria eſt, hoc autem contingens, & ſi neceſſarium quo-
11. que fieri debeat, expreſſa conventione determinari ſolitum. Quodſi ita-
que Eccleſia Romana Imperatori, tanquam advocato ſuo, nihil amplius de-
12. beret, ab obſervantia tamen clientelari immunis haud foret. Porro, quem-
admodum generalis advocatia, & protectio ſedis Romanæ, quæ Imperatori,
officii ſui virtute, incumbit, ſpecialem præterea admiſit, ita etiam factum
fuit in Germaniæ noſtræ Epiſcopatibus & monaſteriis non paucis (*Mager.*
13. *de advoc. c.* 5. *n.* 368. & 398.) Hoc Mundiburdium, mundeburde, vel mund-
burt, Germanis olim dictum docet Goldaſtus (*d. c.* 13. *p.* 184. & *in Rationali*
conſtitutionum Imperij p. 22. *nec non in gloſſario verbor. Teutonicor. quod præmiſit*
14. *tom.* 3. *conſtit. Imp. lit. M. circa f.*) Ego vocem à Mund / quod os, & Bürde /
quod onus notat, compoſitam arbitror, ut hoc ſenſu, reſpectu advocati ſit
onus, quod ore, ſive lingua expeditur: quod tamen uſus etiam ad alia ex-
tendit.

Fried / Recht und Einigkeit.

Difficile, imo impoſſibile eſt, pacem & concordiam conſervari, ubi
iuſtitia inæqualiter adminiſtratur (R. A. zu Speier A. 1570. §. weiters / *p.* 611.)

Deſſel-

Desselben Ordnungen etc. nach gerichtet werden soll.

Iustitia in Imperio administrari, & jus dici debet, secundum constitutiones Imperii, libertates vel privilegia cuiusque necnon secundum laudabilem ab antiquo receptum morem (*vide ordin. Cameræ de anno* 1555. *part.* 1. *tit.* 13. *in pr.* & *tit.* 57.)

AD ARTICVLVM II.

Vorgemeldte.

Ne hic hæreamus, dicendum est, generaliter vel implicite in §. 1. verbo, Ordnungen/ factam fuisse mentionem aureæ bullæ &c. aut, ut scopulum alia evitemus via, pro vorgemeldte/ substituendum erit, vorgemachte/ ut in capitulatione Ferdinandi I. §. 2. (*apud Goldast.* in Reichshandlungen *p.* 163.) legimus.

Guldene Bull.

Licet infinitæ Imperatorum aureæ bullæ sint, hic tamen, & passim alibi, secundum excellentiam intelligi debet aurea bulla Caroli IV. quam ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem inducendam, ac detestandæ divisioni, variisque periculis ex ea sequentibus, aditum præcludendum (ut prooemii bullæ verba habent) anno M. CCC. VI. IV. Idus Ianuarii partim Norimbergæ, partim, eodem anno die natalis Domini, Metis promulgavit.

Königlichen Landfrieden.

Ergo de illa accipio, quam in corpore recessuum Imperii (*p.* 23.) sub rubrica, der Königlich Landfried zu Wormbs anno 1495. auffgericht/ positam legimus: quamque Maximilianus (in Erklärung deß Landfriedens zu Augspurg anno 1500. auffgericht/ *tit.* von auffgerichten Landfrieden) vocat seinen Königlichen Landfrieden (*p.* 44.) quæ postquam expoliri, & varie augeri cœpit (*Gail. de pace publica lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 2.) epitheton, Königlichen/ amisit, & sola appellatione des Landfriedens/ clara permansit (*vide capitul. Ferdinandi I.* §. 2. *Maximiliani II.* §. 16. *Rudolphi II.* §. 2. *Matthiæ*, §. 2. *Ferdinandi II.* §. 2. *Ferd. III.* §. 2.)

Andere deß Reichs Ordnungen vnd Gesetz.

Concernunt hæ leges, vel publicum vel privatum ius. Hoc, Germaniæ respectu, duobns capitibus absolvitur. Vnum est earum legum, quæ apud nos natæ, alterum, quæ à nobis receptæ. Ad hoc caput pertinent leges Romanæ, seu illæ, quas ex iure Iustinianeo, ut vulgo appellatur, nec non pars ea, quam ex juris Canonici, seu Pontificii, libris recepimus. Vtrumque enim totum Ger-

mania

mania numquam, usu recepit, & quod recepit, non autoritate primi legislatoris, sed sponte, æquitatis opinione, receptum, & quidem sero. Creditum hactenus vulgo fuit, Lotharium Imperatorem Romanas leges in Germaniam introduxisse: at quam longe à vero hæc abeat opinio, non ita pridem docuit Hermannus Conringius (*de origine iuris Germanici c. 24. p. (edit prior.) 104. & seqq.*) Quamquam quod (*p. 105.*) addit, nullum illius iuris ante quintum decimum sæculum in Germania usum fuisse, moderamen patiatur. Quis enim negabit, eam Germaniæ partem, quam Romani tenuerunt, iam tunc victorum ius observasse, (*Lebeman. lib. 2. Chron. Spirens. c. 39. p. 148.*) spreverint licet postea & in exilium miserint, ubi liberiores facti. Sane nec totum ubiq; statim vel postea exolevisse credibile est, & ex Rhenano (*rer. Germ. lib. 2.*) refert Kyriander (*annal. Trevir. part. 13. p. 105.*) sub Francis Regibus & Impp. civitates quasdam Galliarum, & Germaniæ, Romanis legibus usas. Si quicquam autem virium chartulæ donationis attribuimus, quæ anno XXX. post regnum Domini Dagoberti Regis, die III. kal. Septemb. facta legitur apud Ioachimum Vadianum (*de collegiis monasteriisque Germaniæ veteribus lib. 2. p. 65. tom. 3. Alemannicar. rerum Scriptor. Goldasti.*) non possumus infiteri, cum eodem Vadiano (*d. loc. p. 66.*) Francos, & Alemannos Romanas leges, etiam ante obtentum Italiæ regnum, novisse. Cæterum, & chartulæ hujus scribam eo jure uti voluisse, mentio Aquilanarum, Arcadianarum legum, quam obiter facit, innuit.

Confirmiern.

Sane, ut Imperii nostri status, confirmatione hac haud opus. Leges enim istæ, non Imperatoris sunt, sed Imperii, atque ab hoc semel latæ, vel receptæ, confirmatione alia haud indigent. Dicis ergo causa potius, quam necessitatis, hæc promissio fit, quam nec impleri moris est, quantum ego quidem novi. Quicquid fuerit, ad cautelas hæc pertinet, quæ abundantes dicuntur, & sine nocumento, modo cum grano salis accipiatur

Erneuern.

Hoc de illis, quæ tempore aliquantum obscuratæ videntur, non autem de aliis, quæ continuo usu, & observantia illustres, & omnibus cognitæ.

Wo Noht.

Lex pro utilitate Reipubl. fertur, & si eiusdem utilitas postulet, iterum abrogatur (*arg. l. un. C. de caduc. tollend.*) ut, si appareat, eam multa secum trahere inconvenientia (R. A. zu Speier anno 1557. §. Wiewol dann / *p.* 514. etc.)

Mit Raht.

Non est nudum consilium, quale dat amicus amico, consiliarius Domino, quod sequi, vel insuper habere licet; verum tale consilium, quod

certo

certo respectu necessitatem introducit. Nec enim Imperator noster, jure illud Regis Persarum dictum imitari potest: ne videres meo tantummodo usus consilio, vos contraxi; cæterum mementote, parendum vobis magis esse quam suadendum, (*Grotius de jure belli lib.* I. *c.* 3. *n.* 16.)

Unser und deß Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten. rc.

Hæc loquendi formula usitatior est quàm illa, ubi Imperium omittitur. Perfrequens est Imperatoris & Imperii conjunctio (Unser und deß Reichs Kaiserl. Adler mit zweyen Köpffen: *ita Ferdinandus* in seiner newen Müntz-ordnung A. 1559. *inter* R. A. *p.* 534. §. Wie aber vorgestellte. Unsere und des Heil. Reichs Stände: *ita Maximilianus* im Mandat wegen der Müntzen A. 1571 *inter* R. A. *p.* 653. Unser und deß Reichs Ertzcantzler: *part.* I. *Ordin. Cam. tit.* 44. Unser und deß Heil. Reichs Beschluß: R. A. zu Augspurg Anno 1559. §. Damit dann/ *p.* 528. Kaiserliche und deß Reichs Acht: R. A. zu Augspurg A. 1548. §. damit auch künfftiglich/ *p.* 321. Kaiserliche und deß Reichs Sicherheit und Geleit: *Ferdinandi* Müntz-Ordnung §. damit auch/ *p.* 543. Kaiserliche und deß Reichs Frey- und Reichsstätte: R. A. zu Augspurg anno 1559. §. nach dem sich/ *p.* 524. Knecht so in deß Kaisers und deß Reichs Dienst begriffen: Fußknechts bestallung zu Speier anno 1570. auffgericht *artic.* 72. *inter* R. A. *p.* 645. Vermahnung an deß Kaisers/ und deß Reichs Statt: Reutterbestallung *dict. anno artic.* 3. *pag.* 638. Das Recht soll verbannet werden/ von deß Röm. Kaisers und des Reichs wegen: der Reutter Bestallung *artic.* 10. *p.* 639.) Non tamen perpetuam hanc conjunctionem esse, alia evincunt loca. (Unsere Churfürsten/ Fürsten und Stände: R. A. zu Augspurg anno 1530. §. Dieweil auch/ *p.* 205. Handhabung deß Landfriedens zu Wormbs anno 1495. auffgericht. *in pr. & sub tit.* Von Sachen/ so sich vor diesem Landfrieden begeben haben. Unsere Churfürsten/ R. A. zu Augspurg anno 1500. *sub titul.* Wie die Irzung wegen der *Session, p.* 61. Unsere Unterthanen im Reich: §. Dieweil/ *p.* 202. etc.)

Von andern Ständen.

Neque hæc loquendi formula; in Recessibus & actis Imperii, absque variatione est: scilicet, ubi Statuum mentio fit, aliquando conjunctim dicitur, Stände/ gemeine Stände/ hoc est, omnes: & hæc concisa formula est. Aliquando autem ita extenditur, ut omnium ordinum mentio fiat, nempe Electorum, Principum, Prælatorum, Comitum, Baronum, & Civitatum: quandoque ita, Churfürsten und Fürsten/ Geistliche und Weltliche/ Prælaten/ Graven/ Herren und Stände deß Heiligen Reichs. *Interdum,* Churfürsten/ Fürsten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ und Standen; aliquando, Churfürsten/ Fürsten/ Prælaten/ Grafen und Stände: nonnunquam, Chur-

fürsten/ Fürsten/ unnd andere deß Heiligen Reichs Stände: vel, Churfürsten/ Fürsten und Stände: sæpius, Churfürsten/ und gemeine Stände.

Bessern.

1. *Consensus Statuum requiritur ubi lex ferenda.*
2. *Vbi legi latæ aliquid addendum.*
3. *Vbi lex renovanda.*
4. *Vbi lex declaranda, vel explicanda.*
5. *Vbi lex, vel consuetudo abroganda.*
6. *Objectio.*
7. *Responsio.*
8. *Imperatoris potestas extraordinaria unde.*

IN materia legum & ordinationum, consensus & approbatio Statuum Impe-
1. rii requiritur. (1.) Ubi lex ferenda, vel ordinatio facienda. (*vide Instrumentum Pacis Cæsareo-Suecicæ art.* 8. §. *gaudeant. & ea quæ scripsi de jure publico lib.*1. *c.*10. *n.*32. *& in fin. d. artic.*32. *hujus Capitulationis, quorsum etiam pertinet,* der Kaiser Ferdinand mit Beliebung der Stände anno 1559. zu Augspurg ein ein Müntz-Ordnung auffgericht: R. A. zu Regenspurg anno 1576. §. gemeinen/ *p.* 466. *vel ut habet illa constitutio monetaria, in pr. inter* R. A. *p.* 533. sich mit denen Ständen einer gemeinen durchgehenden Müntz-ordnung/ wie dieselbe im gantzen Reich Teutscher Nation von männiglichen gehalten werden soll/ vereiniget/ endlich verglichen/ unnd entschlossen. *Similiter Maximilianus I. anno* 1498. *Friburgi in Brisgovia constitutionem de vino fecit,* mit sampt seinen und des Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten/ Ständen und gemeiner Versamlung. R. A. *p.* 34. *Idem Maximilianus ordinationem pro Notariis, à ICtis nonnullis conscriptam, approbavit,* mit Rath seiner und deß Heil. Reichs Churfürsten/ Fürsten und andern Ständen/ so auff dem Reichstag zu Cölln versamlet/ *ut ordinatio ista docet inter* R. A. *pag.* 95. *Carolus V. constitutionem,* wie Brüder oder Schwester Kinder/ ihres Vatters Bruder oder Schwester verlassen Erbschafft unter sich theilen sollen/ *fecit,* mit zeitigen vorgehenden Rath/ seiner und deß H. Reichs Churfür-
2. sten/ Fürsten und Ständen/ *inter* R. A. *p.*189. *&c.*) (2.) Ubi legi latæ aliquid addendum (*vide ordinationem Cameræ de anno* 1555. *in proœm.* R. A. zu Augspurg anno 1548. §. welche erklärte/ *p.* 328. Abschied des Deputation tags zu Wormbs anno 1564. §. als in dem Abschied *& seqq. p.* 548. R. A. zu Augspurg ann. 1566. §. alsdann in fernerm/ *p.* 557. R. A. zu Speier anno 1570. §. damit dann/ *p.* 607.
3. R. A. zu Regenspurg anno 1594. §. was und soviel *p.*713.) (3.) Ubi lex renovanda (*d. ordin. Cam. in proœm.* R. A. zu Speier anno 1570. §. damit dann/ *p.* 607. Erklärung deß Land-friedens zu Augspurg anno 1500. auffgericht. *tit.* wider der Ganerben Schloß/ *p.* 46. R. A. zu Augspurg *de dicto anno* 1500. *tit.* von Uberflüssigkeit der Kleider/ *p.* 65. Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs
4. anno 1521. *tit.* vom auffgerichten Landfrieden/ *pag.* 125.) (4.) Ubi lex declaranda, vel explicanda. (*d.* Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs *pag.* 125. *& tit.* Ob jemands deß Friedbrechers heimlichen Zuschubs verdacht were/ *p.* 127.

R. A.

R. A. zu Speyer anno 1557. §. ferner / *pag.* 511. Handhabung deß Friedens zu Wormbs anno 1495. *sub tit.* was mit dem gemeinen Pfenning erobert / *pag.* 27. Erklärung deß Landfriedens zu Augspurg anno 1500. auffgericht / *sub tit.* Vom auffgerichten Landfrieden / *p.* 44. & *sub tit.* Ob jemands der Friedbrecher heimlicher Zuschub verdacht wär / §. darumb / *p.* 45. *Instrument. Pacis Cæsar. Suecic. d. art.* 8. §. *gaudeant.*) (5.) Ubi lex, vel consuetudo, abroganda. (Cammer-Gerichts Ordnung zu Augspurg anno 1500. auffgericht *sub tit.* die *succession* der Dichter und Enckeln. *juncto* R. A. zu Augspurg *eodem anno in fine* §. und mit Churfürsten / *pag.* 65.) Cæterum, quod de declaratione diximus, illi valdè obstare videntur loca illa, ubi Imperator sibi eam unicè reservat (R. A. zu Regenspurg anno 1541. §. doch haben Wir Uns vorbehalten / über vorgemeldten Friedens-stand / so offt solches die Nothdurfft erfordert / jederzeit declaration und Erleuterung zuthun / wie Wir Uns solches hiemit außtrücklich / und wissentlich vorbehalten. R. A. zu Speier A. 1544. §. wäre aber sach / *p.* 306.) Sed adhæc responsio parata est in R. A. zu Augspurg *an.* 1548. (§. nach dem auch / *p.* 317. §. auff solch unser / *p.* 319.) nempe, Status hoc negotium Imperatori commisisse, haben solches dem Kaiser unterthäniglich heimgestellet / atque hic potestatem Imperatoris fuisse extraordinariam: Talis enim fieri potest, vel permissione Statuum, auß Zulassung der Stände (R. A. zu Trier und Cölln / anno 1512. §. item sollen dieselbe / *p.* 94.) vel auß Uberlassung und Heimstellung (R. A. zu Regenspurg anno 1541. §. und dieweil uns / *p.* 257. R. A. zu Speyer anno 1542. §. als nun aber *p.* 260. R. A. zu Augspurg anno 1566. R. A. zu Augspurg anno 1551. §. und wiewol / *p.* 386. R. A. zu Augspurg anno 1566. §. nach dem ferner / *p.* 562. R. A. zu Regenspurg / anno 1567. § in gleicher Gestalt / *p.* 587. R. A. zu Erfurt anno 1567. §. dieweil aber / *p.* 598. R. A. zu Regenspurg anno 1576. §. was dann. *p* 669 §. wann dann *p.* 670 R. A. zu Regenspurg anno 1598. §. und demnach / *p.* 838. R. A. zu Regenspurg anno 1603. §. und demnach / *p.* 778. R. A. zu Regenspurg / anno 1613. § und demnach / *p.* 797.) vel auß Vergleich (R. A. zu Augspurg anno 1566. §. und aber *p.* 563.)

5. 6. 7. 8.

AD ARTICVLVM III.

Ein löbliches Regiment.

Regimentum aliquando pro rectione, & directione Reipubl. usurpatur, (*l. un. in pr. ff. de offic. præfect. prætor.*) aliquando pro legione aliqua militum, quæ significatio hodie etiam rusticis plus nimium innotuit. In textu nostro in prima significatione accipitur.

Wie vormals bedacht / und auff der Bahn gewesen.

Vide Ordnung deß Regiments / zu Augspurg anno 1500. auffgericht / (*inter* R. A. *pag.* 35. & *seqq.*) Observandum est, inquit Paurmeister, *libr.* 2. *de*

dict. Imper. Rom. c. 2. n. 48. & seqq.) Patrum memoria, omnem fermè Imperii administrandi vim ac potestatem, penes comitia fuisse, ideoque tempore Maximiliani I. in Comitiis Wormatiensibus, anno M. CCCC. XCV. decretum fuit, ut Electores, Principes, ac ordines omnes, quotannis, statis temporibus, ac locis, convenirent, ac quæ ad pacem, ac salutem publicam pertinerent, consulerent ac statuerent. Cum verò universi ordines, absque ingenti sumtu, ac molestia, toties convenire non possent, ac ejusmodi sæpè negotia inciderent, quæ absque insigni periculo, ac detrimento reipubl. ad conventum ejusmodi differri non possent, placuit in Comitiis Augustanis, anno M D. Maximiliano, & Ordinibus, præter Imperatorem, vel ejus legatum, viginti personas ex Ordinibus eligi, qui essent loco senatus Imperialis. His ab Imperatore & Imperii Ordinibus, coniunctim plena potestas data fuit, jus & justitiam administrandi, ac de quibuscunque subditorum querelis cognoscendi ac statuendi, pacem ac tranquillitatem publicam tuendi, bella contra Turcas, ac alios Imperii hostes, suscipiendi, ac postea generaliter universa potestas, quæ toti Imperio in Comitiis competit.

Auffrichten und stellen.

Quod & factum (*vide* Ordnung deß Regiments zu Wormbs anno 1521. auffgericht / *inter* R. A. *p.* 106. *& seqq.*) sed, si Paurmeistero fidem habemus, (*d. lib.* 2. *de Iurisd. Imper. Roman. c.* 2. *n.* 51.) crescenti Caroli V. autoritate ac potentia Regimentum hoc planè in desuetudinem abiit. Reformatio Cameræ Spiræ facta anno M. D. XXXI. (*inter* R. A. *p.* 227 §. *item* dieweil) nos quidem docet, daß das Regiment gefallen seye / sed causam non addit. Causa institutionis tamen optima fuit, ut & Cameræ quoque: scilicet Fried und Recht im Heiligen Reich zu erhalten. (R. A. zu Speyer anno 1529. §. weiters als hiebevor / p. 186.)

Pfaltz und Sachsen an ihren Rechten und Freyheiten / weß sie deß Vicariat-Ampts halben haben / unschädlich.

1. *Caroli reversales* wegen deß Statthalter Ampts im Röm. Reich.
2. *Sinoldus & Witte Vicariatum Saxonis æqualem esse statuunt Vicariatus Electoris Palatini.*
3. 4. *Eorum fundamenta & rationes.*
5. 6. 7. *Autoris responsio ad fundamentum primum.*
8. 9. 10. 11. *Responsio ad alterum fundamentum.*
12. *Autoris opinio.*
13. *Hanc oppugnat Witte.*
14. *Autoris deductio.*
15. *Explicatio c. 5. aureæ Bullæ.*
16. *Ratio, qua utitur Witte.*
17. 18. 19. 20. 21 *Responsio Autoris.*
22. *Alia ratio Witteni.*
23. 24. 25. 26. *Responsio ad eandem.*
27. *Tertia ratio Witteni.*
28. *Responsio ad eandem.*
29. *Quarta Witteni adsertio.*
30. 31. 32. *Huic respondetur.*
33. *Quinta Witteni adsertio.*
34. *Responsio ad eandem.*

35. *Sexta*

35. *Sexta Witteni illatio.*
36. *Responsio.*
37. *Septima propositio.*
38. *Responsio.*
39. *Octava propositio.*
40. 41. 42. 43. *Responsio.*
44. *Nona propositio.*
45. 46. *Responsio.*
47. *Palatinum & Saxonem esse Vicarios per Regnum Teutonicum, non autem totum Imperium Romanum.*
48 *Contradictio Witteni.*
49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. *Responsio Autoris.*
56. *Divisio Imperii.*
57. *Populum Imperatori dare Vicarium.*
58. *Sunt qui statuant, Pontificem administrare Italiam, vacante Imperio.*
59. *Vacantis Imperii Vicarius est Papa.*
60. *Papa vacante Imperio tribuit investituras feudorum Imperii.*
61. *Ecclesiæ non competere vacantis Imperii curam.*
62. *Nec vacantis Imperii administrationem competere Pontifici.*
63. 64. 65. *Grotii opinio rejicitur.*
66. *Qui sunt Vicarii Imperii in Italia.*
67. *Illos vacante Imperio subesse Palatino, & Saxoni, docet Witte.*
68. *Cui contradicitur.*
69. *Objectio.*
70. *Responsio.*

VIde quæ de Vicariatu Palatini & Saxonis scripsi (*in Iure publ. lib. 3. cap. 12.* 1.
n. 10. & seqq.) Huc autem in specie pertinent Caroli nostri reversales, vel declaratoriæ literæ, quas, ubi Regimentum institutum anno M. D. XXI. dedit, wegen deß Statthalter Ampts im Heiligen Reich / daß solches an deß Pfaltzgraffen / und deß Churfürsten zu Sachsen / Vicariat-Aemptern unnachtheilig sey/ quas exhibet Goldastus (*part.* 1. der Reichs Satzungen *p.* 243.) & allegat Witte *in Collegio publico de statu Rei Romanæ Iusti Sinoldi disput.* 5. *thes.* 11. *lit. c. p.* 236.) quando ea quæ docui (*de jure publ. lib.* 3. *c.* 12. *n.* 40.) refellere conatur. Putat ille, Electoris Saxonis vicariatum in Imperio, æqualem esse 2.
vicariatui Electoris Palatini, ita, ut utrisque ejus exercitium competat, non solum tempore, quo Imperator mortuus, sed etiam quando absens. Pro fundamento allegat Aureæ Bullæ titulum v. ibi: *& eodem jure provisionis illustrem* 3.
Ducem Saxoniæ, Sacri Imperii Archimarescallum, frui volumus, sub omnibus modis, & conditionibus, sicut prius est expressum. Ait, *nos hinc videre, quod Saxonis Vicariatus nullo modo differat à Palatini.* Addit, *nisi in casu absentiæ idem Saxo-* 4.
ni competeret, quod Palatino, quare Carolus V. Ferdinandum constituens administratorem, æquè Saxoni cavere debuit, & cavit (atque Palatino)? Prius quod 5.
ex aurea bulla adducit, probat quidem, Saxoniæ Electorem eodem provisionis jure gaudere, quo gaudet Elector Palatinus: at verba quæ subsequuntur, (*sub omnibus modis & conditionibus, sicut superius id expressum*) nos inter alia docent, dispositionem de illo tantum casu intelligi debere, qui superius in eodem capite exprimitur. Exprimitur autem ille, quoties ut in antecedentibus bullæ ejusdem locis præmissum, sacrum vacare continget Imperium: hic verò tantum contingit, quando Imperator esse desiit, (*aurea bulla c.* 4. §. 2. *c.* 1. §. 19. *& d. c.* 5. §. 1. *in verbis, qua tamen per Regem Romanum postea electum. &c.*) non verò, quando extra Imperium peregrè abiit (*ut docui etiam de jure publ. lib.* 2. *c.*

15. *n.* 13.) de quo casu, & cui tunc provisio Imperii incumbat, in tota Caroli
6. IV. aurea bulla ne verbum quidem est, quod loquatur. Unde, nisi Palatinus Elector aliud ostendisset privilegium, quam dictæ aureæ bullæ Caroli IV. nunquam jus suum, quod in casu absentiæ Imperatoris exercere potest, probavisset. Probavit autem, mit Laut und Inhalt Brieflicher Urkund/ von vielen Römischen Kaisern/ und Königen/ je von einem auff den andern außgangen/ die Er der Kaiserlichen Majest. auch Churfürsten/ Fürsten/ und Ständen deß Heiligen Reichs gnugsamlichen fürgelegt/ und verlesen lassen/ daß wo ein Römischer Kaiser/ oder König/ über Berg zeucht/ oder auß dem Reich ist/ einem jeden Pfaltzgrafen/ der Churfürst ist/ die Versehung und Verwaltung desselbigen gebühret und zusteht/ ut testatur Carolus V. in dictis confirmationis literis, datis Wormatiæ anno M D XXI. die XXVIII. Maji. (*apud Goldast. part.* I. der Reichssat. *p.* 243. *& aliis p.* 241.) Qui ergò, etiam hoc in casu, paritatem, ratione vicariatus, inter Electorem Palatinum & Saxonem obtinere scribunt, aliis documentis o-
7. pus habent, quam aurea Caroli IV. bulla. Porrò ex collatione confirmationũ (*apud Goldast. d. loc.*) evidenter cognoscitur, Palatini & Saxonis causam hic non convenire. Palatinus exhibuit varia documenta; Saxo pro fundamento unicam allegavit auream bullam Caroli IV. Unde etiam Carolus V. non una, verum diversis confirmationibus, vel declarationibus, separatim uniuscuiusque
8. jus salvum esse voluit. Diversum autem, non uniforme, illud jus fuisse, ex allegatis documentis patet, atque ex constitutionibus ipsis. Scilicet, Palatini vicariatus, quem absente Imperatore habet, quiescat, vel in suspenso sit, quousque viget der Statthalter und Regiment/ so in Kaiser Carls V. abwesen im Reich zuhalten/ mit Rath der Churfürsten/ Fürsten und anderer Stände deß H. Reichs auffgerichtet worden/ wann aber solch Statthalter Ampt und Regiment auffhören/ nachlassen oder anders zufallen werde / tunc iterum locus sit exercitio vica-
9. riatus, in casu absentiæ Imperatoris. Vicariatus verò, quem exercere debet idem Palatinus, quando Imperium vacat, non suspendatur, nec, eo casu contingente, Vicarius & Regimentum impedimento sint, quo minus Palatinus exerceat jus suum; cum ipsorum potestas, tantum ad casum, quo Imperator, peregrè profectus, absens est, restringatur (*vide* Römischer Königl. Majestät Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs *A.* 1521. auffgericht/ *in fine exordij.*)
10. Atque in hoc casu vacantiæ, non alio, Saxoniæ Electori quoque prospectum voluit Carolus noster, constitutione particulari, data Wormatiæ, anno M. D. XXI. ultimo die Maji, qua dicitur, daß das im abwesen der Kaiserlichen Majestät zu halten auffgerichte und beschlossene Regiment / dem Churfürsten zu Sachsen (tunc temporis Friderico) an seinem Vicariat-Ampt/ nach laut der Guldenen Bull / kein Abbruch/ oder Nachtheil bringen solle noch möge/ in keine weise: ubi verba, nach laut der Guldenen Bull/ satis innuunt, de quo casu

casu Imperator locutus fuerit. Si quis dicat, hac constitutione opus non fuisse, cum ex modo allegato fine exordii constitutionis Wormatiensis, jam satis constaret, Regimenti potestatem solum in eo fundatam, ne Imperatore absente Imperium detrimentum pateretur; facilis in assensum ero, cum credam, eadem ex causa Palatinum non petiisse, sibi salvum constitui jus suum, cujus aurea bulla meminit: verum, postquam Carolus V in constitutione, in Palatini favorem facta, etiam casum vacantiæ expressisset, atque ita plus in confirmatione, quàm in petitione reperiretur, Saxoniæ Elector ansam nactus fuit, ut sibi quoque illo casu prospiceret. Cui hæc conjectura nostra non placuerit, contentus tandem erit generali JCtorum regula, superflua non nocere, quæ pro Saxone militabit. 11.

Porrò, postquam idem, contra quem hæc scribimus, Witte, *dicta disputatione 5.* quam de Rege Romanorum & vicariis Imperii, sub patrocinio Sinoldi exhibuit, sæpius opiniones meas vellicaverit, examinandum esse duxi, benè an malè opus peregerit. *Affirmavi* ego, cum protestatione tamen, (*d. libr. 3. de jure publico cap. 12. n. 81. & seqq.*) *Electoribus, Palatino & Saxoni, non generaliter, sed speciali constitutione, in aurea Bulla d. c. 5. exprimente singulos actus, (quæ proinde stricti juris nec ad non expressa extendi debeat) vicariatum Imperii commissum, vel mandatum fuisse.* *Negavit* hoc Witte (*thesi 12. lit. a. pag. 437.*) atque asseruit, *hoc modo à me committi petitionem principii: argumenta enim opinioni meæ contraria eo niti, ut probent vicariatum esse generalem.* Verum, ne adversarium, vel alium, qui hæc legere dignatur, in suspenso relinquam, opinionem, quam tamen, loco ubi de vicariis egi, satis fundatam arbitror, hic firmare ulterius, atque principium, quod ab aurea Bulla potissimum peti debuit, clarum & evidentissimum exhibeo. Vicarios, non unius esse potestatis, sed, vel à lege, vel ab homine diversimodè constitui, ita, ut ea, quæ committi possint, vel omnia agere, & expedire possint, vel nonnulla tantum, extra controversiam est. Quantum autem cuique concessum sit, ex mente concedentis dependet, quæ ex verbis concessionis innotescit. Verba illa vel sunt obscura, aut ambigua, aut clara, & evidentia, qualia sunt illa quæ *in d. c. 5. A. B.* legimus. Diversa ibi expediuntur. (1.) Quis sit provisor Imperii casu, quo id vacare contingat. (2.) Quousque duret hæc provisio. (3.) Quæ provinciæ Imperii provisioni cujusque subjiciantur. (4.) Quæ si potestas provisoris. De hac, nulla generalis concessionis nota in aurea bulla prostat, sed specialis tantum, singula, quæ provisori liceant, ut & nonnulla, quæ illi non liceant, expriment. Textus ita habet: *cum potestate*, non addit libera, plena, generali, sed idem vult, ac si diceret, cum hac potestate, quæ sequitur: nempe, judicia exercendi &c. enumeratis in specie, non addit clausulam ullam, ex qua generalitas nota resultet, qualis alias esse solet, *& omnia alia agendi &c.* Consideras hanc concessio- 12. 13. 14. 15.

cessionem, sive ut mandatum, sive ut privilegium. Si ut mandatum, verum
erit, id strictè observandum, nec extendendum ad non expressa. (*§. is qui* 8. *In-
stitut. de mandato. l. diligenter.* 5. *pr. ff. eod.*) si ut privilegium, esse stricti juris
(*c. porrò* 7. *ubi gloss. extr. de privileg. Gail.* 2. *observat.* 2. *n.* 14. *Wesembec. part.*
1. *consil.* 1. *n.* 56.) & ideò strictè quoque esse interpretandum, & in sua forma
& tenore, qui diligenter inspici debet, præcise servandum (*d. c. porrò* 7. *l. quic-
quid adstringendæ* 99. *ff. de V.O.* Klock *de contribut. c.* 16. *sectione* 1. *n.* 67.) Eviden-
tiam textus nostri obnubilare nequeunt illa, quæ pro contraria opinione ab an-
16. tagonista (*d. thes.* 12. *lit. a.*) afferuntur. Ait ille I. *Vicarios nostros nomine Impe-
rij administrare: cum enim casu mortis, majestas realis administrationem recipiat,
illam per hos duos Vicarios exercere voluisse, & ita, in dubio tale Imperium concedere,
quale habet Imperator, nisi inveniatur limitatum* (*arg. l.* 1. *&* 2. *C. de officio ejus qui
vicem alicujus judicis, vel præsidis obtinet. can. si quis Episcopus,* 2. *quæst.* 6. *l.* 1. *§. à
17. præfectis* 4. *ff. de legat.* 3.) Respondeo (1.) Quod in rubro generaliter enunci-
at, nempè Vicarios Imperatoris vicem sustinere; & in antecedenti thesi do-
cuit, illos vicem Imperatoris sustinere, non solum quando vacat Imperium, sed
etiam quando Imperator absens est, hic ad unum tantum trahit casum mortis,
18. bene an secus, ipse viderit. (2.) Verba, *in dubio,* ad casum nostrum non qua-
drant, ubi Aureæ Bullæ dispositio tam clara est, quàm dies sole meridiano
19. lucente. (3.) Imò, etiamsi in dubio casu versaremur, verbis tamen legis in-
hærendum, standumque foret, (*l.* 1. *§ licet autem* 20. *ff. de exercit. act.*) & speci-
20. alia specialiter intelligenda essent. (*Gœdd. ad l.* 6. *§.* 1. *ff. de V.S n.* 25.) (4.) In
dubio præsumi, majestatem realem tale Imperium concedere vicariis, quale
21. habet Imperator, dubito an textibus allegatis probari possit. (5.) Quod
addit, *nisi inveniatur limitatum*, ad dubium non potest applicari: quod enim
22. limitatum apparet, inter dubia amplius referre non licet. II. Adversarii ra-
tio est: *cum lex Imperij quædam specialiter Vicariis prohibuerit, & Imperatori futu-
ro reservarit, ergò exceptionem firmare regulam in casibus non exceptis.* (*l. quæsitum*
23. 12. *§. idem respondit* 43. *ff. de instruct. vel instrum. legat. l. cum prætor.* 12. *pr. ff. de ju-
dic.*) Respondeo (1.) Si aurea bulla generalem dedisset potestatem, & nonnul-
la tantum postea specialiter excepisset, exceptio firmaret regulam in casibus
non exceptis. At postquam specialem tantum concessit, singulis expressis acti-
bus, atque addidit præterea speciale interdictum, regula illa non obtinet. Po-
24 terit etiam hoc dici, concessionem illam, quoniam nonnulla tantum permit-
tis vicariis, esse specialem, quod attinet concessa collectim sumta, si ea con-
ferantur cum illis, quæ concedi potuissent, nec tamen concessa fuerunt; esse
vero generalem, respectu singulorum actuum, nisi reperiatur limitata. Ex-
25. empli causa, potestas investiendi de feudis, generalis est, respectu feudo-
rum, quorum variæ sunt species, quæ sub genere comprehenduntur. Sed
hæc

hæc generalitas ita limitatur, ut excipi debeant, feuda Principum, & illa, quæ vulgariter Fahnenlehen vocantur: quæ exceptio firmat regulam in cæteris feudis non exceptis, adeo ut vicarii nostri, de illis omnibus, quæ non excepta sunt, investiendi potestatem habeant. Atque hoc modo verum est, (*d. l. quæsitum 12. §. idem respondit 43. ff. de instruct. vel instrum. legat.*) qui hæc excepit, non potest non videri de cæteris non exceptis sensisse. Respondeo 26.
(2.) aureæ Bullæ dispositio, non omnia, quæ specialiter vicariis prohibuit, Imperatori futuro reservavit; sed unicum ex illis tantum, quod feuda Principum, & quæ Fahnenlehen appellantur, concernit. Nam, quod attinet alienationes, & obligationes rerum Imperialium, quæ vicariis prohibitæ, Imperatori reservatæ non sunt. III. Loco adducit Witte, *censeri vicarium ha-* 27.
bere mandatum cum libera, (arg. l. Præses 12. ibique Dd. C. de transact. l. 1. ff. de procur. Cæsar.) eum vero, qui tale habet, eadem facere posse ac ipse dominus. (l. creditor 60. §. 4. ff. mand.) Respondeo; sit ita, illum, qui mandatum habet cum libe- 28.
ra, (loquamur cum vulgo, quamquam minus exacte, si Giphanio credimus, *disputat. de vitios. divisionib. jur. thes. 115.*) eadem facere posse, quæ ipse dominus facere potest, at vicarios nostros mandatum cum libera habere, non solum nullum argumentum ex allegatis legibus desumi potest; verum etiam, si *d. l. creditor 60. §. Lucius 4.* cum aureæ Bullæ *d. c. 5.* conferatur, plane contrarium manifestum evadit. Committitur quoque error in allegatione tituli, (*de procur. Cæsar*) nam scribi debebat, *de officio procuratoris Cæsaris.* IV. Allegans 29.
Buxtorfium (*ad A. B. conclus. 71.* (adversarius, ait, *hoc in omnium Regum & Principum vicariis observari.* Respondeo: magnum hoc est præsuppositum, quod 30.
fide non comprehenditur, sed per inductionem, vel enarrationem vicariorum singulorum Regum & Principum, probari debet. Deinde confun- 31.
duntur vicarii Regum & Principum, cum vicariis Regnorum & Principatuum; ac in casu nostro, vicarii Imperii, cum vicariis Imperatoris. Præterea 32.
non sequitur in materia Status, hoc alibi observatur, ergo ubique observandum. Arbitraria enim hæc sunt, & pro diversitate Rerumpublicarum diversa, ac variantia. V. Scribit, *cum nulla reservatio & exceptio sine regula esse* 33.
possit, (arg. l. 1. ff. de Reg. Iur.) in dicto capitulo V. aureæ Bullæ autem inveniantur exceptiones, & reservationes, sequitur, quod eo ipso regula præmissa censeatur. Re- 34.
spondeo; unica tantum in *A. B. d. c. 5.* legitur exceptio, & reservatio, non plures: Et hanc antecedit regula, nimirum, vicarium habere potestatem investiendi de feudis (de qua dixi supra ad Argumentum II.) Quod autem præterea statuitur, vicario omne genus alienationis seu obligationis, rerum Imperialium, provisionis tempore expresse interdictum esse, id regula est, non exceptio. VI. Ait, *si lex reliqua* (vicariis) *concedere noluisset, æque determinare* 35.
concessa debuisset. (Andr. de Isern. ad c. Imperialem, de prohib. feud. alienat. per Fri-

T *der. num.*

36. *der. num. 13.)* Respondeo; id factum: nam singula quæ concessit, determina-
37. vit. VII. *In specie tradere Doctores, Vicarios Regum omnia posse, quæ Reges ipsi, nisi*
38. *specialiter quædam sint excepta.* (*Rosenth. c. 10. de feud. concl. 39. &c.*) Respondeo; Si Dd. loquuntur de vicariis cum mandato generali, vera docent; si de vicariis cum mandato speciali, aberrant à vero. Porro, videntur hic iterum con-
39. fundi, Vicarii Regum, cum vicariis Regnorũ VIII. Urget adversarius privilegium Caroli IV. anno M. CCC. LXXV. de vicariatu datum; ibi, daß sie gemeine (generales) vicarien des Reichs gewesen seyn/und noch seyn sollen. Respon-
40. deo (1.) Non facit hoc contra nos; quia (*d. l. 3. cap. 12. n. 81.*) tantum docuimus, ex aurea bulla Caroli IV. non posse deduci, vicariis Imperii aliud concessum, quam quod in ea expressum; aliunde autem, præsertim ex usu & praxi, etiam
41. alia illis concessa esse probari non posse, non docuimus. Respondeo (2.) Allegatum instrumentum, quod confirmatio est privilegii Electori Palatino competentis, (*& legitur apud Goldast. d. part. 1.* Reichssatzungen/*p. 241.*) non loquitur de casu vacantis Imperii, sed de casu absentiæ Imperatoris, wann Römische Kaiser und König über Berg gezogen seyn/oder ziehen (ut textus verba sonant,) daß alsdann der Pfaltzgraff/Churfürst bey Rhein/ gemeiner vicarius des Reichs / hie disseits der Berge sey. Cum autem, ut supra dictum, privilegia sint stricti juris, non sequitur in casu absentiæ Romanorum Regis, vel Imperatoris, Elector Palatinus est gemeiner vicarius Imperii: Ergo etiam est talis in casu vacantiæ; de quo tamen casu solo antagonista agit (*d. thes. 12. lit.*
42. *à.*) Hoc quidem certum est; Electoris Palatini vicariatum, utroque in casu, scil. absentiæ Imperatoris, & vacante Imperio, à Maximiliano I. anno M. D. XVIII. ac postea à Carolo V. anno M. D XX. confirmatum fuisse, sed non parificatum. Confirmatio (*d. p. 241 & seqq.*) mentionem facit aureæ Bullæ (quæ de casu vacantis disposuit) & literarum Caroli IV. de dato M. CCC. LXXV. (quæ
43. de solo casu absentiæ loquuntur.) Respondeo (3.) Gemeiner/sive accipiatur pro generali sive universali (allgemeiner) hoc in literis Carolinis innuere videtur, quod Palatinus sit solus vicarius per totum Imperium cisalpinis in oris, nec ullum habeat collegam. Si enim haberet collegam, quemadmodum habet in casu vacantis Imperii, non possit dici generalis, vel universalis, re-
44. spectu scil. subjecti, in quod exercetur vicariatus. Denique IX. monet adversarius, ex Thoma Michaële (*de jurisdict. concl. 29.*) *Vicarium à lege constitutum ad locum absentis & impediti sustinendum, differre ab illo, qui à Principe constituitur:*
45. *illum majorem, quam hunc habere jurisdictionem.* Respondeo (1.) Agnosco discrimen ratione causæ efficientis, sed quod jurisdictionem atque potentiam attinet, eam utroque casu à voluntate legem ferentium, vel Principis, dependere certum apud me est, adeo ut contingens esse possit, vicarium à lege constitutum majorem habere potestatem, quam ille à Principe constitutus habet,

bet, ſed non neceſſarium. Etenim, & hoc evenire poteſt, ut Principes vicarium, in caſu abſentiæ, & impedimentorum, ſibi conſtituat, cum generali & libera poteſtate, lex autem conſtituat vicarium in conſimili caſu, cum poteſtate reſtrictiva. Reſpondeo (2.) Fit hic iterum ſaltus, à caſu vacantiæ, ad ca- 46.
ſum abſentiæ; ego autem multũ inter utrumq; intereſſe arbitror: & ſecurius, regulariter, puto, in caſu abſentiæ vicariis poteſtatem generalem cum exceptione dari, ſive id fiat à Principe, ſive à lege, quam in caſu vacantiæ, propter pericula, quæ interregni tempore frequentiora; aut, ne vicarii ipſi turbarum cauſa facile fieri, ac vicariam poteſtatem in ordinariam convertere poſſint: Crediderim enim, hoc caſu ſpecialem poteſtatem illis concedi debere, ita ut in cæteris peragundis reliqui regni vel Imperii Status cũ vicariis concurrant.

Pergit Witte (*theſ.13.lit.a.*) in me arietare, quod (*d c.12.num.18.*) tradide- 47.
rim, vicarios noſtros, Palatinum & Saxonem, eſſe vicarios totius Regni Teutonici, ſed non Imperii Romani. Verum cum hoc enunciatum ambigui ſenſus eſſe poſſit, mentem meam ita accipi volo, ut concedam, Palatinum & Saxonem, Electores, eſſe vicarios Imperii, ſed tantum, juxta conſtitutionis aureæ Bullæ verba, per regnum Teutonicum, non vero per totum Imperium, hoc eſt, non etiam per provincias reliquas, quæ Germanicæ non ſunt, indeq; nec per Italiam. Rationes, quas dedi, ſatis demonſtrant, quod de conſtitutione Aureæ Bullæ, verbisque ejusdem, & ſenſu eorundem diſſertatio mea inſtituta fuerit. Dixi inter alia, Italiam non uſam fuiſſe, (maxime tempore quo aurea Bulla confecta) jure, vel Saxonico vel Suevico ſeu Francico. Ad hoc reſpondit adverſarius, *quod verba Aureæ Bullæ tam ſtricte non ſint accipi-* 48.
enda; alias enim ſecuturum, quod nec Regnum *Arelatenſe in eo comprehenderetur,* quod tamen falſum eſſe, fatear ipſe (*d.c. 12.n. 12.*) Ego his contra repono: verba aureæ Bullæ vel clara eſſe, vel non. Si clara ſunt, intelligi debent proprie, 49.
(*arg.l.69. in pr.ff.de leg.3.*) ut ſonant: Si dubia ſunt, melius erit verbis legis ſervire (*l.1.§ licet autem 20. ff. de exercitor. act.*) Inconveniens, quod ex ſtricta acceptione ſequi putat adverſarius, non meretur conſiderari. Etenim quod in *eo* 50.
(quo verbo utitur adverſarius, quod, niſi addatur, textu, vel vicariatu, non ſatis cum antecedentibus convenit, ſed potius exprimendũ, *ea*, ſc. aurea Bulla) textu aureæ Bullæ Regnum Arelatenſe non comprehendatur, nec inconveniens eſt, nec abſurdum, nec contrarium unquam à me ſcriptum fuit. Retuli (*dict. num. 13. & 14.*) Goldaſti verba aus der Vorrede des erſten Theils der Reichsſatzungen/ (ita enim emendari debet, quod in textu meo corruptum vel ab amanuenſi, vel à typographo fuit, atque deleri allegatio paginæ) ubi vicariatui Palatini attribuit etiam Regnum Arelatenſe; quod credo recte factum; ſed non credo hoc ex aureæ Bullæ diſpoſitione probari poſſe. Et ſi, 51.
ut adverſarius ipſe tradit, regnum Arelatenſe, ac ipſius vicarius, ſubeſt Comi-

ti Palatino, ex singulari privilegio, nil nocet Palatino, nec veritati, quod dixi:
52. de aurea enim Bulla locutus sum, non vero de alio privilegio speciali. Præte-
rea, sit Palatinus Imperii vicarius per regnum Arelatense, non erit tamen
53. propterea etiam vicarius per Italiam, de quo in specie agebam (*d.n.18.*) Alle-
gavi ibidem in subsidium, Germanica Aureæ Bullæ verba, quæ Francici ju-
ris nullam faciunt mentionē, sed ita sonant, in Landen am Rhein/in Schwa-
ben/und Francken. Hanc electionem adversarius dicit non esse authenticam
sed vitiosam, quod & ego credo: allegavi eam, non ut authenticam, sed eo fi-
ne, ut monstrarem, sive latinum, sive germanicum aureæ bullæ texum inspi-
ciamus, non posse inde deduci, Italiam sub Palatini, vel Saxonis vicariatu
comprehendi. Porro, quod in me notat adversarius, ipse committere non
erubescit; Producit enim antiquam Germanicam versionem (*quæ videri potest*
54. *apud Goldast. tom.1. constit. Imper. p.121. & seqq. & reiterato part. 2.* der Reichssa-
tzungen/ *p.47. & seqq.*) omnium vitiosissimam. Et quod in ea (*d.c.5.*) dicitur,
und in Fränckischen Gebiet/intelligi vult pro districtu, & jurisdictione (alle-
gans Besoldi *thes. pract. verb.* Gebiet.) Sed ut vitiosa est illa versio, ita à
vitio quoque nondum libera est interpretatio. Dato enim, verba intelli-
genda esse de districtu, jurisdictione, Franconico, & Franconica, non inde ta-
55. men probatum detur, Italiam ad districtum Franconicum, vel ejus jurisdi-
ctionem referendam esse. Eadem imperfectione laborat, si non majori, inter-
pretatio altera, qua verbum jus, sive Recht/pro jurisdictione (*per l. pen. ff. de I.*
& I.) venditat. Porro, quæ sit ratio, cur Italia potius ad districtum Franconi-
56. cum, quam ad Suevicum, qui Italiæ proximior, referatur, mihi plane inco-
gnitum. Hoc autem notum, Goldasto præeunte (*in d. Præfat. part.1.* der Reichs-
satzungen/) daß das Römisch Reich von den Teutschē Kaisern in zwey Haupt-
reich abgetheilet worden (seyn solle) in das Italianische und Germanische/und
das Germanische wiederumb in drey Reich gesondert/ Teutsche/ Wällische/
und Windische (Gulden Bull *c. 30.*) hernach die (*sc.* Germanische) unter zwey
hohe Pfallentz partirt/Saxen und Schwaben/Saxoniam & Teutoniā (Sach-
senspiegel *l. 3. c. 64.* Schwabenspiegel *l.1. c.108.*) zu Schwaben/ daß auch Fran-
cken genant/wären die Wällische/das ist/ Gaulische Stånd gezogen/dardurch
Niderland/Lottringen/Burgund und das Arelatische Reich: zu Sachsen/die
Windische oder Schlavische/ dardurch Böhem/Merhern/Schlesien/Polen/
Liffland/Littaw/und Preussen verstanden. Quæ, si vera sunt, satis innuunt, I-
57. taliam ad vicariatum Palatini non magis pertinere, quam ad Saxonis, hoc est,
ad neutrius. Inter Pontifices ac Romanorum fautores, & jurium Imperii
vindices, non leve est certamen, ad cujus curam vicariatus Imperii pertineat.
Cynus & Raynerius tradiderunt, (*referente & approbante Hugone Grotio de jure*
belli lib. 2. cap. 9. n. 11. in fin.) si Imperator Romanus, morbo, aut captivitate,
impe-

impediretur fungi Imperio, posse ei vicarium dari ab ipso populo Romano. 58.
Canonistarum plurimi, vacante Imperio, jus administrationis, & inspectionis in Italia, Pontifici competere asserunt. (*cap. licet ex suscepto. ubi Panorm. & alii, extr. de for. compet. Clement. pastoralis, §. fin. & ibi Cc. de sentent. & re judic. in 6. cap. si fratrum. extr. ne sede vacante. Clement. 1. de jurejur. cap. ad apostolicæ 2. de sentent. & re judic. in 6.*) Onuphrius Panvinius (*in lib. de Comitiis Imperii tit. de Imperii cæteris Principibus.*) hoc non omittendum duxit, quod Clemens Papa V. instituerit, ut vacante Imperio Papa sit vicarius Imperii, in 60.
ejus ditione, quam in Italia potissimum habet. Hugo Grotius, (*allegato loco*) vacante Imperio, investituras tribuere Romanum Pontificem feudorum Imperii Romani, testatur, & addit rationem, quia in populo Romano, tali tempore libero, primas obtinet. Solere autem quæ sunt corporis alicujus, per 61.
primam personam corporis nomine expediri. Contra vero Cynus scripsit (*ad l. ex hoc jure 5. ff. de just. & jur. num. 33.*) sibi non videri verum, quod Canoni- 62.
stæ dicunt, Ecclesiam succedere vacante Imperio. Et jamdudum, tempore Ludovici Bavari, Imperatoris, hanc traditionem rejectam, atque in Comitiis decreto firmatum fuisse, quod vacantis Imperii administrationem Pontifex habeat, nullam scripturam, nullam rationem, sed solam usurpationem introduxisse, testis est Albertus Crantzius (*metropol. Saxon. lib 9. cap. 19. laudatus à Goldasto in rationali constitut. Imper. pag. 93.*) Traditiones Hugonis Grotii 63.
(*d. num. 11.*) examinans Hermannus Conringius (*de German. Imperio Romano c. 12. p. 102.*) postquam jam duos à Grotio commissos errores notasset, subnectit, gravius tertio erratum est, interregni tempore ad Papam pertinere collationem feudorum Imperii Romani; hoc est, ut ipse quidem intelligit, omnis etiam regni Italici; cum tamen illud regnum nullo nunc jure pertineat ad urbem Romam, neque Papæ in regno illo jus competat vicariatus, quale 64.
Palatino, & Saxoni in regno Germanico, tempore interregni. Et sane, haud legas à Germanis, penes quos majestas est, aut etiam ab Italis, unquam vica- 65.
riatus aliquod jus tale per regnum Italiæ Papis esse concessum. Et (*pag. 103.*) pessima, inquit, omnium est, quam Grotius probat, Cyni & Raynerii, sententia, præsertim si eam intelligas, ut ipsi illi accipiunt. Scilicet illis Imperator quoque dicitur ratione Germaniæ, Grotio vero, tantum regni Italiæ, & urbis. Liquidum autem, nisi fallimur, factum à nobis est, Romano populo, in Germaniam, atque Longobardiam, imo & in suam urbem, nihil esse summæ majestatis, sed solius Germaniæ esse, dare Urbi illi Imperatores, adeoq; etiam vicarium ejus, si necessitas id efflagitet. Hucusque Conringius. Non habeo ego quod dicam, quam jus à facto discerni debere. Quod Romæ factum, fiatq; hodie, ut & in illis Italiæ locis, vel provinciis, quæ nunc Imperium nostrum, nuda quadam reverentia comiter habent, cætera

libertatem allegant, si cum jure conferatur, stare nequit: si factum respicias, tamdiu continuabit, quamdiu vires; hæc vero eo usque, donec in præcordia Germanorum, consensus, & fortitudo, ausus que majorum redierint.
66. In cæteris Italiæ Provinciis, quæ adhuc cum Imperio nostro cohærent, res
67. ita in salvo est, postquam vicarios ab Imperio habent recognoscuntque. Tales dicuntur esse, Dux Mediolanensis, Dux Sabaudiæ, Dux Mantuanus. Eosdem jurisdictioni vicariorum, Palatini & Saxonis, tempore interregni subesse mundo persuadere allaboravit Witte (*d.disp.thes.9.lit.e.*) Quantum apud credulos perfecerit, non curo, me quod attinet, operam & oleum perdidit. Verba enim cumulat tantum, nihil probat. *Potius substituti sunt*, inquit, *no-*
68. *stris vicariis, ob id ordinati, ut essent qui tam late extensi generalis Vicariatus onera allevarent.* Non disputabo de Vicariis in Teutonico regno constitutis, post Palatinum, & Saxonem, hoc tamen intrepide dicam, substitutioni locum non esse, ubi nulla præcessit institutio. Palatinum autem, vel Saxonem, unquam institutum, ut vicarius sit Imperii per Italiam, nondum probatum est.
69. Ergo frustra illis ibidem substituti assignantur, antequam de institutione certi sumus. *Particulares* (pergit argumentari Witte) *vicarii ipsi Imperatori sub-*
70. *sunt* (quousque in vivis est) *ergo & vacante Imperio illis subsunt, qui vice Imperatoris sunt.* Si vicem Imperatoris subire per totum Imperium accepissent vicarii, Saxo atque Palatinus, si eandem potestatem à lege obtinuissent, quam Imperator in vivis constitutus habet, vis collectioni inesset: Quoniam vero ipsorum potestas ad Germaniam restricta legitur, &, si verum est, quod de speciali privilegio Palatini affirmant, ad Regnum Arelatense quoque consequens est, Italiæ vicariatum, cum ejusdem regni vicariis, sub eorum potestate non esse. Esse tamen sub potestate majestatis realis Imperii, quæ mortuo Imperatore maxime in actu cernitur, non est, quod dubitemus. Nam & sub eadem quoque Palatinus & Saxo, vicarii per Germaniam, esse cognoscuntur, & omnes illi, qui sub iisdem sunt.

AD ARTICULUM IV.

Die Churfürsten / als die vörderesten Glieder.

Vide tractatum meum de jure publico *lib.3. c.3. num.1.*

Pfandschafften.

1. De quibus oppignorationibus intelligi debeat dispositio articuli IV.
2. Opinio una.
3. 4. Opinio alia.
5. Decisio pertinet ad Electores.
6. 8. Omne pignus reluitionem admittit, quousque pignus est.
7. Quomodo desinat esse pignus.

9. A Quo

9. *A quo fiat reluitio.*
10. *Confirmationem pignoris ab Imperatore factam, non impedire reluitionem.*
11. *Respondetur objectioni.*
12. *Inter confirmationem pignoris & gratiam, ne pignus reluatur, multum interest.*
13. *Responsio ad objectionem aliam.*
14. *Effectus reluitionis, quæ fit ab Imperatore.*
15. *Pecuniam subministrantibus Statibus.*
16. *Effectus reluitionis, quæ fit ab alio quam Imperatore.*
17. *Reluitio ista fit, vel ex privilegio generali, vel speciali.*
18. *Cur non facile alii reluitionem concedere debeat Imperator.*
19. *Autor opinionem suam corrigit ex articulo 5. §. 6. instrumenti pacis Cæsareo-Suecicæ.*

INtelligendum hoc est de bonis Imperii, quæ ab Imperatoribus aliis oppi- 1.
gnorata, quorum sane sunt quam plurima. Sed de quibus? non enim u-
nius modi sunt istæ oppignorationes. Arbitrantur nonnulli, hæc accipi de- 2.
bere de oppignorationibus, quæ reluitionem nullam admittunt, von unablö-
sigen/oder solchen Pfandschafften/ beydenen kein Widerlösungen expresse an-
gedingt worden. In contrarium autem concedit Autor der gründlichen 3.
Außführung der Reichsstadt Lindaw/die ohnversehens abgelößte/ und der Ertz-
Hertzogin Claudiæ Fürstl. Durchleucht pendente lite cedirte Reichspfand-
schafft betreffend (*pag. 12.*) & extendit etiam ad reluibiles oppignorationes;
ne confirmationes istæ ventis potius, & verbis quam rebus serviant, & quia
privilegia contra concessorem largissime intelligenda. Præterea, in capitu- 4.
latione moderni Imperatoris (*art. 34.*) ubi mentio fit bonorum, quæ ad Im-
perium revertuntur, tantum casum mortis exprimi, reluitionis nullam fieri
mentionem, quæ tamen omittenda non fuisset, si oppignorata ista bona re-
luitioni subjacerent. Et (*pag. 447.*) scribit, daß die Stände des Reichs solche
pignoratitias confirmationes, auß mitgefolgter observantz / bißher dahin ver-
standen / daß sie den unwiderrufflichen allodial, und feudal regalien / Obrig-
keiten und Privilegien/unter denen sie in confirmationibus promiscue erzehlt
und gesetzt werden / dißfals gleich zu achten / und derowegen von confirmiren-
der Kaiserl. Majest. selbst nicht zu reluiren / oder wider auffzuheben seyn: bevor-
ab die jenige / welche nicht von hoher Würdigkeit/und stattlicher Importantz/
sondern mittelmässiger qualität und geringer Einträglichkeit; zumalen auch
in eines Standes Reichs-Anschlag gebracht worden sind. Licet de vero hu-
jus vocis, Pfandschafften / sensu, hoc in loco melius nemo judicare possit, 5.
quam Electores, qui capitulationem confecerunt, attamen si & olitor ali-
quando opportuna loquitur, ut in proverbio est, tentabo veritatem eruere.
Pro cynosura autem pono; omne pignus, quousque eo nomine gaudet, re- 6.
luitionem admittere (*l. 10. C. de pignorat. act.*) ac si à reluitione immune fiat,
nomen pignoris admittere, & transire in aliud Exemplis edoctus novi, Im- 7.
peratores res Imperii aliis primo oppignoratas, aliquando postea vendidisse,
aliquando vero feudi titulo illis contulisse; ubi utroque casu pignoris no-
men

8. men non extinctũ fuit; ergo & qualitas nomini adhærens. Inde, quæcunque
adhuc sub nomine Pfandschafft continentur, reluitionem admittunt, tan-
9. quam qualitatem nomini convenientem. Reluitio autem fit, vel ubi Im-
perator ipse, nomine Imperii, reluit rem oppignoratam; vel quando alii jus
10. eam reluendi concedit. Illud raro, hoc sæpissime factum. Confirmatio
pignoris ab Imperatore facta, reluitionem impedire, vel tollere, haud po-
test, quia natura confirmationis est, confirmato saltem addere robur & fir-
mitatem, non autem extendere, ad non expressa in confirmato (*Bald. in l. ad-
versus 3. num. 3. C. si adversus rem judicatam, Gail. 2. observ. 1. num. 8.*) Cujus effe-
ctus confirmatio in privilegiis est, ejusdem etiam est in pignoribus. Nec in
his largior intelligi potest, quam Electores voluerunt, uti nec revera privile-
gium denominari debet; quanquam & si tale esset, terminos confirmatio-
11. nis non egrederetur. Quod enim privilegia contra concedentem quam
plenissime interpretari debemus, (*l. beneficia 3. ff. de constitut. Principum*)
non probat, ad alia, & diversa ab ipso privilegio, interpretationem extendi
12. debere: Diversa autem sunt, oppignorationem confirmare, & oppignora-
tionem immunem à reluitione pronunciare. Utrumque ab Imperatore
fieri posse, non eo inficias, diversimode autem fieri assevero. Confirma-
tio, ut textus §. nostri evincit, fit ab Imperatore solo, non adhibito speciali
Electorem assensu: immunitatis datio à reluitione, tanquam alienationem
inducens, concedi quidem ab Imperatore potest, sed speciali Electorum
13. consensu antecedente, ut ex §. IX. capitulationis nostræ apparet. Quod ar-
ticulum XXXIV. capitulationis moderni Imperatoris Augusti attinet, certum
est, eum de reversione, quæ morte possidentis fit, solum loqui; inde vero,
non sequitur, ergo reluitione pignoris amplius nullus relictus est locus.
14. Reluitio, ut paulo antea dixi, vel fit ab Imperatore, nomine Imperii, & hæc
ejus effectus est, ut oppignoratio in totum evanescat, ut redeat ad pristi-
15. nam formam. Hæc sane, ut hactenus Imperii reditus accisi, aliter fieri vix
potuit, (factam tamen nostra ætate non novi) quam pecuniam suppedi-
tantibus, atque ita auxilium ferentibus Statibus Imperii; quo casu quid di-
cendum, ex ariculo XXV. ubi vocabula, überkommen / und zu handen brin-
gen / quæ generalia sunt, & ad alium quoque, quam belli casum, extendi
possunt, discimus. Aut si ea extensio non ferenda, absurdum haud est di-
cere, casum nostrum in capitulatione omissum, ex jure ordinario deciden-
16. dum. Ubi reluitio fit ab eo, cui Imperator eam fieri speciali indultu per-
misit, hoc casu reluens idem nanciscitur jus in re, quam reluit, quod ille ha-
buit, cui antea oppignorata fuerat, indeque respectu Imperii pignoris relui-
tio facta non erit, sed persona pignori incumbens mutata tantum, & in
Titii creditoris locum, surrogatus Cajus. Ut maxime vero ejusmodi sur-
roga-

rogationes fieri posse non diffitear, vel ex privilegio generali, (quale nonnul- 17.
li Electori Palatino adscribunt, *vide lib. 3. de iure publ. c. 9. n. 81.* & olim ali-
quando Archiepiscopus Trevirensis obtinuit, *Kyriander annal. Trevirens. part. 15. p. 149. & p. 154.*) vel speciali: ad evitanda tamen dissidia & modus, Im- 18.
perator haud facile permittet eas fieri, sed potius pignus apud eum, apud quem hactenus fuit, permanere sinat. Omnium autem minimè solo religionis Pontificiæ ardore, concedat, ut eiusmodi surrogationes promoveantur: ipsius enim est officii, prospicere, ne religionis in Imperio approbatæ causa, ullius conditio deterior fiat. Deterior autem, ut in aliis, ita etiam ratione fructuum, eorum conditio fieri potest, quoniam ita in Imperio observatur, ut eiusmodi Pfands Inhaber / fructus rei suos faciat, nec eos computet in sortem (*quod alias regulariter fieri debet, l. 1. & l. 2. C. de pignerat. act.*) qua-
si iure quodam antichreseos. Post hæc à me scripta, in lucem prodiit Instru- 19.
mentum pacis, factæ Osnabrugis anno M. DC. XLVIII. die XXVII. Jul. VI. Aug. inter Imperium Romanogermanicum, & Regum atque Reginam Sueciæ, ex cuius articulo V. paragrapho IX. non procul à fine, didici, meam opinionem corrigendam esse, quod nunc lubens meritoque facio, atque ipsa verba d. §. IX. subnecto: Quod ad oppignorationes Imperiales attinet, cum in capitulatione Cæsarea dispositum reperiatur, quod electus Romanorum Imperator Electoribus, Principibus, cæterisque Statibus immediatis Imperii, eiusmodi oppignorationes confirmare, atque illos in earundem tranquilla & quieta possessione defendere ac manutenere debeat, conventum est, hanc dispositionem, donec consensu Electorum, Principum & Statuum, aliter statutum fuerit, observandam esse, ac propterea civitati Lindavv, nec non Weissenburgo in Noricis, reddita sorte, oppignorationes Imperiales ipsis ademtas, illico & plenarie restituendas.

Confirmiren vnd bestättigen.

1. *A. B. c. 2. §. & quia, & seq. tantum disponit de confirmatione privilegiorum Electoribus competentium.*
2. *Sed eadem debet haberi ratio privilegiorum cæterorum Imperij Statuum.*
3. *Confirmatio an hac necessario petenda.*
4. 5. *An necessario ab Imperatore facienda.*
6. *Confirmatio olim duplex.*
7. *Hodie una.*

IN aurea Bulla Caroli IV. tantummodo fit mentio confirmationis privi- 1.
legiorum &c. Electoribus competentium, quod hanc electus in Regem Romanorum, peracta electione statim debeat præstare. (*cap. 2. §. & quia, & §. sequenti.*) Verum, quæ ratio illius confirmationis est, eadem etiam 2.
militat pro confirmatione privilegiorum reliquorum Imperii Statuum. Inde quod in Aurea Bulla, quæ potissimum Electoribus prospexit, omissum, reliquis Imperii Statibus detrimento esse non potest, sed aliunde suppleri debet.

3. Nihil tamen novi hæc confirmatio, quod quidem ipsum esse privilegii attinet, confert: unde necessario petenda non est, (Klock *de contribut. c.* 20. *n.* 101. *& seqq.*) licet in signum reverentiæ, petens ius jam valide acquisitum confirmari,
4. Imperatoris gratiæ quasi submittere, ac notitiæ insinuare possit. Quod autem à parte petentis voluntarium, à parte Imperatoris regulariter necessarium est, ut verba, ohn alle Wegerung / innuunt, quæ civiliter accipienda sunt.
5. Nam si quis e. g. tempore interregni privilegii se incapacem reddiderit, ei utique confirmatio privilegii recte denegabitur: Ex gratia nova concessio fieri poterit, ex debito confirmationem inepte petet. Poterat alicui videri, dari adhuc differentiam inter confirmationem privilegiorum Electoribus com-
6. petentium, & illorum, quæ Principibus & Statibus reliquis confirmanda: aurea namque Bulla (*d. c.* 2. §. 5. *& 6.*) expresse disponit, duplici vice Electoribus privilegia ab electo confirmanda esse, una, tanquam à Rege Romano,
7. altera, ubi Imperialibus infulis fuerit coronatus, sub titulo Imperiali. Verum sciendum est, olim duplicem hanc confirmationem, non solum Electoribus, sed & reliquis Imperii Statibus factam: posteaquam vero errore detecto cognitum, unam non duplicem personam, Regis Rom. & Imperatoris esse, unamque potestatem, secundam confirmationem, vel innovationem, nomine Imperatoris faciendam, fere ab aula recessisse. Plane capitulatio *hoc ipso* §. ad quem notas hasce scribimus, confirmationis à Rege Romanorum, non confirmationum sub diverso nomine, mentionem ingerit.

Doch männiglich an seinen Rechten unschädlichen.

De clausula, salvo iure tertii, & quod, etiam si verbis non expressa, tacite tamen concessionibus Principis in esse dicatur, vide Gail. (*lib.* 2. *observ.* 1. *n.* 14.)

AD ARTICVLVM V.

Wir lassen auch zu.

Permissio hæc generalis est, ita ut Electores alia & speciali permissione, ubi convenire voluerint, denuo opus non habeant. Etsi rem exactius ponderamus, vera permissio non est; scilicet talis, qua permittitur id, quod prohiberi iure potuisset. Non enim permissione cuiusque Imperatoris hoc ius conveniendi Electoribus competit, sed Electores illud ab antiquo, bona ex parte, sibimet ipsis attribuerunt, & reservarunt ac Imperii administrationem hodie in Imperatorem, hac addita clausula, conferunt, ne hoc in iure turbentur.

Gedachten.

Horum mentio facta supra in exordio capitulationis.

Sechs Churfürsten.

Electores conveniunt, vel, ut Regem Romanorum eligant; quod fit, vel

vel vacante Imperio, vel eo nondum vacante: vel conveniunt, ut de aliis Imperii, suique collegii negotiis, deliberent. Ad huius generis conventus Rex Bohemiæ, quamvis & ipse Electoralis collega sit, non vocatur nec admittitur. Ad prioris autem generis conventus, non admittendus modo, sed etiam vocandus est, (*ut probavi lib. 3. de iure publ. c. 8. n. 4.*) Quod autem in additionibus (*ad d. c. 8. n. 21.*) dixi, Regem Bohemiæ nunquam conquestum fuisse de non facta admissione ad particulares Electorum conventus, correctione indiget. Licet enim de ulla protestatione, quam eo tempore, ubi primum vocari desiit, opposuerit, nondum mihi constet, percepi tamen, cum anno M. DC. XII. Cardinalis Closelius à Matthia, Bohemiæ Rege, ad conventum Electoralem Norimbergam ablegatus fuisset, locum sibi in senatu Electorali, nomine Regis sui vehementer contendisse; frustra tamen, reliquis Electoribus dispositioni aureæ Bullæ contrariam observantiam & praxin præferentibus. Inde etiam est, quod Regis Bohemiæ nullæ partes sint in concipienda, vel electo Rom. Regi præscribenda capitulatione, ut monui in prolegomenis harum annotationum (*sect. 4. n. 3.*) quodque non sit receptus in der Churfürsten Vereinigung (*de iure publ. lib. 9. c. 1. n. 232. iunge Arumæum ad A. B. discurs. 5. thes. 22.*)

Nach vermög der Gulden Bullen.

1. *De congregationibus Electorum, de quibus agitur in aurea Bulla.*
2. *De qua congregatione agat articulus V. capitulationis.*
3. *Auream Bullam hic pro regula allegari, admiratione dignum est.*
4. *Dispositio aureæ Bullæ.*
5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *In quibus usus recesserit à dispositione aureæ Bullæ.*

Licet aurea bulla Caroli IV. non solum de congregatione Electorum, ubi Rex Roman. eligendus (*c. 1*) sed etiam ubi de salute Imperii præterea deliberandum (*c. 12.*) disponat, hic tamen in textu nostro, non de prima, sed de secunda agi, numerus senarius Electorum, qui exprimitur, satis innuit. Aurea Bulla ad utrasque quidem septem admisit Electores, usu tamen postea, ut modo dixi, aliud observatum fuit: ad cuius normam noster articulus formatus. Vnde nec verba, des H. Reichs Nohturfft / adeo generaliter accipi debent, ut casum, quando necesse est Regem Rom. eligi, quoque comprehendant. Cæterum mirari licet, quod aurea Bulla, hic & in subsequentium Impp. capitulationibus pro regula ponatur, cum, quantum conventus Electorales attinet, nihil minus hodie sit, quam regula, usu scilicet maxime immutata. Si secundum auream Bullam eiusmodi conventus adornari deberent, (1.) omnes Electores ad eosdem vacarentur, (2.) Annuatim essent reiterandi necessario, (3.) Et quidem semel, (4) Certo, & præfixo termino, nempe transactis à festo resurrectionis Dominicæ quatuor septimanis, continue connumerandis, (5.) In aliqua sacri Imperii civitate, (6.) ab Imperatore, cum consilio Electo-

[Margin numbers, right: 1 (line 1), 2 (line 3), 3 (line 10), 4 (line 13)]

rum nominanda (7.) Electores omnes ibidem deberent personaliter congregari. (8.) Conventus illi deberent celebrari per Imperatorem & Electores: nam hoc aurea bulla disponitur, non autem, ut male docuit Arumæus (*d. disc. 5. thes.* 20.) Electoribus permitti, inscio Imperatore congregationem instituere. (9.) Hoc omne dispositionis robur deberet durare dundaxat ad beneplacitum Imperatoris, & Electorum. (10.) Ea autem constitutione amplius non durante, secure non possent convenire Electores, quoniam ea durante tantum recepti sub Imperialem conductum, accedendo ad curiam hanc, stando in eadem, & ab ea recedendo. (11.) Liceret Imperatori conviviis in eadem habendis, modum & terminum ponere. Quantum vero ab his usu
5. recessum fuerit, inde patet, quod (1.) ad istos conventus Rex Bohemiæ
6. non vocetur, ut paulo ante diximus. (2.) Quod non annuatim necessario indicantur, sed ut capitulationis verba sonant, ie zu Zeiten / und nach Ihrer (der Churfürsten) Gelegenheit. Seculi in quo vivimus anno octavo Fuldæ celebrari audivimus; undecimo, & decimo nono, Noribergæ; vigesimo septimo, Mulhusii; trigesimo, & trigesimo sexto (quamvis hic certo respectu pro conventu electionis Regis Roman. haberi possit) Ratisponæ; quadrage-
7. simo Noribergæ. (3.) Quod non semel in anno, sed secundum utilitatem, vel necessitatem Imperii, toties in anno, quoties opus fuerit, haberi possint.
8. (4.) Quod non stato tempore habiti, ut ex modo relatis exemplis notum est. Quamquam etiam si de ratione dispositionis Carolinæ, cur eiusmodi comitia præcise quatuor septimanis à festo resurrectionis Dominicæ, non ante nec post, haberi debuerint, quæstio sit, informari de ratione malim quam
9. respondere. (5.) Quod non semper in civitate aliqua Imperiali habiti fuerint, & Fuldensis exemplo est, & Moguntina esse poterat. (*Vide* der 6. Chur-
10. fürsten Bereinigung *de anno* 1521. §. 7. 9. & 16.) (6.) Quod locus non ab Im-
11. paratore, sed ab Electoribus denominetur (*dd.* §§.) (7.) Quod Electores haud semper in propria persona, sed etiam per legatos compareant (*d.* Berei-
12. nigung § 16. & 17.) (8.) Quod indicantur & celebrentur ab Electoribus, ita
13. tamen ut & Imperatori, si velit, aditus non præcludatur. (9.) Quod hodiernus usus non dependeat à beneplacito Imperatoris, sed Electorum, qui capitulatio-
14. nis autoris sunt. (10.) Quod etiam, contrario usu abolita aureæ Bullæ dispositione, Electores nihilo minus sub salvo conductu Imperatoris sunt, euntes ad comitia ista, commorantes in loco comitiorum, & retrocedentes ab eo-
15. dem. (11.) Denique, quod durantibus hisce comitiis, Electores, celebrationem conviviorum quantum attinet, legem ab Imperatore non recipiant, sed ipsimet sibi ponant.

Zu Ihrer und des Heiligen Reichs Nohtdurfft.

1. *Quæ negotia tractentur in conventu Electorum.*
2. *Et quomodo.*
3. 4. *Negotia quæ ad totum Imperium spectant, pertinent ad Comitia generalia Statuum.*

Nego-

NEgotia, quæ in hisce conventibus Electoralibus tractantur, sunt dupli- 1.
cia: alia primaria concernunt Electores & eorum jura, alia Imperium ipsum. Illa proprie ad hos conventus pertinent, cætera non pertinent indistinctim. Quam plurimorum enim ea natura est, ut haud alibi, quam in 2.
generalibus comitiis Imperii expediri debeant: de his itaque nonnisi præliminariter & citra decisionem in conventu Electorum agi poterit. Hinc cum an.
CIↃ IↃC VI. in conventu Fuldensi consimilia proponerentur, Electoris Saxo- 3.
niæ legati ingenue fassi sunt; wie dem Ungarischen wesen/ Niderland und Justitz zuhelffen/ gehöre nicht vor Churfürsten allein/ sondern vor das gantze Reich/ weil von selben schon auff gemeinen Reichsversamlungen consultirt worden/ und Abschied erfolget/ und betreffen nicht allein die Churfürsten/ sondern auch andere Stände. Ihr gnädigster Churfürst und Herr/ hielte darfür/ daß andern Ständen an allen so viel gelegen/ als den Churfürsten/ dahin sie es dann deliberiren lassen/ daß sie vor alle Stände gehörig/ etc. erachten auch/ daß die Churfürsten in diesen Puncten sich wol vorzusehen/ weil es andere auch betreffe. (*protocollum consultat. die* 19. *Aug. apud Londorp. tom.* 2. *actor. publicor. lib.*
2. *p.* 536. *n.* 39.) Eundem in sensum quoq; Electorum nomine, anno M.DC.XXX. 4.
die XIX. Iulii Ratisponæ, Imperatori insinuatum: was vor ein mittel gegen die Staden an die hand zu nehmen/ insonderheit wie denselben mit Kriegs-Macht zu begegnen seyn möchte/ darüber wüsten sie sich/ als in einer/ daß gantze Röm. Reich/ und allen dessen Stände berührende Sach/ welche von vorigen Röm. Kaisern/ auch jederzeit auff allgemeinen Reichsversamlungen proponirt/ und tractirt worden/ für sich absonderlich/ und ungehört ihrer Mitständ/ nichts beständiges zu erklären; dann weil sie hirzu aller Ständ Hülff und Beystand von nöthen/ so müsten dieselbe auch billig darüber gehört werden.

Zu bedencken und zu berahtschlagen.

Annon etiam remedia malo applicare, constitutiones edere? Ita quidem in illis, quæ eorum collegio concredita.

In dem/ und andern/ der Gulden
Bullen gemäß halten.

Imperator debet observare auream Bullam, scilicet in illis, quæ contrario usu & consuetudine, abolita non sunt.

AD ARTICVLVM VI.

Alle unziemliche häſſige Bündnuß.

Damnatur eiusmodi, & consimilia fœdera, à Carolo IV. in aurea Bulla c. 15.

Der Unterthanen.

Reichs Abschied zu Speier/ anno 1526. §. zum andern/ *p.* 167. R. A. zu Speier anno 1529. §. dergleichen soll/ *p.* 184. R. A. zu Augspurg/ anno 1530. §. deßgleichen soll/ *p.* 201.

Empörung / Auffruhr.

Eiusmodi rebellio, vel seditio, gravissima, Carolo nostro Imperante, anno M.D.XXV. orta, quando rustici per Imperium maximas turbas excitarunt, nec nisi magna cæde sopiri potuit.

Raht vnd Hülff. etc.

Politici, tria remedia in universum, & in genere, seditionibus convenire scribunt: *Vnum*, & primum, consistit in præcautione, & providentia ne accidant: *Secundum* in emendatione opportuna, priusquam motus incipientes, vires acceperint, & pervenerint ad effectum perniciosis perturbationis: *Tertium* in pœnis, & supplicio exemplari seditiosorum, quo alii deterreantur à similibus. (*Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 23. c. 9. n. 1. adde* R. A. zu Speier anno 1529. §. dergleichen / *p.* 184.)

AD ARTICULUM VII.

Für Vns selbst / als Römischer König.

1. *Vna persona pro diversitate respectuum diversas personas repræsentare potest.*
2. *Carolus V. tamquam Imperator mandat sibi tanquam Archiduci.*
3. *Carolus IV. in A.B. consideratur ut Imperator, & ut Rex Bohemiæ Elector.*
4. *Investit ut Imperator, & investituram approbat ut Rex Bohemiæ Elector.*
5. *Sigismundus approbat contractum ut Imp. & iterum aliis literis ut Elector.*
6. *Diversorum respectuum exempla varia leguntur in subscriptionibus recessuum Imperii.*
7. *Duplex respectus in Alexandro Magno.*
8. *Vnus idemque homo diverso respectu, bonus & malus dicitur.*
9. *Exempla quorundam Pontificum.*
10. *Spigelii nota.*

1. VNius personæ varii respectus, unde diverso iure & diversis qualitatibus censeri potest, (*ut dixi de jure. publ. lib.* 2. *c.* 10. *n.* 9.) Carolus hic consi-
2. deratur ut Rex Romanorum, qui alio respectu considerari poterat ut Rex Hispaniarum, alio ut Archidux Austriæ. Hinc est, quod apud Buxtorfium (*ad aur. Bull. conclus.* 64. *circa finem.*) legimus; Carolum, tamquam Impera-
3. torem, sibi, tanquam Archiduci, mandata insinuasse. Carolus IV. Imp. in
4. procemio auræ Bullæ, se duplici respectu clarere innuit, Imperatorio & Electorali. Idem anno M.CCC.XLVIII. die Mercurii post festum Iacobi, investavit, tanquam Imperator, Iohannem Comitem Nassovium, & Dominum zu Hademar / (ut literæ investituræ me docuerunt) & eodem die ac anno, aliis literis, approbavit hanc investituram, tanquam Rex Bohemiæ Elector. Sigismun-
5. dus (*ut Besoldus refert in tebs. pract. lit. B. n.* 52. *p.* 128.) hat anno 1417. zu Costentz / der Statt Vlm ihren Kauff des Schlosses / vnd Stättleins Albeck / Item des Schlosses Helffenstein / vnd des Stättleins Geißlingen / als ein Römischer Kaiser / bestättiget / und eben diesen Kauff anno 1433. zu Basel / als
6. Churfürst / (König in Böheim) confirmirt. Diversorum quoque respectuum, in una persona concurrentium, Imperii recessus testes sunt potissimum in subscriptionibus. Illa vero cæteris subtilior est distinctio, qua Alexander

Magnus, duos ex præcipuis amicis, Ephestionem, & Craterum, ita discrevit, 7.
cum diceret, alterum Alexandrum amare, alterum amare Regem. Dissimi-
litudinem maximi ponderis, etiam inter fidelissimos Regum servos constitu-
ens, quod alii magis dominorum suorum personas vero affectu prosequan-
tur, alii potius moveantur officio erga principatum ipsum, (*Fr. Baro de Veru-
lamio de dignitate & augmento scientiar. lib.* 1 *p.* 59.) Diversos itidem ob respe- 8.
ctus, unus idemque homo bonus & malus simul dicitur. De Ludovico XI.
Galliarum rege proverbio iactabatur, *qu' il estoit bon Roy, & mauvais homme:*
quamquam autores proverbii, pessimo abusu, bonum Regem eum appellan-
dum esse putabant, *qui à tous ses commandement, quels qu' ils soyent, se fait ob-
eir.* (*Coquille en l' histoire du pays & Duché de Nivernois pag.* 244.) Italica fama 9.
fert, Pium V. fuisse bonum Prælatum, sed malum Principem; Sixtum V. vice
versa, bonum Principem & malum Prælatum; Gregorium XIII. bonum Prin-
cipem & Prælatum, sed non bonum hominem: Clementem VIII. autem,
bonum hominem, Principem, & bonum Prælatum. (*Autor Relationis de statu
religionis c.* 32. *p.* 212.) Operæ pretium erit audire, quid de his distinctionibus 10.
Spigelius annotaverit, (*ad lib.* 8. *Ligurini pag.* 407. *tom.* 1. *veter. scriptor. Reuberi.*)
Necesse est (inquit ille) ut Princeps placitis boni viri utatur, quoniam populus
Romanus in eum omne imperium suum, & potestatem, concessit, ut in bo-
num virum. Quamvis virum bonum invenire licet, qui bonum Principem
non possit agere. At bonus Princeps esse non potest, qui non idem sit vir
bonus. Huic tuto permitti possunt omnia, mediocri non omnia, malo nihil.
Quamquam nunc eo redierunt quorundam Principum mores, ut hæc duo
multum inter se pugnare videantur, vir bonus, & Princeps.

Kein Bündnuß oder Einigung machen.

1. *Imperatori, vel Regi Roman. non licet in Imperij negotiis fœdus cum aliis inire citra consensum Electorum.*
2. *Sive illud sit defensivum, sive offensivũ.*
3. *Olim & adhuc tempore Maximiliani I. ad eiusmodi fœdus in eundum requirebatur consensus Statuum.*
4. *Potestas Electorum crevit, Statuum potestas decrevit.*
5. *Causa decrementi.*
6. *Maximilianus causam dedit huic articulo.*

7. 8. *Maximiliani excusatio.*

9. 10. *Exempla Principum qui fœdera inire voluerunt, sine consensu suorum Statuum provincialium.*

Imperatori, vel Regi Romanorum in Imperii negotiis, licitum non est, citra assensum 1.
Electorum, fœdus cum aliis inire, sive illi sub Imperio sint, sive exteri, & alterius natio-
nis quam Germanicæ. Ac cum textus non distinguat, nec nostrum erit ullam admit-
tere distinctionem inter fœdera, offensiva illa sint, an defensiva. Olim, & adhuc tempore 2.
Imp. Maximiliani I ad fœdera cum exteris pangenda, Statuum Imperii consensus requi-
situs, nec Electorum sufficiens fuit (Handhabung des Friedens / Rechtens und Ord- 4.
nungen zu Wormbs *A.* 1495. auffgericht / r. die Königliche Mateståt soll kein Krieg an-
fahen. etc. *p.* 27.) Hoc immutatum postea fuisse, ex capitulatione hac & subsequentibus
discimus: nempe, ut hodie solus consensus Electorum sufficiat. Atque hic est notabilis
casus, quo Electorum potentiam crevisse, cæterorum vero Statuum decrevisse, docemur. 5.
Quod fieri etiã in aliis poterit, ubi Imperii bonũ Status admonuerit, non nihil de iure suo
remittere.

remittere. Nam consensum eorum, quorum interest, utrobiq; præsuppono.
Cæterum, Maximilianum I. causam dedisse, ut hic articulus in Caroli V. (qui
illi in Imperio successit legitime electus) capitulationem insertus fuerit, o-
mnino persuasum habeo: ex malis enim moribus plerumq; bonæ leges ortum
ducunt. Nempe cum Maximilianus, insciis & inconsultis Statibus, ac insu-
per habita prædicta constitutione, anno M CCCC XCV. sub ipsius nomine edi-
ta, fœdus cum Pontifice Romano, & Regibus, Franciæ ac Aragoniæ, contra
Venetos iniisset, & à Statibus Imperii, anno M D IX. in comitiis Wormatiensi-
bus auxilium peteret, illi præstare recusabant, quod citra eorum præscitum &
consensum, contra Imperii recepta iura & consuetudinem, ad fœdus & bel-
7. lum accessisset. Ad quæ Maximilianus (*ut apud Goldastum* in Reichshand-
lungen / *p. 86. legimus, cuius apologiæ etiam meminit, & eam primo in urbe Tri-
dentina editam scribit* H. *Mutius lib. 29. Chronicor. Germ. apud Pistor. tom. 2. Ger-
man. scriptor. p. 314.*) Er habe ein Vertrag / Einigung und verständnuß mit
Päpstlicher Heiligkeit / auch seinen lieben Brüdern / den Königen zu Franck-
reich und Arragon / gehandelt und auffgericht / seinem Gewissen vnd Pflich-
ten gemäß / dem Heiligen Reich Teutscher Nation / und gemeiner Christen-
heit zu Nutz / Ehren / Lob und Wolfahrt / daß er männiglich zu erkennen gebe:
aber Gelegenheit der Sache habe keinen verzug / oder auffschub erleiden mögen.
Solte er der Stände Rahts und Willens gepflogen / so müste Er zuvor einen
Reichstag beschreiben / ihren Raht ersucht / und erst zu der Handlung der Ver-
einigung gegriffen haben / daß noch auff den heutigen Tag (scilicet scriptæ
apologiæ) nicht beschehen sein möcht / dardurch der löbliche / nützliche Ver
trag und Einigung gehindert und zuruck gesteller / vnd die gegenwertige / seyn
ehrlich / auffnehmlich / und sieghaffte Fürnemen / nicht beschehen weren: des-
halben meyne er / es seye nicht noht gewesen / hätte auch seinen Pflichten nicht
genug gethan / die Sachen auff sie in solche harre und Versaumnuß zustellen /
sonderlich so er gedencke / daß auff etlich vergangen Reichstägen / durch Jhne /
auch Churfürsten / Fürsten / und Stand bedacht worden ist / Einigkeit mit
Franckreich zu suchen / nemlich wieder die Venediger und Vnglaubigen: So er
nun die löblich erlangt / so wolle Jhm das in arges gemessen werden: darauß
ab zunemhen / als ob die Stände vielleicht suchen / zwischen Jhm und Jhnen
selbst Zwytracht zuerwecken / dardurch das Reich in zerrüttung geführt werden
möcht / und erscheine sich / daß die Vrsach ihres abschlagens der Hülff / seye nicht
ihr unvermögen / sondern allein ein vnwillen / den ihn etliche fürnehmen / vmb
daß er Jhres Rahts nicht gepflogen habe / das dann aus vorberührten vrsachen
keines wegs füge noch statt gehabt habe. (*Et p. 88.*) Zu der Einigung sey der Stän-
8. de Bewilligung nicht noht gewesen / sonder er habe das als ein regierender Röm.
Kaiser / nach Schickung des Allmächtigen / auch hohem Raht und Erwegen
und

und dem Heiligen Reich Teutscher Nation / und gemeiner Christenheit zu gut/ auß sich selbst wol Fug und Macht gehabt. Wo ihnen dann die Stände solches nicht lieb seyn lassen wolten/ möchte ihnen darumb übel gesprochen werden/ in Ansehung ihrer Pflicht und Eyd/ die sie wol weiseten/ was sie ihm und dem heiligen Reich gönnen und schuldig seyn sollen. Ne ergo iterum, & sæpius, ad eundem lapidem impingeretur, credo Electoribus placuisse, hoc articulo Imperatorem admonere, ut recto utatur tramite, nec de rebus tam arduis, à quibus salus, vel damnum Reipubl. dependet, solus pro arbitrio disponat. Eandem ob causam 9.
etiam, nonnulli Imperii Principes, Statibus suis promiserunt, se citra eorum consilium & assensum, nova fœdera cum aliis non contracturos. Johannes Sigismundus Elector Marchio Brandeburgensis in reversalibus, sub dato Custrin die XI. Jun. anno MDCXI. inter alia promisit: Sich in keine Verbündnuß darzu seiner Christlichen Gnaden Unterthanen/ oder Landsassen solten oder müsten gebraucht werden/ welches zu Schaden und Nachtheil der Chur und Marck Brandenburg könte gereichen / ohne Rath und Bewilligung gemeiner Landräthe/ zu begeben. (*Schepliz ad consuetudines Brandeburgenses, part. 2. tit. 5. num.* 1. Pomeraniæ Duces, idem suis promiserunt, ut legitur in privilegiis, 10.
quæ Nobilibus data anno MDLX. die IX. Febr. ibi, Wir Fürsten / und unsere Erben/ und nachkommende Herrschafft/ wollen uns auch in keine Kriege/ noch newe Verbündnussen / mit jemands / einer ohne deß andern Vorwissen und Willen/ und ohne gemeine Räthe der Landstände/ einlassen; da wir aber je auß gemeinem Rathe zu newen Bündnussen/ und darauß oder sonsten gemeinem Rathe nach/ zu Kriegshandlung auß Trangsal gerathen würden / und uns darein begeben müsten/ so sollen unsere Landstände / uns in/ und ausserhalb Landes folgen/ und trewlichen dienen. Und wann wir/ unsere Erben / und Nachkommende Herrschafft / uns oben geschriebener gestalt in Kriege begeben müsten / so wollen Wir/ unsere Erben/ und nachkommende Herrschafft / mit den vornembsten unserer Land-stände/ und da es die Wichtigkeit vorstehender Gefahr erheischet/ auch die Zeit leiden kan/ mit der gantzen Landschafft/ reiffen/ guten / unterthänigen Raht/ uns entschliessen/ wie/ und welcher gestalt/ man sich in den jederzeit vorstehenden Kriegsnöthen zu schicken/ den Unkosten desselben zu ertragen/ und was darzu nöthig/ zuwegen zu bringen/ darmit beyde Wir/ und Unsere Erben/ und Land-stände/ nicht in Schimpff und Schaden gerathen.

An gelegenen Mahlstätten &c.

Tria hic requiruntur: I. ut sex Electores ad locum commodum vocet Imperator. II. ut terminum conveniendi haud nimis contrahat. III. Ut prædictorum Electorum, vel omnium, vel majoris partis, consensum consequatur. Quod fieri aliter haud poterit, quam si fœdus, quod ineundum proponitur, tres habeat comites, honestatem sc. utilitatem, & possibilitatem.

AD ARTICULUM VIII.

Hic articulus est juris communis, & nulla indiget interpretatione. A parte spoliati fit imploratio, à parte implorati justitiæ administratio, quæ in eo vertitur, ut ante omnia restituantur spoliato ablata. (*Gail. 2. obs. 75. n. 2.*)

AD ARTICULUM IX.

Samptlich.

Quoniam hic de alienatione, quæ minus favorabilis est, agitur, ideò omnium sex prædictorum Electorum consensus unanimis, si alienatio justa esse debeat, requiritur. Nec enim majoris partis sufficiens videtur, alias additum fuisset, oder des mehrern Theils/ ut factum *supr. art.* 7. Olim ejusmodi alienationibus consensus omnium Principum Regni adhibitus, (*vide Kyriand. in annal. Treverens. part.* 15. *pag.* 145. *& parte* 17. *pag.* 191.)

Nichts.

Nec modica ergò alienatio indistinctè permissa: quicquid etiam contra statuat Rosenthal. (*de Feud. cap. 5. conclus. 12. n. 3.*) Obtinet enim hic communis regula, quod meum non est, alienare non possum: (*l. nemo 6. C. de reb. alien. non alien.*) quæ non tantum de toto intelligi debet, quod nostrum non est, sed etiam de qualibet, & vel minima ejus parte, quæ nostra non est. Quod si verò minimarum particularum alienationem Imperatori concessam dixerimus, consequens erit, Imperatori per particularum alienationem ad alienationem, si non totius, attamen magnæ totius partis, aditum parari. Hujus verò traditionis exceptio habetur, *infra art.* 24. argumento ducto à voce, Mercklichs/ quæ vel inde Imperio minus nociva, quia non est totalis alienatio, ac potius veteris alienationis, rei non admodum fructuosæ, continuatio quædam, vel renovatio, quam planè nova, & nunquam usitata alienatio.

Hingeben.

Variæ sunt alienationum species; & inter illas etiam numeratur donatio, quæ hic prohibetur. (*vide quæ scripsi lib.* 1. *de jure publ. cap.* 9. *num.* 11.) Nullius autem inter Magnates, quantum mihi constat, donatio, si valida esse debeat, tot fulcra requirit, quam administratoris patrimonii Regii paupertrimi piscatoris. Nam (*soubs Iule III. il a esté faict un decret, que nul Pape ne peut desormais aliener aucune piece du patrimoine de S. Pierre, & que non seulement tous les Papes en leur election, mais encore tous les Cardinaux en leur promotion, jurent l' observation de ce decret: que s' il est revoqué par quelque Pape d' authorité absoluë, & que de pleine puissance quelque donation est faicte, elle ne peut estre valide, que estant ratifiée par trois Pontifes suivans, & le consentement de tout le college des Cardinaux. Camus en son divertissement historique, l' histoire* 8. *pag.* 86.) Sedente Julio III. decretum factum est, ne imposterum ulli Pontificum liceat quicquam alienare

de

de illis, quæ in patrimonio sancti Petri sunt: Et non solum unusquisque, ubi in Pontificem eligitur, sed etiam Cardinales, quando ad suum fastigium evehuntur, ad decreti istius observantiam, jurisjurandi vinculo, obligantur. Quod si contingat, decretum hoc ab aliquo Pontificum revocari, vi absolutæ autoritatis, & fiat aliqua donatio ex potestatis plenitudine, valida non erit, priusquam à tribus subsequentibus Pontificibus approbetur, toto Cardinalium collegio consentiente.

Verschreiben/ verpfänden/ versetzen.

1. *Prohibita alienatione, prohibita quoq; est hypothecæ constitutio, & datio pignoris.*
2. *Ratio dicti.*
3. 4. *An olim Imperatoris potestas in alienandis Imperii rebus major fuerit, quam nunc est.*
5. 6. 7. *Privilegia de non alienando.*

VBi alienatio prohibetur à lege, vel à testatore, vel pactione contrahentium, prohibita etiam intelligitur constitutio hypothecæ, vel pignoris, licet hoc, & illa, in specie non exprimantur: (*l. fin. C. de reb. alienis non alienand. c. Imperialem, 2. F. 55. cap. 2. extr. de reb. Eccl. non alien.*) multo ergò magis ubi exprimuntur, ut hic, majoris cautionis & securitatis causa, factum videmus. Quod autem sub alienationis capite pignoris datio, & hypothecæ constitutio, comprehenduntur, non inde est, quasi statim ab initio veræ alienationes sint, sed quod alienatio inde sequi possit, (*Grotius de jure belli & pacis lib. 2. c. 6. n. 9.*) si debitum non solvatur, & res obligata distrahatur. (*Vultejus de feudis lib. 1. c. 10. n. 42. & 43. Wesenb. de Feud. c. 11. n. 5.*) Putant nonnulli, aliquando Imperatori liberiores fuisse in alienatione & oppignoratione manus, idque probari autumant privilegiis illis, quibus verba hæc, & consimilia inserta: *hanc urbem à nobis & Imperio nullatenus separare, alienare, oppignorare, promittimus: hoc oppidum immediatè nobis & Imperio reservare volumus:* (*quarum mentionem facit Vietor de causis exemt. Imper. conclus. 13.*) Et in specie de civitate Francofurtensi (*lib. 7 de jure publico cap. 16. num. 13.*) annotavi, Wilhelmum Romanorum Regem voluisse, ne amplius obligaretur, sive alienaretur, sed ad servitia sua, & Imperii, de cætero conservaretur. Hæc conditio non solum civitatibus nonnullis collata, sed etiam aliis addita. Apud Goldastum (in Reichs Handlungen/ *pag. 31.* in Vertrag *Maximiliani* Römischen Königs und Hertzog Albrecht von Baiern *de anno* 1492.) legimus, daß Hertzog Albrecht/ die Herrschafft Abensperg / mit allen Schlossen und was darzu gehört/ wie das alles Weiland Niclas / Herr zu Abensperg von dem heiligen Reich zu Lehen gehabt / und verlassen hat/ frey lediglichen wiederumb in der Kaiserlichen Majest. Handen stellen / dieselbe aber die jederzeit haben / und bey dem Heiligen Reich halten/ nicht verkauffen / noch versetzen solle. Ego verò nec his nec aliis exemplis induci possum, ut credam, Imperatoribus nostris olim licuisse citra consensum, sive Electorum, sive Statuum, vel ordinum Imperii, civitates, vel

Margin numbers: 1. (VBi alienatio…) 2. (demus. Quod autem…) 3. (Putant nonnulli…) 4. (Et in specie…) 5. (Ego verò…)

ditiones Imperii, alienare, vel oppignorare; ſed rem communi adminiſtratorum alienorum bonorum jure æſtimo, atque privilegia de non alienando accipio, ne alienentur iſta Imperii membra ab Imperatore, etiamſi conſenſum alienandi obtinere poſſit ab Imperii Statibus, vel Electoribus; quem ne quidem ambiri honeſtè poſſe, hoc ſtante privilegio, nec in alienationem conſentiente
6. privilegiato, arbitror. Verum ne ſolum Imperator obligetur, conſenſum ne requirat, ſed etiam Electores, vel Status, ne conſenſum præbeant, cautiores ſibi dari hæc privilegia, cum conſenſu vel confirmatione cæterorum, vel Imperii nomine, procurarunt. Exemplo, quoad poſterius nobis eſſe poteſt Imp.
7. Caroli IV. privilegium: (*quod d. lib. 7. de jur. publ. c. 16. n. 14. exhibui.*) Illo enim Francofurtenſibus proviſum, daß ſie vor den Kaiſer und das Reich niemand pfandbar ſeyn ſollen/ umb keinerley Sache/ und daß der Kaiſer/ und das Reich/ keine Pfand-brieff über ſie geben/ oder die gegebene Krafft haben ſollen.

In andere Weg veräuſſern.

1. *Alienatio rerum Imperii, Imperatori vel Regi Roman. interdicta, etiam jure communi, non tantùm Capitulatione.*
2. *Imperium inſtar pupilli.*
3. *Cauſæ alienationum.*
4. *Honeſtas aliquando requirit alienationem fieri.*
5. *Regis Galliæ domanium quando poſſit alienari.*
6. *Quid in remuneratione conſiderandum.*
7. *Donatio mera.*
8. *Neceſſitas alienationem requirens.*
9. *Inteſtinorum diſsidiorum Germaniæ effectus.*
10. *Quæ ſpecies alienationum minus incommoda.*
11. *Pacta ſunt ſervanda.*

1. HIc prohibentur cæteræ alienationum ſpecies omnes, quarum determinatim in ſuperioribus nondum facta mentio. Verum, etiamſi alienationis nulla prohibitio in capitulatione extaret, nihilo tamen minus ea Imperatori licita non foret: Nam, ut Hottomannus (*illuſtrium quæſtionum prima pag. m.* 10.) rectè docet, quod ſi pactio nulla in creatione Regis adhibita eſt, ſed ſimpliciter regnum delatum, tum verò quia Rex moderator Reipubl. non everſor conſtitutus, aurea regula de Reipubl. curatoribus ſervanda eſt, ut jus Reip. pactionibus mutare non poſſint, (*l.* 2 § *jus Reip. de adminiſtr. rer. ad civ.*) item de omnibus adminiſtratoribus, ut quibus adminiſtratio permiſſa eſt, non utique alienandi poteſtas permiſſa intelligatur. (*l. contra* 28. *ff. de pact.*) Denique Rex tanquam populi ſui tutor præſcriptam tutoribus regulam ſervare debet, ut tum denique pro domino habeatur, cum pupillis providet, hoc eſt, cum ſalutem & incolumitatem populi tuetur (*l. tutor* 27. *ff. de adminiſtr. tut.*
2. *l.* 7. § *ſi tutor. ff. pro empt. l. interdum* 56. § *pen. ff. de furt.*) Mihi ſanè perniquum videretur, Imperium, quod inſtar pupilli (*l.* 3 *C. de jur. Reip. lib.* 11.) in tutela Imperatoris eſt, deterioris conditionis æſtimare, quam quemlibet alium

privatæ

privatæ domus pupillum; cujus immobilia, aut pretiosa, sine decreto magistratus, alienare non licet (*t. t. C. de prædiis, & aliis rebus minorum sine decreto non alienandis, vel obligandis, & t. t. ff. de rebus eorum, qui sub tutela vel cura sunt, sine decreto non alienandis vel supponendis.*) Quæ verò ibi magistratus partes sunt, illas, nostro in casu, Electores expediunt: olim tamen commune hoc Statibus fuisse probabile est. Nolim equidem ego conditionis meæ oblivisci, & regulas præscribere, quando, & quomodo, alienationes permittere debeant, tantum hoc studiosæ juventuti insinuabo, causas, & modum potissimum considerari, & expendi debere. Inter causas pono, honestatem, utilita- 3.
tnm, & necessitatem, quarum natura quidem distinctionem admittit, sed in ipso rerum actu non rarò omnes concurrere simul possunt. Ad honestatem 4.
refero, si propter egregiam Imperio præstitam operam, remuneratio facienda: quo casu etiam Regi Galliæ Domanium, quod alias sacrum & inaliena- 5.
bile, ac propterea tunicæ Christi inconsutili, quæ à militibus integra relicta, comparatur: (*Bacquet part. I. du droit des francs fiefs ch.* 14. *p.* 52.) alienare licet (*Bret de la souver du Roy livr.* 3. *ch.* 1. *p.* 326.) Ubi non tantum considerari 6.
debet opera, sed etiam persona ipsa, quæ eam præstitit. Aut enim illa Imperio subdita, aut extranea est: Si subdita, patriæ subvenire obligata est, indeque merito quidem expensarum nomine indemnis servari debet; sed in remuneratione animadvertendum, an sponte, an mercede, operam exhibuerit patriæ &c. Si extranea, iterum expendendum, an mercede, vel an suo motu egerit: ac iterum, an operam suam locare sit solita, an non solita, & ejus conditionis sit, ut remunerationem accipere honestè vix possit. Meram autem donationem, 7.
& simplicem munificentiam, in personas, quarum nulla adhuc merita, ægrè, & non nisi paucis casibus, admitto. Cum enim donare, ut plurimum, sit perdere, (propter frequentem hominum ingratitudinem, *l.* 7. *in pr. ff. de donat.*) melius erit, res Imperii ad casus necessarios reservare, quam in non necessarios, ob causam futuram, impendere: Unde etiam utilitatem præsentem futuræ, tanquam incertæ, prælatam velim. Atque huius intuitu, bona Imperii permutari, vendi etiam, ut ex pretio utilius quid comparari queat, rectè potuerunt. Necessitas denique non habens legem, & durum in mortales tor- 8.
quens telum, causam dare potest; ut Electores, in alienationem ditionum, vel bonorum Imperii, consentiant, &, pro re nata, consentire cogantur. Ut naufragium evitet gubernator navis, jactura, quicquid sanari potest, redemit; ut vitam continuet æger, & cætera salva habeat, membrum sibi amputari non recusat, & trunco corpore gaudet, partem pro toto solvisse. Ita, ubi summa necessitas urget, & jam in potestate, ac manu armata alterius sunt quædam Imperii partes, cedendum fortunæ erit, & consensu alienatio firmanda, quam impedire non valemus. Hæc hodie nobis necessitas est, quam 9.
intestina dissidia pepererunt, in perpetuam eorum notam, qui cum hoc

monſtro rem habuere: damnum commune eſt, diffamia autoribus propria, & 10. peculiaris eſſe debet. Porrò, modum quod attinet alienationum, ſemper ille præ cæteris eligi debet, qui minoris incommodi; ſic res, pignori potius, vel in feudum dari, quam vendi debet; ac caſu, quo venditur, pactum de retrovendendo addi debet, & illud quidem quandocunque acceptum pretium reſtitueretur, potius, quam ad certum tempus limitatum. Perſonarum quoque haberi diſtinctio debet, ut potius alienatio fiat in Imperii ſubditum, quam in extraneum, potius in perſonam, quam in collegium, aut univerſitatem, ſi feudalis ſit conceſſio, potius in Regem, & ejus deſcendentes, quam in Regnum, & quemlibet ejus ſucceſſorem; potius, ut quotannis cenſus nomine, vel in ſignum ſuperioritatis, aliquid Imperio pendatur, quam ut omnino ſine onere abdicativè tranſeat. Ubi verò nihil horum admittit neceſſitas, eundum erit,
11. quo trahimur, non quo volumus. Pacta tamen & hoc quoque caſu ſervanda. Quanquam enim (*Machiavello teſte lib. 3. diſc. 42. ſuper Livium*) ferè fieri ſolet, ut promiſſa irrita habeantur, quæ neceſſitas quædam expreſſit, hoc tamen facti eſt, non juris, nec eorum qui priſcam fidem colunt.

Oder beſchweren.

In plerisque Principum juramentis caveri videmus, ne ipſis liceat regni conditionem deteriorem facere; id, quod Imperatores Romanorum, Reges Polonorum, Danorum, & cæteri, qui per ſuffragia ad tantam dignitatem adſcendunt, quibusque adminiſtrationis leges præſcribuntur, omninò jurare coguntur, prout ex ſingulorum juramentis patet. (*Arniſæus de jure Majeſtatis lib. 3. c. 1. n. 13. p. 348.*)

Das jenige ſo darvon kommen.

1. *Aquila Romana eſt deplumata.*
2. 5. 8. 9. *Venditione ab Imperatoribus facta.*
3. 4. 6. 7. 10. 11. 12. *Donatione ab iisdem facta.*
13. *Mathildis donatio.*
14. *Humberti donatio.*
15. *Carolus IV. multa alienavit.*
16. *Alienationum generalis index.*
17. 18. *Italia quid quantumve olim Imperio contribuerit.*
19. *Imperio fere nihil in Italia supereſt.*
20. *Imperii reditus ſunt exigui.*
21. *Imperii vanus eſt titulus.*
22. 23. 25. 26. *Exiguum eſt, quod ab Imperio habet Imperator.*
24 *Rudolphus II. à Statibus petit ſubſidia*
27. *Cauſa novorum vectigalium.*
28. *Electio Imperatoris non ita libera ut olim.*
29. *Quid hodie conſiderandum in electione.*

1. AQuila Romana miris modis deplumata, ut cæteris avibus ferè deſpectui ſit. Non dicam nunc de plumis vi evulſis, ſed de illis, quas Imperatores accepto pretio vendiderunt, vel donatione, vel in ſolutum datione, atque aliis
2. modis, prodegerunt. Rem altius repetens Gabriel Zinano (*della ragione de gli Stati libro 3. pag. 106.*) ita ſcribit: (*creſcendo Cartagine, & ſorgendo gli poi*

Roma

Roma à fronte, all' hora s' estinsero tutti i piccoli Stati, e non si potè più trattar di compera, e tanto meno dapoi, che Roma tutte le cose sottopose. Mà caduto quell' orgoglioso Imperio, che sotto di se haveva fatte caddere tutte le Republiche, & tutte le Monarchie, si comminciarono à far di que' contratti, stessi de gli Stati, che si fanno delle mercatantie. Imperoche in processo di tempo gli Imperatori indeboliti, vendettero la libertà à quelle città, che hebbero moto desiderio di comperarla. Da Rodolfo la compravono e Florentini, e Senesi, e Luchesi: da Carlo, e Genouesi, e Pisani. Crescendo poi con varii pericoli i movimenti d' Italia, Luca fù venduta, or à Gambacorti, or à Visconti; & in Romagna, in Lombardia, & in Lunigiana, si fecero poi successivamente, di tempo in tempo, compre di minor conto.) Crescente Carthagine, & Roma simul à latere, tunc omnes minores Status extincti sunt, & non amplius fuerunt in commercio, ac multo minus, postquam Roma omnia sibi subjecerat. Verum post casum hujus superbi Imperii, quod ad se traxerat omnes Respublicas, & Monarchias, vendi cœperunt atque emi Status, non secus atque merces solent. Imperatores enim, tractu temporis debiliores facti, vendiderant libertatem illis civitatibus, quæ eam emere amabant. Florentini suam emerunt, ut & Senenses, ac Lucenses, à Rudolpho; Genuenses & Pisani à Carolo. Excitatis deinde in Italia variis & periculosis motibus, Luca vendita fuit, modo Gambacurtiis, mox Viscontis; & deinceps in Romania, in Lombardia, & Lunigiana, successivè factæ sunt emtiones aliæ, sed minoris ponderis. A cultoribus historiarum habemus, Henricum II. Tro- 3.
jam in Apuliæ limitibus sitam, Benedicto X. Pontifici dono dedisse (*Anton. Marcellus de jure secul. Pontif. cap.* 11. *pag.* 120.) Eundem Henricum II. (alii III. nominant, *Anton. Marcellus cap.* 11. *pag.* 96.) Imperatorem, urbem Beneventum Romano Pontifici donasse. (*Mutius Chron. German. lib.*14. *pag.* 115. *apud Pistor. tom.* 2. *German. Scriptor.*) Henricum V. pro x. millibus coronatorum Se- 4.
nensem Rempublicam libertati suæ commisisse. (*Bodin. de Republic. lib.* 1. *c.* 9.) Henricum VI. Romanis donasse (Pontifici reddidisse, & hunc populo illum concessisse, tradit Marcellus *d. c.* 11. *pag* 104.) Tusculanense castellum, quod 5.
asylum Imperii contra omnes Romanorum insultus eousque fuerat, qui illud postea funditus destruxerunt. (*Otho de S. Blasio in append. ad lib.*7. *Chron. Othon. Frising. cap.* 33. *pag.* 214. *apud Vrstis. tom.* 1.) Fridericum II. accepta corona Im- 6.
peratoria, Innocentio III. donasse Todi Comitatum (*Anton. Marcellus d. tr. c.* 12. *pag.* 114.) nec non Comitatum de Fondi, quem tamen alii ab Othone IV. Ecclesiæ testamento relictum scribunt. (*Marcell. d. tr. c.* 13. *p.* 124.) Rudol- 7.
phum I. Florentinis vendidisse libertatem pro vi. millibus Ducatorum (*Natta* 8.
consil. 637. *num.* 23.) vel xii. mille scutatis (*ut habet Chopp. de doman. Francor. lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 9.) Lucensibus autem pro xii. millibus Ducatorum (*Sigon. de regno Ital. lib.* 4 *Decian. resp.* 19. *n.* 19.) Carolum IV. Pisanis pro xii. millibus, 9.
(*Martha de jurisdict. part.* 1. *cap.* 38. *num.* 103.) quem & Arelatense regnum Regi 10.

Galliæ

Galliæ unius prandii causa tradidisse, Crusius (*lib. 5. parte 3. annal. Sueviæ*) scri-
11. bit. Wenceslaum civitatem Tridentinam Pontifici Gregorio XII. anno
MCCCLXXVII. donasse (*ex Corio Marcellus d. tr. cap. 16. p. 138.*) eundemque,
Galeacium, Comitem Papiæ, & Virtutum, Ducem Mediolanensem creasse,
12. eique civitatem Mediolanensem, una cum tota Lombardia, in feudum con-
cessisse; & sic dominium Imperii alienasse, irrequisitis Electoribus, Autor *ma-
gni Chronici Belgici* testatur (*apud Pistorium inter Germaniæ veteres Scriptores
sex pag. 327.*) quod etiam in causa, cum aliis fuit, ut ab Imperio deponere-
13. tur. (*vide Goldast. tom. 1. constit. Imper. p. 379.*) Et hæc quidem ab Imperatori-
bus, quorum licentiam etiam alii, notabili damno Imperii, imitati sunt. Ma-
thildis feudalia bona ad Imperium pertinentia, B. Petro in patrimonium con-
14. cessit. (*Godefr. Monachus in annalib. apud Freher. tom. 1. German. rerum Scriptor.
p. 279.*) & Humbertus Delphinatum Gallo: (*Nibem. lib. 2. histor. cap. 25. Mutius
15. l. 25. Chron. p. 247.*) Utrumque tamen factum contra notissima jura feudalia.
Hæc extra Germaniam; in ista autem Carolus IV. dum filium sibi successorem
parabat, magnis pollicitationibus, ac largitionibus Electores corrupit. Quas
cum exsolvere nequiret, publica vectigalia illis oppignoravit, ac Romano-
rum Imperium ad hanc calamitatem, in qua hodie adhuc est, deduxit: quan-
doquidem Electores Imperii ea sibi retinent, quæ Imperatoris sunt, atque
ideò se Romanum Imperium attollere, atque lacertos movere vix potest.
(*ita Cuspinianus in vita Caroli IV. pag. 385. & Lehemann. lib. 7. Chron. Spirens. c.
16. 40. pag. 785.*) Goldastus, alienationes, vel exemptiones, quocunque titulo fa-
ctas, ad calculum revocans, deprehendit, (*ut in epistola dedicatoria* der Reichs-
handlungen *videmus*) Daß von anbegin der Regierung Kaiser Rudolffs / des
Ersten diß Nahmens / biß auff unsere Zeit / (quando hæc scilicet scripsit Golda-
stus: nam ab eo, ad hoc nostrum tempus, numerus in majorem excrevit
summam) sich zweyhundert und mehr Orden und Stände / von Ertz- und Bi-
stumben / Hertzog- und Fürstenthumben / Marg- und Landgrafschafften / Land-
und Großherrschafften / Graf- und Freyherrschafften / Freyen- und Reichsstät-
ten / so dem Königlichen Stul zu Aach unterworffen / dem Teutschen Reich ein-
verleibt / mit Eyde und Lehenspflicht zugethan / in den Matriculn angeschlagen /
auff die Reichstäge erfordert / und neben andern getrewen Ständen des Reichs /
ihre Session und Stimm gehabt / von demselben Reich eximirt, und entzogen /
und weder ohne / noch durch Mittel / mehr verwandt seyn. Und diß allein von
dem Königlichen Stul zu Aach in dem Reich Teutscher Nation. Von dem Kai-
serlichen Stul zu Rom / ist in Italien / und anstossenden Landen und Reichen / so
den Römischen Kaisern und Königen Teutscher Nation vor zeiten ohne Mittel
unterworffen gewest / noch vielmehr Abfall geschehen. (vide Bodinum *de Re-
publ. lib. 1. c. 9. p. 212.* quid Pontifex possideat quod Imperii fuit.) Neminem
sanè non tædeat istiusmodi plagas, sectionesque Imperii commemorare.

Hinc

Hinc enim est, quod Italia nihil amplius Imperio contribuere dicitur, (*Va-* 17.
*dianus de Colleg. Monasteriisque German. veter. libr. 2. apud Goldastum Alemannic.
rer. tom. 3. pagina 101.*) cum Friderici I. cura olim ex solis juribus fisci Regii
vindicatis, in Italia, atque ex his tantum, qui nullo jure, sed sola præsumtio- 18.
ne de regalibus se intromiserant, triginta millia talentorum, plus minusve,
reditibus publicis per singulos annos accesserint: (*Radevicus lib. 2. de gest. Fri-
deric. I. cap. 5. apud Urstisium tom. histor. German. pag. 509.*) & adhuc Henricus
VII. Pisas convocatis Italiæ Principibus, tributum Imperio debitum impe-
raverit, de præteritis quidem, si non erant solvendo multa remittens; cæte-
rum edicens: se nullo modo imposterum laturum, ut defrauderetur Impe-
rium, neque enim suam se rem agere, sed rem publicam Imperii. (*Mutius lib.
23. Chron. German. pag. 218.*) Hinc est quod Imperio, præter nomen, nihil fe- 19.
re in Italia remanserit. (*Boter. in polit. regia, titulo de Imperio Romano pag. 56.*)
Quod reditibus in Germania nimium accisis, non habeat inde Imperator,
quo majestatis splendorem externum digne coruscare faciat: quod Maxi- 20.
milianus I. in Comitiis Wormatiensibus anno MCCCCXCV. innuit, dicendo,
**das Römische Reich seye jetzige Zeit eine grosse Last / und fallen darvon kleine
Zeht.** (*Lebeman.* **in Speirischen Chronic** */lib. 4. c. 4. p. 284.*) Quod Dominus 21.
à Chivris Friderico Palatino in Hispaniam ab Electoribus ablegato, ut Caro-
lo V. decretum electionis perferret, objecit; nihil habere Imperium præter
inanes titulos, & vanæ gloriæ nomen, innumeris sumtibus, infinitisque
laboribus retineri, sine ullius unquam fructus perceptione (*Hubertus, Thomas
Leodius de vita Friderici II. Electoris Palatin. annal. lib. 5. pag. 77.*) Quod Gran- 22.
vellanus (*ut Sleidanus refert. lib. 17. de Statu Religion. & Reipubl. fol. m. 283. b.*)
Landgravio in os dixit, Cæsarem Carolum V. ne tantillum quidem ex Im-
perio emolumenti habere (quod, si pro non ita multo accipiatur, ipse Land-
gravius negare ausus non fuit.) Quod Julius Pflug Episcopus Nauenbergen- 23.
sis in libello de *Republica Germania* affirmavit, (*vide Lebemann. dict. Chron. Spi-
rens. lib. 5. cap. 95. pag. 612. lit. C.*) Imperatorem nostrum, è publico Reipub-
licæ nostræ, non habere, unde ipse, & ejus familia commode vivere possit.
Quod Rudolphus II. in Comitiis Ratisponensibus anno MDLXXXII. non 24.
erubuit, ad sustentationem suam & alia necessaria, à Statibus nova subsidia
petere (hisce formalibus:

**Die Römische Kaiserliche/auch zu Hungarn/und Böheimb Königliche
Majestät/unser Allergnädigster Herr/kan obligenden ihrer erscheinender Noth-
durfft nach nicht umbgehen / des Heiligen Reichs Anwesenden Churfürsten /
Fürsten und Ständen/auch abwesenden Räthen/Bottschafften und Gesand-
ten/auß sondern zu ihnen tragenden freundlichen und gutem vertrauen/nach-
folgende meinung zu vermelden; als daß sich nemlich die Stände/und Gesand-**

ten/zweiffels ohne wol zu erinneren wissen / zu was hochbeschwerlichen und geschwinden Zeiten Ihre Majest. zu dem Kaiserl. Regiment kommen / und was mercklichen Schulden-last / und unerschwingliche Interesse, darein weyland Ihrer Majestät Gottseelige Vorfordern nach und nach gekommen/neben andern vielmehr Beschwerungen gefunden haben. Gleicher gestalt / ist auch Churfürsten / Fürsten und Ständen / sampt den Räthen/Bottschafften und Gesandten/unverborgen was Ihre Kaiserl. Majestät/theils zu Erhaltung Ihres Kaiserl. Stands/und Autorität/ mehrer theils aber in des heiligen Reichs Sachen/ auff Bottschafften/ Commissiones, Tagleistungen/ und Erhaltung des Reichs Räthe / und andern dergleichen Nohtwendigkeiten jährlichs auffwenden müssen; da hingegen Ihre Kaiserliche Majestät darzu / ausser deren gemeinen Reichs Versamlungen erhandelten (und aber an anderen Ihre gebührende Orth gehörig / und gewendet seyn) sonsten einig Einkommen / und Ergetzlichkeit im Reich / wie etwan bey Ihren Vorfahren / vor Alters gewesen / nicht haben/sondern alle solche Ausgaben nur blößlich von dem Ihren nehmen und dargeben müssen. Daher dann auch erfolget / daß Ihre Kaiserliche Majestät noch immer je mehr und tieffer in Schulden gerahten / und zu dem vorigen Obligen / sich auch mit diesen Außgaben dermassen erschöpffen/und zuruck werffen / daß mit Erhaltung Ihres Stands / und darauff erlauffenden Unkostens/schwerlich mehr gefolgen könten / viel andere extraordinari Außgaben/ deren Ihre Kaiserliche Majestät nach gelegenheit auch nicht entladen seyn mögen/ zu geschweigen. Gleichwol nun Ihrer Kaiserlichen Majestät nicht unbewußt / so es auch mit gantz danckbarem Hertzen und Gemüth / selbst gerne erkennen/und bekennen / daß sich die Stände des Heil. Reichs / nunmehr gegen dem löblichen Hauß Oesterreich / mit allerley ersprießlichen Hülffen und Darreichungen / dermassen mild erzeiget / und Ihrer Kaiserlichen Majestät gäntzlichen Versehens/auch jetzt zu gegen Ihrer Majestät selbst also zu erzeigen gemeint seyn werden / daß Ihre Majestät ihnen darüber nicht gerne ichts weiters zumuthen / sondern vielmehr Ursach hätten / auch nichts liebers sehen / noch wünschen wolten/ dann wo es in dem verbleiben und umbgangen werden möchte/Ihrer der Stände/mit fernerm Anlagen zu verschonen; Zumahl weil Ihre Kaiserliche Majestät aus der Stände Antwort/so sie auff den ersten Articul Ihrer Majestät proposition gegeben / gnugsam verstanden haben / mit was Beschwerungen/und Müheseeligkeiten Sie / sampt Ihren Unterthanen gleichfals beladen seyn. Sintemahl aber Ihre Kaiserliche Majestät obangeregte scheinbare Nothdurfft/und äusserste Erschöpffung Ihres Cammerguts / dahin dringet/daß Sie die Churfürsten / Fürsten und Stände umb ein mitleidenliche Hülff / zu desto besserer Erhaltung Ihres Kaiserlichen Stands / und Ampts/durch Ertragung darauff erlauffenden Unkosten/in sondern freundlichen

chen und gnädigen Vertrauen ansprechen müssen / dieweil es je Ihre Kaiserliche Majestät sonst nicht erschwingen können/derselben auch nicht gebührt/noch gemeint ist / die bewilligte gemeine Reichs Hülffen / in andere Weg als dazu sie angesehen und verordnet / zu verordnen und anzugreiffen ; So gelanget hierumb/ an die anwesende Churfürsten/ Fürsten und Stände/ auch der abwesenden Räthe/ Bottschafften und Gesandten/ Ihrer Kaiserlichen Majestät gantz freundlich/ gütlich/ und gnädiges Gesinnen / sie wollen in Erwegung obangedeuter Ursachen / und sonderlich / daß ihnen solches / sampt und sonderlich/ selbst mit zu ruhen und bestē kom̃en/ auch die erhaltung des Friedens und Ruhe im H. Reich/ und kurtzlich/ Stabilirung deren Kaiserlichen Autorität / Regiements/ und Ansehens/ vorderst dienlich ist/ auff eine solche jetzt gemeldte Hülff gutherzig bedacht seyn / und sich in dem / dermassen mitleidenlich und willfärig finden lassen / wie Ihrer Kaiserlichen Majestät/ höchstes Vertrauen zu ihnen gerichtet ist. Das sind Ihre Kaiserliche Majestät umb Churfürsten/ Fürsten/ Stände / so wol auch die Räthe / Bottschafften und Gesandten / mit allem freundlichen Willen / und Kaiserlichen Gnaden zubeschulden / und zu erkennen/ erbietig und geneigt.)

Hinc itidem est, (*qu'il ne seroit possible à un Empereur de s'entretenir, s'il n'avoit autre patrimoine*) (*Gilles Boilleau és annotations servantes à l'intelligence de la guerre d'Allemaigne*) quod impossibile foret Imperatori sumtus necessarios in sustentationem suam expendere , nisi proprium haberet patrimonium. 25.
Quod post Imper. Carolum IV. é publico & vectigalibus Imperii non modo non nervos bellorum, sed ne pacis quidem subsidium amplius Imperatores nostri habuerunt. (*Pflug dicto libello de Republica Germaniæ. Lehemann. Chronic. Spirens. d. lib. 5. cap. 94. pag. 611. lit. e.*) 26.
Quod, si Schneidevvino credimus, (*Commentar. ad Institut. tit. de heredit. quæ ab intestat. defer. rubr. de successione fisci pag. m. 431.*) novis vectigalibus, exactionibus & superindictis onerati fuerint Status, & subditi Imperii. 27.
Quod (ut alii conjiciunt) electio Imperatoris hodie tam libera amplius non sit, quam olim, postquam eo ventum, ut non sola virtus, sed divitiæ, & patrimonium ejus, qui eligitur, ante omnia considerari debeant. 28.
(*Nous ne sommes plus* (*dit l'Autheur du discours sur l'election d'un Empereur, au recueil des discours politiques pag. 87. num. 2.*) *au temps, que les moindres Princes, ou Seigneurs, relevés de leur seule vertu estoient capables de la couronne de l'Empire; comme il a paru, principalement aux elections de Rudolphe de Habspurg, & d'Adolphe de Nassau : & il faut aujourd'huy quelque chose de plus, que le merite, mesme quand il y seroit tout entier, pour parvenir à cette dignité. Il n'est plus besoing d'y mettre en consideration ceux, qui eussent peu approcher autresfois, par la recommendation de leur noblesse, & de leur vertu, s'ils n'y sont portés, quand & quand, de leur propre poids, & par l'entremise & conside-* 29.

consideration de leur propre grandeur. Comme si cette couronne estiot si pesante d'orsenavant, qu'elle ne peut reposer, que sur des testes desia couronnées, & ne se laissoit prendre, par droit electif, que de ceux, qui en ont de toutes acquises par succession) Non vivimus amplius in illo seculo, ubi etiam minores Principes, vel Dynastæ, sola virtute clari, vel poterant pervenire ad coronam Imperialem, ut exemplis Rudolphi Habspurgensis, & Adolphi Nassovii docemur. Hodie sane præter merita & virtutes, etiamsi perfectæ forent, aliud præterea requiritur, ut adscensus ad hanc dignitatem detur. Frustra nunc est sola nobilitas, & virtus, nisi proprio pondere & potentia firmetur. Adeo hæc corona gravis videtur, ut non possit quiescere nisi in capitibus jam ante coronatis, nec electione suscipi, nisi ab illis, qui alias successione jam obtinuerunt totas.

Die zum Theil in anderer frembder Nation Hände.

Bona ab Imperio avulsa, partim apud nostrates sunt, partim ab extraneis detinentur. Hoc vulnus, tanquam Imperio magis noxium, & deforme, curam requirit promtiorem. De utroque tamen curando, variis in comitiis deliberatum, sed hactenus sine effectu.

Ungebührlicher Weis gewachsen.

Ut violenta occupatione & detentione (Reichs Abschied zu Augspurg/ anno 1566. §. nach obgesetzten/ *pag.570.* Reichs Abschied zu Speier/ anno 1570. §. wir haben auch/ *pag.617.* Reichs Abschied zu Regenspurg/ anno 1576. §. wir haben auch/ *pag.669.* Reichs Abschied zu Augspurg/ anno 1582. §. und als wir/ *pag.699.* Reichs Abschied zu Regenspurg/ anno 1603. §. als wir dann/ *pag.781.*) vel aliis quibuscunque mediis, & modis illegitimis. Exempla modo adduximus; quibus addi debent illa, quæ notat Leheman. (*d. Chron. Spirens. lib. 5. cap.67. pag.539. lit. b. pag. 544.*) Reinking. de Regimine seculari & ecclesiastico (*lib.1. class.2. cap.8.*) & Ego *lib.1. de jure publico cap.9.* Cæterum, à contrario sensu, quæ bona Imperii non illicito modo, sed communi Statuum consensu ad alium pervenerunt, ab Imperatore repeti non debent. (*vide instrumentum pacis, facta Monasterii Westphalorum anno 1648. inter Imperium & Regem Franciæ, §. ad majorem supra dictarum cessionum &c.*)

Zum fürderlichsten.

1. An locus detur præscriptioni inter Monarchas.
2.3. Negativa.
4. Quid obstet repetitioni rerum ablatarum.
5. Quid regnum Galliæ possit repetere.
6. Quid non possit repetere.
7. Præscriptio quodammodo facta est juris gentium.
8. Iuris gentium etiam illud est, quod non apud omnes gentes in usu est.
9. Explicatio §. 1. Instit. de jure natural. gent. & Civil.
10. Dictum Gratiani.
11. Ius non ex usu, sed ex constitutione nomen habet.
12. Ius gentium primævum unde sit.
13. Unde sit jus gentium & secundarium.
14. Explicatio §. 2. Institut. de I.N.G. & C.
15. Quando genti cum gente res est, quod jus observari debeat.
16. Præscriptio hodie in omnibus Christianis Rebuspublicis usitata.
17. Iudæos exceptione præscriptionis usos fuisse contra Ammonitas.
18. Autoris judicium.
19. An quæ bello occupata sunt, longissimo tempore præscribi possint?
20. Quid Romani Volscorum legatis, urbes occupatas repetentibus, responderint.
21. Omnia fortium virorum esse.
22. Philippi II. Burgundiæ Ducis dictum.
23. Ob quas causas præscriptio à gentibus fuerit recepta.
24. Interesse publicum & eorum, qui ab alia gente repetuntur.
25. Rationes, ob quas præscriptioni hic locus esse non debeat.
26. Quid si longissimo tempore tacuerit spoliatus?
27. Quid si negligenter tacuerit?
28. Quomodo intentari possit repetitio.
29. Quomodo intentari possit repetitio.

MAgni momenti quæstio est, *an præscriptioni hic locus detur?* sive *an nullo obstante temporis cursu, Reipublicæ, vel Principi, superiorem non recognoscentibus, liceat repetere res sibi aliquando ablatas?* Cassan (*livr. 1. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France chap. 3. pag. 146.*) ita respondet: (*C'est une maxime certaine entre tous les Docteurs, que la prescription, ne court point contre les Monarques, & les Roys, qui ne recognoissent que Dieu & leur espée: d'autant que les seuls moyens suffisans pour interrompre la prescription, qui sont les contestations en Iustice, & les actes, qui on fait pour ravoir les choses usurpées, ne pouveaus se prattiquer envers les Roys, qui ne se soucient le plus souvent des admonitions, qui leur sont faictes par ceux, qui n'ont la puissance de les citer, on a mieux aimé presumer, que la prescription cessoit, que de juger, que l'occupateur acquist par long usage la chose par luy detenuée.*) Communis est Doctorum regula, præscriptionem non currere contra Monarchas, & Reges, qui non recognoscunt superiorem, præter DEUM & ensem; quoniam media sufficientia, ad iterum pendam præscriptionem, ut est litis contestatio, & actus, quibus rem usurpatam ad nos retrahimus, non possunt usui esse contra Reges, qui ut plurimum non curant admonitiones eorum, à quibus nequeunt in jus citari; melius visum fuit arbitrari, præscriptionem cessare, quam sta-

(margin: 1. 2.)

3. tuere, occupantem acquirere rem, quam longo uſu detinet. Vaſquius quoque (*lib. 2. c. 51. n. 28.*) in ea opinione eſt, cum præſcriptio lege civili ſit introducta, eam locum habere non poſſe inter duos populos liberos, aut Reges, populumve liberum & Regem. Qua de re egregie diſſerit Grotius (*lib. 2. de jure belli & pacis cap. 4. num. 2. & ſeqq.*) & Hugo de Roy, (*in tractatu*
4. *quem ſcripſit de eo quod juſtum eſt, lib. 3. cap. 2. num. 4.*) Silhon autem (*au Miniſtre d'Eſtat part. 1. livr. 1. diſcours 11. pag. 128.*) repetitione obſtare putat, non ſolum tractatum vel conventionem, qua repetitioni renunciatum, ſed etiam factum renuntiationi contrarium, nec non maximi temporis intervallum, quod loco remiſſionis juris ſui eſſe poſſit, & ſecum trahat conſenſum univerſalem omnium nationum, & populorum, in favorem poſſeſſoris.
5. Unde infert, Regnum Galliæ bona conſcientia repetere poſſe, Flandriam, Mediolanum, Neapolim & Navarram, cum non ſolum in illa juſtum habeat titulum, ſed etiam prætenſiones calide omni tempore exercuerit, eæque orbi cognitæ ſint, nec tractatus, vel aliqua intervenerit actio, quæ jus
6. ad rem abſorpſerit. Non vero, niſi perperam, repetiturum (*les pertes des premiers ſucceſſeurs de Charlemaigne, & deterrer ces vieilles querelles, dont à grand peine l'hiſtoire a pu conſerver quelque veſtige, qui fuſt entier, & quelque lumiere, qui ne fuſt point troublée.*) id quod perdiderunt primi ſucceſſores Caroli Magni, & renovaturum antiquas iſtas querelas, cujus vix ullum veſtigium, quod integrum ſit, in hiſtoria reperitur, aut ulla ſupereſt lux, quæ non obnubilata.

7. Ut dicam, quod mihi videtur, conſentiens ſum illis, qui præſcriptionem, ut maxime à jure civili formam peculiarem nacta ſit, indeque ejus creatura dicatur, etiam inter gentes, quoad uſum, & effectum, locum obtinere, ut non minus inde, quam acceptilatio, quæ ſine dubio juris civilis fictio eſt, juris gentium eſſe (*l. 8. §. fin. ff. de acceptilat.*) dici poſſit. Etenim ratio, quæ civitatem Romanam movit, ad præſcriptionem introducendam, quæ eſt, bonum publicum, ne ſcil. diu, & fere ſemper, incerta aliquarum rerum ſint dominia (*l. 1. ff. de uſucap.*) aut ut aliquis litium finis ſit: (*l. ultim. ff. pro ſuo*) etiam gentes movere debuit, aut debet, in præſcriptionem conſen-
8. tire, ut orbis terrarum pace & cultura fruatur. Et ſi ponamus, ab omnibus gentibus præſcriptionem nunquam receptam, ſufficiet tamen humanas gentes illa uſas fuiſſe, & uti: (*l. 1. §. 4. ff. de Iuſt. & Iur.*) in humanas, & vix ratione utentes, non eſt quod curemus. Nec enim hoc illudve juris gentitium propterea non erit, quoniam ab illis, quæ à beſtiis fere non niſi forma diſtant, non obſervatur, modo à ſanioribus, ratione humana & utilitate communi dictante, obſervatum, receptumque fuerit. Ratio enim naturalis, jus gentium inter omnes homines conſtituit, ideoque ſive gentes omnes

omnes eo utantur, sive non omnes, jus gentium esse non magis definit, quam jus civile tale esse definit, si in civitate non omnes cives ad normam legum civitatis suæ se componunt, ut debebant. Quod autem Imperator 9.
(*in §. 1. Institut. de jur. natur. gent. & civil.*) tradit, quod naturalis ratio inter omnes homines constituit, id apud omnes peræque custodiri, vocarique jus gentium, quasi quo jure omnes gentes utantur, non crude, sed cum grano salis accipiendū est; scilicet, Imperatorem non loqui de omnibus gentibus, quotquot orbem incolunt, sed de omnibus illis, quæ legibus & moribus (justis nempe & à ratione provenientibus) reguntur, (ut initium d. §. docet;) nam de illis, quæ nullis legibus utuntur, quales fuisse Aristoteles (*ad Nicom. lib. 7. cap. 6.*) memorat, & Salustius (*in bello Iugurthino* (de Getulis & Libybus, Africæ vetustis populis, refert, quod neque moribus, neque lege, neque Imperio cujusquam regebantur, & (*in conjuratione Catilinæ*) de Aboriginibus, quod genus hominū agreste, sine legibus, sine imperio, (liberum atque solutum) Imperator illo loco nequicquam dixit. Quemadmodum neque credendum est, Imperatorem ignorasse dari gentes fatuas, incultas, feras, malitiosas, & à recta ratione naturali deflectentes. Unde recte Gratianus, 10.
juris Canonici compilator, jus gentium dixit esse illud, quo omnes fere gentes utuntur: utuntur inquam, ratione naturali, & ingenita dictante. Nam si ex usu solo jus gentium metiri voluit Gratianus, merito incurrit censuram Hugonis de Roy (*d. tr. de eo quod justum est, lib. 1. tit. 7. num. 2.*) Jus enim 11.
omne, sive naturale, gentium, vel civile sit, non ex usu, nisi fortassis consuetudinem exceperis, sed ex constitutione juris denominationem meretur. Velim quoque & illud notari, Imperatorem definire jus gentium prim 12.
ævum (quod alii jus naturale rationale appellare solent,) quod potius homini, ut homini, quam hominibus, ut gentibus, competit. Nam hoc quod 13.
hominibus, ut gentibus consideratis, adscribitur, non immediate à natura est, sed à ratiocinatione, & utilitate, ortum trahit. Unde etiam ab eo discretæ gentes, & regna condita fuerunt, (*l. 5. ff. de Iust. & Iur.*) hoc est, cœperunt gentes esse, ubi, ex jure naturali, rationali, tantum antea familiæ fuerant: Et ut clarius me explicem, jus hominum naturalis ratio constituit, jus 14.
gentium constituerunt gentes, usu & necessitatibus exigentibus, (*§. 2. Institut. de I. N. G. & C.*) Præterea, hæc verba Imperatoris, duplicem admittunt sensum: possunt enim ita accipi, ut intelligamus, humanas gentes; & unamquamque earum, duplici jure uti, nempe partim suo proprio, hoc est, civili, partim communi, hoc est, gentium. Et hoc sensu credendum, nullam esse ex illis gentibus, quæ solo jure gentium utatur. Et iterum, possunt Imperatoris verba accipi, quasi pars gentium solo jure gentium utatur, pars vero, jus proprium & civile sibi constituerit. Sed prior sensus verior est? Nec enim

jus

jus civile ſine jure gentium eſſe poteſt, cum illi tantum aliquid addat, vel
15. detrahat, non autem in totum ab eo recedat (*l. 6. ff. d. t.*) Nec gentes, quæ ſibi jus proprium conſtituerunt, eo jure, ubi cum aliis gentibus ipſis res eſt, uti poſſunt, ſed neceſſe habent communi gentium jure uti. Quamquam & hoc contingere poſſit, ut reſpectu gentium, non communi, ſed peculiari aliquo gentium jure utendum ſit: quod evenire tunc poteſt, quando gens cum gente peculiari conventione ſibi proſpexerunt, vel longo uſu declararunt, (ut in lytro, quod in bellis inter Chriſtianos in locum ſervitutis, quam bello capti olim incurrebant, & hodie apud Turcas, & ſimiles gentes incurrunt) quo jure inter ſe uti velint; vel ubi aliquot gentes eodem jure civili ſponte ſua utuntur, ſive in totum, ſive ex parte; nam in quibus conveniunt legibus, non video, ſi inter illas quæſtio ſit, cur potius ex communi gentium jure, quam ex illo, quod ſibi proprium utrimque habent, deci-
16. ſio peti debeat. Sed ut ad præſcriptionem revertamur, ea non ſolum Romanis uſitata, verum etiam Græcis, & hodie omnibus Chriſtianis (*Hugo de*
17. *Roy d. tr. de eo quod juſtum, lib. 3. tit. 2. n. 3.*) Judæos quoque olim ea uſos nonnullis videtur, quando legunt, (*in libro Iudicum cap. 11. verſ. 26. 27.*) Ammonitas arma moviſſe adverſus Iſraëlitas, ad repetendas veteres ſedes, & proprias olim regiones, Hesbon, Aroër, & alias circa Arnon: Jephten autem, Iſraëlitarum judicem, & ducem contra Ammonitis objeciſſe præſcriptionem longiſſimi temporis, & poſſeſſionem trecentorum annorum. Quæ
18. tamen, meo judicio, ſuperflua erat, poſtquam, juſto bello ſemel poſſeſſionem, & dominium ſibi à principio pararant Iſraëlitæ, (*ut ex verſ. 20. & ſeqq. videre eſt.*) Nam ob negatum tranſitum, prælio juſte decertatum (*Grotius de jure belli lib. 2. cap. 2. num. 13.*) & victores facti, dominium acquiſiverant terræ hominumque captorum (*§. 17. Inſtitut. de R. D. l. 5. ultim. & l. 7. in pr. ff. de A. R. D.*)

19. Cæterum in hac materia examinari etiam meretur, *an quod bello, vel occupatione violenta, ab alia gente nobis ablatum, ab illa longiſſimo tempore poſſit præſcribi?* Si ex jure civili Romano, vel etiam Pontificio, deciſio petenda, clara eſſent omnia: at poſtquam illud alias gentes non obligat videntur in utramque partem, affirmativam, & negativam, rationes atque
20. autoritates non deeſſe. Romani, Volſcorum legatis, cum urbes à Romanis occupatas repeterent, reſponderunt, ſi nobis oppida dediſſetis, poſtea pœnitentia ducti, nunc ea repeteretis, injuria vobis fieret, niſi ea reciperetis: ſi vero jure belli iis ſpoliati fuiſtis, cum nullum amplius in ea dominium habeatis, injuriam facitis, qui res alienas appetitis. Nos enim juſtiſſimas poſſeſſiones ducimus, quas armis victores quæſiimus, nec legem iſtam nos primi conſtituimus, nec etiam hominum

potius

potius quàm Deorum existimamus. Sed cum omnes, tam Græcos, quam Barbaros, hac uti sciamus, nihil molliter vobis remittemus, nec rebus bello quæsitis cedemus. Magnum enim esset vitium, si quis virtute, & fortitudine parta per ignaviam & stultitiam amitteret. (*Arnis. de jure maj. lib. 3. c. 1. n. 13. p. 348.*)
Pertinet etiam huc, quod Galli ad legatos Romanorum, quærentes, quid in 21.
Hetruria illis rei esset, se in armis jus ferre, dicunt, & omnia fortium virorum esse (*apud Livium lib. 5.*) Ejusdemque opinionis Philippum II. Burgundiæ Du- 22.
cem fuisse, ex Theveto (*és vies des hommes illustres livr. 4. chap. 32. p. 311.*) cognoscimus, quando eum dixisse refert, (*que les Royaumes, Terres, & Seigneuries, appartenoient à celuy, qui les pouvoit conquester.*) Regna, ditiones & dominia ad eum pertinere, qui illa armis potest conquirere. Causas, ob quas usucapio, vel præ- 23.
scriptio, à gentibus approbata, quando respicimus, videmus eas etiam eo in casu robur suum exercere, ubi vi occupatio facta, nempe ut litium finis sit, & pace atque cultura gentes floreant. Nisi enim & hic præscriptionem admiserimus, orbis in perpetuo motu erit, bella æterna, ut controversiæ æternæ, & nulla unquam quies gentium, inimicitiæque immortales inter homines, quos inter natura tamen cognationem quandam, (*ut ICtus ait in l. 3. ff. de I. & I.*) atque ita concordiam, constituit. Interesse publicum hic militat, &
ipsius quoque gentis quæ repetitur. Dum enim de populi tutela, cui ea com- 24.
petat, armis disceptatur, pupilli sumtibus & sanguine adeo res geritur, ut, quem salvum & defensum uterque tutorum se velle profitetur, ipso opere offendi & pessumdare videamus. Plane quousque nautæ navis periculo certant, quis eorum eam gubernare debeat, salus & securitas navi non est. Ab al- 25.
tero latere non minus stare videtur bonum publicũ, quies & ratio ipsa gentium. Quid enim erit aliud, vi ablata præscribit tempore posse, quam fenestram ad aliena rapienda aperire, aliena dominia prædæ exponere, vim præmio afficere, contra naturæ ductum (*l. jure naturæ 206. ff. d. R. I.*) permittere, aliquem cum alterius detrimento & injuria fieri locupletiorem, & clarigationis jus tollere? Aliud vero dicendum, vel inde patére videtur, quod communi gentium consensu justa causa belli semper habita fuerit, sibi ablata repetere. Hinc statuendum, semper, & perpetuo, injuste nobis ablata, juste repeti posse, nec solius temporis, etiam longissimi cursum, repetentibus obstaculo esse posse. Solius dico, nam si consensus noster accesserit, vel verbis vel facto, per directum vel indirectum declaratus, res ex nova causa, & apta transferendum dominium, nostra esse desinet, & proinde cessabit repetitio.

Sed *si per tempus longissimum tacuerit illa gens, cui quid sui ablatum, nec illud,* 26.
vel verbis, vel facto repetere sustinuerit, an propter haud interruptum temporis cursum, repetitioni locus amplius non dabitur? Credo hic considerari causas debere, cur tacuerit; nempe, an metu, qui potest cadere in constantem gentem, an vi impedita,

pedita, an negligentia, an quod propter difficultatem recuperandi, rem pro derelicto habuerit. In metu illo rursus considerari debet, an transiens, an permanens fuerit: multum enim inter utrumque interest, & vix credendum longissimo in tempore nullas plane occasiones adversus metum sibi consulendi, per se, vel per alios, intervenisse. Idem de vi dici debet, quod de metu
27. diximus. Quod si negligentia causa taciturnitatis longissimæ fuerit, credo, etiam ex gentium jure, repetitioni locum non esse (licet, si jus divinum spectemus, redditioni locus sit, ut conscientiæ cosulatur) tum ut pœna penes negligentem maneat, tum ut litium terminus sit, quieti publicæ consulatur, & bella, in quantum fieri potest, sufflaminentur; habebit hic negligens, quod sibi imputet, non gentium juri. Quemadmodum enim illud, rerum dominia primum introducens, diligentibus plura attribuere debuit, quam negligentibus, ita si ex diligente negligentem factum deprehendat, facile permittet eum jure suo cadere. Denique si rem pro derelicto habuerit, jus semel extin-
28. ctum, amplius prætendere nequit. Porro, etiam illud quæri poterat, *quibus mediis jus repetendi integrum conservare, & quomodo idem exercere debeamus?* Ad integritatem facere dico protestationes publicas, tituli & insigniũ (der Wappen) continuationem, manifesta, & interpellationes reiteratas. Ut enim humaniori orbi, non solum de injustitia occupantis, vel iniquitate detentatoris, melius constet, scripta eduntur, quæ perpetui testes etiam posteritati esse possunt, de iniquitate commissa; ubi, si historicis tantum credendum, facile, ut seculum est & homines ipsi falsa pro veris, gratia vel pecunia hanc meta-
29. morphosin procurantibus, supponi possent. Interpellatio quoque, præsertim reiterata, violentum occupatorem admonet, ut famæ aliquando consulat, & restituat ea, quæ juste retinere nequit, nec quiete. Repetitio autem ipsa varie intentari potest, vel coram judicibus & arbitris, vel, si ab ipso, qui nostra nobis detinet, directe repetamus ablata. Olim Romanis in usu erat, fæciales legatos, res repetitum, mittere, quos oratores vocabant: (*ut observavit Turnebus in Varronẽ de L.L. f. 282*) Hodie ea repetitio varie fit, vel viva voce à fæciali, quẽ heroldũ dicimus, vel per legatos alios: qui modus, ut cæteris mitior & honestior, etiam à nostratibus aliquando observatus. Fit etiam deniq;, facto, & armis, quod genus omnium est efficacissimum, sed non semper securum.

Wieder darzu bringen.

1. *Studium Imperii pristini recuperandi.*
2. *Quod exercuit Otho IV.*
3. *Fridericus II.*
4. *Quo laboravit Maximilianus I.*
5. 6. *Carolus V. & Maximilianus II.*
7. *Rudolphus II.*
8. *Verba non sufficiunt ubi facto opus.*
9. *Caroli V. responsio ad Electores.*
10. *Ecclesiæ Christianæ damnosum est, Papam tenere potestatem politicam & regiones.*
11. *Quid impediverit Imperatores, qui post Carolum V. vixerunt, quo minus huic artic. capitulationis satisfacere potuerint.*
12. *Lipothymia Aquilæ.*
13. *Cujus causa est Germanorum discordia.*

Semper

SEmper generoso Imperatori decorum studium Imperii pristini recupe- 1.
randi; ita legatus Justiniani ad Theodatum, apud Procopium *(lib. 1. belli
Gothici.)* Nunc vero, postquam promissio Imperatoris, ad recuperandum a-
missa, accessit, studium hoc non modo decorum, sed & necessarium est.
In eo autem se exercuerunt præ cæteris Imp. Otho IV. qui Viterbium, Mon- 2.
tem Flasconem, Urbevetum, Perusiam, & totum denique Mathildis patri-
monium, in Imperii potestatem redegit, *(Trithem. c. 22. & Sigon. lib. 16. histor.
Ital. Arnisæus de jure majest. lib. 3. c. 1. n. 12. p. 341.)* vel quod redactum jam erat,
licet Pontifici restitutionem promisisset, de jure tamen Imperii edoctus, re-
tinuit. *(Godefrid. Monach. in annal. apud* Freher. *tom.* 1. *German. rer. Scriptor. pag.
279.)* Fridericus II qui Sardiniam, quam Romana Eccesia sibi vidicarat, 3.
Imperio repetiit: cumque à Pontifice admoneretur juramenti nuper præ-
stiti, de defendendis rebus Ecclesiæ, respondit, prius se jurasse ad repeten-
das res Imperii, à quibus cum Sardinia injuria esset abalienata, priori jura-
mento se fortius urgeri, potioresque habere partes Reipub. quippe meliori
jure instructas, quam causam Ecclesiæ. *(Sigon. lib. 18. histor. Ital. Arnis. d. l. p. 341.)*
Maximilianum I. non semel in animo habuisse, jura Imperii vindicare, ait 4.
Waremundus ab Ehrenberg. *(de Regn. subsid. c. 1. n. 22.)* Carolus V. idem sibi 5.
proposuisse, enunciat (*in* R. A. zu Wormbs *anno* 1521. §. und als wir/ *p.* 135.)
Maximilianus II. de eo deliberandum censuit, (R. A. zu Augspurg *anno* 1566. 6.
§. nach obgesetzten / *pag.* 510.) & facta deliberatione promisit, Mit allem ge-
treuen vätterlichen Eyffer / und Geflissenheit / daran zu seyn / darmit der
wolbedachten erspießlichen Mittel eines / oder mehr / so viel immer möglich /
ihren gewünschten Fürgang erreichen (R. A. zu Speier *anno* 1570. §. darauff sie/
& §. *seq. pag.* 617.) Quod & se fecisse memorat nempe, er habe bey etlichen be-
nachbarte Potentaten ansuchen / und fürnehmen lassen / damit dem H. Reich
zu seiner subjection die jenige Landen / Städt und Leut / so vergangener Zeit
von denselben mit der That occupirt, widerumb recuperirt, und zugestellt wer-
den möchten. (R. A. zu Regenspurg *anno* 1576. §. wir haben auch / *pag.* 669.)
Rudolphus II. occasionem expectavit (1.) R. A. zu Augspurg *anno* 1582. §. und 7.
als wir/*p.* 699. Sed docuit temporum secuta series, non sufficere verba, ubi 8.
facto opus est, non legationes, ubi legiones requiruntur; ac propositum in
mente recentum, nil quicquam operari. Habuissent hic Germani mei am-
plissimum campum, in quo fortitudinis suæ justissima trophæa erigere, fa-
vente fortuna, potuissent, nisi tot remoras sibimet ipsi posuissent, quot nu-
merarunt annos, imo & his plures. De Carolo V. Ventura de Valentiis *(in Par-
thenio Litigioso l. 2. c. 3. n. 9.)* annotavit, Electorum literis instigatum, ut caput il- 9.
lud antiquũ, quod Imperio nomen dedit, recuperaret, facerem, respondisse,
nisi me religio deterreret. Quasi vero Imperatori religioni esse debeat, reli-

giosa promissa exequi, aut religio impediat sua repetere, vel Pontifex ac reli-
gio Catholica subsistere non possit, nisi injuste acquisita injuste retineat.
10. Consultius, & iterum consultius, dico, orbi Christiano foret, si Pontifex ad
primævum innocentiæ suæ statum, h.e. ad paupertatem, & curam religionis,
remota purpura & regionis cura, dudum rediisset: illa enim magna conjun-
ctio utriusque potestatis ecclesiasticæ & secularis, ac per fas & nefas conqui-
sitæ divitiæ, istam Ecclesiam tam fœde depudicarunt, ut Christus incestam
11. hanc sponsam repudiare possit optimo maximo jure. Cæteros Imperatores,
quotquot Carolum V. ordine secuti sunt, partim Turcarum impetus, & rei
difficultas, partim studium quietis, omnes autem intestina, sive bella sive dis-
sidia, præpediverunt, avulsa membra corpori reddere, & promissis supple-
12. mentum dare. Tandem, dissidiis in furorem conversis, ea lipothymia & vi-
rium debilitas, victricis illius Aquilæ, secuta est, ut vix nidum suum tueri
13. potuerit. Sed hæc tua ex te est perditio, Germania, nata ex discordia, quam
sociam vitæ individuam hactenus habuisti.

Doch männiglich ꝛc.

Displicuit hæc generalitas Nicolao Cusano, Cardinali, Imp. Sigismundi Consiliario (*de Concord. Cathol. lib. 3. cap. 30. vide Lehemann. in Chron. Spirens. lib. 5. c. 95. pag. 610.*)

AD ARTICVLVM X.

Est appendix prioris articuli, concernens bona Imperii, quæ ad alios illegitimo modo pervenerunt. Ut autem justum est, ea ab aliis repeti, ita æquũ est, ut Imperator ipse, ejusque familia, si quid horum teneat, Imperio reddat. Generaliter enim verum est, qnod adversum aliũ præstare pupillo suo tutor debet, id adversus se quoq; præstare debet (*l. 9. § 3. ff. de administ. & peric. tutor.*)

Oder die Unsern.

Potest hoc intelligi, vel de illis, qui in potestate Imperatoris sunt, vel de illis, qui ipsum genere atque familia contingunt, hoc est, qui nati ex domo Austriaca.

Ichtes.

Id Latine significat, aliquid, quod generale est, & sub se etiam minima comprehendit.

Nicht verlihen ꝛc.

Excipiuntur res, quæ justo titulo possidentur. Nec enim Imperator, hoc in passu, deterioris conditionis esse debet, suive, quam quisquam alius.

Were/oder würde.

Unum præsens tempus, alterum futurum denotat. Hoc autem majoris cautionis ergo appositum, ne cavillationi, vel exceptioni locus daretur. Et potest referri, vel ad verbum verlihen / vel ad bekommen.

Innen

Innen hätten.

Sive nunc, sive in futurum, tunc scilicet, quando repetitio fit,

Bey Unseren schuldigen Pflichten.

Accipiendum hoc est, vel de juramento, quod præstitit Carolus tunc, quando de feudis Imperii fuit investitus; aut de juramento alio, postquam in Imperatorem electus. Si de hujus generis; nescius sum, quando illud ipse corporaliter præstiterit, nisi tunc, ubi jam semel per plenipotentiarios suos, se ad observantiam capitulationis obligaverat, quod (*infra* §. 31) factum dicitur, tempore quo Capitulatio acceptata, licet postea demum id Aquisgrani factum. Ita, quod præstandum erat, præstitum dicitur, propter certitudinem secuturæ præstationis.

Gesinnen.

Non ergo tenetur reddenda reddere Imperio, nisi interpellatus ab Electoribus: Quod in gratiam Imperatoris ita specialiter expressum; nam de jure civili, tutor seipsum interpellare, & à se, quod pupillo debet, exigere debet. (*d. l. 9. §. 4. ff. de administr. & peric. tutor.*)

AD ARTICULUM XI.

Vermeldter.

Supra, *articulo primo.*

Friedlich und Nachbarlich.

Pacem merito cum omnibus colere debet Imperator, non solum propter cognationis naturalis vinculum, sed etiam propter præceptum divinum. Cum autem inter vicinos, majores occasiones quotidie emergere possint ad rixas, jurgia & bella, quam inter longe dissitos; majusque malum, & promtius damnum inde sequi possit, visum fuit Electoribus, hoc remedio paci publicæ providere, non ignaris, quantum commodi, non tantum ex commerciis vicinorum, sed & auxiliis, ubi opus fuerit, Imperio accrescere possit.

Anstossenden.

1. *Turca vicinus Imperii.*
2. *Non est consultum eum irritare.*
3. *Ejus viribus Imperium solum vix potest resistere.*
4. *A quibus Imperium petierit auxilium contra Turcam.*
5. *Disciplina militaris Turcarum nostra melior.*
6. *De machinis bellicis Turcarum.*

Vicinos habet Imperium, non solum Christianos Reges, & Principes, 1.
sed etiam Turcam, (R. A. zu Augspurg anno 1582. §. demnach / *p. 697.* R. A.
zu Regenspurg anno 1603. 2. §. wann nun / *p. 777.*) quem cum nervis rerum a- 2.
gendarum, milite atque pecunia, instructissimum sciamus, è re Imperii vel
maxime est, non irritari: præsertim, cum ejus viribus Imperium solum vix 3.
resistere possit. (R. A. zu Nürnberg anno 1524. §. weiter / *p. 162.* R. A. zu Regenspurg anno 1527. §. nachdem auch / *p. 177.* R. A. zu Speier anno 1529. §. weiter

haben wir/*p.186.* R.A. zu Augspurg anno 1559. §. und wiewol/*p.520.*) Unde flagrante cum Turcis bello, sæpius in comitiis placuit, in auxilium vocare
4. Papam, Italiam, Galliam, Hungariam, Angliam, Bohemiam, Portugalliam, Poloniam, Daniam, Scotiam, aliosque Christianos Principes (R.A. zu Augspurg anno 1530. §. darauff haben wir/*p.205.* R. A. zu Speier anno 1542. §. dieweil aber/*p. 277.* R. A. zu Regenspurg anno 1557. §. damit auch/*pag. 504.*) & Respublicas, ac inter illas speciatim Helveticas, ac civitates Hanseaticas, (R.A. zu Regenspurg anno 1567. §. auff daß dann/*pag. 587.*) Sed vocare facilius fuit, quam impetrare. Non enim omnes in auxilium venisse, notissimum est. (*d.* §. auff daß dann/ *&* §. so dann auch/*d.* R.A. *p.583.*) Cæterum, non
5. solum, ut modo dictum, viribus Turca formidabilis, sed etiam disciplina militari nos longe superat, teste Pontaymery (*de la parfaicte vaillance chap.6.pag. 141. & en l'image du grand capitaine chap.10. p.236.*) quando ait, (*la discipline militaire s'est du tout transportée aux armées Turquesques, ayant quitté les Princes Chrestiens, de qui les armées resemblent plustost ce jourd'huy des troupes de basteleurs & charlatans d'Italie, que des assemblées de gens de bien.*) disciplina militaris tota transiit ad exercitus Turcicos, & dereliquit Principes Christianos; quorum exercitus hodie potius videntur esse greges circulatorum Italiæ, quam viro-
6. rum bonorum. Machinis præterea bellicis, præcipue bombardis majoribus, ita instructus est Turca, ut Christianis hac in parte longe sit superior. Michel Baudier, qui *inventarium* scripsit *historiæ generalis Turcarum*, meminit (*lib. 6. chap.3. p.102.*) alicujus, quæ per spacium magnæ dimidiæ leucæ miserit globum, cujus pondus D.CCC.LXXV. librarum erat.

Fehde.

De orthographia vocis tenendum est, in Imperii constitutionibus aliquando legi Vähd/ (Reformation Kaiser Friderichs des Dritten zu Franckfurt anno 1442. auffgericht/*tit.* wer in offenen Vähden gefreit sein soll/*pag.77.* der Königliche Landfried zu Wormbs/anno 1495. *tit.* Auffhebung aller Vähd/ *p.24.* handhabung des Friedens zu Wormbs anno 1495. auffgericht/*tit.* Auffhebung aller Vähden/*p. 125.* Peinliche Halßgerichtsordnung *Caroli V. art.129.*) aliquando Fehde/ ut hodie solet; quod magis quadrat ad antiquum Feed/ de quo Hottomannus *de verbis feudalibus sub Feuda*; ubi docet, hoc nomine, modo bellum, modo capitales inimicitias significari.

In/ oder ausserhalb des Reichs.

Imperator non debet bellum movere, sive in Imperio, sive extra illud, nomine Imperii, nisi hoc fiat cum consensu Statuum, aut ad minimum, sex Electorum Imperii. Periculum enim, quod bellum secum trahit, ut & contributio, quam requirit, pari passu ambulant, sive illud in Imperio ipso, sive extra illud gerendum sit.

Von desselben wegen.

Imperator bellum movet, vel nomine Imperii, hoc est, tanquam Imperator; vel nomine suo, ut Caroli, Ferdinandi &c. & terrarum suarum, ut nomine Hispaniæ, Austriæ &c. Bellum quod suscipit nomine Imperii, legitimum non est, nisi in id consentiant Status, vel Electores, nomine Imperii. Alio autem nomine, & respectu susceptum, horum consensum non requirit. Unde evenire potest, ut Imperator, hoc respectu illius hostis sit, cujus amici sunt, & manent Imperii Status: Quod factum, ubi Carolus V. bellum aliquando in Franciscum I. Regem Galliæ, gessit. Hoc casu, Status ad bellum nequicquam contribuere obligati. Ita, cum Imper. Maximilianus I. in belli usum contra Venetos, aliquando peteret pecuniam à Principibus & Civitatibus Imperii, responsum tulit; cum bellum hoc non gereret Imperii, sed suo nomine, Status toties exhaustos nihil mittere posse. (*Mutius Chronic. Germanic. lib. 29. pag. 314.*)

Einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen.

Cur Carolo nostro, sine consensu Statuum, aut Electorum Imperii externum militem in Imperium adducere inhibitum fuerit, discimus ex oratione Moguntini (*apud Sleidanum lib. 1. de Statu relig. & reipub. p. m 17. & Sabinum hist. de elect. & coronat. Caroli V. quæ extat in polit. Imperial. Goldasti part. 1. tract. 7. p. 129.*) scilicet, libertatis magnum periculum huic articulo causam dedisse. Politici quoq;, qui generalia tradunt, extraneum militem advocare dissuadent, cum segnius militet, & pretio addictus, potius de præda, quam de victoria & fine belli cogitet; nec ut civis amore reipublicæ, & honoris causa pugnet, sed veluti perfunctorie, & dicis gratia (*Petr. Gregor. Tholos. de Repub. lib. 11. c. 3. n. 6.*) Quod si vero Mauritio Electori Saxoniæ credimus, Carolus hac in re promissis non satisfecit. (*Sleidan. lib. 24. Comment. p. m. 432. in f. a. & b. in pr.*)

Ohne vorwissen/ rath und bewilligung.

Non sufficit hæc fieri scientibus Statibus, sed necesse est, ut illorum consilio & consulationi subjiciantur, ut perpendant, an è re Imperii sit, quod Imperator suscipiendum putat. His præcedentibus, sequitur consensus vel dissensus.

Der Reichs-Stände.

1. *De bello olim in comitiis deliberatum.*
2. *Exemplum Henrici II.*
3. *Henrici V.*
4. 5. *Friderici I.*
6. *Exemplum aliud.*
7. *Philippi.*
8. *Othonis IV.*
9. *Ludovici Bavari.*
10. 11. *Maximiliani I.*
12. 13. *Caroli V.*
14. *Maximiliani II.*
15. *Milites conscribuntur nomine Imperatoris & Statuum Imperii.*
16. *Milites sunt in servitio Imperatoris & Imperii.*
17. *Totum corpus vocatur*, Des Reichs Volck/des Reichs Armee/und Kriegsheer.

Impera-

18. Imperator aliquando rogatur à Statibus, ut sit Dux exercitus.
19. Status aliquando committunt Imperatori electionem Ducis exercitus.
20. Dux exercitus juramento obligatur Imperatori & Imperio.
21. Duci aliquando adjunguntur Consiliarii, nomine Imperii, vel Statuum.
22. Ut & officiarii alii.
23. Totus exercitus jurat Imperio.
24. Imperator & Status Imperii exercitus præscribunt normam disciplinæ.
25. Imperator & Status militibus constituunt stipendia.
26. Exercitus Imperii non debet alio mitti citra consensum Statuum.
27. Hospitationes militum fieri debent Comitiali suffragio.
28. Bellum geritur nomine Imperatoris & Imperii.
29. Aliud tamen placuit Statibus tempore belli Magdeburgensis.
30. Statuum consensus requiritur ad extructionem novorum munimentorum publicorum.
31. Constitutio judicii militaris fit nomine Imperatoris & Imperii.
32. Bello acquisita accrescunt Imperio.
33. Rationes accepti & expensi in bello redduntur Imperatori & Statibus.
34. Directio belli Imperatori ita competit, ut ei à Statibus concessa.
35. Imperator aliquando pro hac concessione Statibus agit gratias.
36. In stabilienda pace concurrunt Status cum Imperatore.

1. HOc non solum leges Imperii requirunt, sed etiam praxis ipsa confirmat.
Comitiale examē olim requisitum discimus, handhabung des Friedens
zu Wormbs anno 1495. auffgericht / (*tit.* die Königl. Maj. *p 27.*) & Statuum
consensum (*vide* die handlunge des Friedens auff dem Reichstag zu Wormbs
2. anno 1509. *apud Goldastum* in Reichssatzungen *p. 85.*) Henricus II. Imper. con-
sensu omnium Imperii Statuum, contractis copiis Ungariam petiit. (*Mutius l.*
3. *14. Chron. Germ. apud Pist. tom. 2. p. 114.*) Henricus V. Ducem Lotharingiæ in
frequenti Principum conventu condemnat majestatis reum, hostemque rei-
publicæ pronuncians, decernitur communi omnium consensu contra eum
4. bellum. (*Mutius lib. 16. p. 128.*) Fridericus Imp. in literis ad Othonem Frisin-
gensem Episcopum, patruum suum, quibus expeditionem contra Mediola-
nenses indixit, anno M.C.LVI. Ex judicio, inquit, Principum, expeditionem
contra Mediolanum, à proxima Pentecoste ad annum juratam, tibi indici-
mus, quam intime rogantes, & præcipientes, quatenus ad eam nobiscum per-
agendam, à vigilia Pentecostes ad annum, Ulmæ nobis indubitanter occur-
ras, certus quod nec te, nec aliquem Principum nostrorum, montem Apen-
ninū transire cogemus. (*Otho Frising. lib. 2. de gest. Frid. I. Imp. c. 30. apud Urstisium*
5. *tom 1. p. 472.*) Idem Fridericus, anno M.C.LXXII. in media quadragesima, apud
Wormatiam curiam celebrem habuit, ubi conquestus de Italicis, & illis qui
favebant partibus Rulandi; quod coronam Romani Imperii Græco impo-
nere vellent, judicio cunctorum Principum expeditionem in Italiam iterum
indixit (*Gothefrid. Monachus in annal. apud Freher. tom. 1. Germ. rer. Script. p. 243.*)
6. Anno M C.LXXIX. expeditio in Saxoniam ab Imperatore, & Principibus indi-
7. citur. (*d. Autor p. 247.*) Philippus Imp. Spiram convocavit Principes Germaniæ,
ubi de-

ubi decretum bellum contra Colonienses, omnium Principum, qui illic adfuerunt, concordi sententia. (*Mutius d. Chron. lib.* 19. *p.* 170.) Otho IV. an- 8.
no MCCXII. convocat Principes Germaniæ Norimbergam, ubi decernitur
bellum contra Hermannum Thuringiæ Comitem. (*Idem dict. lib.* 19. *p.* 175.)
Ludovicus Bavarus Imp. communi Principum consensu, & sententia, statuit 9.
tempus profectionis in Italiam. (*Idem lib.* 24. *Chron. pag.* 228.) Maximilianus
Imp. convocat Imperii Status, & suscipitur bellum, uno consensu omnium, 10.
adversus Palatinum, & Rupertum. (*Idem lib.* 30 *Chron. German pag.* 312.)
Idem Maximilianus, ubi Galli, & Venetorum conatus intellexit, Principum 11.
Germaniæ consensu decrevit bellum suscipiendum contra Venetos. (*d. lib.* 30.
p. 313.) Sub Imperio Caroli V. communi Statuum consensu bellum in Regem 12.
Galliæ decernitur (R. A. zu Speier *anno* 1544. §. so achten wir / *p.* 293.) idem
factum contra civitatem Magdeburgensem (R. A. zu Augspurg *anno* 1551. 13.
§. so haben wir uns / *p* 381.) Sub Maximiliani II. imperio contra Iohann. Frideri- 14.
cum Ducem Saxoniæ expeditio Gothana suscepta (R. A. zu Regenspurg *anno*
1567. § so hätten wir / *p.* 588.) ac ita imposterum quoque bellum non aliter
decernendum esse, quam prævio comitiali liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu, sancitum legimus (*artic.* 8. §. *gaudeant.*) Instrum.
pacis Cæsareosueciæ. Sed ut distinctim agamus de singulis belli actibus, tenendum est, (1.) Conscribi milites nomine Imperatoris, & Statuum, 15.
(R. A. zu Nürnberg *anno* 1522. §. und sollen / *p.* 150.) vel quod idem est, nomine Imperatoris & Imperii (R. A. zu Regenspurg *anno* 1598. §. und demnach / *p.* 738.) (2.) Milites esse in servitio Imperatoris, & Imperii (Fuß- 16.
knechts Bestallung zu Speier *anno* 1570. auffgericht. *artic.* 72. *inter* R. A.
p. 654.) & totum corpus appellari, des Reichs Volck (Ordnung des Regi- 17.
ments *anno* 1500. zu Augspurg auffgericht / *tit.* wo dem Reich / *p.* 42.) die Reichs-Armee / der Röm. Kaiserl. Mai. und des H. Röm. Reichs Kriegsheer (Pragerfrieden *anno* 1635. auffgericht. §. zu dessen allen würcklichen / R. A. zu Regenspurg *anno* 1641. §. bey dem andern Puncten. (3.) Imperatorem ali- 18.
quando à Statibus rogari, ut belli Dux sit (R. A. zu Regenspurg *annno* 1557. §.
als dann ferners / *p.* 502.) (4.) Quod si ille, vel præpediatur, aut aliud videatur 19.
è re Imperii esse, Status Imperii, ut plurimum, Imperatori committere, ut ipse
eligat ac denominet Germanum, qui ducere debeat exercitum (R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. §. und dieweil uns / *p.* 257. R. A. zu Speier *anno* 1542. §. als
nun aber / *p.* 266. R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. nach dem ferner / *p* 562. R. A.
zu Regenspurg *A.* 1567. §. so halten / *p.* 588.) Vt plurimum, dixi, nam & aliud aliquando observatum (docet R. A. zu Augspurg *A.* 1500. *tit.* des Reichs Hauptmann betreffend / *p.* 61 (5.) Ducem exercitus juramento obligari Imperatori 20.
& Imperio, seu Statibus.) R. A. zu Augspurg *anno* 1500. *tit.* des Hauptmanns
Eyd / *p.* 62. R. A. zu Regenspurg *A.* 1541. §. und dieweil uns / *p.* 257. R. A. zu Augs-

21. purg *A.* 1530. §. denselbigen Hauptmann / *p.* 207.) (6.) Duci adiungi, Impe-
rii vel Statuum nomine, consiliarios, (*d.* R. A. zu Augspurg *A.* 1500. *p.* 62. *A.* 1530.
d. §. denselbigen / *d. p.* 207. R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. §. demselben Obristen /
p. 257. R. A. zu Speier *anno* 1542. §. und diesen Obristen / *p.* 266. R. A. zu Re-
genspurg *de anno* 1557. §. so seind / *p.* 503. R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. als
dann auch / *p.* 562.) qui & ipsi Imperio iuramentum præstant (*d.* R. A. *de an-*
22. *no* 1530. §. denselben / *p.* 207.) (7.) Addi etiam quandoque alios, ut com-
missarium lustrationis, recensitionis, recognitionis, (qui dicitur Reichs-
muster-Commissarius,) ærarii præfectum, (qui appellatur Reichs Pfennig-
meister / vel Zahlmeister &c.) illis à Statibus & Imperatore instructiones præ-
scribi, quas observare debeant, eosdemque Imperatori & Imperio iuramen-
to obligari (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1598. §. dabey dann auch / *pag.* 739.
23. (8.) Reliquos quoque belli munia obeuntes, & totum exercitum, seu mi-
lites omnes iuramentum præstare Imperio, (R. A. zu Augspurg *anno* 1500. *tit.*
von der Soldner Eyd / *tit.* der Vnterhauptleut Eyd / *p.* 62. R. A. zu Augs-
purg *anno* 1530. §. denselben Obristen / *p.* 207.) hoc est, Imperatori, Regi Ro-
manorum, (si talis quoque existat) & Statibus: (R. A. zu Spier *anno* 1542.
§. vnd so alles Kriegsvolck / *p.* 268. Fußknechts Bestallung *artic.* 1. *inter* R. A.
p. 640.) & eos, qui tempore, quo iuramentum præstabatur, non adfuerint,
nihilominus ea observare debere, in quæ reliqui iurarunt. (*d.* Fußknechts
24. Bestallung / *artic.* 72. *p.* 645.) (9.) Leges & articulos militares, quod di-
sciplinam & alia attinet, ab Imperatore & Statibus exercitui præscribi (R. A.
zu Augspurg *anno* 1555. §. derwegen wir dann auch / *p.* 408. R. A. zu Speier *an-*
no 1570. §. damit dann auch / *p.* 607. *p.* 627. *p.* 638. *artic.* 4. R. A. zu Regens-
25. purg *anno* 1576. § weiters als wir / *p.* 662.) (10.) Stipendium ab Imperatore
& Statibus, tam officiariis, quam gregariis militibus, constitui (R. A. zu
Wormbs *A.* 1521. §. item haben wir uns mit ihnen / *pag.* 135. R. A. zu Regenspurg
anno 1557. §. und haben wir / *p.* 503. R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. und haben
wir / *p.* 562. R. A. zu Regenspurg *anno* 1598. §. darbey dann auch / *p.* 739.) ali-
quando etiam hoc fieri à solis Statibus: (R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. fer-
ner haben sich / *p.* 206. R. A. zu Speier *anno* 1544. §. und wiewol / *p.* 293.) de sti-
pendiis moderandis ab Imperatore & Statibus consultari (R. A. zu Regens-
purg *anno* 1598. §. ob wir wol / *p.* 741. R. A. zu Regenspurg *anno* 1603. §. wir
26. wollen iedoch / *p.* 797.) (11.) Exercitium pro defensione Imperii conscri-
ptum, extra illud deduci non debere, nisi prævio consensu Statuum, ad mini-
27. mum sex Electorum (*Capitul. Ferdin. III artc.* 12.) (12.) Hospitatio-
nes militum, die Einquartirung / fieri debere comitiali, liberoque omnium
Imperii Statuum suffragio, & consensu (*vide dictum instrumentum pacis, fa-*
ctæ inter Imperium, & Coronam Sueciæ, Osnabrugis anno 1648. *d. artic.* 8. §. *gau-*
deant.) (13.) Bellum geri, nomine Imperatoris & Imperii, regulariter,
nisi

nisi Statibus aliud visum fuerit. Ex relatione deputatorum ad negotium
Magdeburgense, quam inter acta Imperii anni M. D. L. reperire datur, di-
scimus in quæstione, cuius nomine bellum contra Magdeburgenses gerendum,
diversa placuisse deputatis. Electoralibus visum, es solte der Krieg / umb
mehrer Ansehens willen in der Kais. Maiest. und des Reichs Nahmen sampt-
lich geführt werden. Dargegen hat der Fürstliche Außschuß gewollt / dieser 29.
Krieg solte allein in der Kaiserl. Mai. Namen geschehen / doch mit des Reichs
Hülffe / darmit sich das Reich keinen Anhang machte. Ego autem non vi-
deo, quomodo is, cuius ope & consilio bellum geritur, etiamsi non eius, sed
illius, quem sibi pro capite elegit, nomine bellum geratur, belli periculum,
& adversæ partis vindictam effugere possit, hoc solo prætextu, suo nomine
bellum non geri. (14.) Nova munimenta intra Statuum ditiones extrui nomi- 30.
ne publico, veteraque firmare non posse, nisi de comitiali liberoque omni-
um Imperii Statuum suffragio, & consensu (*dict. artic.* 8. §. *gaudeant*) (15.)
Judicium militare banno muniri nomine Imperatoris, & Imperii (Reu- 31.
terbestallung *anno* 1570. zu Speier auffgericht / *p.* 639. *artic.* 10.) (16.) Bello 32.
acquisita Imperio accrescere (Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno*
1500. *tit.* wo dem Reich Glück und Sieg zustünde / *p.* 42.) nisi aliter inter Im-
peratorem, & Status convenerit, (R. A. zu Speier *anno* 1542. §. wir haben uns
auch / *p.* 267.) (17.) Rationes, tam accepti, quam expensi, reddendas, & 33.
exhibendas esse Imperii Statibus, (*d.* Ordnung des Regiments zu Augspurg
anno 1500. *tit. antepen. p.* 42. R. A. zu Nürnberg *anno* 1522. §. und soll dem-
nach / *p.* 51. R. A. zu Nürnberg *anno* 1524. §. dieweil auch *p.* 162. R. A. zu Speier
anno 1526. § weiter / *p.* 168. R. A. zu Speier *anno.* 1529. §. und damit / *pag.* 185.
R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. §. und damit / *p.* 257. R. A. zu Speier *anno* 1542
§. und solche *p.* 287.) & Imperatoris & deputatis (R. A. zu Erfurt *anno* 1567. *in
pr.* & § nach dem / & §. *seq p* 595. §. So seind hierauff / *p.* 601.) prius, & postea
Electoribus, vel Imperatori, (ut legimus in duplica Electorum ad Imp. Ferdi-
nandum. II. anno M. DC. XXX. die XXIX. Iulii Ratisponæ, in comitiis
Electoralibus, ibi: Kaiserl. Mai. soll des kläglichen Verlauffs wegen inquisitio-
nes in den Craissen anstellen / auch vernehmen lassen / was der Empfang biß an-
hero gewesen / und wo derselbe hin verwandt / gebührende Rechnung thun las-
sen / auch mit dem Churfürst. Collegio (als welches im Reich erhobenen gros-
sen Gelds wegen / und wie dasselbe angeleat / nicht unbillig Mitwissenschafft ha-
ben soll) daraus communiciren.) (18.) Directionem belli, Imperatori, non 34.
nisi Statibus hanc ei concedentibus, competere, nec ipsum eam ultra concessi-
onis terminos extendere posse (R. A. zu Regenspurg *anno* 1567. §. ingleicher Ge-
stalt *p.* 587. R. A. zu Regenspurg *anno* 1598. §. und demnach *p.* 738 & §. so haben sie /
p. 741. R. A. zu Regenspurg *anno* 1603. §. und demnach / *p.* 778 R. A. zu Regens-
purg *anno* 1613. §. und demnach / *p.* 797. R. A. zu Regenspurg *anno* 1661. §. und

35. so viel erstlich die Einquartirung betrifft) pro concessione autem aliquando Imperatorem Statibus gratias egisse (R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. nach dem ferner / *p.*562. R. A. zu Regnspurg *anno* 1594. §. und wiewol wir / *p.* 712.)
36. (19.) In stabilienda pace cum Imperatore concurrere status Imperii, consilio & opera. (R. A. zu Trier und Cöln *anno* 1512. §. Item ob uns / *p.* 92.) & si inter ipsos pax sancienda, hoc potius ab universis in conventu, quam à delegatis aliquot separatim, fieri debere. (*Sleidan. lib.* 24. *commentar. f.m.* 437.) quod in R. A. zu Regenspurg *anno* 1641. §. wir haben uns auch / nescio qua Statuum conniventia, si non limitatum, attamen verbis non satis clare expressum fuisse deprehendimus. Instrumentum autem pacis Cæsareo Suecicæ (*d. artic.* 8. §. *gaudeant.*) diserte statuit, pacem non aliter faciendam, quam Comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio, & consensu.

Zum Wenigsten.

1. *Quo casu Electorum consensus ad suscipiendum bellum sufficiat.*
2. *Securius tamen, & decentius est, Statuum consensum requirere.*
3. 4. *Idq; ita fieri debere, ipsis Electoribus videtur.*
5. *Idem urgent Duces Brunovicenses.*
6. *Et reperitur cautum in Instrumento pacis Cæsareo suecicæ.*

1. SI Statuum consensu bellum non suscipiat Imperator, ad minimum illud cum consensu Electorum suscipere debet, quod ad casum extraordinari-
2. um referendum duco. Securius autem & decentius esse arbitror, si ad normam antiquitus recepti moris se componat Imperator, atque perpendat, ex belli alea ruinam Imperii sequi posse, bellum communibus omnium Statuum, expensis gerendum, ac quod omnes tangit, ab omnibus, in Republica li-
3. bera, debere approbari, nisi omnes paucis eam curam commendaverint. Ita enim Electoribus aliquando visum fuisse, post recessum Imperii, Ratisponensium Comitiorum anno M. D. XCVIII. habitorum, §. als aber darzwischen / evidentissime patet, ex responso Electorum ad propositionem Imperatoris in conventu Collegiali Ratisponæ, anno M DCXXX. die XIX. Iulii, cuius huc pertinentia, sequenti sensu declarantur. Auff den Punct der Kais. proposition, was vor ein Mittel gegen die Niderländische Staden an die Hand zu nemmen / insonderheit wie denselben mit Kriegsmacht zu begegnen seyn möchte / darüber wusten sie sich / als in einer das gantze Röm. Reich / und alle dessen Stände berührender Sachen / welche von vorigen Röm. Kaisern auch jederzeit auff allgemeinen Reichsversamlungen proponirt / und tractirt worden / für sich absonderlich / und ungehört ihrer Mitstände / nichts beständiges zu erklären. Dann dieweil hierzu aller Stände Hülff und Beystand von nöhten / so müsten dieselbe auch billich darüber gehört werden. Idem clarissimis
4. verbis reiteratum fuit, à Legatis Electorum, anno M DCXL. Noribergæ congregatis, quando legatis Imperatoris responderunt, sie könten nicht sehen / wie

wie das jenige / was Ihre Kaiſ. Mai. durch dero Abgeſandten / der Krieges Mittelhalben proponiren / und ſuchen laſſen / mit rechtem Beſtandt zu berahtſchlagen / und wan ſchon etwas bedacht und beſchloſſen werden möchte / hernacher zu einem effect zu bringen ſeyn würde / da das Churfürſtl. Collegium für ſich ſolch Werck allein / ohn Zuziehung anderer Stände / vornemmen / und darüber was entſchlieſſen wolte. Hoc allegant Duces Brunovicenſes, in literis reſponſoriis ad Electorem Saxonem die VIII. Maii, anno M. DC. XLI. 5.
(*in theatro Europæo tom.* 4. *p.* 440.) poſtquam inter ipſorum legatum & legatos Electoris Saxoniæ antea diſputatum fuerat, an verba capitulationis Ferdinandi III. artic. XI. zum wenigſten &c. noviter, aut recte addita; & diſerte affirmant, das aller Ständen und Unterthanen Wol und Wehe nach ſich führende jus pacis & belli, gehöre / vermög der Reichs Abſchiede / und Königl. Wahl capitulation, ohnſtrittig für die geſamte Reichsſtände. Idem quoque 6.
poſtea cautem fuit dicta pacificatione Osnabrugis facta anno M.DC.XLVIII. inter Imperium, & Regnum Sueciæ, (*artic.* 8. §. *gaudeant.*) nempe, ne bella decernantur, niſi de comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum, ſuffragio & conſenſu, ut modo audivimns.

Der Sechs Churfürſten.

Septimus, Bohemus nempe, hic exulat, propter rationem quam ſuperius adduxi.

Wo wir aber von des Reichs wegen.

Bellum, aut offenſivum eſt, aut defenſivum: ad offenſivum ſat temporis nobis eſt, conſultare, quomodo, & quibus auxiliis illud ſuſcipiendum ſit. Defenſivum aliquando ex improviſo gerendum, ubi neceſſitas haud raro nobis imponit ſequi, non quæ volumus, ſed quæ poſſumus. Porro, hoc in defenſionis caſu, ubi libertatem & vitam quoquo modo tueri licet, Imperatori conceſſum eſt, ſine ulteriori & novo Electorum, vel Statuum Imperii conſenſu, auxilio etiam extranei militis uti. Hic tamen caute agendum, & ſecundum regulas à Politicis præſcriptas, ne auxilium vertatur in deſtructionem: cuius cauſa etiam Imperator, ab Electoribus, ſi aliquando opus, admoneri, & numerus extranei militis limitari poterit.

Aller Hülff.

1. *An in bello infidelium auxilio uti liceat?*
2. *Monlucii opinio.*
3. *Aliæ rationes.*
4. *Quid militi hodie agendum?*
5. *Milites ſunt paſcua dæmonum.*
6. *Albanus ſtans in acie non cœlum ſpectavit, ſed terram.*
7. *Quod etiam militibus ſolemne eſt.*
8. *Vetus Teſtamentum permittit uti infidelium auxilio.*
9. *Duplex quæſtionis membrum.*
10. 12. 13. *Quid de locis ſacræ Scripturæ dicendum?*
11. *Quando Chriſtiani infidelinm auxilo uti poſſint?*

14. *Nempe in extrema necessitate.*
15. *Maccabeorum exemplum.*
16. 17. 18. 19. *Quomodo infidelium auxilio utendum.*
20. 21. *Qui ex Imperatoribus infidelium auxilio usi sint?*
22. *Qui ex Pontificibus usi, vel uti voluerint?*
23. *Boceri distinctio.*
24. *Quæ non satis exacta.*
25. *Ratio Reinkingij cessat in Turca.*
26. *Turca iurat per Deum Creatorem cœli & terræ.*
27. *Formula iuramenti Turcici.*
28. *Alia eiusdem formula.*
29. *Adhuc alia.*
30. *Oratio Turcarum ad Deum.*
31. *Quid dicendum de milite, qui Christianus quidem est, sed in nonnullis articulis nobis cum non consentit?*
32. *Iohannes Elector Saxoniæ, noluit in fœdus recipere Helvetios Calvinianos.*
33. *Qui militiæ Duces, videantur maiorem marsupij, quam religionis curam habere?*

1. AN etiam infidelium, atque ita Turcarum quoque? Si à Monlucio decisio quæstionis petenda, affirmative respondendum. Illi enim (*ut supra quoque ad proœm. verb.* durch die Wahl/ *n.* 88. *exposui*, *livr.* 1. *de ses com-*
2. *mentaires p.* 96.) ita judicat, (*contre son ennemi on peut de tout bois fair flesches*) contra hostem ex quolibet ligno sagittas facere licet: & paulo post; (*quant à moy, si ie pouvois appeller tous les esprits des enfers, pour rompre la teste à mon ennemy, qui me veut rompre la mienne, ie le ferois de bon cœur.*) me quod concernit, si omnes inferni diabolos, in necem hostis, meam procurantis, advocare posse,
3. lubenti equidem animo id facerem. Videtur ab ipsa natura hoc nobis consilium dari, ut vitam, & salutem nostram quorumcunque auxilio defendamus, citra respectum bellua sit, qua utimur, non homo; probus, an improbus; Dei cultor, an idolorum, an neutrius. Quid enim hæc ad nos, dum de salute nostra, non de aliena soliciti sumus? cane contra lapum, ut ovile defendamus, utimur, & utimur eodem in latronem nobis vim inferentem. Vtimur aliquando veneno, ut expellamus quod sanitati nostræ insidias struit. Divinum quoque Numen, tam angelis quam diabolis utitur in hostes suos. Gentium quidem ius religionem erga Deum introduxit, (*l.* 2. *ff. de I. & I.*) sed eam non distinxit in certa, & ab omnibus recepta capita. Idem ius introduxit etiam bella, sed in milite legendo, vel alendo, solas corporis, & ingenii vires, respexit, non conscientiam militis: quod etam hodie inter Christianos ubiq;
4. fere in usu est. Non enim miles propterea legitur, ut sacris præsit, & Ecclesiæ munia tractet, ut Deum ritè colat, ut Christianam caritatem exerceat eleemosynisve clarus fiat, sed ut ferrum tractet, ut illos, qui ad imaginem Dei facti sunt, deformet, eos qui sanguine filii Dei mundati sunt, fœdo inquinet cruore, vita & bonis exuat, & quantum in ipso esse potest, perpetuam carnificinam exerceat. Quamquam vero, ubi lectus, & in numeros relatus fuit, articulis nonnullis eius licentia frænari videatur, & de Dei cultu quoque nonnulla ei præscribantur, illud tamen, hodie mores sunt, ducis tantum causa fieri dixeris; adeo nempe vita & actiones militum ab honestate, & à Christi

lege

lege differunt, ut cœlum ab inferno, ut homo à diabolo. Indefit, ut facil-
lem fidem adhibeamus Ludovico XII. Regi Galliæ; plebem & rusticos esse 5.
militum pascua, milites esse pascua dæmonum (*Arnoldus Ferronus de reb. gestis
Gallor. lib. 4. p. 95.*) Marti hostias offerre, & simul Christum adorare, per-
quam est difficile. De Duce Albano annotatum legi, interrogatum, an 6.
tempore prælii, quo Electorem Saxonem vicerat, vidisset solem miraculose
mutatum, respondisse, non vidisse, illo enim tempore terram adspexisse,
non cœlum. (*Le Mercure François tom. 12. p. 683.*) Certè ita est in bellis, re- 7.
gulariter, terram, non cœlum spectari, unde nihil referre videtur, sive mi-
lite Christiano, sive Turcico utaris, præsertim, ut hodierna praxis nos docet,
ubi miles nomine Christianus est, actione & re Turcis longe deterior. Sed
hæc facti sunt, ad ius redeundum nobis est, & quidem, quoniam Christia-
nam fidem profitemur, quæstio nostra ex divino jure potius, quam alio deci-
denda erit. Si veteris testamenti tabulas evolvimus, exempla se nobis offe- 8.
runt, quibus affirmativa firmari videtur, non solum fideles infidelium au-
xilio in bellis uti, sed etiam illis auxilio esse posse, sive ex fœdere hoc fiat, sive
citra illud (quod propugnarunt etiam legati Regis Galliæ, apud Sleidanum
comment. lib. 15. fol. m. 253. nec non Vindiciæ Theologicæ Iberopoliticæ, apud
Le Mercure François *tom. 11. p. 1099. & seqq.* Grotius *de jure belli & pacis lib. 2.
c. 15. n. 9. & seqq.*) Mihi quæstionis nostræ duplex membrum constituere pla- 9.
cit, nempe primum, an Imperatori & Imperio nostro liceat, si bello petatur
à Christianis gentibus, in auxilium vocare Turcas, vel alios infideles? secun-
do an Imperatori, & Imperio, si bello investetur ab infidelibus, liceat infideles
alios in auxilium adsciscere. Si scripturæ loca expendimus, magis est, ut dica- 10.
mus, pleraque de auxiliis infidelium contra infideles testimonium ferre. Præ-
terea, referri in nonnullis facta, non approbari. Deniq; esse alia ex libris, quos
nostri pro apocryphis habent. Quicquid fuerit, in ea sum opinione, Christia- 11.
nis, si iniusto petantur bello, sive à Christianis sive ab infidlibus, iuste, etiam de
jure divino, infidelium arma utrisq; opponere posse, sed non debere, nisi in ex-
trema necessitate constituti sint, nec aliud remedium supersit: & tunc quoque
non sine cautione maxima. Licere dixi, quoniam nullus in toto sacro codice lo- 12.
cus mihi cognitus, qui hoc omnino, & sine omni exceptione prohibeat. Et, si
esse videntur, qui prohibeant, difficile haud erit monstrare, ad generalem re-
gulam illos haud pertinere, nisi quatenus exceptio pertinere dicitur ad regu-
lam. Nec, porro, ad moralia referenda sunt ea omnia, quæ vetus testamentum 13.
Hebræis interdixit; nec præcepta eius gentis omnia, politias quod attinet, ta-
lia sunt, ut, si non observentur, protinus peccatum in conscientia involvant.
Extremam necessitatem propterea expressi, ne forsan medicina morbo fiat 14.
intolerabilior. Recte enim Italus, *non pigliar medicine in sanità, per non mo-
rire per il star meglio.* Ponderari itaque primum debet, non solum damnum,
quod

quod ab hoste imminet, sed etiam periculum quod ab externo, & maxime infideli milite nobis accrescere possit, ubi ex duobus malis minimum eligen-
15. dum. Ita Maccabei, licet in fœdere fuerint cum Romanis, Spartanis, aliisque, ut in ipsorum historia (*lib.* 1. *c.* 8. *verf.* 24. *& seqq. cap.* 2. *verf.* 1. *&* 2.) legitur, etiam ubi in magno periculo constituti, & variis pulsati bellis, non statim à fœderatis infidelibus auxilia petierunt, petiissent autem utique, si ad extrema eorum sors redacta fuisset: Cui enim alias bono, fœdera contraxis-
16. se? Quod si itaque infidelis miles, ubi alia remedia expediendæ salutis non supersunt, in auxilium vocetur, ante omnia adhuc in Deum magis, quam in illum spes salutis collocari debet, in eandem fortunam cum Asa incurrere
17. voluerimus, (*cuius fit mentio* 2. *Chronic. c.* 16. *versic.* 7. *& seqq.*) Deinde in id incumbendum potius, ut auxilia illa hosti propriis in terris negotium facessant, atque ita domum eius vires revocent, ut proprios defendens lares, ab invadendo nostros desistat, quam ut nostro cum milite, nostrisque in terris coniungantur. Exemplum nobis esse poterit idem, quem modo nomi-
18. navimus, Asa, (*d. c.* 16. *verf.* 4. *&* 1. *Regum c.* 15. *verf.* 20.) Mavelim quoque, ut miles infidelis, nullo contracto fœdere cum eius Principe, conscribatur, vel advocetur, ut ita ipse, & qui eidem præfecti, à nostro potius nutu, quam
19. à Principis sui dependeant; velim, ut potius in campo nobis contra hostem serviat, quam in civitate, & locis munitis; velim ne sit numerosior; velim in castris distincto à Christianis loco tentoria ponat, &c. Plane, quoniam in eo duo, ut plurimum, concurrunt, nempe, quod extraneus, & quod nostræ religioni non addictus, utrumque ut nobis sine damno sit, prospiciendum est, quantum fieri potest: licet, non facilis à lege Christiana, ad legem Mahumetanam detur transitus, &, si amamus verum dicere, hodie milites nostri tam licentiosa religione utantur, ut verendum haud sit, eos hac relicta, Ma-
20. humetanam, aliamve amplexuros. Cæterum nec exemplis caret historia, temporum testis, ubi fidelis infideli milite usus, vel uti constituerit. Inter Imperatores nostros nominatur Fridericus I. & II. & de hoc refertur, quod Saracenorum humeris in Italiam, unde Pontifices ipsum eiecerant, fuerit re-
21. portatus, (*ita legati Galliæ apud Sleidan. d. lib.* 15. *fol.* 253.) Addunt alii Rudolphum Habspurgensem, (*Grotius de belli iure & pacis d. lib.* 2. *c.* 15. *in Addit. ad* §. 9.) quem decem millia Comanorum, hoc est, Tartarorum, contra Ottocarum Regem Bohemiæ, in acie habuisse memorant, (*apud Le Mercure Fran-*
22. *çois supra citato tomo* 11. *post pag.* 1099.) Pontifex summus Iulius II. Turcis usus dicitur, (*Grotius d. loc.*) & de Papa Alexandro VI. refert Antonius de Vera (*en son parfaict ambassadeur livr.* 1. *pag.* 48.) quod per legatum, Baiazetum Regem Tartariæ, non solum ad fœdus ineundum, sed etiam ad mittendum copias, sollicitaverit. Sed hæc, & cætera aliorum exempla, omnia prius ad examen vocari debent quam approbari. Bocerus (*de bello & duello lib.* 1. *c.* 8.
n. 16.

n. 16 cum Panormitano in c. quod super, extr. de voto, ac Olrad. de Ponte consil. 71.) in affirmativa quæstionis nobiscum convenit, sed distinguendum putat, inter infideles, de quorum virtute, fide, & constantia in promissis, certo constat, & eos infideles, quorum fides dubia est: ex illis licite conscribi militem, ad opem nobis ferendam; his vero Christianum Principem uti non posse. Ego qui- 24.
dem distinctionem in totum non improbo, sed ad cautelas refero: ad decisionem enim quæstionis nostræ directo nihil facit, ac potius ad generalem quæstionem, qualis miles conscribendus, vel ad specialem, ex qua gente extera conscribendus, pertinet. In dubio quoq; sequimur quod verisimilius, benigniusque est, unde quilibet præsumitur bonus. Sane, ratio quam Reinking. 25.
(lib. 2. de regim. secul. class. 3 c. 3 n. 62.) contra fœdera auxiliaria cum infidelibus urget, nempe hos per fictitios Deos iurare, in Turca plane cessat. Iurare enim illum per Deum, creatorem cœli & terræ, non solum Recessus Imperii 26.
(anno 1603 Ratisponæ factus §. daß wir doch / *p. 776.)* testatur, sed & formula illa, quam ex historia obsidionis Rhodensis, Michel Baudier *(en l' inventaire* 27.
de l' histoire generale des Turcs livre 10. chap. 4. p. 215.) annotavit: *(Ie vous iure le Dieu, createur du Ciel & de la terre, les quatre escrivains de l' histoire Evangelique, les quatre mille prophetes, qui sont cheus du ciel, mais plus que tous ceux-cy, le tres haut Mahomet. Ie vous iure encore par les divines & adorables ames, de mes pere & ayeuls, & par mon auguste, & sacré chef, que ie vous tiendray inviolablement la foy promise.)* Ego vobis juro per Deum, creatorem cœli & terræ, per quatuor scribas historiæ Evangelicæ, per quater mille Prophetas, qui cœlo delapsi sunt, sed potius ante hos omnes per Mahometem altissimum. Iuro præterea vobis, per divinas, & adorandas animas, patris mei & avorum, & per caput meum augustum & sacrum, quod vobis inviolabiliter tenebo fidem promissam. Aliam formulam, idem Baudier *(en l' histoire generale du* 28.
Serrail, & de la cour du grand Seigneur livre 1. ch. 8. p. 43.) exhibuit, qua Selimus, Turcarum Imperator, Venetorum Reipublicæ se obligavit: *(Ie iure, & promets, par le grand Dieu, qui a creé le ciel & la terre, par les ames ds septante prophetes, par la mienne, par celle de mes ancestres, de garder à la Seigneurie de Venise tous points & droits d' alliance, & d' amitie, conservés iusques à present, & de les tenir pour sacrés & inviolables, comme ils sont declarés par mon seing.)* Iuro, & promitto per magnum Deum, qui creavit cœlum & terram, per animas septuaginta Prophetarum, per animam meam, per animas maiorum meorum, me Reipubl. Venetæ fœderis, & amicitiæ, omnes articulos & iura hactenus conservata, servaturum, habiturum illa pro sacris & inviolabilibus, ut meo signaculo declarata sunt. Henrico IV Galliarum Regi, Imperator 29.
Turcicus iuravit, *(par la verité du grand & tout puissant Dieu, createur du ciel & de la terre &c.)* per veritatem magni & omnipotentis Dei, creatoris cœli ac terræ. *(Baudier livr. 17. de l' inventaire de l' histoire generale des Turcs chap. 14. pag. 733.)*

30. *pag. 733.)* His juramentorum formulis, si addas orationem dictam Elfata, quam Turcæ instar nostræ Dominicæ habent, perspicies, quod numen illi invocent. Eam Baudier (*en l' histoire de la religion des Turcs livr. 2. chap. 4. p. 87.*) hoc sensu constare scribit: (*au nom de Dieu misericordieux, auquel soit gloire eternellement, luy qui est le souverain Roy des siecles, le propitiateur, & le pieux Roy du iugement: servons le donc devotement, car il nous secourra; dresses nos pas, ô mon Dieu, en la voye de ceux qui vous sont agreables, & contre lesquels vous ne lancés pas les foudres de vostre courroux, & nous ne serons pas errans.*) In nomine Dei misericordis, cui sit gloria in æternum: qui est supremus Rex seculorum, propitiator, & pius Rex iudicii; serviamus ergo illi devote, quoniam nobis succurret; dirige gressus nostros, ó Deus, in via eorum, qui tibi placent,
31. ac contra quos non mittis fulmina iræ tuæ; & non errabimus. Tandem, ut paragropho nostro extremam apponamus manum, ex antecedentibus facile licet inferre, militem, qui in Christum credit, quamvis in articulis nonnullis a nobis dissentiat, citra peccatum in auxilium conscribi, vel vocari posse, sive hoc fiat fœdere contracto cum Magistratu illorum, sive citra fœ-
32. dus: Vt tenella plane mihi videatur fuisse conscientia Iohannis, Electoris Saxoniæ, quando anno M. D. XXXI. de Helvetiis in fœdus recipiendis ageretur, respondentis; quoniam de Cœna Domini diversum sequantur dogma, non sibi licere societatem cum ipsis ullam coire. Quanti sit ipsorum coniunctio, propter vires, atque potentiam, non se quidem latere, sed eo sibi minime respiciendum esse, ne tristior inde sequatur exitus, quod iis accidisse Scriptura testatur, qui muniendi sui causa, cuiusque modi præsidiis usi fuissent (*apud Sleidan. lib. 8. comment. f. m. 125.*) Nullum autem est dubium, in Imperio, milites recte ex Catholicis, & Lutheranis conscribi, & simul pro Imperii salute pugnare; quo casu utrisque exercitium Religionis suæ liberum esse velim, etiam publice, & adhibito pastore, vel ministro Ecclesiæ, præsertim ubi cohortis Dux (quem supremum hodie, germanico nomine, nempe Obristen / dicimus,) exempli gratia, Augustanæ confessioni ipse addictus, & eiusdem
33. professionis milites cohortales habeat. Duces qui hoc non curant, quales nonnullos ipse in bellis nostris cognovi, videntur maiorem marsupii, quam religionis & conscientiæ habere curam.

AD ARTICVLVM XII.

Mit den Reichstägen.

1. *Contenta articuli.*	5. *Aliquando etiam consensu Statuum.*
2. *Maximilianus I. Status oneravit multitudine comitiorum.*	6. *Comitia celebranda sunt in Germania, non extra illam.*
3. *Idem fecit Carolus V.*	7. *Ratio huius propositionis.*
4. *Comitia indicenda consensu Electorum.*	8. *A cuius electione dependeat loci determinatio.*

9. Elect.

9. *Electus in Imperatorem prima sua comitia habere debet Norimbergæ.*
10. *Cur Carolus V. prima sua comitia non Norimbergæ, sed Wormatiæ habuerit.*
11. *Carolo V. aliquando præscripti fuerunt certi termini, intra quos comitiorum locus eligi debuit.*
12. *Consensus Statuum aliquando in determinando loco intervenit.*

TRia in hoc articulo de comitiis Imperii statuuntur; *Primum* est, contra multitudinem & frequentiam: scilicet, ut non indicantur, nisi ubi magna id postulat ratio. Huic propositioni causam dedisse coniicio Maximilianum, Coroli nostri antecessorem immediatum, qui multitudine comitiorum Status varie oneravit, atque eorum exhausit loculos; ut ipsimet conquesti fuerunt in comitiis Wormatiensibus anno M. D. IX. (*vide Goldastum* in Reichs-handlungen *pag.* 85) ad comitia enim non sine magnis expensis comparent Status (Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. *tit.* von den zwantzig, *p.* 36.) An Carolus his promissis steterit, ex Mauritii querela cognoscitur, quando inter alia (*apud Sleidan. lib.* 24. *f. m.* 433.) ait, crebris conventibus, atque diuturnis, exhauriri Germaniam. *Secundum*, ut non indicantur, nisi cum præscitu & consensu Electorum, (*vide quæ scripsi lib.* 9. *iur. publ. c.* 1. *n.* 16.) quod compendiosius est, quam si omnium Satuum consensus requireretur. Si vero in comitiis, ubi præsentes sunt Status, de aliis comitiis habendis agatur, novimus eorum quoque consensum aliquando intervenisse; (Erclärung des Landfriedens zu Augspurg *anno* 1500. *in princ. p.* 43. & 44. R. A. zu Speier *anno* 1526. *in princ. p.* 166.) idque ut fiat civilius est. *Tertium*, comitia concernens, est locus, ubi habenda, & ad quem vocandi Status: Nempe locus ille in Imperio Germanicæ nationis situs esse debet. Ratio huius propositionis facile intelligitur, si perpendimus, maiori sumptu Statibus opus esse ad extera loca proficiscendi, quam ad propinqua in Imperio; commodius ac securius quoque eosdem in Imperio vivere, & dicere sententiam suam patrio sub climate, quam alibi; nec consultum esse, ut à ditionibus suis longius secedant, nec Imperii decorem, aut, si mavis maiestatem, admittere, ut alibi comitia habeantur, quam in ipso Imperii illius centro, à quo cæteræ adiacentes provinciæ quietem, vel motum habent; aut, quæ ab illo non dependent, huic tamen primum deferunt honorem; cuius pars & illa est, venire ad maiorem, non vero maioris adventum expectare, minime autem omnium, requirere. Cæterum determinationem loci in Imperio quod attinet, articulus noster, non innuit, cuius ab arbitrio dependere debeat, an ab Imperatoris, an vero ab Electorum, an ab utrorumque. Mihi videtur, Imperatorem hic absolutum non esse, sed adstringi nominare locum, vel, secundum legem, vel secundum commoditatem Imperii; aliud si agat, ab Electoribus admoneri posse, ut utrumque observet. Lege Imperii publica sancitum novimus, quemlibet electum Imperatorem, prima sua comitia celebrare debere No-

Margin numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9.

rimbergæ (*A. B. Caroli IV. cap.* 28. §. 5.) Ad observantiam huius sanctionis Carolus V. se obligavit (*supr. art.* 2. *in specie infra artic.* 29.) ideoque, quoad prima comitia, liberam voluntatem eligendi locum non habuit. Cum
10. autem Norimbergæ pestis grasseretur, ex eadem dispositione aureæ Bullæ, ob legitimum impedimentum, alium locum eligere potuit, eligitque Wormatiam: (R. A. zu Wormbs die Auffrichtung des Regiments betreffend *anno* 1521. *in pr. p.* 106.) quod sine dubio Electoribus significavit, qui, ut comitia haberentur, consenserunt, ita, ut ibi haberentur, non dissenserunt, qui causa dissentiendi nulla illis fuit. In cæteris, quæ prima sequi debuerunt comitia, sola commoditas, non propria quidem, sed sua & Statuum, Carolo observanda
11. fuit. At ne in ea forsan aberraret, constituere placuit terminos, quos intra electioni eius, non ultra, locus esset. Nempe, daß die Mahlstat des Reichstags nicht über Augspurg / oder unter Cöln / für genommen würde. (*d.* R. A. zu Wormbs §. und soll obgemeldt / *p.* 107.) Hoc quidem tunc de certis, non omnibus, comitiis constitutum; sed usus, & Imperii commoditas, id postea,
12. ad nostram usque ætatem, ad omnia comitia extendit. Factum tamen aliquando, ut non à solo Imperatore, sed cum consensu Statuum Imperii locus comitiis dictus, dicendusque fuerit. (R. A. zu Trier und Cölln *anno* 1512. §. item haben wir / *p.* 89.)

Cantzleigelt.

Habet Imperator Cancellariam suam, & Imperium quoque suam. Illa aulica est, hæc Imperii, (R. A. zu Speier *anno* 1542. §. dargegen / *p.* 278. R. A. zu Augspurg *anno* 1548. §. nach dem / *p.* 326.) cuius curam habet Archiepiscopus Elector Moguntinus, tanquam Archicancellarius Imperii per Germaniam; unde sæpius Cancellaria Moguntinensis dicitur, (*d.* R. A. zu Speier *anno* 1542. §. und zu mehrer / *p.* 279. *d.* R. A. zu Regenspurg *anno.* 1548. §. etliche andere / *pag.* 324. §. ferner / *p.* 327. R. A. zu Regenspurg *anno* 1557. § als dann / *pag.* 501 R. A. zu Regenspurg *anno* 1598. §. dabey / *pag.* 739.) Nullus quoque dubito, etiam aliam Imperii Cancellariam esse apud Trevirensem, & præterea aliam apud Coloniensem, sed particularem, respectu eius Imperii partis, cuius quisque eorum Archicancellarius audit.

Nachreysen.

Maximilianus I. huic appendici causam dedisse videtur, qui Status hoc onere nimium gravavit. (*vide* die Handlung zwischen dem Kaiser Maximilian / und den Ständen des Reichs auff dem Reichstag zu Wormbs *anno* 1509. *apud Goldast.* Reichshandlungen *pag.* 85.)

Aufflagen und Steuer.

1. *Quid de contributionibus hoc articulo statuatur.*
2. *Contributiones non debent imponi, nisi iustas ob causas.*

3. *Non*

3. *Non debent imponi, nisi cum consensu Electorum.*
4. *Imo & Statuum.*
5. *Quod praxis docuit sub Carolo V.*
6. *Et sub Imperio subsequentium Imperatorum.*
7. *Vnde, quoad hoc, capitulatio nonnihil immutari cœpit sub Matthia.*
8. *Quod bene notandum.*

DE contributionibus Imperii duo hic statuuntur: Primum, quando imponendæ: Secundo, quorum consensu imponendæ. Ad *Primum* refertur, quod non debeant imponi, nisi tunc, quando necessitas, & iustæ rationes impositionem fieri requirunt. Qui absque iusta causa collectam imponit, mortaliter peccat, si Cacherano credimus, (*consil. 31. n. 26. & seqq.*) *Secundum* est, quod nonnisi cum consensu Electorum debeant imponi. In hoc tamen conditio reliquorum Statuum deterior fieri non debuit, nec potuit circa ipsorum consensum. Vnde nonnullis visum, Electores hic sibi nimium attribuisse, Statibus autem jus suum ipsa praxi, & usu, etiam sub Imperat. Carolo V. sartum tectum conservatum fuisse. Constat enim ex recessibus comitiorum, istis temporibus habitorum, Cæsarem contributiones, collectas, subsidia, & auxilia, non ab Electoribus solum petiisse, sed à Statibus omnibus, nec consensum Electorum cæteris Statibus quicquam hoc in negotio præiudicasse, sed omnium Statuum consensum fuisse requisitum. (R. A. zu Wormbs *anno* 1521. §. vnd dieweil wir / *pag.* 133. §. damit / *pag.* 151. R. A. zu Nürnberg *anno* 1524. §. und erstlich nach dem / *pag.* 157. R. A. zu Speier *anno* 1526. §. und dieweil / *pag.* 166. *iuncto* §. vnd wir / *pag.* 171. R. A. zu Speier *anno* 1529. §. zum andern / *pag.* 184. §. vnd wiewol / *pag.* 186. R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. weiter / *pag.* 201. §. darauff haben / *pag.* 205. *& cæteris recessibus, quotquot contributionum, & auxilij mentionem faciunt.*) Quamquam vero iisdem verbis Electores in subsequentium Imperatorum capitulationibus, contributiones, quod attinet, usi quoque fuerint, nihilominus tamen praxis in contrarium iugiter continuata fuit, tandemque, sive proprio motu, sive ad instantiam Statuum, art. XII. capitul. Matthiæ Imper. ac potissimum Ferdinandi III. art. XIV. (ut infra videbimus) testati sunt, consensum Statuum hic non omnino excludi. Quod notabile exemplum est, Electores potestatem, quæ Statibus gravis, vel sponte, vel requisitos remittere solere, ubi pro Statibus antiqua observantia militat. Idque securius, & statui nostro utilius; ne dum quæstio movetur, unde, & quando tale ius Electores nacti sint, tempus, & occasio rei bene gerendi elabatur, ac discordia dissolvatur vinculum unitatis.

(Margin numbers: 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8.)

Steuer.

Vocabulum Steuer / generale est, & omne id, quod confertur, comprehendit. (*Compilator Symphorem. tom. 2. p. 2. voto 15. n. 38.*) Imo adeo generale est

rale est, ut quemcunque censum, & reditum denotet. (*Wehner in verb.* Schatzung / §. *sic &* Steuer / *p.* 191. *Knich. de iure territ. c.* 3. *n.* 316.) Quandoque autem Steuren / pro oneribus mere realibus, quæ principaliter rei cohærent: & possessionibus, sive rebus imponuntur, accipi solet :quorum impositio certa & generali lege provisa est, ita ut quotannis recurrant, certamque præstationem habeant; unde ordinaria munera dicuntur. Quandoque etiam pro superindicto, seu collecta extraordinaria accipitur: (*Klok de contributionib. cap.* 17. *n.* 157.) qui sensus huic articulo nostro conveniens est.

Reichstag.

1. Tag / *Germanis significat diem, & conventum.*
2. *Varia huius significationis exempla.*
3. *Imperij conventus quo sensu dicatur?*
4. 5. 6. *Cur ab Imperatore aliquando dicatur* unser Reichstag?
7. Gemeiner Reichstag.
8. Reichs-versamlungs-tage.
9. Königlicher Hoff.
10. *Placitum.*
11. *Curia solemnis.*
12. *Curia Imperialis.*
13. *Curia.*
14. *Les assemblées des Estats in Francia.*
15. *Sanes, & Parlmenta.*
16. *Hungaris* Ragkus.

1. Tag / Germanis non modo diem significat, sed etiam conventum; unde einen Tag halten / idem est, quod conventum habere; betagen certum diem determinare, quo conveniamus, & sic, prout ratione personarum, quæ conveniunt, vel ratione rei, quæ in conventu tractatur, alii dicuntur Reichs-
2. täge / Craißtäge / Collegialtäge / deputatation, visitation, revision-täge / compositiontäge / Probiertäge / Landtäge / Rittertäge / Stättäge / Reichstäge /
3. itaque idem est quod Reichs-zusammenkunfft / Reichsversamlung. Dicitur autem Imperii conventus, vel quod Imperium repræsentative conveniat, vel quod in utilitatem Imperii conventus ille celebretur. Et hoc quidem nomen potius illi conveniens est, quam si dicatur conventus Imperatoris, licet enim Imperator aliquando eo collimare videatur, dum ait, Unsern Reichs-
4. tag. (R. A. zu Speier *anno* 1544. §. und wiewol / *pag.* 302. R. A. zu Augspurg *anno* 1548. §. wiewol wir / *p.* 328. *Reformation* guter Policey / *A.* 1548. *in pr. p.* 564.
5. R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. wann auch / *p.* 524) tamen id inde fieri conjicio, ut evitetur reduplicatio, Imperii, ne scil. dicendum sit; unserer und des Reichs Reichstag / quamquam, ut hoc evitetur, dici possit, unser und des Reichs tag. Atque sive hoc, sive reduplicatione uteretur Imperator, (ut factum in illa locutione in R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. nach dem sich / *p.* 524.
6. unseren und des Reichs Frey- und Reichsstätten / nihil Statuum, vel Imperii, iuri & prærogativis, quæ habent hisce in conventibus, eo præiudicaretur, sed fortassis illud innueret, Imperatoris esse conventum, quoniam ab eo indictus.
7. Porro, vocatur aliquando ille conventus, gemeiner Reichstag (R. A. zu Speier *anno* 1544. §. wir haben / *p.* 301) vel, quod Imperatori cum Statibus communis sit, vel ad differentiam conventuum particularium Imperii: aliquando Reichs-

versam-

verſamlungstage (R. A. zu Regenſpurg *anno* 1527 §. als auch *p.* 178.) aliquan- 8.
do Königlicher Hoff; qua appellatione Maximilianus II. uſus fuit. (im R. A. 9.
zu Augſpurg *anno* 1566. §. wiewol dann *p.* 577.) ad imitationem vetuſtatis, & po-
tiſſimum aureæ Bullæ Caroli IV. ubi (*c.* 28 § 5.) ſtatuitur, quod Electus in Re-
gem Romanorum, primam ſuam regalem Curiam Norimbergæ habere de-
beat, &, ut Germanica verſio habet, ſeinen erſten Königlichen Hoff. Olim ali- 10.
quando placitum dictum, (*Leheman. lib.* 2 *Chron Spirenſ. c.* 3. *p.* 42. *Hottom. de*
verbis feudal. verbo, placitum) aliquando curia ſolemnis (*in proœm. A. B. Car. IV.* 11.
&c. 26. *in pr. c.* 27. *in pr. c.* 28. *in pr.*) Curia Imperialis (*A. B. c.* 3. §. 2. *c.* 4. *in pr. c.* 5. 12.
§. *fin. &c.*) curia (*d. A. B. c.* 24. *in rubr. c* 27. §. 1. *&* 2.) In Gallia, hodie, conventus 13.
generales Regni, vocantur aſſemplées *des* Eſtats, vel ſimpliciter, les Eſtats, 14.
quod tres Status Regni conveniunt, Rege id iubente. (*Bret de la ſouverain. du Roy*
livr. 4. *ch.* 11. *p.* 641.) olim dicebantur ſanes (*Freher. ad conſtit. Adolphi de inſulis p.* 15.
7.) vel parlamenta (*Hottom. in Francogall. c.* 13. *p.* 108.) nomen imitatos, eodem in
ſenſu, Anglos fuiſſe pernotum: de Flandrenſibus, teſtis eſt Louys d'Orleans.
(*és ouvertures des parlemens ch.* 6. *p.* 89.) Hungari vocant Ragtus. (R. A. zu Spei-
er *anno* 1542. §. wir haben auch / *p.* 263.) quod ibidem explicatur Landtag / qui
conventum generalem totius Regni deſignat, ut iſtius loci contextus innuit.

Auſſerhalben des Reichs Teutſcher Nation.

Hoc eſt, extra Germaniam. Licet enim Imperium Romanogermanicum apud nationem Germanicam, & active & paſſive, ut loquuntur, ſit, nihilo tamen minus, ſub eo Imperio non ſola natio Germanica, vel provinciæ Germanici ſoli, ſed etiam aliæ continentur. Patet hoc, non tantum ex coronationibus Imperatoris, quando Aquisgrani, deinde in Longobardia, & tertio Romæ coronatur; & quando ipſe corona Imperiali ornatus incedit, ac ante eum corona Aquisgranenſis, ac Mediolanenſis portatur. (*A. B. Car. IV. c.* 26. §. 4.) verum etiam & clarius, ex numero Archicancellariorum Imperii; quorum unus, nempe Archiepiſcopus Moguntinenſis per Germaniam; (*d. A. B. Car. IV. c.* 2 §. 2. *c.* 3. §. 2.) Trevirenſis per Galliam (vel totam, ex perſuaſione, de qua ſupra diſſerui, vel eas provincias, quæ trans Rhenum ſitæ, & olim Gallicæ vocabantur, ad Imperium noſtrum pertinentes) & Regnum Arelatenſe (*d. A. B. c.* 1. §. 12.) Colonienſis per Italiam (*d. A. B. c.* 1. §. 11.) munus ſuum exercent.

Fürnemen / noch ausſchreiben.

Ego hæc verba non ita accipio, quaſi Imperatori non liceat comitia extra Germaniā habere, ſed ita, ne liceat ad comitia, quæ extra Germaniam habet, Status Imperii vocare, vel ita, ut comitia, quæ totius Imperii, vel etiam Germanorum cauſa haberi debent, extra Germaniam non poſſit celebrare. Arbitror enim, cum Italiæ proceres ad comitia noſtra, regulariter, non vocentur, nec in illis votum & ſeſſionem habeant, Imperatorem, re ita exigente, etiam in Italia comitia indicere, & ad ea vocare Italos, qui Imperio ſubſunt. Id olim aliquoties fa

ties factum historia testatur, præsertim sub Friderico I. Imperatore, qui anno M. C. LVIII. generalem curiam omnibus Italis civitatibus, primoribus apud Roncalias celebrandam, indixit (*Radevic. lib.1. de gest. Frider. cap. 46. apud Vrstis. tom. 1. script. German. p. 505.*) & ut appendix Othonis de S. Blasio (*ad lib. 7. chronic. Othon. Frising. c. 14. apud Vrstis. d. tom. 1. p. 202.*) innuit, anno M. C. LX. convocatis omnibus Italicis Baronibus, generalem curiam apud Roncaliam, celebravit, ac iterum, anno M C LXXXVI. omnibus Italicis Baronibus, generalem curiam, apud Mediolanum, indixit. (*d. append. cap. 28. p. 211.*) Licet autem, postquam res nostræ in Italia nimium accisæ fuerunt, Imperatores, tunc & hodie, ibidem conventus indicere supersederint, nihilominus tamen, vel in reliquis etiam, idem ius, quod olim habuerunt in toto, vel maxima parte, exercere potuerunt, possuntq; adhuc hodie. Illud solum legibus Imperii, (ut hæc, quam inpræsentiarum explicamus, capitulatio docet) abrogatum est, ne Status Imperii ad illa comitia Italica vocari possint: olim enim eo vocatos fuisse constat. (*Kyriander in comment. de August. Trevir. part. 15. p. 170.*)

AD ARTICVLVM XIII.

Der Reichs Aempter.

Officia Imperii sunt varia, ordinaria tamen & perpetua, vel extraordinaria & temporaria. Ordinaria, vel sunt maiora, vel minora vel intermedia. Quæ omnia vel lege determinata, & certis familiis aut dignitatibus adhærent, vel personæ tantum. Ad priora refero Electores, Archicancellarios Imperii, Archipincernam, Archidapiferum, Archimareschallum, Archicamerarium, Vicarios Imperii &c. Ad intermedia pertinet Vexillifer, Venator Imperii &c. Ad minora refero priorum subofficiarios hereditarios (*vide A. B. Car. IV. c. 27. §. 6. & seqq.*) si quos habent, necnon ianitorem (quales esse dicuntur Domini ex familia de Wertern.) des H. Reichs Erbkammer Thorhüter. (*Laurent. Peccenstain in theatro Saxon. part. 1. c. 18. p. 296.*) Extraordinaria sunt, Dux generalis exercitus Imperii, & cæteri qui eum subsequuntur officiarii bellici &c. Quæstor Imperii, Reichs-Pfenningmeister ꝛc.

Am Hoff.

Officiales Imperatoris, vel Regis Romanorum, in duplici sunt differentia; aut enim sunt illi, quos sibi eligit, & constituit, ad hoc, ut serviant tanquam Imperatori, vel Regi Romanorum, vel ut Archiduci, Duci, Regi &c. de his in capitulatione nihil disponitur; sed de prioribus. Illi sunt, vel qui consilium & operam Imperatori præstant, in administratione Imperii, vel qui decoris, & magnificentiæ causa eidem adsunt; vel qui circa sanitatem, munditiem, victum & amictum, &c. eiusdem, ut Imperatoris, occupantur. In Gallia, alios nominant officiarios Coronæ, vel Regni, alios officiarios Regis; quod, nisi ab antiquo huc usque continuatum, vix subsistere posset: postquam superioritas Regi in Regnum est, non huic in illum, ut in Imperio nostro. (*Loyseau du droict des offices livr. 4. ch. 2. n. 3. p. 550.*)

Vnd sonst im Reich.

Inter quos haud ultimum locum occupat Iudex, vel præses Cameræ Imperialis Spirensis, der Kaiſ. Maj. Cammerrichter. Licet enim Judicium illud, non solius sit Imperatoris, sed Imperii, des Kaisers und des H. Reichs Cammergericht: (*Ordnung des Cammergerichts / zu Wormbs A. 1495. inpr. pag. 19. Ordnung des Regiments zu Augspurg anno 1500. in pr. pag. 36.*) Judicem tamen Imperator ibi constituit, iure & nomine suo. (*ordin. Cam. part. 1. tit. 1. §. nemlich.*

Mit keiner andern Nation.

Debuit omnino hoc Carolo præscribi, qui licet Germano ex sanguine, & in Germania natus, erat tamen Rex Hispaniæ, & eius nationis atq; aliarum externarum, amator. Vnde etiam factum, ut hoc præceptum non usque quaque, & ex asse semper ab ipso fuerit observatum, si fides adhibenda est Alberto Marchioni Brandeburgensi, qui publico scripto conquestus fuit, anno MDLII. rem Germaniæ esse deductam, ut summa consiliorum prope pendeat ab unius arbitrio, qui neque sit genere nobilis, nec origine Germanus, nec Imperio coniunctus, maximo cum Germanorum omnium & dedecore, & detrimento: (*Sleidan. lib. 24. Comment. f. m. 423. b.*) Imperii sigillo homines peregrinos, suum ad arbitrium, in Germaniæ detrimentum, abuti (*d. lib. fol. 424.*) De eadem re inter Protestantes Status, jamdum anno MDXXIX. querelas auditas fuisse, legimus apud Hordlederum (*lib. 1. von Vrsachen des Teutschen Kriegs c. 6. p. 48. §. zu dem so ist vnwidersprechlich vor Augen / daß die fürnehmsten Aempter des Kaiserlichen Hoffs / den meistentheil / mit Hispanischen / oder andern Nationen / die nicht allein der Teutschen / und Lateinischen Zungen / unkündig seynd / sondern auch denen die Gelegenheit / Nothdurfft / und das Wesen des H. Reichs / vnd Teutscher Nation verborgen ist / gesetzt seyn.*) Ac ne fortassis, si particulares tantum querimonias, præcipue Protestantium, adduxerimus, cuipiam de veritate rei dubitandi ansa præbeatur, annotandum est, has non solum Passavii anno MDLII. publice Ferdinando Regi Romanorum exhibitas, sed etiam in comitiis Augustanis anno MDLV. die XXIX. Iulii reiterato expositas, atque ab omnibus Statibus, utriusque religionis, Catholicæ Romanæ, & Augustanæ, remedium petitum fuisse. Cujus rei etiam testes sunt Transactio Passaviensis d. anno MDLII. die XVI. Julii edita (*§. die angezogene Beschwerden / cum §. seq.*) & admonitio Statuum, apud Lehemann. (*in der Reichshandlung von Religions Frieden / lib. 1. c. 35. p. 143.*) nec non responsio Ferdinandi (*d. lib. 1. c. 36. p. 145.*)

Gebornen Teutschen.

1. *Indigenæ officiis præficiendi.*
2. *Ratio positionis.*
3. *Quousq; se extendat capitulationis prohibitio.*
4. *Sensus verborum capitulationis.*
5. *Quid de illo dicendum, qui patre Germano, sed extra Germaniam natus.*
6. *Iudex Cameræ debet esse Germanus.*

7. *Vt & Assessores.*
8. *Præses Consilij aulici, & eiusdem Consiliarij, debent esse Germani.*
9. *Vt & Commissarij Cæsaris.*
10. *Capitanei militares debent esse Germani.*
11. *Vt & ipse exercitus Dux.*
12. *Exempla.*
13. *Constitutio Marchiæ Brandeburgensis.*
14. *Constitutio Pomeraniæ.*
15. *Constitutio VVirtembergensis.*
16. *Belgarum privilegium.*
17. *Helvetiorum mos.*
18. *Venetorum consuetudo.*
19. *Hispania non admittit exteros ad beneficia.*
20. *Quid ea de re constitutum in Gallia?*
21. *Peregrinorum quæ conditio in Gallia?*
22. *Peregrini vivunt in Gallia ut liberi & moriuntur ut servi.*
23. *Quod apud moratiores gentes fieri desiit.*
24. *Sed non apud Gallos.*
25. *Constitutio Friderici Imper. de jure peregrinorum.*
26. *Arnisæi judicium de consuetudine Galliæ.*
27. *Ludovici XIII. prohibitio, ne exteri in Gallia sint ministri verbi divini inter reformatæ religioni addictos.*
28. *Scoti ministri cuiusdam ridicula propositio.*

1. GEnerale Politicorum, & ICtorum axioma est, in qualibet Republica ad officia publica atque magistratus, non peregrinos, vel exteros, sed indigenas, qui in eadem nati, vel eiusdem nationis sunt, regulariter evehi debere. (*vide Althusium polit. cap. 7. Lipsium lib. 3. polit. cap. 4. n. 4. & in notis ad eundem locum. Keckermann. lib. 1. Systém. polit. cap. 2. pag. 47. Heider. in Systém. philosoph. polit. cap. 2. pag. 352. Mynsing. cent. 4. observ. 30. Magenhorst. in comment. ad*
2. *ordin. Cameræ Imper. part. 1. cap. 5. Beust. ad l. 3. de iureiur. num. 37.*) Etenim, non solum natura, moribus, lingua, & aliis, Reipublicæ suæ civibus pares sunt, quæ magnam illis benevolentiam apud hos conciliare solent; verum etiam præsumuntur res patriæ melius nosse, maiorique cura, & fidelitate tractare, quam peregrini. Iure ergo, & merito, Carolo quoque hæc regula præ-
3. scripta. Qua tamen, haud alios, quam illos comprehedere voluisse Electores, dicendum est, qui consilio, & opera in administrando, regendo, conservandove Imperio, nec non in utilitate eius promovenda, vel magnificentia eiusdem exornanda, & ostendenda occupati esse debent. Quis enim dixerit, Imperatori prohibitum, ex alia, quam Germanorum gente, officiales sibi legere, quibus curam equorum, culinæ & aliarum rerum, commendet?
4. Cæterum, si verba spectamus, credibile fit, capitulationem velle, origine, & nativitate Germanum esse eum, qui ad officium vocandus, hoc est, ex sanguine Germano & in Germania natum. Verum, cum Germanus revera
5. etiam ille fit, qui patre Germano, licet extra Germaniam natus, (*l. 1. §. 2. ff. ad municipal. Dd. ad l. 23. C. de agric. & cens. lib. 11.*) Cum Germanica lingua, moribusque, non minus, quam in illa natus, si postquam lucem adspexit, aut in pueritia in Germaniam adductus fuit, excultus fit, cum nutricis patriæ statum, æque ut cæteri genetricis, nosse possit, ac in eandem fervido amore ferri præsumatur, probabile est, eum Electores potius ad officia in Republica & apud Imperatorem admittere, quam illorum incapacem pronunciare, voluis-

voluiſſe. Quod ſi enim ille Imperator elegi poteſt, qui ex patre Germano, ex-
tra Germaniam licet, natus educatusque fuit, ut Ferdinandus I. exemplo eſt,
cur ille, qui patre Germano, licet extra Germaniam, prognatus, in ea tamen
educatus, ad officium aptus, ad illud admoveri non debeat, plane non vi-
deo? Porro, quod hic generaliter conſtitutum, id ſpecialibus ſanctionibus
Imperii ita declaratur, ut, der Cammerrichter ſoll aus Teutſcher Nation gebo- 6.
ren ſeyn; (Ordnung des Cammergerichts zu Wormbs *anno* 1495. *tit.* wie das
Cammergericht mit Richtern und Urtheilern beſetzt werden ſoll / *pag.* 19. R. A.
zu Augſpurg / *anno* 1548. §. nach dem / *pag.* 320.) die Beyſitzer am Cammerge- 7.
richt ſollen aus Teutſcher Nation geboren ſeyn; (Cammergerichts Ordnung
part. 1. *tit.* 2.) des Reichshoffrahts Præſident / und die Reichshoffrähte ſollen 8.
Teutſcher Nation ſeyn; (Paſſauiſcher Vertrag / § demnach ſoll die Erledigung /
Reuchoffgerichts Ordnung Kaiſers *Matthiæ tit.* 1.) Kaiſerliche Commiſſarii, 9.
wegen Vergleichung der Stånde Anſchlåg / ſollen aus dem Reich Teutſcher
Nation ſeyn / (R. A. zu Speier *anno* 1544. §. und umb ſchleuniger / *pag.* 295. *&c.*)
Quod negotia bellica Imperii concernit, ſollen die Hauptleute Teutſche ſeyn / 10.
(R. A. zu Wormbs *anno* 1521 §. demſelben Volck / *pag.* 135.) ut & Dux ipſe ex-
ercitus (R. A. zu Regenſpurg *anno* 1541. §. und dieweil uns / *pag.* 257.) Hæc pro- 11.
vincia aliquando concredita fuit, Alberto Comiti Palatino (R. A. zu Augs- 12.
purg / *anno* 1500. *tit.* des Reichs Hauptmann / *pag.* 61.) Friderico, Comiti Fur-
ſtenbergenſi, (*d.* R. A. *de anno* 1541. §. darauff haben wir / *p.* 257) Friderico,
Comiti Palatino, (R. A. zu Speier *anno* 1542. § aber alle / *pag.* 266) Ioachimo,
Marchioni Brandeburgenſi (*d. pag.* 266. §. alſo haben wir.) Qua de re infra
ad capitulationem Ferdinandi III. *art.* 15. actum ſumus. Illud hic generali-
ter, ut initio quoque innuimus, notandum; non ſolum apud omnes fere
nationes, ſed etiam provincias, receptum, vel conſtitutum eſſe, ut peregri-
ni, regulariter, ad officia, vel omnino non admitti, vel ad minimum origi-
nariis poſthaberi debeant. In Marchia Brandeburgenſi, ſollen derer vom 13.
Adel Söhne ſo ſtudirt, oder ſich ſonſt verſucht haben / vor andern Frembden und
Außländiſchen zu Aemptern / darzu ſie qualificirt, befördert werden (*Scheplitz
ad conſuetud. Elector. & Marchiæ Brandeb. part.* 1. *tit.* 1. *num.* 18 *pag.* 6.) Pomera- 14.
niæ Dux, anno MDLX. die IX. Febr. inter alia, Statibus ſuis promiſit, daß er
wolle ſeinen Landen / und Fürſtenthumben keine andere Hauptleute / und Vögte /
ohne groſſe erhebliche Urſachen und vorhergehendem Raht / ſeiner vornemſten
Land und Hoffrähte ſetzen / als die in ſeinen Landen und Fürſtenthumben gebo-
ren / geſeſſen / und wohnhafftig ſeynd. Da ſich aber dieſelben Unterthanen /
an billiger nohtwendiger Unterhaltung nicht brauchen laſſen wolten / und ſeine
Fürſtliche Gnad / dero Erben und Nachkommende Herſchafft / alſo Frembde
annehmen müßten / ſo ſolle daſſelbe iederzeit mit vorgehendem Raht / der Fürſt-
lichen fürnembſten Land- und Hoffrähten / geſchehen. In jure municipali Du- 15.

catus Wurtembergici (*tit. 6. pag. 1.*) expresse quoque disponitur, daß in Bestellung der Statt- und Amptschreiberenen / fürnemlich nach den Landkindern getrachtet werden solle; id quod, vigore der Landtags Abschied / de aliis quoque officiis intelligendum esse, tradit Speidelius (*in Notabilibus juridico-hi-*
16. *storico-politicis lit. F. n. 36.*) Belgarum privilegiis continebatur, nullum peregrinum, aut extraneum, muneribus publicis præfici posse (*Arum. ad A. B. disc. 2. th. 3. p. 87.*) inde cum Philippus II. Hispaniarum Rex, ordinibus Belgicis, Consiliarios Hispanicos adiungeret, hanc, & alias ob causas, bellum or-
17. tum est. Helvetii peregrinum administrationi regiminis publici non præfi-
18. ciunt. (*Arum. d. l.*) & Veneti, qui prudentiæ laudem habent, peregrinis in Reip. administratione, nullum relinquunt locum (*Patricius de Reip. inst. lib. 3. tit. 2.*) Quod de officiis hactenus diximus, idem alicubi de beneficiis constitutum fuit: (*Tholos. in syntag. jur. univers. lib. 17. n. 42. Bodin. de Rep. lib. 1. c. 6.*
19. *p. 96.*) In Hispania nullus exterus potest obtinere beneficium, neque pensio-
20. nes. (*Hier. Cevallos in spec. commun. opin. T. 4. q. 897. n. 418.*) in Gallia extat constitutio Caroli VII. A. M CCCC XXXI. die X. Mart. qua inhibetur omnibus alienigenis, habere officia, aut beneficia ecclesiastica in Regno Galliæ, aut dignitates ecclesiasticas, ut Episcopatus, Archiepiscopatus, Prioratus, sine permissione Regis, qui adoptarit eos in regnicolas (*Tholos. de Rep. lib. 4. c. 6.*
21. *n. 10. Bret. de la souver. de Roy liv 2. ch. 8. p. 220.*) Certe, hospitalitatem Gallorum, erga extraneos, licet plurimum eam commendet Loyseau (*des ordres c. 5. n. 113.*) satis arctis cancellis inclusam, ex Bacqueto (aliisq;) cognoscimus, qui (*part. 2. du droit d' aubeine ch. 15. n. 1.*) docet, peregrinos in Francia nec ad officia, nec ad beneficia, & in specie (*n. 5.*) non ad officia monetaria, nec ad consulatum Rothomagensem (*n. 6.*) nec ad ordinem Equestrem S. Spiritus
22. (*n. 7.*) &c. admitti, nisi dispensatio Regis accedat. Quæ quidem omnia sua ratione constant, nec ægre ab extraneis ferri debent: at, quod in eodem Regno, peregrini, liberi quidem vivunt, sed ut servi moriuntur, hoc est, testari non possunt, aut disponere de bonis suis, quæ ibidem habent, mobilia aut immobilia, nisi ad summam quinque solidorum, nec successorem ab intestato habere, sed ea ad Regem devolvi; id vero satis durum multis videtur.
23. Quamquam enim fere idem etiam apud alias gentes in usu fuisse dicitur, (*Bodin. de Rep. liv. 1. ch. 6. illud appellat, un droit ancien, & commun, aux Grecs, Latins & Turcs.*) attamen apud moratiores merito exolevisse, scribit Grotius (*de jur. bell. & pac. lib. 2. c. 6. n. 14.*) Nolim quidem ego Gallos ex moratiorum populorum matricula expungere, quod fieri deberet, si Grotium sequerer;
24. melius autem eorum famæ, & hospitalitati, quam Salvianus jam olim in illis prædicavit, consultum fore, omnino credo, si quale quale hoc lucrum, quod ex jure albinagii percipiunt, plane spernerent, & libertatem, quam mancipiis, statim ubi in Regnum Galliæ pervenerint, addicunt, (*Bodin. de*

Rep.

Rep. lib. 1. *c.* 3.) illis, qui liberi aliunde eo veniunt, integram relinquerent. Humanitatis est fateri, nihil magis hominibus liberis deberi, quam ut supremæ voluntatis (postquam jam aliud velle non possunt) liber sit stylus, & licitum, quod iterum non redit arbitrium (*l.* 1. *C. de SS. Eccles.*) Vnde, non minus iusta, 25.
quam æquissima, dici debet constitutio Imp. Friderici II. quæ (*in authent. sub tit. C. commun. de success. relata*) ita disponit: omnes peregrini, & advenæ, libere hospitentur, ubi voluerint, & hospitati si testari voluerint, de rebus suis liberam ordinandi habeant facultatem; quorum ordinatio inconcussa servetur. Si vero intestati decesserint, ad hospitem nihil perveniat, sed bona ipsorum per manus Episcopi loci, si fieri potest, heredibus tradantur, vel in pias causas erogentur. Atque hanc constitutionem Gallorum contrario juri præferen- 26.
dam, statuit Arnisæus, (*de iure maiest. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 20.) cum prohibens aliquem testari, auferat ipsi suarum rerum dominium, jure communi concessum; & qui hospitem durius tractat, violet jus hospitalitatis, quod Christianis eo religiosius observandum, quo severius sibi invicem detrahere, aut damnum inferre prohibentur. Ego plane fateor, rationes, quæ pro Gallorum illo jure afferuntur, mihi nunquam satisfecisse, ut suo loco distinctim explicabo. Cæterum illud hic annecto, à Ludovico XIII. in Gallia constitutum, ne ad 27.
ministerium verbi divini, reformatæ religionis, admittantur exteri: (*vide rationes edicti tom.* 14. *du Mercure François p.* 264.) & nota ibidem, quod de Mini- 28.
stro quodam, vel verbi divini præcone, ex Scotia oriundo, refertur, qui Gallicæ linguæ non exacte gnarus, pro concione dixerit, (*qu' un bon fidel ne devoit point entrer en son femme la veille de cene &c. & ayant leu, que la verge estoit le symbole de la iustice, disoit aux officiers, portés tousiours la verge droite, pour soulager la pauvre vefue.*)

Nicht Nieder Stands noch Wesens.

De hoc axiomate videri possunt Dd. (*ad l.* 6. *C. de dignit. lib.* 12.) Vituperium omnium incurrit Ludovicus XI. Rex Galliæ, qui Olivario de Dain, barbitonsore, pro Comite stabuli, Medico Iacobo Cottier vero, pro Cancellario, & Caligario quodam, pro Admiralio, vel Thalassiarcha, (*Loys Guyon tom.* 1. *de diverses leçons liv.* 1. *ch.* 8. *p.* 59.) vel ut Bodinus habet (*lib.* 6. *de Rep. c.* 2. *p.* 1059.) sartore pro feciali, tonsore pro legato, medico pro cancellario, usus fuit.

Redliche Leut.

Neque enim famosis, aut notatis, & quos scelus, aut vitæ turpitudo inquinat, vel infamia ab honestorum cœtu segregat, dignitatum portæ patere debent. (*l.* 2. *C. de dignit. lib.* 12. *l. un C. de infam. lib.* 10.)

Vom Adel.

Putant alii, etiam plebeios, ubi ad officia Regis, vel Imperatoris adhibentur, fieri nobiles; idq; licentiose ad coquum (*Bl. ad c.* 1. *quis dic. dux in usib. feud.*) quoq; extendunt, & viliores personas alias. De Henrico IV. Galliarum

Rege refertur, quod totam familiam aulicam nobilitate clarere iudicaverit. Cum enim Nobilis aulicus, cum vili aulæ Regiæ ministro, duello decertare recusaret, tanquam ab ærariis, rotariisque homine, Rex illi respondit, at tu scias, neminem, qui sit in domestico Regum ministerio, esse ignobilem. Et testatur Anton. Monacius (*in observ. ad 24. libb. ff. ad l. 18. ff. de ædil. edicto. p. 528.*) in certa lite, apud subsidiorum judices, Titium nobilitatis suæ originem deduxisse eo ex capite, quod habuisset abavum, culinæ regiæ mediastinum, (*que son bis ayeul avoit estegalobin de cuisine du Roy.*)

Gefällen.

De nonnullis horum officiorum fructibus (quos in aula Imperiali hodie communiter regalia officii nominare consueverunt) videri debet A. B. Caroli IV. (*d. c.* 27. §. 2. *&* §. 6. *cap.* 28. §. 7. *cap.* 29. §. 2.) & addi possunt, quæ annotavi ad juris publici *lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 23.

Bleiben.

Hoc potissimum de officialibus Imperii exaudiri debet: In eos enim minor licentia Imperatori relicta est, quam in aulæ suæ officiales. Vnde etiam ortum, ut non omnium horum officiorum collatio indistincte Imperatori competat. Exemplo nobis esse potest officium magistri coquinæ Imperii, quod Seldeneccii à Comite Palatino Rheni, Archidapifero, in feudum recognoverunt, & anno M D XXXVIII. Ludovicus Elector Palatinus, cum familia Seldeneccensis defectura videbatur, in casum deficientiæ contulit Dominis Waldepurgensibus. (*Besoldus part. 6. consil.* 258. *n.* 4. *& seq.*) Præterea quoque officiales Imperii officialibus aulæ præferuntur, in Regali curia: ibi enim præsentes, officia sua exercent, præ quotidianis Regalis curiæ ministris, qui cum iisdem in nomine officii conveniunt, atque fructum officii præ his percipiunt. (*A. B. Caroli IV. cap.* 27. *in fine. vide quæ scripsi de jure publ. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 75.) Quod si vero illi officiales Imperii sponte sua absentes sint, officium exercere possunt quotidiani ministri, & tollere fructum.

AD ARTICVLVM XIV.

In Schrifften und Handlungen des Reichs.

1. *In negotiis, Imperium concernentibus, lingua Germanica, vel Latina, non alia utendum.*
2. *Obiectio.*
3. *Eius confirmatio.*
4. 5. *Rdspondetur ad obiectionem.*
6. *Lingua Gallica in negotiis Imperii non admittitur.*
7. *Nec etiam Italica.*
8. *Linguam Italicam omnium beatorum linguam futuram in cœlo, asserit Girolamo Ruscelli.*
9 *Qua lingua utatur Turcarum Imperator.*

REgula est, in scriptis, & tractatibus, Imperium concernentibus, alia lingua, quam Germanica & Latina, Imperatori uti non licet; nec permittere eidem licet, ut sui alia lingua, in iisdem negotiis, utantur. Contra hanc regulam disputando opponi posset; cum Imperii Provinciæ, & populi, non

solam

ſolam linguam Latinam, pro communi interprete habeant, nec ſolam Germanicam pro vernacula, ſed alii Italicam, alii (ut Arelatenſis Regni &c. ſubditi) Gallicam, alii Sclavonicam, his omnibus in rebus & negotiis Imperii expediundis uti licere. 2.
Videtur hoc ex parte approbari à Carolo IV. in aurea Bulla (*cap. ult.*) ubi vult, Electorum ſecularium liberi, & ſucceſſores diverſas linguas addiſcant; cum ſacri Romani celſitudo Imperii diverſarum nationum moribus, vita & idiomate diſtinctarum, leges habeat, & gubernacula moderari. 3.
Verum, ut maxime conveniat, diverſorum idiomatum, & linguarum, ut Carolus (*d. l.*) loquitur, differentiis inſtrui Electorum ſucceſſores, ut plures intelligant, & intelligantur à pluribus, qui plurimorum neceſſitatibus revelandis Cæſareæ ſublimitati aſſiſtunt, in partem ſollicitudinis conſtituti: inde tamen non ſequitur, quod in publicis Imperii negotiis, præſertim quæ in ipſa Germania tractantur, ubi vel per literas, vel viva voce res expeditur, tot linguæ in uſu eſſe debeant, quot gentes ſub Imperio degunt. 4.
Aut, ſi hæc Caroli IV. mens fuerit, mirum non eſt, legem poſteriorem priorem abrogaſſe. 5.
Quamquam non credo, abrogatione opus fuiſſe, cum conſtet, privilegia, inſtrumenta, aliaque Imperii acta, olim ſola lingua Latina, à noſtris Imperatoribus, vel eorum, & Imperii nomine, antequam lingua Germanica excoli cœperat, & poſtea, accedente cultura, etiam hac in lingua confecta fuiſſe; licet fortaſſis dubitari poſſit, an idem ſemper viva in voce obſervatum ſit.
Sane, Gallicam quod attinet, eius nulla (*in d. c. aureæ Bullæ*) mentio fit, & poſterioribus Imperii conſtitutionibus expreſſe ſancitum novimus, acta non amplius in lingua Gallica, ſed ab inferioribus Judicibus in lingua Latina edenda, & communicanda eſſe (*ordinat. Cameræ part. 2. tit. 31. §. nach dem auch.*) Italicæ quoque linguæ uſus, in inſtrumentis, aliisque Imperii actis, nunquam receptus fuit. 6.
In Italia, ut vernacula, in curſu eſt, ſed maieſtas Imperii non admittit, ut puræ elegantiæ matris, quæ eſt lingua Latina, filiæ (hoc eſt, Italicæ) fucata variis ceruſſis, præferatur diſtorta forma, vel ut optimo vino, (ut non nemo loquitur) præferatur acetum peſſimum. 7.
Nec tam pueriliter credulus ſum, ut conjecturæ Ruſcelli locum concedam, quam atro carbone notavit P. de L' Ancre (*livr. 1. des Princes diſc. 1. pag. 8.*) (*Girolamo Ruſcelli, Venetiano, n' a eu honte de dire, que, comme le peché de la ſuperbie, d' une ſeule langue, que Dieu avoit ſimplement donnée, au commencement du monde, fit la diviſion en une infinité de langues, que de meſme on peut eſperer, avec raiſon, que le monde entier venant à ſa fin, reviendra ſous une ſeule langue, comme il eſtoit en ſon principe, qui ſera celle que parle le chef de l' Egliſe du Sauveur, le ſouverain des ames, qui doivent aller voir cette haute tour du ciel, pour parler toutes conformement, ſans diverſité, ni confuſion, le meſme & ſeul langage des Anges. De maniere, que ceſte duce langue Italienne (adiouſte-il) è in corſo di Monarchia, & court fortune d' eſtre la Royne de*) 8.

ne de toutes.) Hieronymus Ruſcellus, Venetus, non erubuit dicere, quod quemadmodum peccatum ſuperbiæ in cauſa fuit, ut ex una ſola lingua, quam Deus ſimpliciter dederat in mundi initio, diviſio facta ſit in infinitas linguas; ita ſperandum eſſe, non ſine ratione, mundum totum, ubi ad finem pervenerit, ad unam linguam rediturum, quemadmodum fuit in initio. Eam autem fore illam, quam loquitur caput Eccleſiæ Salvatoris, Dominus ſupremus animarum, quæ debent adſcendere ad contemplandum altiſſimam illam turrim cœli, ut loquantur omnes conformiter, ſine diverſitate, ipſam ſolam linguam Angelorum. Ita ut ſuavis illa lingua Italica (addit idem) ad mo-
9. narchiam omnium tendat, & poſſit fieri regina cunctarum. Cæterum ut Imperatori noſtro uſus linguæ Germanicæ & Latinæ præſcriptus; ita Turcarum Imperator, vi juramenti quod præſtitit, alia non uti debet, quam Ottomannica, Turcica. Arabica in negotiis religionis uſurpantur, in militia, Sclavonica. (*P. Matthieu tom. 1. de l' hiſtoire de Henry IV. livr. 6. narrat. 4. pag. mihi 548.*)

Andere Zungen.

1. Quæ prima in mundo fuerit lingua.
2. 3. 4. 5. Non fuiſſe Hebræam.
6. Goropius Cimbricam primam fuiſſe aſſerit.
7. Autoris opinio de confuſione linguæ ad ædificationem turris Babylonicæ.
8. Quot linguæ ex confuſione Babylonicæ natæ?
9. 10. De numero linguarum, Scriptores antiqui non conveniunt.
11. 12. Autoris opinio.
13. Duretus ſcripſit hiſtoriam linguarum.
14. Quot matrices linguæ hodie ſuperſint in Europa.

1. AB initio, unius linguæ mundum fuiſſe, Moiſes (*lib.* 1. *c.* 11. ℣. 1. *& 6.*) docet; quæ autem illa fuerit, adhuc controvertitur. Communiter Hebræam
2. fuiſſe tradunt. Cluverus vero arbitratur (*lib.* 1. *antiquæ Germaniæ c.* 8. *p.* 74.) primam illam mortalium linguam nullibi apparere, nec unquam apparituram, donec unus grex, & unus paſtor (in vita æterna) futurus. Lævinus Torrentius, (*in præf. Hermathenæ Ioh. Goropij*) non cogimur, ſcribit, credere, lin-
3. guam, qua ſub Moyſe uſi ſunt, primogeniam fuiſſe. Nam ne niſi quiden Iudæi ea de re inter ſe conveniunt; & è noſtris nonnulli Syram, ſive Aremæam,
4. aut Palæſtinam prætulere. Ipſe Goropius, (*lib.* 1. *Hermathenæ p.* 1.) Chriſtiani pleriq; omnes, ait, primogenium linguarum jus penes Hebræos ſemper fuiſſe, magno conſenſu pronunciant, à quibus tamen Theodoretus diſcedens, non ſine aſſeclis, Syram, ſive Aremæam omnium primam fuiſſe ſentit. Moſes Ægyptius, Rabinorum facile princeps, Hebræam primam eſſe negat. Guevarra, is qui epiſtolas, quas aureas vocant, Hiſpanis ſuis ſcripſit, quatuor Hebræorum Doctores teſtes citat, qui jureiurando confirmare auſint, Hebræum ſermonem non eſſe primum. Et (*lib.* 2. *Hermathenæ p.* 25.) prima lingua,
5. inquit, eſt ea, quæ omnium perfectiſſima. Perfectiſſimam autem dicimus, quæ quam apertiſſime & quam breviſſime, una cum ſono convenientiſſimo, imagi

magines animi, & earum compositionem dat intelligendas. &c. Hinc non
video, quomodo defendi queat eorum assertio, qui Hebraicam linguam o-
mnium primam esse contendunt; cum nulla sit pluribus difficultatibus impli-
plicata, nulla habeat plus ambiguitatis, nulla caliginem profundiorem adeo
ut in eius abyssis perscrutandis, non Delio natatore, sed Delio vate frequen-
ter opus esse videatur. Mihi quidem, de perfectione, vel imperfectione 6.
eius linguæ, quam non didici, iudicium non attribuo, nec Goropio accedo,
qui (*d. loc.*) Cimbricam linguam omnium primam adstruere ingeniose cona-
tur. Hebræam inter antiquas habeo, at primam omnium cur credam, non-
dum rationibus validis edoctus sum. Hoc iterum ex Moise (*d. c.* 11. *vers.* 7. 7.
& seq.) constat, cum gentes in ædificanda civitate, & turri, Babylonica post-
ea dicta, desudarent, cœlesti decreto confusionem linguæ natam fuisse:
ex qua, communi persuasione, creditur varias linguas originem suam tra-
xisse; quamquam hoc à Moise diserte annotatum non reperitur. Confusio
talis facta est in una lingua, ut alter alterum loquentem non intelligeret. Et
cum semel ipsorum conatus, qui Deo displicebat, frustraneus redditus, &
gentes in varias abirent terras, non est ex articulis fidei, ut credam, causa
confusionis sublata, confusionem continuatam necessario fuisse; & primis
illis annis, post separationem factam, varias linguas, & diversas à prima, in
usu fuisse. Sequentia tempora varias linguas dedisse, certum est, non tamen
divino aliquo decreto, ut mihi persuadeo, sed permissione, ubi hominis li-
berum arbitrium primas tenuit partes. Præterea, in ea quoque non con-
veniunt, quot linguæ ad turrim Babylonicam ortæ sint. Non totidem, in- 8.
quit Cluverius, (*d. lib. antiquæ German. c.* 4. *p.* 43.) ex confusione Babylonica
natus fuisse linguas, quod hominum ad urbis ædificationem fuere capita, sed
quot principes Noachi nepotum, sive quot familiarum, ut vocat Moses, ca-
pita, urbis structioni præfuerunt; scilicet sexaginta novem. Nec tamen ego
nescius sum, Clementem Alexandrinum, Arnobium, Epiphanium, Hiero-
nymum, Augustinum, & alios, linguas ad urbis Babylonicæ structionem
exortas statuere septuaginta duas; quem illi numerum, non ex nepotum,
pronepotumque Noachi tantum, sed ex ipsorum simul Noachi filiorum nu-
mero collegerunt. Verum, non ipsum Schemum, & Iaphetum, Chamum-
que, in gentium linguarumque numerum concessisse, sed horum filios ne-
potesque tantum, apertissimis, disertissimisque testatur Moses verbis, (*cap.*
10. *vers.* 32. *Genes.*) De eadem quæstione Iohann. Goropius (*d. lib. hermathe-
næ p.* 4.) ita scribit: Quot linguæ non sint, vel olim fuerint, quamvis qui-
dam definire tentarint, ego tamen nemini puto liquere, & adeo non magno-
pere nostra interesse. Clemens Alexandrinus, genera linguarum, sub qui-
bus varia sint idiomata, septuaginta duo fuisse, quod è numero eorum, qui
ante confusionem linguarum, è tribus Noachi liberis nati dicuntur, acce-

9. ptum videtur. Euphorus nescio quis , nisi Ephorus, ut reor, sit legendum
apud eundem, septuaginta quinque fuisse tradidit. Verum hunc numerum,
longe superant aliorum essertiones, inter quos Plinius, Timosthene memoriæ
proditum, scribit, in unam Dioscuriadem, Colchorum emporium, trecentarum
linguarum homines solere convenire; addens, à Romanis postea
10. per centum & triginta interpretes negotia ibi gesta fuisse. Mithridates, non
magnam Asiæ partem, si toti conferatur, imperio tenens, viginti duas, &
in ditione sua habuisse, & didicisse, constanti scriptorum testificatione perhibetur.
Quibus si reliquas addas, quæ toto tum orbe diversæ fuerunt, an non
putamus maximum numerum evasurum? Quot sint in orbe Atlantico, &
apud Hyperboreos, quis explicabit? & multas tamen esse, plurimorum peregrinatione
satis est exploratum. Complures post Christi natalem novas
extitisse scimus, nunquam antea vel factas, nedum cognitas; inter quas,
cum in sola Europa, minima totius orbis parte, quam plurimæ ab illo tem-
11. pore exortæ sint, quid de cæteris gentibus innumeris cogitandum? Vt ego
aliis suam, ita mihi meam liberam volo opinionem; nihil autem certi in utroque
reperio, sive quod attinet numerum antiquarum, sive recentiorum
linguarum. Nec enim Moises quicquam hic determinat: hoc tantum agit,
ut syllabum filiorum, atque nepotum Noæ, exhibeat. Cui dum annectit
terras, & insulas, vel generaliter, vel in specie, quas cuiusque generatio
postea inhabitaverit, secundum linguam suam, non hoc tradit, quod tempore
primæ occupationis, tot linguæ fuerint, quod ipse capita familiarum
enumerat, sed quod ex his gentes, quæ istas insulas & regiones postea inhabitarunt,
cuius etiam linguæ fuerint, originem habuerint. (*Genes. c. 10. vers.
5.*) Nam Moisen, non solum ea hoc loco tradere, quæ tempore confusionis
linguæ fuerunt, sed etiam quæ postea facta sunt, constat (*ex vers. 12.*) &
videtur idem probari posse (*ex vers. 25.*) ubi Peleg nomen inde accepisse di-
12. citur, quod ipsius tempore orbis fuerit divisus. Divisio alia non est, quam
illa, quando post frustranee susceptam ædificationem Babylonis, familiæ
hinc inde in omnem terram dispersæ fuerunt (*c. 11. vers. 8.*) nisi placeat cum
aliis distinguere, inter partitionem & occupationem, quod amplectitur Salianus
(*in annal. Ecclesiast. veteris testamenti ad annum mundi* MDCCLXXXVIII.
n. p. 291.) Ipse vero Peleg eo tempore natus (hoc enim in sensu d. vers. 25.
accipiendum esse conjicio) nondum eius ætatis fuit, ut quicquam ad ædificationem
operis conferre valuerit, unde in pœnam eius lingua confundi non
debuit. Et cum nondum loqui potuerit, quomodo ipsi peculiarem linguam
assignabimus? si alia, quam paterna, postea usus, ea non ad ædificationis terminum,
sed tempus futurum referri debebit. Quod idem de fratre eius Iaketam
dicendum est, qui, ut secundogenitus (*d. vers. 25. & c. 11. vers. 17.*) ad
ædificationem Babylonis vix potuit esse præsens. In hodierni orbis linguis

enumerandis

enumerandis frustra tempus teritur, cum exacte de illis nulli constet, videri 13.
tamen de plurimis poterit Duretus, qui Gallico sermone historiam linguarum scripsit. In Europa, si Iosepho Scaligero credimus, hodie undecim 14.
matrices linguæ supersunt; Latina nempe, Græca, Teutonica, Sclavonica, Epirotica, Tartarica, Vngarica, Finnonica, Hirlandica, Cantabrica, Britannica, quam loquuntur in Gallia illi, quos dicunt Bretons Brettonants: hanc tamen Isaac Pontanus (*in glossario prisco Gall.*) Germanismi sobolem arbitratur.

Die Teutsche.

1. *De lingua Germanica, remissive.*
2. *Lingua latina olim Germanicæ in Germania prælata.*
3. *Primum instrumentum publicum, in lingua Germanica confectum*
4. *Latina tamen adhuc primatum habuit.*
5. *Constitutio Rudolphi I. de usu linguæ Germanicæ, & constitutionis ratio.*
6. *Dubitatur, an unquam hæc constitutio fuerit facta.*
7. *Si facta, non fuit tamen observata.*
8. *Maximiliani constitutio permittit Notariis instrumenta latina conficere.*
9. *Beati Rhenani locus.*
10. *Quando instrumenta, lingua Germanica scribi cœperint.*
11. *Carolus V Aquisgrani oratione Germanica exceptus.*
12. *Confessio Augustana in lingua Germanica publice in comitiis exposita, non in latina, ut nonnulli volebant.*
13. *Sigismundi decretum, causas Principum Germanorum in lingua Germanica proponi, & ventilari debere.*
14. *In iudicis Camerali procedendum in lingua Gemanica.*
15. *Exempla.*
16. *Exceptio.*
17. *Rudolphus I. noluit audire legatum Regis Bohemiæ latine perorantem.*

DE lingua Germanica vide, si libet, quæ scripsi *lib.* 1. *de jure publ. c.* 6. *n.* 50. 1.
& seqq. & quæ his secunda addidi cura. Olim quidem Latinæ linguæ 2.
magnum in Germania imperium fuit, sed hodie Germanica præ illa in eadem floret. Latinæ imperium inde cognoscitur, quod illis temporibus, non solum recessibus, ac actis Imperii, & literis publicis, sed etiam in iudiciis, & extra illa, in contractuum privatorum instrumentis, unica Latina in usu fuit, exulante Germanica. (*Lebeman. lib.* 5. *chron. Spirens. cap.* 107. *p.* 626.) Inter 3.
publica à nonnullis observatum, Fridericum II. anno M. CC. XXXVI. comitia Moguntiæ habuisse, ubi à Principibus pax iurata, vetera iura stabilita, nova statuta, & Teutonico sermone in membrana scripta, omnibus fuisse publicata. (*Godfridas Monachus in annal. ad. d. annum* M. CC XXXVI.) atq; hoc omnium instrumentorum primum esse, quod in lingua nostra vernacula scriptum: (exhibitum autem à Goldasto, *part.* 2. der Reichssatzunger *p.* 17.) nec enim ante illud de alio ullo constare. Licet vero hoc ipso exemplo antiquissima per- 4.
suasio nostratium, linguam nostram vix scriptura exprimi posse, erroris convicta, attamen, cum sine dubio pauci adhuc essent quibus hæc nova literarum compages cognita, & clerici, ne illa introduceretur, obstarent,

lucri sui causa, quod confectione instrumentorum Latinorum, quæ apud eos solos consistebat, nutriebatur, ac præterea, quod longo temporis tractu profundas radices egerat, non uno ictu evelli poterat, nec lege ulla interdictum erat, Latina lingua amplius uti, ea ut antea in primatu continuavit. Cum autem hoc non satis decorum Germanis videretur, Nobilitas quoque linguæ Latinæ non admodum callens erat, atque plebs eius ignara, unde fraudes, & deceptiones ab illi, qui instrumenta & contractus scribebant, plurimæ, Ru-
5. dolphus I. Imperator, anno M. CC. LXXIV. statuit, ut post hæc, Principum, & Pontificum edicta, privilegiaque &c. Teutonum lingua ederentur, & ne amplius literas contractuum Notarii latine scriberent, sed germanice. (*Aventinus lib. 7. Annal. Boicor. Crusius in Annal. Suev. part. 2. lib. 1. c. 8. f. 13. lib. 12. c. 8. & parte 3. lib. 3. c. 1. f. 134.* Spangenberg *in chron. Saxon. c. 264. f. 450.*
6. *Lehemann. d. lib. 5. Chron. Spir. c. 107. p. 627.*) Verum, ut maxime fidem hæc tradentibus omni ex parte non denegem, dubium tamen inde nascitur, cum illa Rudolphi continuatio hucusq; à nemine, quod sciam, luci exposita fuerit. Germanicam linguam Rudolpho curæ fuisse novimus ex recessu comitiorum Herbipolensium anno M. CC. LXXXVII. Germanica lingua confecto: (*Vide Lehemann. d. lib. 5. c. 198. p. 627.*) at cum ille, constitutione, de qua autores testantur, posterior sit, & in primis comitiis ab ipso habitis conscriptus, quomodo antea extra comitia constitutionem illam, non vocatis, nec præsentibus
7. Statibus, facere potuerit, & an fecerit, non sine dubio est. Accedit, quod sciam, illam constitutionem non omni ex parte observatam, nec tunc nec postea, fuisse, hoc me docentibus tabulis variis, passim lingua latina conscriptis, & non solum in archivis, hinc inde, sed etiam in libris typis impressis, prostantibus.
8. Ac quod Notarios attinet, illis non solum usus, sed etiam ordinatio Maximiliani I. zu Unterrichtung der offnen Notarien zu Cöln *anno 1512.* auffgericht / (*quam in corpore recessuum Imperij p. 95. & seqq. habemus*) hucusque permisit, instrumenta conscribere in lingua Latina, & Germanica. (§. item die Notari-
9. en / *p. 97.*) Beatus Rhenanus (*rer. German. lib. 2.*) scribit: Tantum latini sermonis usus apud Germanos in conficiendis tabulis receptus fuit; id quod cum cæteris nationibus commune habuimus. Ab annis tamen centum, & quinquaginta, secus apud nos factum videmus. Sic Vngaricus sermo, nostra ætate primum scribi cœpit. Ergo, si Rhenano credimus, ante annum, præterpropter, M. CCC. I. majestas linguæ Romanæ nondum exolevit: Nec credo, à quoquam exacte hactenus observatum, quo anno postea exoleverit. Vti nec illud certo tradi potest, quando lingua Germanica communiter scribi cœpe-
10. rit. Vadianus (qui scribere & vivere desiit anno M. D. LI. *lib. 2. de colleg. monasteriisque Germaniæ veteris apud Goldast. tom. 3. Allemannicar. rer. scriptor. pag. 47.*) tradit, in totum constare, tabularum Germanice scriptarum recentem esse usum, & esse annos paucos, ex quo hæc lingua vulgo scribi cœpta: Scri-

pfisse

psisse quidem & veteres, sed paucos, & raros, & velut periculi faciendi gratia. Quem autem Vadianus, per annos paucos, intelligat numerum, obscurum ut mihi est, ita non audeo determinare, & rem ipsam aliis investigandam relinquo: Hoc solum præterire silentio haud possum, Electoribus 11.
visum, aus allerley Bewegnuß / ut Carolus, Aquisgranum coronæ suscipiendæ causa accedens, oratione Germanica reciperetur (*vide* der Churfürsten Ordnung auff dem Rahthauß zu Aach berahtschlaget / bey der Königlichen Crönung / zuhalten / *apud Goldast. parte* 2. der Reichssatzungen *p.* 185.) & postea in Imperio nostro, etiam in concursu linguarum, Germanicam prælatam Latinæ. Anno MDXXX. in comitiis Augustanis, cum die XXV. Junii post 12.
meridiem, in palatio Episcopali, confessio Protestantium Statuum, quæ Augustana, à dicto loco postea nomen accepit, publice prælegenda esset, eiusq; scriptum exemplar Latinum Pontanus, Germanicum Baierus, iuris Doctores, & consiliarii Saxonici, in manibus tenerent; Episcopis autem nonnullis placeret, Latinum potius, quam Germanicum legeretur, Elector Saxoniæ surrexit, petiitque à Cæsare, & obtinuit, ut Germanica lingua uterentur, quoniam in Germania consisterent. (*Ioh. Saubertus, in miraculis Augustanæ confessionis p.*189.) Notum quoque est, ex decreto Sigismundi Imperatoris, de anno 13.
MCCCCXVII. (*apud Goldast. part.* 2. Reichssatzungen / *p.* 98. *& seq.*) daß der Reichs Fürsten Sachen sollen in Teutscher Zungen / nach Teutschen / und nicht nach Lateinischen / oder Geistlichen Rechten / durch Teutsche Fürsten erkennt / und geurtheilt werden. Cum enim tunc contentio esset, inter duos Principes, Comites Palatinos, war (ut verba decreti sonant) nach unserer Frag / von den Fürsten allen einhelliglich zum Rechten gesprochen; Nach dem / und wir hie in Teutschen Landen zum Rechten sessen / als ein Römischer König / und Hertzog Ludwig / und Hertzog Heinrich / (Pfaltzgrafe) beide Teutsche Fürsten weren / und zum Reich gehörenden / und die Sach Teutsch / und umb des Reichs Lehen wäre / die in Teutschen Landen gelegen wären / und wir in beederseits ein Teutsch Recht / mit Teutschen Fürsten besetzt hätten / und beyde Theil mit Teutschen Fürsprechen / fürgestanden / und ihr Sach nach Teutschen Rechtens gewohnheit fürgelegt hätten / so sprechen sie zum Rechten / was ieglicher Theil fürlegen wolte / es wären Brieffe / Worte oder ander redliche Kundschafften / daß er das in Teutschen und nach Teutschen Rechtens Gewonheit durch seinen Fürsprechen thun und fürlegen solte. In hodierno Iudicio camerali (*ut do-* 14.
cet Magenhorst. ad part. 1. *ordin. cam. tit.* 3. *pag.* 7.) procedendum in lingua Germanica, quam si partes ignorent, per interpretes agere debent. (*Cynus in auth. offeratur, quæst.* 5. *C. de litis. contest.*) Ita olim denegati sunt pro- 15.
cessus Latini, contra Episcopum Veredunensem, & in Germanica lingua decreti. Ita obtinuit Dux Wurtembergicus contra Ferdinandum Rom. Regem in Comitiis anno M. D. XLVIII. in causa feloniæ sibi motæ. Et

cum Sabaudiæ Dux, quando ipsi lis erat cum Iohanne im Thurn / processus in Germanica lingua cassari, vel latine verti petiisset, Camera restitit, subiecta clausula, und sollen hinfüro beide Parteien in Teutscher Sprach verfah-
16. ren. (*Bruning. de variis universit. speciebus thes.* 7.) Excipi tamen à regula, (*d. loc.*) tradit Magenhorst, causas Flandriæ, & Hollandiæ: Quod si ita habet, mirari licet, cur hi, qui Germani sunt, Germanice loquuntur, excipiantur, & Sabaudus, nec Germanus, nec Germanicam linguam pro ver-
17. nacula habens, regulæ subiaceat? De Imp. Rudolpho I. narrant, quod in comitiis Augustanis, ad Episcopum, legatum Regis Bohemiæ, latine perorantem dixerit, Episcope, nolo de me dicatis sermone Latino, ut respondere ex adverso non possim; si habetis causam adversus clericos, utamini Latino sermone coram illis, contra me vero, vel alium quempiam nostri ordinis, proponatis more solito; iussitque aut Germanice loqueretur, aut taceret. (*Mutius lib. 21. Chron. German. apud Pistorium tom. 2. Scriptor. German. pag. 193.*)

Oder Lateinische.

1. 2. 3. 4. Quadruplex linguæ Latinæ consideratio, secundum diversa tempora.
5. Græca Lingua quomodo usi fuerint Romani?
6. Quid lingua Græca apud Romanos peragere non licuit?
7. Imperatores Græce rescripserunt.
8. Icti responsis, scriptisq; suis Græca admiscuerunt.
9. Quando primum Græca lingua apud Romanos in pretio esse cœperit.
10. Causa incrementi linguæ Latinæ.
11. Cur hodie inter Europæos tanti æstimetur?
12. Franciscus I. Rex Galliæ vetuit, ne lingua latina amplius in iudiciis & foro in usu esset.
13. Tenor prohibitionis.
14. Galli nolunt se obligare ad usum linguæ Latinæ, quando illis res est cum Anglis.
15. Clerici in Germania linguæ latinæ cognitionem & usum, sibi fere proprium adscripserunt.
16. Usus linguæ Latinæ in publicis negotiis Imperii, ac quousq; se extendat hodie.
17. Ad quid Principibus & Imperatori prosit callere linguam Latinam.
18. Carolum IV. præcepisse in aurea bulla cap. fin. ut Electorem secularium liberi erudiantur in lingua Latina.
19. Imo non præcepisse.
20. 21. Aureæ bullæ diversa lectio.
22. Per verbum Grammatica, non intelligit A. B. linguam Latinam, ut quidam autumant.
23. Verba A. B. expenduntur, & examinantur.
24. Obiectio.
25. Responsio.
26. Latinam B. Aureæ exemplar præferri debet Germanicis editionibus.
27. Quænam Germanicarum vitiosissima.
28. Qualis linguæ Latinæ scientia Magnatibus sufficiens sit.
29. Ferdinandi I. Imp. responsum.
30. Sigismundi facetum dictum.
31. Ignorantia linguæ Latinæ in Electoribus displicuit Sigismundo Imper.
32. Verba Latina in Talboti gladio.
33. Priscianus vapulat a Cancellario Angliæ.
34. De industria Poyeti, Cancellarii Galliæ.
35. Pratei, Cancellarii Galliæ, crassus error.
36. Sancti, ac Episcopi errantes in Grammatica, non sunt irridendi.

Linguam

Linguam Latinam Isidorus (*& ex eodem Iulius Bellus in Hermete polit. lib. 2. pag. 72.*) in Etymologiis (*cap. de linguis gentium*) quadrupliciter con- 1
siderat; Primo, ut priscam, qua vetustissimi utebantur, sub Iano & Saturno, ut erant carmina Saliorum incondita, & omnibus obscurissima. Secun- 2.
do, ut Latinam in specie ita dictam, ex qua XII. Tabulæ scriptæ fuerunt, quæ non intelligebantur, nisi, ut opinor, à iuris & antiquitatis studiosis. Ter- 3.
tio, ut Romanam, quæ post Reges exactos ad Imperatores usque viguit; per quæ secula miram fuisse linguæ mutationem observo, cum ex autoribus, quos habemus, tum ex Polybio, ubi fœdus inter Carthaginenses & Romanos ictum interpretatur: nam eo loci excusat se, tantam esse factam ab ea tempestate linguæ mutationem (decurrerant autem quinquaginta & ducenti tantum anni) ut etiam antiquitatis periti pleraque difficulter intelligant. Sed hæc postquam è Græcia in agreste Latium artes irrepserunt, cultior facta est, 4.
præsertim vero floruit circa ætatem Marci Tullii, quando emendate pleriq; loquebantur. Duplex enim toto hoc seculo fuit lingua, vulgaris altera, quæ solœcismis & barbarismis non carebat; emendata altera, quam discere, & observare, ut Italis Etruscam, necesse erat. Hinc apud Valerium Maximum (*lib.* 8. *c.* 7.) cum refertur, Catonem Maiorem Græcis literis erudiri concupivisse, adduntur hæc verba; quam sero inde æstimemus, quod etiam Latinas pæne iam senex didicit. Mixta postremo lingua, & ingruentibus adventitiis linguis indies corruptior, in civitatem Romanam irrupit. Quamobrem Imperatores pulcherrimum tuendæ, propagandæque Romanæ linguæ opus, deseruerunt, imo impensæ Græcæ invigilarunt, ut inter cæteros Adrianus, Græculus vocaretur. Qua in re ab antiqua disciplina perquam longissime recesserunt. Constat enim ex Valerio Maximo (*libr.* 2. *c.* 2.) Senatum Romanum legatis Græcorum, nunquam nisi latine, respondisse, eosque, non nisi per interpretem audivisse latine perorantem; nec in urbe id tantum, sed etiam ipsa in Græcia & Asia; & hoc ideo, ut honor & æstimatio linguæ Latinæ per totum expanderetur orbem. Legimus quoque, Ciceronem graviter à Romanis accusatum, quod Syracusis, in Senatu, græce fuisset locutus, ut ipsemet testatur *in Verrinis*. Tiberius linguæ 5.
Græcæ scientissimus, monopolium, quæ vox Græca est, in Senatu nominaturus, veniam sibi præfatus est. (*Suetonius in eius vita c.* 70. *Cuiacius in paratitl. C. de monopol.*) Idemque ipsius, alia vice SCto demi & obliterari fecit τὸ emblema, tanquam emendicatum ab alia lingua, addito mandato, si Latinam vocem huic æquipollentem non daretur invenire, circumscriptione uterentur. Cumque idem aliquando verbo parum Latino usus fuisset, & Ateius Capito adulatorie dixisset, id tui gratia recipiemus imposterum, Pomponius Marcellus, vir antiquæ maiestatis observantissimus, certe, inquit, mentitur Capito, quia hominibus dare potes, Cæsar, civitatem Romanam, verbis

6. verbis non potes. Tempus fuit, quo non nisi latinis verbis licuit à Prætoribus decreta interponi: (*l. decreta* 48. *ff. de re iudic.*) legata quoque latine tantum relinqui potuisse Vlpianus autor est. (*tit.* 25. §. 9.) Eademque duntaxat tutelas, & libertates directo dari potuisse, inde cognoscitur, quod, ut idem, Græca lingua facere liceret, postea sancitum reperitur. Nam post translatum Constantinopolim Imperium, ubi Græca lingua vernacula erat, & decreta Græce pronunciari, (*l. iudices* 12. *C. de sentent. & interloc.*) & testamenta Græce scribi, (*l. hac consultissima* 21. §. *fin. C. de testam.*) & libertates, (*l. directas* 14. *C. de testamentaria manumissione*) tutelas, (*l. ult. C. de testam. tut.*) dare permissum fuit. (*ita Brison. de solut. & liber. lib.* 2. *p. m.* 257.) negari non potest, etiam ante translatum Imperium Constantinopolim, fuisse Græcam linguam aliquando Romæ in usu, & pretio. Pars literarum græca-
7. rum D. Hadriani, extat *in l.* 48. *ff. de iudic.* Antonius Imperator ad desideria Asianorum, Eudæmonis, Antiochiensium, & aucupum græce respondet, (*l.* 4. §. 5. *ff. de offic. proconf. l.* 9. *ff. ad L. Rhod. de jactu. l.* 3. *ff. de cust. reor. l.* 16. *ff. de serv. præd. rustic.*) Severus græce rescripsit (*l.* 2. §. 3. *ff. ad SC. Vellei. l.* 6.
8. §. *ult. ff. de offic. proconf.*) Vlpianus frequenter responsis, atque scriptis suis, Græca admiscere solitus fuit, (*l.* 6. §. 1. *de I. & I. l.* 30. *ff. de LL. l.* 4. §. 5. *ff. de offic. proconf. l.* 13. §. *ult. ff. de iureiur. l.* 9. §. 8. *ff. de pœnis. l.* 4. §. 1. *ff. de his qui not. infam. l.* 1. §. 3. *ff. naut. caupon. &c. l. ult.* §. 2. *d. t. l.* 19. §. 2. *ff. de iudic. l.* 25. §. 11. *ff. de heredit. petit. l.* 10. §. 1. *ff. de usu & habitat. l.* 17. §. 2. *ff. de servit. præd. urban. l.* 1. §. 3 *ff. de servo corrup. l.* 3. *ff. de condict. triticiar. &c.*) Quod etiam apud alios ICtos, diversis temporibus, in usu fuit, (*l.* 2. 3. 5. *ff de LL. l. fin. ff. de constitut. princip. l.* 7. *ff. de edendo, l.* 3. *ff. si pars hered. petat. l.* 37. *ff. de servit. præd. rustic. leg.* 13. *ff. fin. regund. l.* 20. §. 7. *ff. famil. hercifcund. leg.* 42. *ff. de religios. & sumt. funer. leg.* 9. *ff. ad L. Rhod. de iact. leg.* 26. §. 1. *ff. depositi. leg.* 60. §. 4. *mandati leg.* 1. §. 1. *ff. de contrahenda emtione. leg.* 34. §. 1. *ff. de pignoribus*
9. *& hypothec. &c.*) Sane, perquam credibile est, linguam Græcam, paulo post exactos Roma Reges, in æstimatione magna fuisse, postquam leges à Græcis civitatibus petitæ, & acceptæ fuissent. (*l.* 2. §. 4. *ff. de*
10. *orig. iuris.*) Sed ut ad Latinam revertamur, non solum in immensum illa se effudit olim, missu coloniarum, & communione civitatis, (*Lipsius de recta pronunc. linguæ Latinæ, cap.* 3. *pag.* 11. *& seqq.*) sed etiam, quod gentibus victis, vel directo imponeretur, ea uti lingua, vel per consequentiam, ut victoribus magis se accomodarent, & ius quod sibi dicebatur à Romanis, Romano idiomate melius ipsi quam per interpretem intelligerent.
11. Causæ vero, quod & hodie apud Europæos tanto sit in pretio & usu, adeo ut interpres communis inter eosdem dici queat, partim à veneratione antiqua est, partim

est, partim à legibus civilibus, aliisque tam historiis, quam disciplinis, in eadem lingua scriptis; maxima autem ex parte ab autoritate Romanæ Ecclesiæ, quam latinam vocant, quæ non solum mysteria sacra, hac lingua tractare, atq; explicare ubiq; voluit, verum & diplomata, privilegia, & quicquid consimilium est, eadem promulgare, atque concedere consuevit. Fuit tamen 12.
maior eius usus maiorum nostrorum temporibus, quam hodie. In Gallia in Iudiciis, & foro, nec non in instrumentorum confectione, olim quoque lingua Latina in usu fuit, sed postea, Francisci I. cura, ubi in sententia lata legisset verba, *debottavit*, & *debottat*, effectum est, ut omnes justitiæ actus, atque reliqui quoque contractus, lingua Gallica, imposterum fierent, & conscriberentur. (*P. Matthieu livr.* 1. *de l'histoire de Louys XI pag.* 731.) Factum hoc esse 13.
se A. Christi M D XXXIX. patet ex edicto, quod Fontanon in corpore edictorum & ordinationum Regum Franciæ (*tom.* 1. *livr.* 4. *tit.* 3. *pag.* 515.) his annotavit verbis: *Pource que plusieurs difficultés sont seuventes fois advenues, sur l'intelligence des mots latins contenus és arrests, nous voulons d'oresenavant, que tous arrests, ensemble toutes autres procedures, soyent des registres, enquestes, contracts, commissions, sentences, testaments, & autres quelconques actes, & exploits de iustice, ou qui en dependent, soyent prononcés, enregistrés, & delivrés aux parties en langage maternel François, & non autrement.*) Quoniam variæ difficultates sæpius ortæ sunt de intellectu verborum Latinorum, quæ in sententiis legebantur, volumus imposterum, ut omnia arresta, & acta, sive tabulæ, inquisitiones, contractus, commissiones, sententiæ, testamenta, & omnes actus iudiciales, aut qui exinde dependent, pronuncientur, annotentur, fiant, &
partibus communicentur, in sola lingua vernacula Gallica, & non in alia. Ac 14.
non domi solum Gallos, verum etiam foris linguæ Latinæ cursum turbare aliquando voluisse, nos docet Iean du Tillet (*au recueil des guerres & traittés d'entre les Roys de France & d'Angleterre, tiltre, des guerres & traictés d'entre le Roy Charles VI. & les Anglois, fol.* 110.) ubi mentionem faciens conventus legatorum Regiorum, Galliæ, Caroli VI. & Angliæ, Henrici V. addit, (*Les ambassadeurs de France protesterent, que ce qu'en ladite assemblée ils auroient parlé, ou escrit, parleroient ou escriroient en latin, ne fust tiré à consequence, ne fist nouvelleté ou preiudice à la maniere auparavant observee és assemblées, faictes pour traicter entre les Roys de France & Angleterre, de laquelle maniere lesdits Ambassadeurs de France n'entendoient se de partir, ni astraindre eux, ou autres Ambassadeurs de France qui seroient cy-apres envoyes, parler, ou escrire en latin, advertissans ceux d'Angleterre, ne prendre, ou apporter d'oressenavant, leurs instructions latines. car il pourroit advenir, que le Roy de France commanderoit (comme par plus grande raison pourroit faire) à ses Ambassadeurs, garder l'ancienne façon, & fouldroit que l'assemblée se separast sans rien faire.*) Legati Regis Galliæ utebantur protestatione, ne quod in isto conventu latine locuti fuissent, vel scripsissent, aut imposte-

rum loquerentur, vel scriberent, traheretur in consequentiam, nec novi quid introduceret contra morem, modumque antea in eiusmodi conventibus usitatum, inter Reges, Galliæ, & Angliæ, à quo nollent recedere, nec se aliosque legatos Galliæ in futurum obligare loqui, vel scribere latine; admonentes legatos Angliæ, ne imposterum acceptarent, nec secum afferrent instructiones latine scriptas. Posse enim contingere, ut Rex Galliæ iuberet (propter rationem magni momenti) legatos suos observare anti-
15. quum morem, atque ita conventus fieret frustaneus. Quæ maiestas Latinæ linguæ in Germania fuerit, supra dictum; scil. omnia literarum documenta, & contractus, ea in lingua conscripta, atq; exaratos, quod clericis magnum attulit compendium, laicis vero, qui ut plurimum huius linguæ ignari, non leve dispendium & incommodum. In Schulen bey den Stifften / und Clöstern (*inquit Leheman. Chron. Spir. lib. 5. c. 107. p. 627.*) hat man die Lateinische Sprache mit fleiß schwer und saur gemacht / und dadurch das Studiren den weltlichen also verleidet / und versauret / daß iederman davor abschew getragen: darumb die weltlichen / in allem was verbriefft werden sollen / der geistlichen Dienst und Hülff von nöhten gehabt / und ihre Cantzleyen allein mit denselben bestelt und versehen; wie auch der Statt Speier Cantzley umb solche zeit allein geistliche Personen verwaltet. Den Verlust und Nachtheil / so den weltlichen hierüber auffgewachsen / hat man noch über hundert / und mehr Jahr / im Regiment empfunden / deshalben die Erbarn / Frey und Reichsstätte / Kaiser Friderichen den dritten / auff dem Reichstag zu Maintz *A.* 1441. des Reichs-Reformation einzuverleiben / gebetten / daß man in gantzen Römischen Reich Teutscher Nation / keinen Geweihten zu einem weltlichen Ampt nutzen soll und gebrauche / dann sie hiedurch der Leyen Heimlichkeit / ihr Vermögen / Freundschafft und Feindschafft erfahren / die Stätt / fromme Ritter und Knecht / zu Dienern und
16. Gästen ihres Vätterlichen Erbs gemacht / und sich zu Herren etc. Ut hodie mores sunt Germaniæ, (vel ante non longum tempus fuerunt) linguæ Latinæ usus, publica quod attinet, est, (1.) in comitiis Imperii. Notum enim ex nuperorum comitiorum actis, Burgundiæ Ducis legatum, non alia, nisi Latina lingua, vota sua explicasse, addita ratione, se non callere linguam Germanicam. (2.) in literis, quæ Imperii nomine ad Papam, & Reges exteros plerosq; dantur. (3.) in causis, quæ inter Status controvertuntur. (R. A. zu Augspurg an. 1530. §. weiter / *p.* 208.) (4.) in sigillis Imperatoris, atq; Statuum. De suo ævo testimonium ferens Ioachimus Vadianus (*de collegiis & monast. Germ. veter. lib. 2. apud Goldast. tom. 3. Alemann. rer. p. 46.*) ait: Principes & magistratus, in sigillis inscribendis, Latina, quam Germanica, etiamnum uti malunt, licet certissimam hodie Germanicam linguam habeamus. Sed & hoc fortasse linguæ celebritati est datum, quæ nusquam non habet sui peritos, cum linguam Germanicã paucissimi homines externi intelligant. (*5.*) in monetis maioribus (Kaiser Ferdinands Müntzordnung *d. A.* 1559. zu Augspurg auffgericht *inter* R. A. *p.* 534. §. wie

aber

aber / *pag.* 536.) (6.) In præstatione iuramenti advocatorum in judicio Cameræ Imperialis. (Cammergerichts Ordn. *part.* 1. *tit* 61.) Licet autem nulla Imperii 17. lege sancitum, ut linguam latinam addiscant Principes, & Status Imperii, eamq; ut calleat Imperator; attamen utilitas unicuiq; horum satis pro regula est, eam si flocci faciat, nisi in quamplurimis ab interpretis & aliorum opera dependere, non sine periculo, velit. Nulla lege, dixi, hoc expressum; non 18. ignarus tamen, nonnullos tradere, Electorum secularium liberos & successores, ex præcepto aureæ Bullæ Caroli IV. (*c. fin*) linguam Latinam addiscere debere. Fuit in hac opinione Sleidanus (*circa f. lib.* 1. *Comment. de statu Religion. & Reipubl. f. m.* 21.) Freder. à Marefelaer (*in legato lib.* 1. *dissert.* 27.) Daniel Otho (*de jure publico c.* 13. *p.* 328.) sed erronee. Hoc verum est, exemplaria Latina au- 19. reæ Bullæ, nonnihil inter se differre, *allegato in capitulo*. Aliud ita habet: in 20. *Germanica, Italica, & Slavica, linguis instruantur*: quæ lectio mihi proinde vitiosa videtur, quoniam mox ante dicitur, quod Electorum filii verisimiliter Teutonicum idioma sibi naturaliter inditum, scire præsumantur, & ab infantia didicisse: ergo in ea lingua, quam iam norunt, vel didicerunt, non amplius instruendi sunt. Aliud, quod Palatinum dicitur, & correctius est cæteris, ita ha- 21. bet; *in Grammatica, Italica & Salvonica. linguis instruantur.* Quod ita accipi- 22. tur, teste Berneggero (*in præfat. de Idolo Lauretano*) ut tres linguas hic exprimi, & per Grammaticam quidem, linguam Latinam intelligendam esse, nonnulli statuant. Sed quam calva hæc sit interpretatio, inde deducitur, quod Grammatica non sit ipsa lingua, sed linguæ recte loquendi scribendique ratio; neq; solius Latinæ, sed omnium aliarum linguarum, quarum recte loquendi, scribendiq. ratio docetur. Habemus Grammaticam linguæ Hebraicæ, Græcæ, Latinæ, Germanicæ, Italicæ, Gallicæ, Hispanicæ, Anglicæ, & aliarum quam plurimarum. Si ipsius aureæ Bullæ contextum recte perpendimus, incon- 23. gruitas, quam modo notavimus, manifestissima evadit. Constituit illa, non solum, quas linguas Electorum secularium liberi, & successores callere debeant, sed etiam quomodo eas addiscere, vel possint, vel debeant. Callere debent linguam Teutonicam, Italicam, & Sclavicam. In addiscendi autem tempore, modo, & loco distinguitur. Teutonicam ab infantia audiunt, & ad eam usu ordinario ducuntur; unde tanquam vernaculam usu didicisse præsumuntur, antequam infantiam excesserint, (h. e. septem ætatis suæ annos, *l.* 18. §. 3. & 4. *C. de iur. delib.*) non autem per præcepta Grammaticalia. In Italica vero, & Sclavica, à septimo anno ætatis instrui debent, quod fieri poterit, per præcepta Grammatices & vel domi, per pædagogos instructores: vel alibi, accedente conversatione cum harum linguarum peritis. Nec 24. quicquam autem aliorum opinionem roborat, quod in exemplari germanico apud Goldastum (*inter statuta & rescripta Imp p.* 157. & *part.* 2. der Reichssatzungen / *p.* 64. *d. c. ult. aureæ Bullæ* legitur, daß der Churfürsten Söhne oder ihre

Erben / oder ihre Nachkommen / gelehret werden sollen/ in Latiner/ Lamparter/
25. und Schlesner Zunge. Etenim, aureæ Bullæ autographum latine conscri-
ptum, ex quo apographa varia in eadem lingua postea confecta, incuria ta-
men scribarum ab autographo, in nonnullis aberrantia, Fuit etiam postea
eadem Bulla, à variis & diversis, in Germanicam linguam translata, & typis
26. publicata. Itaque ubi quæstio movetur, quibus editionibus inniti debeamus,
omnium primo autographum cæteris, & Latinæ Germanicis, tanquam ver-
sionibus, & translationibus privatarum personarum, & ut collatio ipsa cum
Latinis probat, non satis eruditarum, ac in quamplurimis dormitantium,
27. præferri debent. Fere autem omnibus postponi debet illa versio, quam
Goldastus dictis locis exhibuit, licet antiquitatem aliquam redoleat: tot
enim mendis scatet, quod alia vix ulla. Numerum quidem hic non exprimo,
sufficiet quod in solo capite ultimo, (1.) omiserit prædicatum Imperii, heilig /
quod in Latino textu habetur. (2.) *latera*, reddiderit, Glieder. (3.) verborum
(*Cæsareæ sublimitati assistunt, in partem solicitudinis constituti*) sensum expri-
mere neglexerit. (4.) quod *Grammaticam* interpretata fuerit, Latiner sprach /
(5.) quod *linguam Italicam*, explicet, Lambarter sprach/ hoc est, linguam Lom-
bardiæ, (6) *pro lingua Slavonica*, male expresserit, Schlesner Zunge / hoc est,
linguam Silesiorum. Vt maxime enim in Silesia alicubi, Slavonica lingua
tempore Caroli IV. in usu fuerit, non tamen à paucissima illa gente, sed à Sla-
vonica, quæ amplissima fuit, nomen habuit, & habere debuit. (7.) quod
verba, *infra quartum decimum ætatis annum*, supina negligentia explicaverit,
unter vier und zwanzig Jaharen. (8.) quod verbum, *vendilentur*, exposuerit,
verjaget werden. (9.) quod verba, *instructores & pueros consocios*, verterit, Lehre
und Kindermägte gesellen &c. Atque hæc hactenus de lege, hoc est, necessita-
te. Vtilitatem antea dixi satis suadere, ut Imperotor, Electores, Principes, Sta-
tusque Imperii, (quibus nunc addo omnes, quibus cum exteris Europæis ali-
28. quid negotiis esse potest,) Latinam linguam intelligant, & loquantur. Ele-
gantiam linguæ Latinæ, ut exactam regularum Grammaticalium observan-
tiam, in magnatibus non requiro, uti nec in aliis, nisi lingua magistri sint,
& de eruditione certare velint. Sufficiens enim cæteris puto, si animi sui
sensus explicare latine possint, & percipere quid alii velint, an Priscianus va-
pulet, nec ne parvi illorum interesse arbitror. Perfectionem tamen imper-
fectioni semper præfero, rigidus autem perfectionis exactor in illos non sum,
29. quorum liberum est arbitrium. Unde mihi semper placuit Ferdinandi Cæ-
saris responsum, quod Titio legato, qui Prisciani interesse fiscali licentia, ur-
gebat, dedit, oblitus eram, cum pædagogo, non cum legato me loqui (*Reusn.
30. in hortulo historicopolit. corona 3. flor. 7. p. m. 99.*) Facetum quoque est quod Si-
gismundus Imper. à Cardinale Placentino, in Concilio Constantiensi admo-
nitus, schisma esse generis neutrius non fœminini, protulit; Placentinum sibi
non

non placere, se esse Regem Romanorum, & supra Priscianum, atque eius Grammaticam (*Wimpheling. in rer. German. epitome cap. 48. apud Schard. tom. 1. histor. German. pag. 385. Lehemann. in Chron. Spirens. lib. 7. cap. 79. pag. 863.*) Erubuisse eundem Sigismundum aliquando, propter ignorantiam Principum Electorum, quod Latinas literas neque legere neque intelligere possent, memorat Spiegel. (*in Scholiis ad lib. 8. Ligur. apud Reuber. tom. 1. veter. Scriptor. p. 406.*) quem ego defectum tamen haud omnium fuisse crediderim; unius autem, vel alterius, ut solum fuerit, rubore tamen dignum in omnibus est, qui præ cæteris in excellentiori loco constituti sunt, si literas Latinas omnino nesciunt. Gradus scientiæ dantur, gradus quoq; ignorantiæ, & inde gradus reprehensionis, secundum gradum personarum. Qui ergo Talbotum, Ducem stre- 32. nuum militiæ Anglicanæ in Gallia, quod gladii sui laminæ insculpi fecerit, sum Talboti M IIII CXLIII. pro vincere inimico meo, pari censura notare velit, ac Cancellarium Angliæ, qui ad legatum Regis Galliæ in convivio dixit, 33. Domine Ambassador, comedite de istis piscis, (*Thevet és vies des hommes illustres livr chap 26. pag. 284*) ipsemet censuram iure meritoque apud alios incurret. Guilielmi Poyeti, Præsidis curiæ Parlamenti Lutetiani, & postea Can- 34. cellarii Galliæ, famam sugillat, Scipion du Pleix (*tom. 3. de l'histoire generale de France pag. 159.*) & Bellay (*livr. 4. de ses memoires pag. 159.*) Sed ipsa facti narratio docet, Poyetum, ut inter promtissimos linguæ Latinæ oratores non fuerit numerandus, non tamen omni caruisse industria. (*En l'an. 1533.* (ait du Pleix) *le Pape Clement. VII. & François I. Roy de France, s'entrevirent á Marseille. En cette ceremonie arriva un accident comme honteux, á Guilliaume Poyet, President au Parlement de Paris, & depuis Chancellier de France: C'est, que se estant preparé de longue main, á prononcer une harangue latine tres elegant, á la tissure de laquelle les plus doctes hommes de Paris avoient travaillé, il fallut changer de subiect, sa Sainctete mesme l'ayant ainsi ordonné, peu d'heures avant qu'il falloit haranguer: de sorte, que le President, quoyque d'ailleurs habile homme, & tres eloquent, pour le siecle, en la langue Françoise, renvoya l'estœuf aux Prelats, comme un devoir appartenant á leur ordre, tachant de couvrir un defaut manifeste par une modestie simulée; & Ieau du Bellay, Evesque de Paris, recevant cette commission á grand honneur, s'en aquitta dignement.*) Clemens VII. Papa, & Franciscus I. Rex Galliæ, anno M D XXXIII. convenerunt Massiliæ; ubi in cæremoniarum actu res contigit, quæ maculam adspergere potuit famæ Guilielmi Poyeti, Præsidis Parlamenti Lutetiani, postea Cancellarii Galliæ. Cum enim longo à tempore se præparasset, ad dicendum orationem Latinam elegantissimam, quam doctissimi quique Lutetiæ expoliverant, opus fuit orationis capita & subiecta mutare, Pontifice ita iubente, paucis ante horis, quam oratio habenda esset. Poyetus, licet alias habilis, & eloquentissimus, ut in illo seculo, in lingua Gallica, Prælatis negotium expediundum remisit, tanquam

ad ipſorum profeſſionem pertinens, animo tegendi defectum manifeſtum, ſimulata modeſtia. Iohannes vero Bellaius, Epiſcopus Lutetianus, oblatam dicendi provinciam magni honoris loco ſuſcipiens, eadem laudabiliter defun-
35. ctus eſt. Certe Poyeto hoc magis condonandum fuit, quam Cancellario du Prat, qui verba literarum Henrici VIII. Regis Angliæ, ad Franciſcum I. Regem Galliæ, *mitto tibi duodecim moloſſos*, interpretatus; *ie vous envoye une dou-*
36. *zaine du mulets*, mitto tibi duodecim mulos. (*Henry Eſtienne, au traicté preparatif à l'apologie pour Herodote ch. 29. p. m. 392.*) Denique ex gradu, vel reſpectu perſonarum, etiam eſt, quod ius Canonicum vult, ſanctos loquentes per barbariſſimos, non eſſe irridendos, (*can. retulerunt, de conſecr. diſt. 4.*) ac Epiſcopos errantes in Grammatica, non eſſe à ſapientibus deridendos. (*can. ſeduio. diſt. 38.*)

Es wäre dann an Orten / ꝛc.

Hæc eſt exceptio ſuperioris regulæ.

AD ARTICVLVM XV.

Vnd den Adel.

1. *Opinio Hippolyti à Treisbach.*
2. *Huic contraria eſt reſponſio Imp. Ferdinandi I.*
3. 5. *Vt & Statuum quorundam Imperij Proteſtantium.*
4. *Nec non Catholicorum.*

1. QVi, ſub nomine Hippolyti à Triesbach, nuper in lucem dedit, das unvergreiffliche bedencken vber etliche Fragen / oder freyen Reichs-Ritterſchafft in Schwaben / Francken und Rheinſtrom / Stand und Seſſion betreffend / inter alia teſtimonia publica, quibus probare voluit, Nobiles immediatos Imperii Status eſſe, etiam his verbis capitulationum Imperatoriarum uſus fuit. Verum præterea, quæ (*lib. 6. jur. publ. c. 3. n. 10. & ſeqq.*) hac de quæſtione
2. ſcripſi, teſtimonia alia etiam in contrarium ſunt clariſſima. Cum in comitiis Auguſtanis, anno M D LV. de pace religionis ageretur, Auguſtanæ religioni addicti Status articulis cæteris adiungi petierunt, daß in ſolchem Frieden auch begriffen ſeyn ſolten / die von der Ritterſchafft / Anſe / und andere Stätt. Ad hoc Ferdinandus Romanorum Rex, in replica ſua, xxx. Aug. (*vide Lehemann. de pace Religionis lib. 1. c. 16. p. 72. & appendice compoſitionis pacis. Dilligenſium p. 31.*) reſpondit, es ſeye nicht viel erhört worden / daß derer halb / die nicht zun Reichstägen beſchrieben / auch nicht Reichsſtände ſeyn / dergleichen Satzung / oder Ord-
3. nung gemacht / oder zu machen / von des Reichs Ständen geſucht ſeye. In Statuũ duplica prædictis in comitiis Romanorum Regi oblata, dicitur, (*apud Lehemann. d. lib. 1. c. 18. p. 85.*) daß ſie ſich keiner Stände / auſſerbalb Churfürſten / Fürſten / Prælaten / Grafen / Freyen / Herren / und den Frey und Reichsſtät-
4. ten / im Reich Teutſcher Nation wiſſen zuerinnern. In declaratione Electorum, & Statuum Catholicorum, facta in conventu compoſitionis, Francofurti anno M DC XXXI. inſtituto habetur, dieweil die Franckiſche Ritterſchafft /

weder

weder ein Stand des Reichs ist / noch in einigen völligen Reichs deputation / oder andern conventibus, sessionem, auch votum hergebracht / ꝛc. Ad hæc Augustanæ religionis Electores, Principes, & Status, ibidem die xxx. Sept. respondeerunt, die freye Reichs-Ritterschafft in Francken / und andern Craissen / ob sie gleich nicht Reichsstände / ꝛc. Quatuor hæc testimonia eius ponderis sunt, ut personatum Hippolytum, nisi clientes suos quam veritatem amare malit, ad mutandam sententiam omnino movere debeant. 5.

Auch andere Ständ und Unterthanen.

Nomine Statuum hic non comprehendi Nobiles immediatos, ex modo dictis manifestum est, nisi Imperii Statibus antilogiam exprobare velimus, quod procul à nobis esse debet. Civitates Imperii liberas solas his verbis indigitari, ratio dictitat. Et si quicquam obscuritatis superest, inde ea causam habet, quod Nobiles, (immediati) ut regulariter in Imperii actis fieri solet, civitatibus hic præponuntur. Si enim postponerentur, contextus clarus esset, ita, Herren / und andern Ständen / auch den Adel und Unterthanen des Reichs. Quoniam autem aliter fieri placuit, ex verbis, auch andere Ständ und Unterthanen / diiudicari potest, hic non solum de Statibus, sed etiam de subditis aliis Imperii, qui eiusdem Status non sunt, disponi. Vnde ut evitetur omnis contradictio, vocabulis, andere Stände / habetur respectus ad Electores, Principes, Prælatos, Comites, Barones, qui Imperii Status sunt, & his non minus civitates Imperiales liberæ; verbis, auch (scilicet andere) Unterthanen des Reichs / respicit omnes illos, qui non minus quam immediati nobiles, Imperii subditi, non autem Status sunt. Præterea, verbum, andere / non semper paritatem cum præmissis, Statum quod attinet, inculcant, licet paritatem iuris iudicare possint. Exempli loco nobis servire poterit, quod dispositum legimus (in R. A. zu Speier anno 1542 §. demnach haben wir, *pag.* 170.) daß dem Adel im Land zu Francken / dergleichen in Schwaben / und am Rhein / zu Bewahrung solches Gelts / neben andern Craisständen / auch ein Schlüssel vergönnet / und zugestellt werden soll. Cum enim, etiam Hippolyto ipso fatente, immediati Imperii nobiles in circulos Imperii non relati, nec eorum Status sint, ex voce, andere / nunquam inferri poterit, Nobiles illos circuli Status esse, æque ut sunt cæteri Principes, Comites, Barones, Civitates. Hoc solum inde rectissime infertur, liberis illis Nobilibus, in circulis degentibus, quoniam non minus, ac circuli Status, collectas Turcicas solverent circuli quæstoribus, æque ut circulorum Statibus clavem ad arcam communem tradi debuisse: Non, quod etiam Status circuli sint, sed quod ad exemplum Statuum circuli solverint. (*v. quæ scripsi in addit. ad lib. 6. jur. publ. c. 3. n.* 10.)

Ausserhalb Teutscher Nation.

Primum membrũ h. art. est, ne Imperator quenquã ex Statibus & Subditis Imperii extra Germaniam vocet ad iudiciũ; sive negotium ordinario processu, sive

sive amicabili compositione terminandum sit. (*vide quæ scripsi de jure publico lib. 4. cap. 8. num. 87.*)

Von ihren ordentlichen Richtern.

Secundum hoc est membrum, ne Imperator quemque cogat, alibi, quam coram competente iudice, & judicio comparere.

Laut der Gulden Bullen.

Vide A. B. c. 8. & c. 11. Atque hoc ius, de quo illis capitibus agitur, non primum sub Carolo IV. enatum, sed longe antea Electoribus competiit. (*vide docum.* 13. in der Information gegen die Donawertische Relation *part.* 1. *f.* 345. *Buxdorff. ad A. B. thes.* 94. *lit. a.*)

Des H. Reichs Ordnung.

Vide Ordnung des Cammergerichts zu Wormbs auffgericht anno 1495. (*tit.* Wie Churfürsten / 2c. *& tit. seq.* 22.) & tempore Caroli V. Cammergerichts Ordnung zu Wormbs anno 1521. auffgericht / (*tit.* gegen Niemands Ladung zuerkennen / *pag.* 118. *tit.* ein jeden bey ordentlichen Gerichte bleiben zu lassen / *pag.* 120. *tit.* Rechtlich furnehmen und außtragen / *pag.* 122.) ac, quæ tandem perfectior cæteris edita, ordinatio Cameræ (*part.* 2. *tit.* 1. *& seq. tit.* 5. §. *f. tit.* 7. *tit.* 8. §. wo sich aber zwischen) Hoffgerichts Ordnung zu Rohtweil / (*part.* 3. *tit.* 1. *apud Goldast. part.* 1. der Reichssatzungen / *pag.* 10.) Ordnung des Kaiserlichen Reichs-Hoffrahts Kaisers Ferdinandi I. (§. ob dann unsern Hoffrähten / *apud Lehemannum d. lib. pag.* 159. *& in meo iure publico lib.* 9. *cap.* 4. *pag.* 134.)

AD ARTICVLVM XVI.

Concordata Principum.

1. *Concordata.*
2. 3. *Concordata nationis Germanicæ.*
4. *Hedionis relatio.*
5. *Vsus approbavit concordata.*
6. *Pragmatica sanctio Galliæ, ut differat à concordatis nostris*
7. *Quid fuerit pragmatica illa sanctio?*
8. *Quando fuerit abolita?*
9. *Quæ concordata inter Papam, & Regem Galliæ postea facta?*
10. *Academia Lutetiana primum hæc concordata improbavit.*
11. *Iudicium Conchylij de his concordatis.*
12. *Censura Pleixij.*
13. *An concordata Germaniæ sint obligatoria.*
14. *Cranzij dictum.*
15. *Germanorum querelæ de concordatis.*
16. *Aeneæ Sylvij oratio ad Imperatorem.*
17. *Quæ improbatur à Molinæo.*
18. *Vt & concordata ipsa ab aliis.*

1\. VOcantur aliquando simpliciter concordata, (R. A. zu Augspurg *A.* 1500. *tit.* wie man mit dem Papst handlen soll / *pag.* 60.) aliquando concor-
2\. data Nationis Germanicæ, cum sancta sede Apostolica (*Goldast. inter statua,*
3\. *& rescripta Imperialia pag.* 207.) aliquando concordata nationis Germanicæ,

(*Besold.*

Besold. in thesauro practico, verbo, concordata num. 34.) Sed hoc Prædicatum, rei & veritati minime convenire scribit Caspar Hedion (*Eccles. histor. lib.* 11. *c.* 21. 4
citatus 2. *Goldast. in rationali constitut. Imperial. pag.* 117.) Damals dann (inquit ille) ein schisma, und Trennung entsprang/ dieweil sich die Römischen keineswegs begeben wolten/ in einigen Puncten/ so ihrem gefaßten Muhtwillen entgegen/ dem Baßler Concilio folge zu thun; und aber die Teutschen/ von ihrem fürnemmen damit die unträglichen Beschwerden und Schatzung des Stuls zu Rom/ durch den Pfründen handel/ und andere Finantzen/ dardurch sie ihrer Gerechtigkeit entsetzt/ und in mercklich unträglich Nachtheil geführt/ abgestellt blieben/ in solchem Fall auch nicht abstehen/ noch weichen wolten. So ist doch nichts destominder/ durch das Papstthumb beharrlichen Geitz/ mit hefftigen practiken/ und Ansuchen fürgefahren/ und zwischen dem/ mit damahls König Friderichen/ und sonst etlichen wenig Geistlichen Fürsten/ auff die Mittel/ durch den Papst fürgeschlagen/ inhalt des Vertrags berühmte Abred/ oder Beschluß beschehen/ welchen die übrigen/ und der mehrtheil der Fürsten/ wie vorsteht/ nicht bewilligt. Welcher vermeinter Vertrag/ also ohnwissen/ und onwilligung des mehrer theils der Teutschen Fürsten/ und Stände/ unter dem Namen Papst Nicolai V. also wieder sein eigen Pflicht (damit er zum härtesten verbunden/ wider obberührt Concilium nichts zu handlen) demselben Concilio gantz zu wider auffgericht/ und zu Fürgang gezwungen. Welchen nichtigen Vertrag/ etlich/ so des nicht wissen gehabt/ auch etliche so dem widersprochen/ und nicht glauben haben wollen/ und etlich sonst auß Furcht gedulden müssen. Dann König Friderich/ und der damals Bischoff zu Mentz/ wie sich dann derselb Bischoff bey dem Cardinal zu Senis, durch seine Bottschafft/ berühmt haben/ daß sie dieses Vertrags widerwertige/ oder widersprechende Fürsten/ wol wüßten abzuwenden. Und wiewol der Bischoff von Mentz seiner Fürderung hierin zugeniesen/ sonderlich verhofft/ und über die Concordaten etwas weiters Vortheil begehrt/ so hat ihm doch nichts gedeyen mögen. Aber König Friderich wird solcher seiner Gutwilligkeit/ vermuhtlich in seiner Crönung/ und im ersten seiner Reiß gen Rom/ nicht entgolten haben. Welchen obberührten Vorschlag/ der Concordien/ die Römisch Pottschafft nachmahls/ als von allen Teutschen für endlich zu gesagt/ und beschlossen/ fälschlich außgeben/ und sich also einer gantzen Bewilligung deshalben berühmt/ und mercken lassen/ damit sie darnach desto ringlicher/ als auff eine allenthalben bewilligte Concordi handlen möchten. Daß nun kein vollkommene/ oder gemeine Verwilligung geschehen sey/ daß ist ein gewiß Zeugnus/ daß allererst nach zweyen Jahren solches Fürschlags/ oder Concordien Mittel/ nach vielfältiger Handlung/ und practick/ nicht aller Fürsten/ sondern allein König Friderich/ mit dem damals Bischoffe von Mentz/ und gar wenig andern/ zu Bewilligung solches nachtheiligen der Teutschen Nation vertrags/ Vermocht sein. Wie dann bey den damahls gehabten actis befunden/ und der vermeynt Vertrag zum theil

in dem/ daß darinne stehet/ daß er in Teutschen Landen allererst nach seiner Auffrichtung/ darmit man des wissen haben möcht/ verkündt werden solte. Quic-
5. quid vero horum fuerit, negari non potest, usu illa concordata adeo recepta fuisse, ut non solum in Impp. capitulationibus eorum mentio facta sit, sed etiam edicto Maximiliani I. anno MDXVIII. Leodiensibus, & Caroli V. anno MDXLIV. Cameracensibus, iniunctum fuerit, isthæc concordata servare. (*Goldast. inter statuta & rescripta Imper. p. 211.*) ac Ferdinandus I. in ordinatione Imperialis Consilii aulici, anno MDLIX. Augustæ facta, expresse statuerit, ut cum cæteris Imperii legibus fundamentalibus, concordata Germanicæ nationis, in consilio, certa in mensa, ante oculos consiliariorum posita essent, ut eorum melius recorderentur. (*Lehemann. de pace relig. lib.* I. *c.* 37. *p.* 153.) Quod idem etiam postea à Matthia Imp. repetitum in dem Concept seiner neuen Hoffrahts-Ordnung (*tit. 6. apud eundem Lehemannum d. lib. c.* 38. *p.* 171.) Cæterum varias editiones esse, ex *Trismegisto Canonicali* Wolfgangi Sigismundi à Vorburg (*fol.* 293.) monuit Besold. (*d. thesaur. pract. verb. concordata n.* 34.) nos in usum iuventutis studiosæ, eam infra mantissæ loco annectere operæ pretium duximus, quam impressam Coloniæ apud Gymnicum A. MDXCVII. Goldastus exhibuit (*d. tract. statut. & rescript. Imper. p.* 207. *& seqq.*) una cum declaratione
6. Gregorii XIII. Pontificis, Anno M. D. LXXVI. facta. Quod in Imperio nostro concordata sunt, id in Gallia fuit pragmatica sanctio (*de qua apud Goldast. tom.* 2. *const. Imp. p.* 124. *& seqq*) & sunt hodie pacta alia cum Pontifice (*vide gravamina Germ. nation. cum remediis & avisamento ad Cæsarem Maximilianum, apud Freher. tom.* 2. *Ger. rer. script. p.* 375.) Eam tamen inter hæc differentia est, ut Regnũ Galliæ hoc respectu Regnum libertatis, Germania autem Regnum obedientiæ
7. dicatur. (*Autor. tract. de potestat. Papæ, qui additus est Anton. Marcelli libro de iure secul. Rom. Pontificum c.* 2. *p.* 166.) Pragmatica sanctio, erat collectio, vel epitome nonnullorũ decretorum factorum in Concilio Basileensi, & receptorum ab Ecclesia Gallica, in conventu Bituricensi, qui autoritate Caroli VII. Regis ibi habitus fuit. A. MCCCCXXXVIII. Hæc cum displiceret Pontifici, qui Potestatem
8. suam illa limitari videbat, tandem inter Leonem X. Papam, & Franciscum I.
9. Regem, abolita sanctione, illa concordata facta sunt, quæ tunc temporis iocose, appellabantur *contractus do ut des*, (*Coquile en l'histoire du pays & Duché de Nivernois p.* 74. *& seqq.*) hisce enim concordatis divisio introducta fuit (*du droit de provision des benefices en France par lequel provision des prelatures fut attribuée au consistoire de Rome avec le droit d'annate, pour l'entretien des Cardinaux, & la nomination d'icelles au Roy, qui desia y pretendoit droit, au moyen de la concession faicte à Charles le grand, par le Pape Adrian, de l'investiture & confirmation des Evesque (can. Adrian. dist.* 63.) *Et à fin que les Universités de France, qui avoient lors plus de pouvoir qu'à present, & qui avoient moyenné la pragmatique sanction, n'empeschassent cet accord, on leur laissa la nominatio des autres benefices, pendant huict mois de l'année, au proufit des gradués simples, ou nommès, & finalement on donna l'indult au Parlement*

Parlement du Paris, afin deverifier & maintenir le concordat) *Loyseau du droit des offic. liv.1.ch.3.n.12.& seqq.*) iuris provi sionis beneficiorum in Gallia, & provisio prælaturarum attributa Consistorio Rom. una cum iure annatarum, ad sustentationem Cardinalium; nominatio vero cessit Regi, qui etiam tunc hanc ad se pertinere affirmabat, ob concessionem investituræ & confirmationis Episcoporum, olim Carolo M. factam ab Adriano PP. (*can. Adrianus. dist. 63.*) Ne vero literariæ Academiæ Galliæ, quæ tunc maiore erant potestate quam nunc, & quarum opera, pragmatica sanctio constituta fuerat, concordata ista impedirent, ipsis relicta fuit nominatio ad cætera beneficia, per octimestre spatium in anno, in utilitatem graduatorum simpliciter, aut nominatorum. Deniq; datum indultum Parlamento Lutetiano, ut decreto suo firmaret & manuteneret concordata. Improbavit tamen hæc concordata primum Vniversitas Parisien- 10.
sis, & appellavit ad futurum Concilium, teste Coquille (*d.l. p.75.* ubi quid de iisdem ipse sentiat, exprimit: (*La seule significance*, ait, *de la diction monstre*, 11.
que le traicté ne fut pas proprement faict pour schoses si sainctes. Car concordat & transaction, c'est tout un, qui se fait en donnant, ou en quittant: ce qui à forme de Simonie en tels affaires, c. super eo, de transact.) Sola vocis significatio declarat, quod tractatus iste proprie factus non fuit propter res adeo sacras: concordata enim transactio unum sunt, quod fit data & remisso aliquo, & sic formam Simoniæ habet, in talibus negotiis, *c. super eo, de transact.* Inter cæteros, qui 12.
hæc concordata hodie improbant, licentiæ primas sibi sumsit historicus Regius, Scip. du Pleix (*tom. 1 de l'histoir generale de France p.325. n.* 8. quondo ait: *par la concordat faict ente le Pape Leon X. & le Roy François I. le privilege de nommer aux prelatures a esté accordé à nos Rois lequel ayant changé les formalités anciennes, ne sert qu'a charger la conscience des Rois, & des Papes mesmes. Car pour en parler franchement, l'interest de nos Rois gît seulement, à ne souffrir point, que personne tienne prelature en leur Royaume, qui ne leur soit agreable, & confidente: & celuy des Papes, à cognoistre seulement des abus qui se commettent aux lections des Prelats, sans conferer les benefices sur la nomination des Rois ou de plein droit, au preiudice des elections des Chapitres. Aussi depuis ce concordat, nos Rois nomment le plus souvent aux benefices, par l'importunité des grands de leur Royaume, & les Papes, sur leur nomination, ottroyent leur provision aux nommés, sans que les uns, ny les autres, le plus souvent, ayent cognoissance de leur merite. A quelles fins ont esté aussi concedes les indults à tant d'officiers de robbe longue, pour acheter d'eux le silence, & faire cesser l'empeschement qu'ils eussent apporté sans cela, à des abus si dommageables. Mais quel fruit nous reste il en France de ce concordat, que Simonies, confidences commerce ouvert des benefices, & la peine du tout cela, l'heresie.*) Per concordata, facta inter Pontificem Leonem X. & Regem Franciscum I. privilegium nominandi ad prælaturas nostris Regibus attributum fuit. Illud vero, postquam ab antiqua forma recessit, nihil operatur aliud, quam quod oneret conscientiam Regum, atque ipsorum

quoque Pontificum. Nam, ut ingenue loquamur, interesse Regum nostro-
rum, in eo solum vertitur, ut ne cogantur tolerare, prælaturis in eorum re-
gno præfici eum, quem non amant, nec sibi fidelem esse credunt. Pontificum
autem interesse in eo consistit, ut judicent tantum de abusu, qui committitur
in electionibus Prælatorum, sine collatione beneficiorum, ad nominationem
Regum, ut pleno iure, in præiudicium electionum Capituli. Certe post hæc
concordata, nostri Reges, ut plurimum nominant ad beneficia, ducti impor-
tuna instantia magnatum sui Regni; & Papæ, nominatis à Regibus concedunt
provisionem, illo modo, ut neutri horum ordinarie constet de sufficientia, &
meritis eius, qui promovetur ad beneficia. Atq; ut ad hæc tacerent illi, qui
iustitiæ præfecti sunt, nec impedirent abominabiles istos abusus, ipsis oblata
sunt indulta. At quæso, qui fructus nobis supersunt in Gallia ab his concor-
datis, nisi Simoniæ, & publicum commercium beneficiorum Ecclesiasticorum,
13. & in pœnam huius mali, hæresis ipsa. Sed ut concordata Germaniæ nostræ
revertatur oratio, illa æque ut Gallica, alia tamen ex causa, censuram non ef-
fugiunt. Non esse obligatoria, à Statibus Imperii Augustanæ confessioni ad-
dictis, A. MDXCVIII. Ratisponæ comitiis in replica Catholicis Statibus oppo-
sita dicitur: daß die compactata Germaniæ verbündig/ dieweil sie nicht/ ver-
mög des herkommens im Reich/ auffgericht/ auch von allen Päpsten anders
nicht/ dann darinnen es ihnen zu ihrem Vortheil gedienet/ gehalten/ auch zu
des Reichs und der Stände untertruckung expracticirt worden/ etc. (*apud Le-*
14. *heman. de Pac. Relig. lib. 2. c. 70. p. 554.*) Et Cranzius (*in metropol. Saxon. lib. 11.*
c. 30.) ait: Laus egregia Friderici, pacem Ecclesiæ reddidisse: sed aliquando,
maior si hoc adiecisset operi suo, ut auro provinciæ non emungantur; vel ut
ipse pater patrum ex auro, quod ex annatis corrodit, Christianismum tutare-
15. tur, non suos nepotes glorificaret. Hæc, qualicunque oculo tum Rex, ut per
omnem ætatem reliqua Imperii detrimenta, dissimulabat. Anno MCCCCLV. au-
dita morte Nicolai V. qui Fridericum III. coronaverat, Germani, ut refert
Carolus Molinæus (*apud Goldast. in rational. constitut. Imperial. p. 116.*) miseram
sortem suam deflentes, persuadere nixi sunt Imperatori, ne Pontificibus Ro-
manis amplius obtemperaret, nisi saltem quædam ad Pragmaticam tendentia
prius ab eis impetrasset. Ostendebant enim, suam longe (sed immerito) de-
teriorem esse conditionem Gallis vel Italis, quorum servi, (Italorum imprimis)
nisi res immutarentur, merito dicebantur. Rogabant, urgebant Proceres,
Populique Germaniæ, gravissimis, tum rationibus, tum exemplis, tum utili-
tatem, tum necessitatem Imperii: Imperatoribus fidem implorabant, obtesta-
bantur (qua ipsis vel sacramento obstrictus erat) nec non dedecus, & vere-
cundiam, quod decretorum in sua natione digestorum soli fructu carerent:
quod Gallica natio, adversus exactiones Pontificum, non frustra recursum
habuit ad Regem suum, à quo protecta est: quiq; non diu ex dictis decretis
Prag-

Pragmaticam Sanctionem pro libertate suæ nationis feliciter confecerat, & utiliter servari faciebat. Quod Imperator nec minus potest in suo Imperio, nec minus debet Populo & Statibus Imperii, quam alius Rex in Regno suo: quidnam ad summum futurum, si exteri ad Regem suum recurrentes, præsidium inveniant, & ab eo contra dictas exactiones protegantur, Germani vero, & Status Imperii, ad suum Imperatorem recurrentes, ab eo deserantur, seu potius prodantur, decretisque in sua natione factis priventur? His ratio- 16.
nibus victus, & permotus Imperator, non minorem suis, quam Rex Franciæ Gallis, Pragmaticam facturus erat, nisi gravissima (*verba sunt Platinæ in Pio II.*) Æneæ autoritas intercessisset, cuius hæc fuit apud Cæsarem sententia: Inter Principes, (ait) etiam de magnis rebus inter se dissidentes, pacem aliquando & amicitiam componi posse: at inter Principem & populum immortale odium semper intervenisse; Quare, dicebat, satius sibi videri, cum Pontifice sentire, quam eorum cupiditatibus obtemperare, quorum mentes non ratione, sed appetitu, & cupiditate dicuntur. Viden', qua arte, quo machina- 17.
mento, quo ariete, venenata illa lingua, Imperatorem venenis suis subito infecit, & dementavit? & uno verbo, tam exploratam veritatem, tam evidentem justitiam, tam excussam, & utilitatem, necessitatem decretorum Conciliarium, quibus idem Æneas interfuerat, eaq; diu etiam apud eundem Imperatorem probaverat, & exequi fecerat, tot tantasque rationes Principum, & populum Germaniæ, omniaque iam persuasa, iam evicta & admissa, tantum nondum confecta, evertit & profligavit effecitque, ut ea unica falsa, seditiosa, & venenata ratione imbutus, imo dementatus Imperator, spreta tot populorum suorum, tam æqua, iusta & necessaria postulatione, eundem Æneam oratorem deligeret, quem, dignum patella operculum, ad Callistum, novum Papam, mitteret, suo nomine iuramentum in eius verba præstare, & absolutam totius Germaniæ obedientiam, utpote meram (quam vocant) obedientiæ patriam, Conciliaribus, Patriisq; decretis calcatis, effectam, prout idem orator, eodem Friderico mittente, & eius nomine, Eugenio IV. publice renunciaverat, se, scil. Fridericum, ac Germanos omnes, in humanis, divinisq; ei deinceps obtemperaturos. Atq; ex his facile collegeris, quo fundamento nitan- 18.
tur hæc concordata, & an magna vi opus illud convellere. Arietes, ad hoc invenies apud Iustum Sinoldum (*in colleg. publ. de statu rei Romanæ disput. 7. thes. 7. lit. c. pag. 95. & seq.*)

Auch auffgerichte Verträg.

De aliis pactis, hocce negotium concernentibus, mihi non constat, quam de concordatis,

Annaten.

1. *Annata quid?*
2. *Nominis ratio.*
3. 4. 5. *Inventor annatarum.*
6. *Prætextus speciosus.*
7. *Variatio.*
8. *Decretum Comitiorum Augustanorum anno M. D.*

1. QVando in demortui Episcopi, aut cœnobiarchæ, locum novus substituitur successor, is Romano Pontifici fructus anni integri, eius beneficii, in quod successit, solvere tenetur. Hoc vectigal (ut barbarum, hodierno usu,
2. *Duaren. de sac. eccl. minist. ad benef. l. c. 3.*) barbaro vocabulo annatam appellarunt, non quod anniversarium, ut annuus canon, singulis annis recurrens,
3. sed quod, ut innuimus, unius & primi anni sit. Inventum hoc alii tribuunt Iohanni XXI. qui ab aliquibus XXII. appellatur, qui exinde ærarium pecunia refertum magis, quam aliorum Pontificum quisquam, reliquerit (*ut ex Villani hi-*
4. *storia lib. 11. c. 20. deducit Ant. Marcell. de jur. secul. Rom. Pont. c. 12. p. 114. & seq.*)
5. Alii adscribunt Bonifacio IX. Polydorus autem Virgilius (*de invent. rer. lib. 8. c. 2.*) annatarum usum, (quarum inventum majores Pontificii cumulasse opes, quam nullum aliud) omnino multo antiquiorem esse, quam recentiores quidam suspicientur, scribit Atq; hoc vectigal iam pridem, cum Rom. Pontifex non habuerit tot possessiones, quot nunc habet, & cum oportuerit pro digni-
6. tate; & pro officio multos, magnosq. facere sumtus, paulatim impositum fuisse. Sleidanus (*l. 4. Comm. de stat. relig. & Reip. f. m. 53. b.*) ex aliis tradit, titulum annatarum fuisse speciosum, atque popularem; nimirum, ut in bellum contra Saracenos, atque Turcas, semper esset paratus thesaurus. Et quoniam id temporis fuerit sacrosancta Pontificum autoritas, facile persuasum fuisse omnibus: Anglos solos, quantum ad minora sacerdotia pertinebat, recusasse (Anglia tantummodo Episcopatus hoc onere gravari consensit; *Marcell. d. p. 114.*) Por-
7. ro valuisse eam legem ad Concilium usq; Basileense, tunc enim, cum ex diversis locis multæ deferrentur quærimoniæ, decretum esse factum, ne post hac aliquid exigeretur. Verum Eugenium IV. irritum fecisse concilium illud: & qui secuti sunt eum Pontifices, cum nihil sibi detrahi vellent, Episcopis & reliquæ turbæ, non alio pacto sacerdotia confirmasse, quam si tributum illud persolverent. Sic adeo rem in hoc usque tempus continuatam, quamquam non sine crebris, & magnis offensionibus, (sæpe reclamatum fuisse, Hostiensis, qui cum Alexandro IV. Pontifice vixit, testatur, & Franc. Zabarella tradit, in Concilio Viennensi, quod Clemens V. indixit (qui factus est Pontifex A. MCCCCV.) agitatum fuisse, ut eo deposito annatarum onere, vigesima pars vectigalium
8. penderetur Rom. Pontifici,) Nam & anno MD. quo tempore Maximilianus Cæsar, inter alia, de bello Turcarum Imperii conventus agebat, Augustæ decretum fuisse, mittendam esse legationem ad Pontificem Alexandrum V. ut Rempub. ope, consilioque iuvaret, & proventus illos, hac potissimum de causa concessos olim, in hunc usum contribueret. (*vide* R. A. zu Augspurg anno 1500. auffgericht / *tit.* wie mann mit den Papst handlen soll / *pag. 60.*)

Manigfaltung und Erhöhung der Officien.

Statu Imperii in remediis contra gravamina nationis Germanicæ anno M. DX. (*Apud Goldast. tom. 2. const. Imper. p. 120.*) grave, imo intolerabile esse

nationi

nationi Germanicæ, aiunt, tantas expenſas, & moleſtias pati, tantas pro confirmatione Archiepiſcoporum inferre annatas, præſertim quæ in quibusdam Epiſcopatibus ſucceſſu temporis auctæ, in quibusdam duplicatæ eſſe dicantur, Nam ſedem Moguntinam dici, olim ſolum dediſſe decem millia florenorum, quæ cum quidam illic electus dare renuiſſet, ſicque ad mortem ſuam perſtitiſſet electum poſt eum confirmationis cupidum ſe opponere timentem ſedi Apoſtolicæ, offerendo antiquam ſummam, puta decem millia florenorum, confirmationem impetrare non potuiſſe, niſi & reliqua decem millia, nondum à prædeceſſore perſoluta, ſimul redderet; ſicque coactum dare viginti millia florenorum: hæc ſine dubio, tunc in regiſtrum Cameræ ſignata & usq; ad eam ætatem à ſingulis Archiepiſcopis exacta, & nedum viginti millia, ſed & viginti quinque propter nova officia, & novos *Pontificum familiares*. Tandem excreviſſe ſummam usque ad viginti ſeptem millia, Archiepiſcopus Iacobus coactus nuper fuerit perſolvere: hoc retuliſſe vicarium in ſpiritualibus Moguntinenſem. Sicque in vita unius hominis, ſepties viginti quinque millia à ſolis Archiepiſcopis Moguntinenſibus, pro confirmatione eorundem, Romam perveniſſe. De eadem multiplicatione officiorum, vide des H. Röm. Reichsſtänden beſchwerden / (*c. 38. apud Goldaſt. inter conſtitutiones Imperiales p. 69.*)

Römiſchen Hoff.

Poſtquam Curia Romana crevit, ſemper & ubique propter avaritiam male audivit; Vnde natum eſt proverbium, Curia Romana non quærit ovem ſine lana. (*la corte Romana non voule pecore ſenza lana*) Dantes exaudit, non dantibus oſtia claudit. Et Cynus (*in l. eos*, §. *ne temere*, C. *de appell.*) ſcribit, Curia Papæ ſummopere vellet, quod totus mundus in eam influeret, tanata eſt in ea argenti & auri ſacra fames. Perventum præterea, aliorum vitiorum ſtrenua cultura, ad eum usque diffamiæ gradum, ut Antoine Fuſi (*en l'epiſtre apologetique miſe devant ſont Franc archer, p. 27.*) non erubuerit dicere, (*Les autres cours des Monarques de l'Europe, ne ſont que petites eſcoles alphabetiques de tromperie, de diſſimulation, de trahiſon: mais la Romaine en eſt la Rhetorique, Logique, Metaphyſique &c.*) Aulæ Monarcharum Europæorum ſunt minores ſcholæ alphabeticæ deceptionis, diſſimulationis, fraudis & proditionis: Curia autem Romana, in his omnibus tradit Rhetoricam, Logicam, Metaphyſicam.

Diſpenſation.

Hic titulus, Pontifici inſtar perpetuæ auri argentiq; fodinæ, eſt, in qua tamen fere ſoli ditiores laborant utiliter. Nam in taxa Romana, (*ſub rubrica de matrim. cauſ.*) ſtatuitur, non eſſe diſpenſandum cum pauperculis, eo quod non habeant, unde ſatisfaciant taxæ ordinariæ (*Klok de contrib. c. 1. n. 146.*) Quantum autem diſpenſationes noſtratibus diſplicuerint, docemur c. 1. gravaminum

Princi-

Principum ac Procerum Germaniæ, quæ adversus sedem Rom. & totum ecclesiasticum ordinem, oratori Pontificio, in Comitiis Noribergæ, A. MDXXII. & XXIII habitis, proposuerunt, (*apud Goldast. inter const. Imp. p. 26. & 59.*) ubi ita legimus: Daß etliche dinge auff Menschensatzung / so auß kein Göttlich Gebott / oder Verbott / gegründet seind / als mit dem Ehlichen Heurahten / verbotten Speiß / und andere dergleichen Sachen halb / etc. als sonderlich bey dem Armen / für verdamlich seind gesetzt / und doch den Reichen / die theur zu bezahlen haben / umb Gelts willen zugelassen / und erlaubt werden; dardurch bißher nicht allein unaussprechlich groß Geld und Gut auß Teutschen Landen gen Rom bracht ist / sondern es hat auch unzehlicher Weiß ander Geistlichen hoch Beschwerung und Verführung der Gewissen und Seelen daraus erfolgt.

De dispensatione in gradibus prohibis multa notari possent, & inter illa quoq; in scenam produci, quod non ita pridem, egregio Theologo Germaniæ, qui abusum illum improbaverat, contigit, sed ne vulnus recrudescat, sufficiat his nostris notum facere Catholici Galli, viri non leviter docti, iudicium de dispensationibus illis: (*Le Pape peut permettre à ceux, qui sont dans les degrés prohibés, de se marier ensemble, avec declaration expresse, que les enfans, qu' ils ont eu par avant, & qu' ils auront par aprés, seront legitimes Neant moins, ie voudrois tousiours en excepter les enfans venus de l' inceste; comme, entre personnes, qui sont alliées dans les degrés expressement defendus par la loy de Dieu, non obstant toutes dispenses, qui en ces occasions doivent plustost estre appellées dissipations des loix, di la pudeur, & de l' honesteté, que dispensations. Le Bret de la souverraineté du Roy livre 2. chap. 9. pag. 237.*) Papa potest permittere illis, qui in gradibus prohibitis constituti sunt, ut matrimonium invicem contrahant, & expresse declarare, liberos ante dispensationem natos, & post eam nascituros, esse legitimos. Vellem tamen ego semper excipere liberos natos ex incestu, quasi à personis, quæ se invicem ea proximitate sanguinis attingunt, de qua expressa prohibitio legis Divinæ extat, ne matrimonio coniungantur. Nec hic admitto dispensationes, quas in tantà proximitate potius appellandas iudico dissipationes legum, pudoris & honestatis, quam dispensationes.

Freyheiten.

Christinæus (*vol. 1. decis. 358. num. 13.*) docet, multas Ecclesias Germaniæ prædicta concordata non accepisse, sed ampliora privilegia iactare.

Zu Nachtheil juris Patronatus.

Vide des H. Röm. Reichs Ständ Beschwerden / A. 1522. auff dem Reichstag zu Nürnberg übergeben / (*c. 9. apud Goldast. inter const. Imp. p. 61. & part. 2.* der Reichssatzungen *p. 200.*) Wann durch Todesfall pfründen erledigt werden / die eines

nes Leyschen oder Geistlichen juris patronatus seind/ so unterstehen Päpstl. Heiligkeit auch derselben Vorschafften und Legaten/denselben Rechten zu derogiren/ und verleihen darauff die pfründen den Courtisanen / und andern ihres Gefallens / dardurch den Geistlichen / und weltlichen patronen ihr gebührlich præsentation entzogen / und benommen / und wird je zu zeiten gesagt / die præsentation hab statt / als welcher ehe verleihet der soll vorgehen; über und wider / daß Patronen de jure patronatus, etlich Zeit haben / darzu sie ihr Pfründ / von männiglich ungeirret / verleihen mögen: darauß dann allen Geistlichen und Weltlichen patronen mercklicher Nachtheil / und Schad folgt. Derhalb bitten auch die Ständ des H. Reichs solch beschwerden abzustellen / und hinfür solch Pfründ bey ihrer ordentlichen patronen Verleihung bleiben zu lassen; auch nicht zu gestatten / daß sie die Courtisanen umb solch Pründen / weder rechtlich / noch in andere weiß / annemmen / sondern endlich setzen und ordnen / ob hierwider ichts fürgenommen / und erlangt würde / daß solches alles krafftloß / nichtig und in alleweg unbindig seyn soll.

Offentlich gehandelt.

Vide Gravamina Germanicæ nationis, cum remediis & avisamentis ad Cæsarem Maiestatem anno M D X. (*apud Goldastum tom. 2. Constitut. Imper. pag. 119. & seqq. vel Freherum tom. 21. German rer. Scriptor. pag. 375. & seqq.*) nec non des H. Römischen Reichs Ständ Beschwerden gegen dem Stul zu Rom/ auff dem zu Nürnberg im 1522. Jahr angefangenen/ und im 23. Jahr geendtem Reichstag vbergeben / (*apud Goldastum d. parte* 2. der Reichssatzungen / *p. 179. & seqq & inter const. Imper. pag. 59.*)

Raht.

Iason (*in secunda lect. l. placet. C. de SS. Eccles.*) tradit, quod Princeps de necessitate debet tractare causas graves cum consilio procerum, & Senatorum suorum, & non ex suo capite solus. (*l. humanum, C. de LL. l. proxime, & ibi Dd. ff. de his quæ in testam. delentur.*) Et scribit Barthol. Bolognin. (*in repetit. auth. habita, n. 5. & 6. C. ne fil. pro patre.*) Principem debere obtemperare consilio suorum procerum, nec debere facere ex capite suo. (*Author. consil. 110. n. 36. vol. 1. responsor. Argentinæ impressorum anno 1629.*)

Abwenden.

Quid hoc in negotio actum, vide R. A. zu Nürnberg *anno* 1524. §. und ist darauff / *p.* 161. R. A. Augspurg *A.* 1530. §. als auch teutscher Nation *p.* 208.

AD ARTICVLVM XVII.

Grosse Gesellschafften der Kauffleute.

De his ita legitur, in der weltlichen reformation Kaisers Sigismunds. (*cap. 7. apud Goldast. inter constit. Imper. pag. 150.*) Es seind groß Gesellschafften

ten auffgeſtanden / die zuſammen ſpannen / und treiben groß Kauffmanſchatz / es gehe ihn wol oder übel / ſy ſchreiben es ie darnach / daß ſy nicht verliren. Das kompt aller Gemein / in den Stätten / und auff dem Land / übel. Man ſoll darwider ſeyn / daß ſolche Bündnuß abgeſtellt werden / und niendert mehr gefunden werd von Edlen noch von Burgern. Wer aber ſich darüber in einig Geſelſchafft verbünde / iſt er ein Burger in einer Reichsſtatt / ſo ſoll ſein Kauffmannſchatz ledig und verfallen ſeyn / und ſoll ihn darin nichts beſchirmen. Iſt er Edel / ſo ſoll er ſein in des Reichs Ungenaden / und ſein Kauffmannſchafft männiglich erlaubt ſeyn. Ego non omnes ſocietates magnas mercatorum, nocivas Imperio eſſe didici, auß dem Bedencken / ſo die Statt Augſpurg / auff die ihr zuberahtſchlagen verſchickte Puncten / übergeben auff dem Reichstag zu Nürnberg / anno 1 24. Ergo de nocivis tantum, quæ hic adducuntur, intelligo. (*vide* R. A. zu Trier und Cöln *anno* 1512. §. doch ſoll hiedurch / *pag.* 89.)

Mit ihrem Gelt regirt.

Pecunia ubique regina eſt, Gelt hat die Meiſterſchafft in der Welt. Eleganter præ cæteris Petronius (*in Sartyrico p. m.* 193.)

Quisquis habet numos, ſecura naviget aura,
Fortunamq́ ſuo temperet arbitrio.
Uxorem ducat Danaën, ipſumq́ licebit,
Acriſium jubeat credere, quod Danaên.
Carmina componat, declamet, concrepet omnes,
Et peragat cauſas, ſitq́ Catone prior.
Iurisconſultus paret, non paret, habeto,
Atq́ eſto quicquid Servius & Labeo.
Multa loquor, quidvis numis præſentibus opta,
Et veniet: clauſum poſſidet arca Iovem.

Ihres Willens gehandlet.

1. *Merces voluptariæ in Germaniam importatæ.*
2. *Germaniæ ad commode vivendum nihil deeſt.*
3. *Germania variis rebus abundat.*
4. *Quid Galliæ ſuppeditarit.*
5. *Quid Anglia, & aliis.*
6. *Germani induſtrioſi artifices manuarij.*
7. *Legibus Imperij prohibitum, aurum ad exteros transferre.*
8. *Vt & argentum.*
9. *Exemplum notabile.*
10. *Necnon lanam in nimia copia.*
11. *Coria.*

1. ETiam merces exoticas, quæ ad luxum magis, quam ad neceſſitatem, pertinet, Provinciæ invehere, haud permittendum eſſe, communis politicorum ſchola docet. Permiſſum tamen hactenus: (*non ſi portano d'altto paeſe*

in eſſe,

in esso, se non le cose superflue, che servano alle delitie, ut observavit ille in thesoro politico, *parte 1. tit. della corte del Imperatore fol. 56. ad f.*) Sane, Ger- 2.
maniæ nostræ ad molliter luxuriosequе agendum multa, ad bene commodeque vivendum, nihil deest. (*Cluver. lib. 2. antiqua Germ. c. 12. per tot. & pag. 102.*) Unde, suo sese perbenigne sustentare potest proventu, omne necessarium tam abunde domi habent, ut si finitimarum gentium commercio fruatur, hoc ad amicitiam, non ad necessitatem, ad benevolentiam, non egestatem, faciat. Abundavit Germania variis rebus (ante intestina 3.
bella) quæ exteris communicavit, à quibus, si non illa, quæ minus nobis necessaria, vel permutatione, vel emtione ad nos rediissent, sed sola rerum à nobis venditarum pretia, immense crevisset in divitias. Æs, ferrum, cuprum, aurichalcum, stannum in massa, vel fabrefactum variis formis, argentum vivum, & sal ex fodinis metallicis, minerisque erutum, exteris subministravimus. Fatetur Claude Expilli (*au plaidoye 7. n. 2. & seqq. p. 46.*) 4.
Galliam à Germania accipere (*chevaux, treillis, boucaßin, quinquailleries, vif argent, fer blanc en fueilles, ambre iaune, & livres.*) equos, clathra, varia ferramenta, argentum vivum, ferrum album foliatum, succinum & libros. Sed per saltum hæc exprimit, cætera quam plurima silentio involvit. In magna taberna, (*la grande boutique*) quam in Gallia tenuerunt mercatores Norimbergenses, familiæ satis notæ, vidi, inter cætera multa, quæ ex Germania eo allata, venundari etiam clepsydras, vel horologia arenaria, imo & setas suillas. Ex Prussia Gallia habuit cineres, ad lixiviam, (*Laurens Bouchel tom. 1. de la bibliotheque ou thresor du droit François pag. 460. vers cendres.*) Germa- 5.
nia Angliæ, & aliis, communicavit lanam ovinam; & glastum, ac aliis alia. Non dicam de rebus singulis, ubi ars ut plurimum superat materiam ipsam, quarum varias species Germania, non Europæis modo, sed etiam cæteris Cosmopolitis, atque ipsis quoque Antipodibus transmisit. Non 6.
negant hoc exteri, sed invidia ducti extenuant, & quod capiti tribuendum erat, id manibus adscribunt. *Les Allemans sont si bons ouvriers de la main, qu' on dit communement, qu' ils ont l' esprit aux doiges*: inquit Pierre de l' Ancre (*au tableau de l' inconstance livre 4. discours 2. pag. 398.*) Cæterum, Imperii sanctionibus, commerciis cum exteris terminus aliquando positus, ut non licuerit ad eos ex Germania transferre (1.) Aurum factum, vel infe- 7.
ctum. (Kaiser Ferdinands newe Müntzordnung *anno* 1559. *inter* R. A. *p.* 544. §. nach dem auch / R. A. zu Speier *anno* 1570. §. aber sonsten / *pag.* 621. Abscheid des Deputation-tags zu Franckfurt *anno* 1571. §. und soll das verbotten / *pag.* 648. R. A. zu Regenspurg *anno* 1576. §. demnach ordnen / *pag.* 565.)
(2.) Argentum factum, (gemüntzt / oder verarbeit Silber) vel infectum 8.
(rohe Silber ungemüntzt oder ungewerckt Silber) (Reichs Abschied zu

Augspurg *anno* 1551. §. so haben wir / *p.* 384. *d.* Müntzordnung *de anno* 1559. *d. p.* 544. *&* §. nach dem auch (*ubi tamen excipitur*, das Silbergeschirr / so unvergüldet) *d.* R. A. *de anno* 1570. §. aber sonsten / *p.* 621. *& cæteris modo allegatis locis.*) Hæc prohibitio, ubi legum cura nondum in Imperio cœperat languere, stricte & ita observata fuit, ut cum Imperator anno M. D. L. in Comitiis Augustanis (quæ demum sequenti anno finita, unde etiam recessus sub anno MDLI.
9. prostat) Pontificis Romani petitum, ut sibi liceret in Germania pro pretio quiquaginta millium coronatorum argentum emere, Electoribus, Principibus, ac reliquis Imperii Statibus, exposuisset, responsum tulerit, ob wol die Kais. Maiest. sich mit den Ständen hievorn verglichen / daß auß dem Reiche Teutscher Nation kein unvermüntzt Silber verführt werden solle / iedoch solte es ihnen nicht zu wieder seyn / umb Päpstlicher Heiligkeit hierinnen zu willfahren / und Kais. Majest. unterthänigen Willen zu erzeigen / daß dem Papst / was er gebetten / zugelassen würde / doch daß derselbe unbeschwehrt anzeigen liesse / durch wen er solch Silber auffkauffen lassen wolle / darmit man wissen möchte / ob nicht mehr / und wie viel auffgekaufft würde. Ita legi in actis dictorum Comitiorum, & simul perpendi, Pontificem Imperii legibus solutum non esse, nec Imperatorem contra legem Imperii dispensare posse, nisi cum Statuum consensu.
10. (3.) Lanam in nimia copia. (Reformation guter Policey zu Augspurg / *an.* 1548. auffgericht *tit.* Verkauffung der Wollen / §. nach dem auch / *p.* 373. R. A. zu Augspurg *anno* 1555. §. und nach dem / *p.* 414.) quod limitatum postea (im R. A. zu Augspurg *anno* 1559. §. als aber / *pag.* 528.) & Circulis relictum, cum una & æquali constitutione in hoc commercio uti non liceat, ut quilibet, secundum conditionem suam, statueret. (R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. auff gleichmässige / *p.* 577. Policey Ordnung zu Franckfurt *anno* 1577. gebessert / *tit.* 22. *p.*
11. 686.) (4.) Coria; dann nach dem man angefangen das Leder einzusaltzen / und an frembde örter zu verführen / ist solches verbotten worden / (*d.* Policey Ordnung *d. tit.* 22. §. nach dem / *p.* 687.)

Mit Theurung.

Harum societatum, quæ reiiciuntur, finis, vel effectus, sunt monopolia illicita; (de licitis vide Hug. Grotium, de iure belli & pacis *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 16.) unde rerum augentur pretia: monopolia autem illa, non solum iure civili Romanorum improbantur (*l. un.* C. *de monopoliis*) sed etiam legibus Imperii nostri (R. A. zu Trier und Cöln *de anno* 1512. §. und nach dem etwa / *p.* 89. R. A. zu Nürnberg *anno.* 1524. §. item dieweil durch unsere *instruction pag.* 160. R. A. zu Speier *an.* 1526. §. item nach dem die *monopolia*, *p.* 170. R. A. zu Speier *anno* 1529. §. item nach dem die *monopolia*, *p.* 188. R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. und nach dem etwan / *p.* 209. R. A. zu Regenspurg *anno* 1532. *tit.* Policey wucherlichen Contract / Juden Wucher / und *monopolien* betreffend / *p.* 235 *Reformation*

mation guter Policey zu Augspurg *anno* 1548. *tit.* die *monopolia* und schandliche Fürkauff belangend / *p.* 371. Policey Ordnung zu Franckfurt *anno.* 1577. gebessert / *tit.* 18. *p.* 683. *cum similibus*) De variis monopoliorum speciebus, vide Althus. (*lib.* 1. *dicæolog. c.* 133. *n.* 31. *& seqq.*) cui, exempli loco, adde arrestum Curiæ parlamenti Lutetiani, quo revocatum est privilegium typographo Titio datum ut solus posset imprimere tabulas alphabeticas. (*vide Bouchel, & Ioly au recueil des arrests notables livr.* 2. *chap.* 33. *p.* 281.)

Hievor auch bedacht.

Vide d. R. A. des Reichstags zu Trier und Cöln / anno 1512. auffgericht / § und nach dem etwa / & seqq. pag. 89.

Gar abthun.

Non factum, ut recessus Imperii, paulo ante allegati, & omnes sequentes capitulationes, ad ultimam usque, testantur.

AD ARTICULUM XVIII.

Zu Wasser.

Habet Germania, maria, habet flumina plurima navigabilia, ubique tamen vectigalibus maxime onerata. Inter flumina primas tenet Rhenus, ut Germanico dicterio admonemur, die Donaw ist aller Wasser Fraw / der Rhein mag wol Ihr Mann seyn: Tenet itidem quoque primas, onera vectigalium si computemus. Cætera Germaniæ navigabilia flumina, quæ naves onerarias admittunt, sunt, Albis, Mosella, Visurgis (in cujus cursu, ad XXVII. milliaria supra Bremam, viginti sex diversa vectigalia exiguntur) Mœnus, Neccarus, Odera &c. in quibus vectigalium onus ignotum non est, quod ubique fere in Europa satis cognitum. De Gallia, sua ætate, scripsit Iulianus Tabœtius, in paradoxis Regum (*sectione* 2. *tit. vectigalia Regni Franciæ pag.* 105.) Magnus comparatur proventus ex vecturis rerum omnium, quæ vehuntur per fluvios navigabiles, stagna, & lacus totius Imperii Gallici, quorum provetuum magnitudo superare dicitur omnia Hispaniarum vectigalia, census & rributa. Nam in Gallia triplici, sunt navigabiles fluvii ducenti viginti septem, per quos fiunt traiectiones, vecturæ, traductiones mercium, & omnium obsoniorum, unde numerosa prodeunt vectigalia, publica & privata: quæ censentur in usum Principis (Regem intelligit) ad tria talentorum millia (*dixhuit cens mille escus.*) Vide Calendaria, & Ephemerides publicanorum, qui conduxerant portoria Regia debita in solo Andegavensi Ducatu, ex vecturis per Ligerim fluvium factis, in Britanniam Celticam, ex quibus colligebantur vectigalia, ex solius vini traiectione, ad vicies, & quater sestertia, quæ centum talentis æquipollent, (*soixante mille escus la traicte du vin depuis Saumur iusques à Ingrande en Bretagne.*)

Zu Land.

Vectigalium huius generis, per totam Germaniam, infinitus est numerus. De Gallia Taboetius (*d. loc.*) scribit: Vectigalia viarum, quæ præstari solent in ingressu novæ iurisdictionis, vectigalia pontium, quæ solent exigi promiscue à quibuscunque, equite, & pedite, pro iure transitus pontis, & viæ fultura, & reparationibus, grandem pecuniam producunt, quæ convertitur ad concinnationem & ornamentum pontium, & viarum, maxima portio: nonnihil tamen redundat ad ærarium Principis, omnibus impendiorum rationibus subductis, quod censetur duodecies sestertium (*trente mille escus.*)

Beschwert 2c. Zoll.

Quo de ita legitur in der Weltlichen Reformation Kaisers Sigismundi (*c. 1. apud Goldast. inter constit. Imperial. pag.* 188. *& parte* 2. Reichssatzungen *p.* 129.) man soll auch wissen / daß alle Land gar schwerlich vbersetzt seind mit Zöllen / in iglicher stauden ist schier ein Zoll. Quod nos superiores Germani Zoll dicimus, id inferiores, & Saxones, Toll nominant. Fridericus (*de mandat. lib.* 2. *c.* 42. *n.* 15.) deducit à græca voce τέλη, quo vectigalia, quæ in itinere præstantur (*quorum mentio fit in l.* 21. *in. pr. ff. de donat. inter. vir. & uxor.*) exprimuntur; unde etiam telonia, qua pro vectigalibus posuerunt alii. (*Arnisæus de jure majestatis lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 4. *pag* 432.) Sed si maioribus nostris, literis ita ludere visum fuerit, eadem veritate, qua à Græco vocabulo ille hoc ortum, cum aliis arbitratur, ego Saxonem Toll / à latino tollere, vel Italico tolto, quod nimirum hic sumatur aliquid, vel tollatur à merce, quæ transvehitur, vel ab homine, aut bestia transeunte. Ita apud Francogallos, aliquando *toultes*, quod ipsum à vetusto eorum *tollir*, à latino tollere, factum, rapinæ dictæ, & *maletoultes* tributa, quæ illis videbantur male imposita, & male exigi (*choses mal tollues. Estienne Pasquier és recherches de la France livr.* 6. *chap.* 7.) *deniers mal tollus, & ostés*; qui hæc exigebant, vel his exactionibus præfecti erant, appellabantur *maletoultiers*. Imo corrupta latinitate, tolta pro exactione usi fuerunt: ita in Theobaldi, Comitis Campaniæ literis, scriptis, anno Domini M. CC. XXXIX. (quas Estienne Pasquier nobis communicat (*d. tr. des recherches de la France livr.* 4. *ch.* 5. *fol.* 199. *antiquæ editionis*) exprimuntur tallia, tolta, demanda, custodia villæ, turris & gabiolæ &c. tamquam exactionum species Zoll porro nostrum, idem esse poterit, quod Zall / id est, solve, o tantum in a mutato, ut alicubi fieri consuevit, ubi Hogel pro Hagel / Schoff pro Schaff / schloffen pro schlaffen 2c. dicitur. Verum si Teutonica lingua inter matrices refertur, ut referri debet, quid mirum; si vocabulis utatur

domi

domi suæ natis, nec ab alia lingua derivatis? quamquam negari non potest, ut hodierna nostra est, cum rebus multa peregrina vocabula ad nos pervenisse.

Von neuen geben.

Non debet, neque potest Imperator, novi vectigalis erigendi privilegium dare, citra consensum Electorum, ut paulo inferius videbimus, Ratio prohibitionis habetur in textu; quia scilicet Germania vectigalibus iam dudum nimium onerata. Onus ergo novum illi, qui sub antiquo onere desudat, imponendum non est, æque ut afflicto non est addenda afflictio. Multo minus autem quisquam, proprio ausu vectigalia, citra privilegium instituere debet. Fuisse vero, inordinatam hanc licentiam, olim in Imperio nostro haud infrequentem, docemur recessu Imperii, ab Imp. Rudolpho I. anno M. CC. LXXXVII. Herbipoli facto, & postea Spiræ anno M. CC. XCI. renovato: inquo, referente Lehemanno (*in Chron. Spirens. lib. 5. cap. 108. pag. 629.*) ita statutum; So gebieten wir/ daß niemande keinen newen Zoll/ noch Geleite mache/ noch nehmen soll/ weder vff Land/ noch vff Wasser/ und daß alle die Zoll/ die mit unrecht gehohet sind/ anders dañ sie vor alters gesetzet sind/ daß die selbige hohung absi/ vnd der Zoll bleibe/ als er zu recht soll. Swer dawider tut/ der hat den Landfrieden gebrochen/ und umb den Bruch so ist er in Achte/ und in deß Babestes Bann/ den man iergelich kündet an des anclases Tage/ und in des Legaten Ban/ den er vber unrechte Zolle zu Wurceburc in dem Concilio gekündet hat. Nieman soll dehennen Zoll nemen wann ze rechte/ unnd da man ze Recht nemen soll/ swer das brichet/ den soll man haben für ein Strassenröber. Wir setzen und gebieten/ daß alle die Zolle/ die sit Kaiser Friederichs ziten uffgesetzet sind/ uff Wasser oder uff Lände/ von swem sie gesetzet sind/ daß sie gar absin/ Es ensi/ daz der/ der in da hat/ bereden müg von dem Riche/ das in ze recht haben soll. Alle die di Zolle nement uff Wasser oder uff Land/ die sulnt den Wegen/ und den bruggen ir Recht behaben/ mit machend und mit besserunge/ und von dem si nement den Zoll/ die solln si befinden/ und beleiten nach ihr macht/ als ihn Gerichte geht/ daß si nit verliesen. Swer die Gebott zu drinmalen brichet/ wird er sin uberzüget vor Gericht/ als recht ist/ der Zoll soll dem Riche ledic sin.

Noch alten Erhöhen.

Ex eadem ratione, qua nova vectigalia concedi non debent, iam olim concessa augeri non debent. Auctio enim, novum esset gravamen, & veteris oneris aggravatio. Vtroque casu, würden die gemeine Gewerb/ commercien/ victualien/ ünd alle Handthierungen/ zu noch höherm auff-

herm

herm Auffschlag/ Wert und Thewrung mercklich getrieben/ auch leichtlich Ursach zur Ungedult und schädlicher Empörung gegeben (R. A. zu Regenspurg *anno* 1576. §. dadurch dann/ *pag*. 671.)

Ohne besondern Raht/Wissen/ Willen / Zulassen.

1. *Klokij relatio.*
2. *Explicatio art. IX. Capitulationis Maximiliani II.*
3. *Explicatio §.* weiters/ *recessus Imperij de anno M.D.LXXVI.*
4. *Cæsar reservatis nonnullis haud aliter uti potest, nisi consensu Electorum interveniente.*
5. *Klokij error,*

1. HÆc verba tam clara sunt, ut vix credam hodie de hac quæstione controverti (quod sæpius tamen fieri scripsit Klok, *tract. nomicopolit. de contributionibus c. 3. n. 116. p. 66.*) à quoquam posse, nisi media luce quæratur, an dies sit, vel Sol ortus: Nec potuit, vir eruditissimus, personas nominare, nec locum, à quibus & ubi hæc controversia agitetur. Rationes autem dubitandi, quas adduxit, nebulæ sunt, quæ à Sole capitulationum, quas ipse-
2 met allegat, iamdudum dissolutæ. Si in specie de Maximiliano II. cuius tempore recessus comitiorum Ratisponensium anno M. D. LXXVI. factus, quæstionem formasset Klok, an nimirum illi permissum fuerit, novorum vectigalium erigendorum privilegia concedere, pro ratione dubitandi inducere speciosius potuisset capitulationis Imperatoriæ, Maximiliano præscriptæ, articulum IX. quo, ut in antecedentium, & subsequentium Imperatorum Capitulationibus, factum videmus, potestas illa denegata, vel restricta non est, solum hoc expressum, wann iemand bey Jhm umb Zoll Begnadigung oder umb Erhöhung/ ansuchen würde/ soll Er demselben keine Vertröstung/ noch Verschreibung an die Churfürsten geben. Quod ita intelligi posset, ut petentes, cum literis, & data spe, non debeat ad Electores remittere; si ipse vero petentibus privilegia illa concederet, in hoc satisfaceret capitulationi, dum petentes non remitteret ad Electores. Verum recte monuit ICtus, non oportere ius civile calumniari, nec verba captari, sed qua mente quid dicatur animadvertere convenire. (*l. ad exhibendum 19. ff. ad exhibend.*) Hoc si agimus dicendum est d. artic. IX. hoc velle; ubi Imperator interpellatur, ut facultatem novi vectigalis instituendi, vel literis augendi, concedat, eum eo casu non debere promittere petenti, se curaturum, ut petito satisfiat; nec debere etiam, eiusdem rei causa, supplicanti literas commendatitias, vel promotoriales, ad Electores impertiri. Ratio utriusque prohibitionis est, ut Electorum arbitrium hic conservetur integrum & liberum, & res, quando adhuc integra, deliberetur, antequam ulla spes concessionis fiat. Minime autem omnium ex textu evinci potest, Imperatorem solum, non requisito concilio & consensu Electorum, supplicanti posse concedere quod petiit.

Si enim

Si enim hoc posset, quod magis est, posset etiam quod minus, nempe, spem facere de concessione futura. Et si illud posset: quid opus prohibere literas commendatitias, quibus ne usurus quidem, ne ius sibi competens remittere videretur, quod Imperatores & magnates cavere, cane & angue peius, solent. Atque hanc nostram interpretationem confirmat etiam Recessus Imperii Ratisponensium Comitiorum anni M D LXXVI. (§. weiters / p. 670.) tantum abest, ut pro ratione dubitandi adduci debeat, ut factum à Klocke (*dicto loco.*) Refert ille nonnullos propria autoritate, de facto, nova vectigalia instituere, nonnullos eodem ausu vetera vectigalia exactionum incremento augere; & hoc quidem agere tanta licentia, ut nec Imperatoris consensum, nec assensum Electorum requirant; Ohne Kaiserlichen Consens / auch (quod idem hic est ac, und) ohne Bewilligung des H. Reichs Churfürsten. Quæ posteriora non separatim, & ita intelligenda, ut major facti indignitas exprimatur; sed coniunctim ita, ut intelligamus, & Cæsaris consensum, & assensum Electorum, sine quibus simul concurrentibus, eiusmodi vectigalia institui jure nec possint, nec de facto debeant, insuperhabitos fuisse. Certe, si disjunctim accipienda forent, sequeretur, ut vectigalia iure instituta dicantur, sufficere, si solo consensu Imperatoris, vel, si solo Electorum assensu interveniente, instituta fuerint: Quod utrumque falsum, nec §. dardurch / *pag.* 671. conveniens est, ubi eiusmodi concessio ad reservata Cæsaris refertur, quæ Electores soli explicare haud possunt. Nam si optioni hic locutus esset, impetrare hoc ius, vel à Cæsare, vel ab Electoribus, non esset reservatum, & proprium, sed daretur concurrentia, & locus præventioni. Hoc, quod notatu dignissimum, docet *d.* §. dadurch / Cæsarem, etiam reservatis nonnullis non posse uti aliter, nisi assensus Electorum accedat: uti ita reservata, non absolute sint, sed cum conditione, adminimum ratione effectus. Porro, quod idem Klocke (*d. c. n.*121.) Cæsari adscribit potestatem dispensandi, retione vectigalis, (cum in *d.* R. A. §. derhalben / *d.p.* 671. legatur, daß / wann die Craiß Stände solcher newer / oder auch alter ersteigenter Zoll selber erkundigung / und deßhalben in die Meintzische Cantzley schrifftlichen Bericht gethan / daß die Kaiserliche Commissarii, und Churfürstliche Rähte solch Schreiben erbrechen / und daß die Kaiserliche Maiestät (und nicht die Churfurstl. Durchleuchten) hierauff die gebührende Nohtdurfft vorzunemen / und zu verschaffen / ihr allein vorbehalten / zum förderlichsten berichten sollen.) illud fit non solum verbis ad formam, quæ in d. §. observata fuit, haud dispositis, sed etiam suppressis nonnullis, quæ in textu recessus habentur; ac denique sine fundamento. Primum, & secundum, ex collatione textus recessus, cum textu à klocke adducto, facile; & suppressio, vel omissio, inde deprehenditur, quod in recessu legitur, daß solches / so der neuen Zöll / oder der alten Ersteigerung wegen / auß den Craissen in die Meintzische Cantzley uberantwortet / von den anwesenden (ita enim legendum, non autem

abwesende / ut meus codex mendose habet) Kaiserlichen Commissarien / und der Sechs Churfürsten abgeordneten Rähten / erbrochen / und verlesen werden solle / als dann / wann / was darinnen ferners zu thun / sie sich verglichen / solle dessen der Kaiser zum förderlichsten berichtet werden / darauff wolle er als dann die gebührende Nohturfft fürnemmen und verschaffen. Klok autem silentio involvit, daß waß zu thun sich die Kaiserliche Commissarii, und der Sechs Churfürsten abgeordnete Rähte vergleichen/ in quo tamen cardo quæstionis vertitur. Ex illis enim, & sequentibus, patet, hic nullam dispensationem Imperatori adscribi, sed executionem tantum, eius, quod à Commissariis & Deputatis, facto opus, & consultum esse, deprehensum, & ad Imperatoris notitiam prælatum fuit.

Raht.

Quando de novo vectigali, in Imperio instituendo, consultatur, non solum utilitas publica apparens considerari debet, sed etiam damnum, quod inde metuendum; & omnia ita exacte, ne faciliores simus ad instituendum quam omittendum. Inter acta comitiorum, Augustæ anno M D XLVIII. habitorum reperiri consilium Deputatorum quorundã, zu einem künfftigen Vorraht/ dardurch auch das Cammergericht zu erhalten seyn möchte. Darinnen/ nachdem man befunden / wie Stands und gemeine Personen / durch Erlegung des gemeinen Pfennings/und sonsten durch andere viel Beschwerden/ganz erschöpfet/ unter anderen vorgeschlagen worden / daß man nicht allein auff die unnütze/ sondern auch Teutscher Nation verderbliche Wahren / so auß frembden Nationen ins Reich eingeführet werden / dargegen grosse Summen / von Gold / und Silber / auß dem Reich wegkommen / zum wenigsten den zehenden Pfenning des Kauffgelts / schlagen solte. Dergleichen Wahren weren / gulden oder silbern Gewand/Sammet/Seiden/ wüllene oder andere außländische Tücher/das Vnzgold / Borten/ Edelgestein / köstliche außländische Futter / als Zobel ꝛc. welche meistentheils mit der Zeit zu nicht / aber das Gold und Silber / so man darvor giebt / in seiner Natur allezeit verbleibt. Auff das Gewürz / dieweil dessen nicht alles unter die unnützliche Wahren zu rechnen / sintemahln es theils zur Gesundheit des Menschen dienlich / möchte der fünffzehende Pfenning des Kauffgelds geschlagen werden. Vnd so von obigen wegen objiciret würde / der Verkäuffer wider alles / was er solcher Wahre wegen geben müsse/ darauff schlage / ist zur antwort gesezet / daß Niemand anders/ als die so es wohl vermögen / oder die so es auß Geilheit / der Erhöhung wegen/leiden werden. Item / so gesagt würde / auff solche Weiß würde der Handel ganz fallen / seye zu wissen / daß solches vor Teutschland sehr gut sein werde ; nemlich / wan solche Wahren auß dem Land / und das Gelt darinnen bleibe / ꝛc. Verum ut maxime speciosa, prima facie, hæc videntur, approbata tamen, neque tunc, neque postea fuerunt

runt; ſed placuit potius Statibus, immediate ſuo ære Cameræ ſuſtentationi ſubvenire.

Willen.

Status, qui conſenſu Electorum, ab Imperatore vectigalia & telonia obtinuerunt, iuri ſuo tenaciter incumbunt. Ita Ioh. Sigismundus Elector Brandeburgenſis in reverſalibus, (*de dato* 11. *Iun. anno* 1612. *art.* 17.) Ob ſeine Churfürſtl. Gnaden wol umb Erlaſſung des neuen Zolls / von dem Korn / ſo zur achſe / und Waſſer / in frembde Land auß den ſeinigen verführt würd / durch die ſamtliche Prælaten / Herren / und Ritterſchafft / gantz inſtändig mit groſſem Fleiß und Eiffer / unterthänigſt angelangt worden / dieweil es aber ein ſonderlich / und fünehmes Regalſtuck ſeines gantzen Churfürſtenthumbs / welches Churfürſt Joachim der ander / dieſes Namens / von der Römiſchen Kiaſerlichen Maieſtät / mit Bewilligung des gantzen Churfürſtlichen Collegii, ob bene merita erlangt / auch nachgehends / von Kaiſern zu Kaiſern confirmirt worden / hat ſich deſſen keines wegs begeben wollen. (*Scheplitz ad conſuetudin. March. part.* 5. *tit.* 5. §. 3. *num.* 3.)

Der bemeldten Sechs Churfürſten.

Scilicet, iterum, ut in antecedentibus articulis quoque factum, Bohemus excluditur.

Wie vor.

Non, quod in antecedentibus articulis dictum ſit, citra conſenſum ſex Electorum vectigalia imponi, vel augeri non poſſe; hoc enim factum non eſt: ſed ut illis dictum fuit, ſex Electorum conſenſum ad alia ſufficere, ita etiam ad caſum præſentem aliorum conſenſum non requiri.

Gemeldt.

Credo, incuria ſcribentis, vel imprimentis, hanc vocem in locum, gedacht / irrepiſſe. Nam elegantia ſtyli Germanici, vix admittit, ut poſt vocem, bemeldten / ſtatim, exiguo intervallo, ponatur, gemeldt. Tam copioſa enim lingua noſtra eſt, ut iſtas reiterationes, auribus minus acceptas, facile evitare poſſimus.

AD ARTICVLVM XIX.

Die Churfürſten am Rhein.

Ergone ſolis Electoribus ad Rhenum habitantibus hoc contigit, non cæteris, ut & nec reliquis Statibus? Vix crediderim, quamquam hic ſolum illis proſpiciatur. Fortaſſe his maius onus accrevit, propter frequentiorem navi-

gationem in Rheno, quam in aliis fluviis, cæteris minus, ut inde rationem maiorem habuerint, quam reliqui Electores, qui capitulationi manus & consilium admovent. Certe ut primum Bavariæ Dux Maximilianus, Elector factus est, etiam sibi in Danubio prospexit. (*vide capit. Ferdinandi III. art. 26.*) Cæteri Status, si illos molesta hæc conditio, de qua in textu nostro agitur, tangat, supplicationibus, & precibus sibi prospicere poterunt. Non minus enim, in hoc casu, libertate sua frui debent, quam Electores.

Uber ihre Freyheit.

Imperator Electoribus singulis sua confirmare debet, & confirmat, privilegia, (*A. B. Caroli IV. cap. 2. §. 5.*) atque seipsum obligat ad eorum manutentionem, & observantiam. (*supra articulo 4.*) Ergo, neque vi, neque clam, neque precibus inductus, per directum, vel indirectum, aliud agere debet.

Fürderungs-Brieffe / und in andere wege.

Literæ promotoriales alias dicuntur, quæ in casu protractæ justitiæ decernuntur, danturque ad judicem, qui eam protraxit, ut iustitiam promte, intra certum tempus, administret. (*ordin. Cameræ part. 2. tit. 26.* §. nach dem / *pag. 568. Gail. 1. observ. 28. n. 7.*) Sed hæc subiecta materia innuit, illas accipi de literis, quæ conceduntur eum in finem, ut quis immunis sit à vectigalibus, scilicet quibus Imperator utilitatem alicuius ita promotam vult, ut visis his literis, sine mora, & inquietudine, liber à vectigalibus dimittatur.

AD ARTICVLVM XX.

Ob einiger Churfürst.

Hoc ad omnes Electores pertinet, nec Bohemus hic ut supra aliquoties factum, in aliis rebus, excluditur.

Zu gebührlichen Rechten kommen wolt.

Nolens ad transigendum cogi non debet, (*Nov. 124. c. 4.*) nec impediri, quo minus iure experiatur in eum, à quo læsus, vel male habitus.

Anhängig gemacht.

Si lis jam pendens sit, Imperator, ubi opus, potius promotoriales pro administranda & maturanda iustitia, dare, quam sufflaminare processum debet.

Starcken Lauff lassen.

Hodie, præsertim in Camera Imperiali, non currunt lites, sed claudicant, ut hic non fræno, sed calcaribus opus sit: Nihilo tamen minus lites in ea pendentes Imperator avocare non potest, (*Gail. 1. observ. 41. num. 3. & 4.*) sed obligatus est, illi judicio seinen freyen starcken unverhinderten Lauff zu lassen. (*ordin. Camer. part. 2. tit. 25.*)

AD AR

AD ARTICULUM XXI.

Selbst nicht vergewaltigen.

Vim & iniuriam, nec populi Romani magistratus alteri impune infert. (*l. continet* 3. §. 1. *ff. quod met. causa.*)

Nichts schaffen.

Imperatorem haud decet, mandare, ut vis cuiquam inferatur, sed eius est officii, cavere, ne ulli vis inferatur.

Verhengen.

Magistratus conveniens, & permittens, ut alteri vis inferatur, eam ipse inferre censetur,

Wo Wir / oder iemands anders.

Regula ista aurea est, & recta ratione, quæ etiam Principem ligat, nata; optimum esse, si quis putet se habere petitiones, actione experiatur, nec vim iuri præferat (*l. extat* 13. *ff. quod met. causa. l. si quis* 7. *C. unde vi.*) Atque exinde deductum, quod legimus in R. A. zu Augspurg anno 1555. (§. ferner verpflichten / *pag.* 401.) in comitiis illis sancitum fuisse, daß die Kaiserliche Majestät / der Römische König / und kein Stand den andern / mit was gesuchtem Schein das geschehen möcht / mit der That / oder sonst / einiger Gestalt / heimlich / oder offentlich / durch sich selbst / oder andere / von ihret wegen / beschweren / vberziehen / vergewaltigen / bekriegen / tringen / beleidigen / oder betrüben sollen / oder wollen; und so auch einig Theil / oder Stand / wieder solchen auffgerichten Frieden / den andern (als doch nicht seyn soll) iezt / oder künfftiglich / mit thätlicher Handlung / die geschehe heimlich oder offentlich vergewaltigen / oder betrangen würde / daß die Kaiserliche Majestät / der Römische König / und die Stände / auch allerseits Nachkomen / und Erben / als dann / nicht allein dem Vergewaltiger / oder so thätliche Handlung fürgenomen / oder fürnemen / keinen Raht / Hülff / oder Beystand leisten / sondern / auch dem andern Theil / oder Stand / so wider den Frieden vergewaltiget / überzogen / oder bekrieget wird / wider den Vergewaltiger / oder der sich Thätlicher Handlung unternimmet / Hülff / und beystand leisten wollen / und sollen.

Zu Ihnen allen.

Rarissimus hic casus est, quod si tamen aliquando contingeret, Imperatorem contra Imperii Status, ut actorem, insurgere, via iuris, non facti uti debet. Et quoniam hoc casu ipse, tanquam actor, in propria causa iudex esse non potest, nec intra, nec extra Imperium reperiatur, qui in omnes Status jurisdictionem habeat, ab utrisque arbitri eligendi sunt, qui sententiam dicant.

Auffruhr / Zwytracht

Ubi res vi geritur, sequitur violenta defensio, aut illatæ vis violenta repulsio, ac indicatio; unde bella, seditiones, & malorum infinitus surgit numerus. Sed congruit bono, & gravi præsidi, curare, ut pacata, atque quieta provincia sit, quam regit. (*l. congruit. 13. in pr. ff. de offic. præsid.*)

Zur verhör.

Inauditus condemnari non debet, nec ab executione processus inchoari. (*Gail. 1. observ. 13. num. 1.*)

Leiden mögen.

Qui recusant se iustitiæ submittere, non possunt conqueri de justitia non observata; ipsorum autem tergiversatio, aliquando manu militari, (*ordinatio Cam. part. 3. tit.* 48. §. und mag / *tit.* 49. §. ferner /) vel aliis modis (*d. ordin. Cam. part. 3. tit.* 43.) castigari potest. Qui autem iustitiæ se submittere parati sunt, contra illos non nisi illicite arma expediuntur. (Kaiserlicher Landfrieden zu Augspurg anno 1548. auffgericht / *tit.* von *mandaten* des Cammergerichts wieder die Fridensbrecher / *inter* R. A. *pag.* 356. *ordin. Cam. part.* 2. *tit.* 9. §. und ob sich.)

AD ARTICVLVM XXII.

Hoches oder niders Stands.

Intellige, ut legitur in Kaiserlichem Lanfrieden / *de anno* 1548. (*tit.* die Poen der Fridbrecher / *pag.* 355. *& part.* 2. *ordinat. Cam. tit.* 9. §. so jemand hohen / oder nieder weltlichen Stands /) Ecclesiastici enim, ordinaria pœna banni non percutiuntur (*vide Gail. lib.* 1. *de pace publ. cap.* 1. *num.* 13. *& seqq. &* R. A. zu Speier anno 1542. §. würde sich aber / *pag.* 275.)

Ohn Vrsach.

Nemo iniquo banno subici debet, sed tantum ille, qui hoc meritus factis suis. Vnde etiam receptum in Camera, in causis fractæ pacis, sententia, qua proscribuntur sontes, causam condemnationis exprimere, (*Gail. lib.* 2. *de pace publ. cap.* 6. *num.* 17.)

Vnverhört.

1. *Reus regulariter citari debet, antequam feratur sententia banni.*
2. *Quid vero si non compareat?*
3. *Exemplum.*
4. *Quando processu ordinario opus non sit.*
5. *Casus, ubi sententia declaratoria banni opus non est.*
6. *Henricus Saxoniæ & Bavariæ Dux, sententia banni obiicit exceptionem loci incongrui.*
7. *Goldasti opinio.*
8. *Ea examinatur.*
9. *Lotharij constitutio.*

Regula-

REgulariter citari debet reus antequam feratur sententia banni (R. A. zu Speier anno 1542. §. würde sich / p. 275. Kaiserl. Landfried zu Augspurg anno 1548. tit. die poen der Friedbrecher / §. und ob iemand / pag. 355. ordin. Cam. d. part. 2. tit. 9. §. so jemand.) Et ut Gailius (de pace public. lib. 2. cap. 3. num. 8.) docet, turbator pacis publicæ citari, & legitimo processu habito, sententia judicis, probato delicto, in bannum imperiale declarari, & denunciari debet. 1.
Quod si vero non compareat, constet tamen de delicto, etiam absens, & inauditus, percuti banno poterit. (d. §. würde sich / pag. 275.) Ita de Sigismundo Imperatore refert Wurstisius (lib. 4. Chron. Basileens. c. 18. p. 227.) quod anno M. CCCC. XV. Fridericum, Ducem Austriæ, citaverit, für das Königliche Hoffgericht / umb Verantwortung; und als er sich auff bestimten Termin nicht eingestellet / sey er vom Kaiser aller seiner Lehen / Land und Leuthe beraubet / und in die Acht gethan worden. Citatione autem, & processu ordinario, tunc opus non est, quando crimen commissum est maxime notorium, & delictum permanens (vide infr. artic. 30. capit. Ferdin 3.) fieri tamen, si hoc Electoribus ita videatur, poterit, ut cæteris ex causis, etiam his casibus citatio decernatur, præsertim, ubi de Electoris, vel potentis Principis, proscriptione, agitur. Hoc ex Imperii constitutionibus certum, dari casus, ubi sententia declaratoria banni opus non est, (Gail. 1. observ. 3. n. 9. & lib. 2. de pac. publ. c. 3. n. 18. sed legis declaratio sufficit, quæ vult, daß die Thäter / ipso facto in des H. Reichs Acht gefallen seyn sollen / wie dann dieselbe dißfals auch / ohne einige fernere Erklärung / jetzo als dann / und dann als ietzo (id est, tempore legis latæ, & tempore commissi criminis) in die Acht gethan / und als deß Reichs Aechter erkennet seyn sollen (R. A. Augspurg anno 1559. §. damit dann hinfüro / p. 523. Abschied des deputation Tags zu Wormbs anno 1564. §. und damit diesen / p. 550. R. A. zu Augspurg anno 1566. §. daß sie auch / pag. 563. & §. auff den Fall dann / p. 574. Gail. d. lib. 2. c. 3. n. 18. & seq.) Notabile etiam est, sententiæ banni objectum aliquando, eam loco debito non latam fuisse. Anno M C LXXX. (ut refert Spangenberg in Chron. Saxon. cap. 232.) wurde Hertzog Heinrich Sachsen und Baiern / propter crimen læsæ majestatis, & rebellionem, auff dem gehaltenen Reichstag zu Regenspurg in Baiern / Würtzburg in Francken / und Erffurt in Sachsen / offentlich in die Acht und Aberacht erklärt und außgeruffen: welches er sich wol hart beschweret / und vorgewandt / solche Acht seye nicht kräfftig / sintemahl er nicht in den Landen / noch an dem ort / da er gebohren worden / darein erklärt sey. Dann er sich darauff beruffen / daß er in Schwabenland jung worden / und darinnen auch die Acht / daß die kräfftig seyn solte / hätte sollen über ihn erkandt werden. Aber diesem Befelch zu begegnen / ist er zu Gemunde in Schwaben / offentlich in die Acht zum Uberfluß erklärt worden. Ad maiorem hujus relationis (à qua aliquam multum discrepat illa, quam Mutius habet (libro 18. Chron. German. apud Pistorium tom. 2. histor.

histor. p. 155.) lucem pertinent, quæ scripsit Goldastus (*de regno Bohem. lib. 4. cap. 10. num. 23.*) quod Spangenbergius autor est, Henricum ad legem Suevicam provocasse, Suevorumque judicium, inde est, quia fuit Regia Suevorum-Welforum, seu Quelphorum, prosapia ortus. Et erat tum temporis in instituto, moreque Germanorum, positum, ut quisque secundum legem propriam, ubicunque terrarum degens, iudicaretur, & condemnaretur, qua de re habemus, constitutionem Lotharii Imper. in eius capitulari, & in legibus Longobard. (*lib. 2. tit. 57.*) Verum, an hæc Goldasti explicatio ad rem faciat,
8. non immerito dubites. Non enim Spangenbergius hoc refert, quod Goldastus præsupponit, Henricum ad legem Suevicam, Suevorumq; iudicium provocasse; sed hoc indicat, Henricum tantum excepisse contra locum, ubi lata sententia. Ergo, ut verum esse possit, Lotharii legem, etiam in sententia banni ferenda contra Principes Imperii, observari debuisse, non tamen Goldastus ex Spangenbergio, aut aliunde monstratum dedit, Henricum, non secundum eam legem iudicatum fuisse, in qua vivere professus fuerat, uti nec illud firmavit, ex Lotharii constitutione, unumquemque non solum secundum legem, qua vivere voluit, sed etiam in loco nativitatis, vel provincia, ubi ista lex ortum habuit, judicari debere. Constitutio Lotharii (*apud eundem*
9. *Goldastum in collectione consuetudinum & legum Imperialium p. 88.*) ita habet: Volumus, ut cunctus populus Romanus interrogetur, quali lege vult vivere, ut tali lege, quali lege vivere professi sunt, vivant, illisque denuncietur, ut hoc unusquisq;, tam iudices, quam Duces, vel reliquus populus, sciat. Quod si offensionem contra eandem legem fecerint, eidem legi, quam profitentur vivere, per dispositionem Pontifices ac nostram, subiaceant.

In die Acht.

1. *Vocabulum* Acht / *dicitur esse Græca originis.*
2. *Sed est pure Germanicum.*
3. Acht / *sumitur aliquando in bonam, aliquando in malam partem.*
4. Aechter *aliquando honoris titulus.*
5. *Aliquando malæ notæ.*
6. Ein verachter Mann.
7. *Bannum unde.*
8. *Ban, id est proclamatio publica.*
9. *Idem quoque significat Gallis.*
10. *Baan, id est Via.*
11. *Autoris opinio.*
14. 13. *Bannum Varia significat.*
14. *Bannum civile, & Ecclesiasticum.*

1. Acht / vocabulum peregrinum, nec nostri soli esse, nonnulli contendunt. Græca origine illud deducendum putavit Henischius (*parte* 1. Teutscher Sprach und Weißheit / *verb.* Acht /) vel ab ἔχθος, inimicitia, ἄχθος, angor,
2. dolor ἄγειν, agere, exigere, pellere in exilium. Magis ego in id inclino, vocabulum origine esse pure germanicum, æque ut verbum achten / id est, æstima-
3. re, in pretio habere, observare. Sumitur aliquando in bonam, aliquando in malam partem, secundum præferentis mentem, & qualitatem rei, de qua loquimur

loquimur: ut, Er ist in acht zu nehmen / observandus, vel honorandus est; nimm dich vor ihm in acht / cave illum; habt gute acht / attendite &c. einen in die Acht thun / talem declarare, qui ab omnibus caveri debeat, vel cuius consortium quilibet cavere debeat, mit welchem niemand nichts zu thun haben / ihne weder hegen / noch hausen soll. Ita etiam ächter / quod maiores nostri 4.
Echter / scripserunt, vel aechter / ambiguum est; aliquando enim in bonam partem accipi, patet ex literis, quas anno MCCCXC. scriptas allegat Caspar à Lerch (in des Reichs Ritterlichen Adels herkommen und Freyheits-bericht / *p.* 42. *b.*) quarum exordium ita sonat: Schenck Eberhard / Herr zu Erpach / Landfauht des Landfriedens am Rheine / und die Echter / die über denselben Landfrieden mitgesetzet seyn. Quo sensu, credibile est, etiam familiam Nobilem Franconiæ der Echter / nomen adeptum honeste fuisse. Ut hodie scri- 5.
ptura Aechter / & sensus, in usu est, malæ notæ homo, & ille designatur, der verachter (hoc est, ex æstimatione bona in malam transpositus, vel infamia notatus,) und in die Acht gethan worden / (bannitus vel proscriptus fuit) qua formula loquendi utitur Imp. Fridericus III. in seiner reformation zu Franckfurt / anno MCCCC XLII. auffgericht / (*circa finem p.* 18.) & eodem sensu legimus, im Schwabenspiegel (*cap.* 155. *apud Goldast.* in Reichssatzung / *pag.* 64) Ein veráchter Mann / will er sich auß der Acht ziehen ꝛc. Acht / latine rectius 6.
proscriptio dicitur, quam bannum, quæ vox minus latina, in latinitatem 7.
tamen, qua hodie utimur, irrepsit, & temporis tractu, ac usu, ex peregrina, civilis facta est. Teutonicæ originis mihi esse videtur, apud quos, vario significatu olim fuit, & hodie est. Sensu ad rem præsentem, Germanis 8.
olim Ban erat proclamatio quædam publica, quæ per præconem fiebat; quo significatu etiam Franci in Galliam illud vocabulum secum invexerunt. Unde 9.
adhuc apud eosdem, audire & legere datur, *ban de mariage*, wann die zur Ehe schreitten wollen / auffgebotten / oder von der Cantzel verkündiget werden / *sonner le ban au tambour*, ein offentliches Gebott bey dem Trummelschlag außruffen / oder ein Auffgebott durch Trummel rühren / *ban des vignes*, wann man außrufft / das man nicht in die Weinberge lauffen soll / *bannissement*, wann mann einen aus der Statt / oder dem Land verweiset: *pource que celuy (qui est condamné à exil) est proclamé à cry public, estre exilé, & avoir perdu les droits de cité, & Bourgeoisie.* Coquille (*en l'histoire du pays & Duché de Nivernois pag.* 121. *& sur les coustumes des Nivernois, tilt. des confiscations, artic.* 1. *pag.* 68.) *bannir*, inquit, *vient de ban, qui est ancien mot Tudesque, & François, qui signifie une proclamation publique, pource, qu' on faisoit sçavoir en public l' exil de celuy, qui estoit condamné, comme à Rome estoient les proscriptions.* (*adde Estienne Pasquier des Recherch. de la France livr.* 6. *ch.* 35. *& livr.* 2. *ch.* 13. *Loyseau au traicté des seigneuries chap.* 4. *n.* 9.) Cæterum, hanc vocem bannum, ex ban Ger- 10.
manico, dictæ significationis, factam potius arbitror, quam ex voce baan,

in illa significatione, qua viam publicam vel territorium significare monet Gailius (*de pace publ. lib.* 2.*c.* 1.*n.* 12.) quod bannitis hac via uti non liceat, ut Sichardus (*ad l.* 1. *n.* 14. *C. de hered. instit.*) vel, ut Gail. (*d. l.*) explicat, quod banniti amittant bannum Imperii, hoc est, territorium, sive viam publicam, & regiam, id est, libertatem, & rerum communium æqualem omnibus concessum usum, daß sie des H. Reichs Baan/ und Strassen/ nicht gebrauchen dörffen: id est, quod territorio, & via publica Imperii, quæ omnibus communis esse debet, uti nequeant: quia proscriptorum loco habentur, & ab omnibus
11. impune offendi possunt. Si hæc, in re nostra præsenti, militaret significatio, dicendum foret: N. N. sey aus der Baan gethan worden/ non autem in den Baan. Accedit, quod Ban/ vel Baan/ si pro proscriptione accipias, generis masculini notam habeat, der Ban oder Baan; si autem pro via, fœmininum sit, die Baan. Et si utrumque genus promiscue admitteret, non sine colore dici posset, Baan/ ubi viam significat, nomen accepisse, quod publico edicto, proclamatione, vel indicatione, notum factum fuerit, illa via com-
12. muniter utendum. Hoc certum est, ea ætate, qua latina oratio peregrinis vocabulis aucta fuit, bannum varia significasse: Aliquando mulctam, & si aliter non determinata, eam sexaginta solidorum, vel pœnam totidem ictuum, in legibus Longobardorum notare, docet Petrus Pithœus (*lib.* 2. *adversf. cap.* 20. *p.* 448.) In constitutione Friderici II. Imper. (*de statutis & consuetudin. contra libertat. Eccles. editis, quæ lib. ult. feudorum annexa legitur* §. 1.) Banni mille mar-
13. charum mentio fit. Aliquando edictum (*Hottom. de verb. feudal. verbo bannus.*) ita bannitus, aliquando idem est, quod evocatus, aliquando, quod exilio da-
14. mnatus: (*Hottom. d. tr. verbo bannitus.*) Vt nunc vocabulo banni utimur, duplex est bannum, civile quod proscriptionem diximus, & ecclesiasticum, der Geistliche Ban. (R. A. zu Trier und Cöln anno 1512. §. und ob iemands/ *p.* 84.) quod etiam excommunicatio dicitur.

Oberacht.

Die Acht ist zweierley/ Vnteracht/ und Oberacht. Dann wann einer von dem Richter/ der unter dem Kaiser/ oder König gesessen/ geächtiget wird/ so ist er nicht weiter geächtigt/ dann desselben Richters Gebiet gehet: hierumb so heist auch desselben Acht ein Vnteracht. Wer aber von dem Kaiser/ oder Könige geächtiget wird/ der ist an allen Orten des Reichs geächtigt/ und mag/ als ein erklärter Mißthäter/ weder behauset noch geherberget werden. Darumb dann des Kaisers und des Reichs Acht/ die Oberacht genennet wird. Ita (*ex* Landrecht *lib.* 3. *artic.* 24.) Lagus (*in compend. jur. civil. lib.* 2. *tit.* 8. *vers.* es ist aber/ Rudinger *centur.* 1. *obser.* 53.) Hoc sensu, non solum die Oberacht dici debet, in quam ab Imperatore ipso quis declaratur, sed etiam quæ ipsius nomine in Camera laxatur, quæ & ipsa dicitur die Kaiserliche/ und des Reichs Acht (R. A. zu Augspurg *anno* 1548. damit auch künfftiglich/ *pag.* 321.)

Est præ-

Est præterea etiam bannum simplex, vel primum, vel reiteratum, Acht / und Aberacht: cuius exemplum ponit die Hoffgerichtsordnung zu Rotweil à Conrado III. Imp. anno M.C.XLVII. facta (*parte. 9. tit.* 1. §. 2. & 8.) in eo, qui propter absentiam, & non respondendo, incidit in bannum contumaciæ, & postea à judice auff recht auß der Acht gelassen wird / tandem vero in judicio succumbit, wann der / der auffrecht / auß der Acht kommen ist / dem Kläger in dem rechten fällig würde / so richtet man den Kläger darumb zu ihm mit Aberacht / und mit anlaiten ꝛc. Sed & eo sensu quoque Aberacht dicitur, quo, qui propter delictum iamdum banno percussus fuit, altera, & reiterata sententia eodem denuo percutitur. Quod Alberto Marchioni Brandeburgensi tempore Caroli V. contigit, qui utrumque contemnens, ioco aliquando dixisse fertur, Acht und aber acht / macht sechszehen.

Erklärt werden.

Processus Cameræ Imperialis, ut ex Meurero, & Melandro (*ad part.* 2. *proceß. p.* 419.) cognoscitur, einen in die Acht zu erklären / ist dieser: Erstlich so erzehlet der Prothonotarius, auß dem Vrtheilsbuch alle des ächters begangene Handlungen / mit vermelden / dieweil dieselbe erweisen / daß der beklagte derowegen vermög der Ordnungen / in die Acht erklärt. Wann nun erstlich dises Vrtheil / durch den Prothonotarium, in offentlicher Audientz / also verlesen / so stehet der Cammerrichter / sampt andern Beysitzern von stund an auff / (der R. A. zu Regenspurg anno 1576. §. damit dann / *p.* 663. will / daß in solchem Fall alle Præsidenten und Beysitzer im Gericht zu gegen seyn / auch von dannen hinauß / an gewohnlichen Ort / unterm freyen Himmel zu publicirung der Acht samptlich erscheinen sollen) lieset unter dem freyen Himmel auff dem Marck zum andern mal des ächters begangene Handlungen / erkläret ihn in die Acht / erlaubt seyn Leib und Gut iedermänniglich frey: so solches verricht / zureist er den Zettel / würfft den auff die Erden. Nach solchem allen werden die Achtbrieffe allenthalben angeschlagen. Hæ cæremoniæ, maxima ex parte, terroris maioris causa adhibentur (*d.* R. A. §. damit dann.) Terribilior tamen, præ cæteris, fuit illa banni proclamatio quæ olim usitata am Kampffgericht des Landgerichts zu Francken (*ut ex ordinatione eiusdem judicij* §. 13. *videre est apud Goldast. tom.* 1. der Reichssatzungen / *p.* 238.) Der Richter tritt von dem Stul / wendet sich gegen Orient, und spricht N. als dich N. nach Kampffrecht / und Franckenrecht / geheischen und gefordert hat / und wir dir darumb geschriben / und Rechtstag gesetzt haben / als dann mit Vrtheil ertheilt ward / das du alles verschmähet hast / und auff solche Forderung aussenbleiben / und unserm Gebott widersessig und ungehorsam gewesen und noch bist / das vrtheilen wir / und Achten dich / und nehmen dich von und

aus allen Rechten / und setzen dich in alles Unrecht / und wir theilen deine Wirthin / zu einer wissenhafftigen Witwen / und deine Kinder zu ehehafftigen Waisen / deine Lehen dem Herrn / von dem sie zu Lehen rühren / dein Erb / und eigen / deinen Kindern / deinen Leib und dein Fleisch den Thieren in den Wälden / den Vögeln in den Lüfften / und den Fischen in den Wegen; wir erlauben dich auch männiglich / auff allen Strassen / und wo ein jeglich Mann Fried und Gleid hat / da soltu keines haben / und wir weissen dich auff die vier Strassen der Welt / in dem Namen des Teuffels / bey den eiden / in der Sach. Paululum mitior est sententia banni, cuius usus fuit in dem Kampffgericht des Burggrafthumbs zu Nürnberg / (*vide* dessen Ordnung §. 27. *apud Goldast. parte* 2. der Reichssatzung / *p.* 87. *& me in addit. ad. lib.* 5. *de jur. publ. c.* 7. *pag.* 754.)

Proceß.

Vide Gailii tractatum de pace publica.

Vorauffgerichte.

Quæ olim statuta, interpolata, & confirmata postea fuerunt, & hodie legi possunt in Ordinatione Cameræ, (*parte* 2. *tit.* 9. *& seqq.*)

AD ARTICULUM XXIII.

Höchlich in Abnemmen und Geringerung kommen.

Vide supra ad art. IX. verba, das jenige so davon kommen.

Reichssteuer der Stätte.

1. Reichs Schilling / Reichs Steuer der Stätte.	3. 4. 5. 6. 7. 8. *Imminutionum causæ.*
2. *Earum imminutio.*	9. *Quid hodie obtineat.*

1\. Liberæ civitates Imperii fere singulæ, olim Imperatori quotannis, in recognitionem immediatæ subiectionis, non levem pecuniæ summam solvere obligatæ fuerunt, quæ der Reichsschilling / vel die Reichssteuer der Stätte / dicta fuit. Postea, hæc summa pedetentim adeo decrevit, variis ex
2\. causis, ut, si fidem meretur relatio Romana *in Thesauro politico* (*parte* II. *pag.* 40) hodie vix XV. millia florenorum annua inde supersint. (*Le citta franche dell' Imperio, sono quelle, che non conoscono altero Signore, che l' Imperatore, delle quale alcune pagano un certo censo, mà cosi debole, che in tuto non importa quindeci mila florini*: (*vide Caspar Ens in thes. polit. apoteles.* 6. *fol.* 128.) Sunt alii, qui summam adhuc esse, mille florenorum ferunt. Decrementi variæ causæ sunt: (1.) Immunitates, quibus Imperatores nonnullas civi-
3\. tates Imperiales ab hoc onere in totum exemerunt. Argentoratum ist also frei / daß sie keinen Römischen König / oder Kaiser schuldig ist / des Reichs schilling / oder einigen Hand Zins / Schatzung / oder Tribut zu geben / (*e-*

tul

tuli de jure publ. 7. c. 3. n. 11.) (2.) Moderatio huius census, quam nonnul- 4.
lis indulserunt Imperatores. De Ludovico IV. Imp. narrat Crusius (*annal. Suevic. part. 3. lib. 4. c. 7. fol. 223.*) quod die XXIV. Octob. anno MCCCXXIX. Cremonæ, sub aurea bulla, donarit universitatem civium Augustanorum, etiam hoc splendidissimo privilegio, ut, scilicet, pro debito Imperatori, cum censu, tum tributo, non amplius, ut eo usque usus proposcerat, DC. sed tantum CCCC. libras numorum quotannis fisco dependeret. Von König Sigmunden / ist Burgermeistern / Raht und Burgern der Statt zu Lindaw / diese nach geschriebene Gnad / und Freiheit gethan / und gegeben; als sie ihrer Mai. vorfahren und dero selbst vierthalbhundert Pfund Heller / zu jährlicher Steuer biß daher gegeben, daß sie und ihre Nachkommen / Burger zu Lindaw / Ihrer Mai. und dero Nachkommen an dem Reich / zu solcher jährlicher Stewr zweyhundert Pfund Heller / und nicht mehr / fürbaß geben und zu geben pflichtig sein sollen / laut privilegii de dato Costnitz den ersten Mittwoch nach unsers Herrn Fronleichnams Tag anno M. CCCC. XV. (*teste Autore* der gründlichen Außführung der Reichsstatt Lindaw / die unversehens abgelöste Reichspfandschafft betreffend / *p. 631.*) (3.) Numi intercessio; quando pretio dato, aliquæ civi- 5.
tates libertatem ab hoc onere ab Imperatoribus emerunt. Fecit hoc civitas sancti Galli, quæ anno M. CCCC. XVII. à Sigismundo Rege, non parva auri summa interveniente, libertatem ab hoc censu, der Reichssteuer / comparasse scribitur, (*Stumpfius rer. Helvet. lib. 5. cap. 8. fol. 327.*) (4.) Alienatio, vel 6.
oppignoratio, cuius in textu nostræ capitulationis mentio fit. (5.) Mutatio 7.
Status, quando non exiguus civitatum Imperialium numerus, vel propter delictum commissum, vel venditione, oppignoratione, & aliis mediis, ex immediatis mediatæ factæ sunt. Inter oppignoratas est Egra. (*Georgius Beat. in Chron. Bohem. p. 94. Goldast. de regno Boh. lib. 1. c. 17. n. 6.*) Inter cæteras, Vienna, (*Lazius lib. 2. c. 6. fol. 72. Mutius in Chron. German. lib. 20. apud Pistor. tom. 2. German. script. pag. 184.*) Chemnitium, Zuiccavia, Aldenburgum. (*Peccenstain in theatro Saxon. part. 2. p. 20. & 21. & parte 3. pag. 41. 129.*) Martisburgum, Treviris, (*vide me lib. 7. de jur. publ. c. 48.*) Cameracum, *Hubertus Leodius lib. 2. de vita Friderici. II. Palat. pag. 23. & lib. 12. p. 254.*) Constantiensis civitas, (*Le Mercure François tom. 19 p. 566. & ego in addit. ad jur. pub. lib. 1. c. 9 post num. 26.*) Donnavverda, (*vide me dicto tract. lib. 7 c. 13. n. 4.*) *&c.* (6.) Separatio ab 8.
Imperio, quando bellica fortuna vel spontaneo motu nonnullæ ab Imperio avulsæ sunt, vel etiam valedixerunt. Ad hanc classem pertinent Metis, Tullum, Verodunum, Gedanum, Elbinga, Amstelrodamum, Noviomagum, Vltrajectum, & aliæ Hollandici fœderis civitates. De Helvetici fœderis civitatibus, quæ Imperii liberæ fuerunt, dubitari poterit, an se subtraxerint ab Imperio, vel potius incrementum dederint tantum libertati suæ?

(*vide me de jure publ. lib.* 1. *cap.* 9. *n.* 35.) quicquid tamen statuatur, certum est,
9. Imperatoris, & Imperii censum illic exaruisse. Cæterum, quæ civitates Imperii adhuc oneri census subjectæ remanserunt, singulæ diversas quotas habent, quas quotannis solvere tenentur, tanquam præcipuas, & distinctas à reliquis Imperii oneribus, sive collectis, ordinariis, vel extraordinariis: nam hæ illarum cursum non sistunt. Atque hoc ipsum onus, der Stattsteuer/ unum est ex illis, quod civitates Imperii in duriorem causam obligat, quam cæteros Imperii Status, qui consimili onere gravati non sunt. Quantum quælibet civitatum huius oneris ferat, distinctim mihi non innotuit; nisi quod audivi, Norimbergam solvere summam bis mille aureorum Rhenensium.

Andere Gefäll.

1. *Varij reditus, atq; compendia olim ad Imperatorem.*
2. *Ex bonis Imperij immediatis.*
3. *Ex fodinis metallicis.*
4. *Ex telonijs, & vectigalibus.*
5. *Ex censu animalium.*
6. *Ex successione in bona mobilia Episcoporum, atq; Prælatorum.*
7. *Ex censu Iudæorum.*
8. *Iudæi sunt servi Cameræ Imperialis, Fi*scalische Knechte.
9. 10. 11. *Effectus huius servitutis.*
12. 13. *Hoc ius Imperatoris varie imminutum per privilegia.*
14. *Privilegium quod Carolus IV. dedit civitati Spirensi, Iudæos concernens.*
15. *Aliud, quod idem Imperator dedit Wormatiensibus.*
16. *Aliud, quod dedit Burggravius Norimbergensibus.*
17. *Arumæi opinio refertur.*
18. 21. *Refellitur.*
19. *Iudæi olim fuerunt, & adhuc sunt servi Cameræ Imperialis.*
20. *Cur tales sint?*
22. 23. 24. *Alius ab Arumæo commissus error detegitur.*
25. 26, 27. 28. *Quantum Iudæi Imperio contribuere debuerint?*
29. 30. *Ab illis contributionibus exemti fuerunt Iudæi, Francofurti habitantes.*
31. *Iudæorum onera.*
32. *Quando Iudæi semel recepti, an iterum dimitti possint?*
33. *Reditus Imperatoris ex fisci Regij iuribus*
34. *Ex ditionibus tributariis.*
35. 36. *Quid tributi nomine Polonia dare debuerit Imperio?*
37. *Quid aliæ provinciæ?*
38. *A quo Imperatore tributum Bohemis remissum fuerit?*

1. VArii olim fuerunt reditus, proventus, & compendia, ad Imperatorem, ob Imperii administrationem, spectantia, quibus sustentationi Imperatoris, ac negotiis Imperii expediundis, subvenire licuit.

2. Fuerunt (1.) reditus ex bonis immediate ad Imperium pertinentibus, fiscalia, vel fiscalina nonnullis appellata, quæ maxima ex parte postea ad alios, feudali, vel alio titulo, pervenerunt. Bey zeiten Ludovici des dritten/ (*ut ex Munstero refert Lehemann in Chron. Spir. lib.* 4. *c.* 1 *pag.* 269.) welcher regirt anno 903. und vor derselben Zeit/ seind Hertzogen/ Marggrafen/ Pfaltzgrafen und Ritter/ nur namen der ämpter gewesen/ und nicht erbliche Herrligkeiten. Die Hertzogthumb und Graffschafften/ waren nicht der Hertzogen und Grafen/ sondern des Reichs/ König und Kaiser/ aber nach den Zeiten der Kaiser Otten/ hat

hat sich alles geändert und umbgekehrt. Hoc sub rerum censum etiam fuisse reditus Episcopatuum, Abbatiarum, &c. ex annalibus Franc. *Fuldensibus* tradit idem Leheman. (*d. chron. Spir. lib.* 2. *c.* 44. *p.* 187.) daraus erscheinet (verba sunt Autoris) daß die Bistumb/ Abteien/ Graffschafften oder Gaw/ niemands dann dem Reich und König/ und dergleichen keins/ weder Bischoffen/ Aepten/ Grafen/ Fürsten/ oder Hertzogen eigenthumlich/ oder erblich zu gestanden/ sondern aller Landschafften/ Stätt und Gemeinden/ Erb und eigen dem Reich zugehört/ welche ein König/ so lang er gelebt/ zu Erhaltung seines Königlichen Stands vom Reich innen gehabt/ genutzt und genossen.

(2.) Ex fodinis metallicis, auri, & argenti &c. nam hæc omnes ad Imperatorem spectabant; quas tamen postea, non Electoribus modo, sed etiam aliis, varie quidem, Imperatores concesserunt. Disertis verbis hoc docet Henrici VI. Imper. constitutio, de argentifodinis, facta anno MCLXXXIX. (*apud Goldast. tom.* 3. *constit. Imperial. p.* 362.) in qua ita legimus: Cum omnis argentifodina ad iura pertineat Imperii, & inter regalia nostra sit computata, nulli venit in dubium, quin ea, quæ nuper in Episcopatu Mindensi dicitur inventa, ad nostram totaliter spectet distributionem. Unde in ea nulli hominum quicquam juris recognoscimus, nisi hoc à nostra liberalitate valeat specialiter impetrare. Mandamus igitur omnibus vobis & singulis, sub obtentu gratiæ nostræ præcipientes, ut nullus vestrum, se, de prædicta argentifodina intromittat, nec aliquit juris sine nostra licentia sibi in ea usurpet. (*De variis concessionibus videri potest. A. B. Caroli IV. c.* 9. *Goldast. d. tom.* 3. *p.* 363.) 3.

(3.) Ex teloniis vectigalibus Imperii, welche durchs gantze Reich der Königlichen Cammer groß Reichthum ertragen/ (*Leheman. d. lib.* 2. *c.* 44. *pag.* 191.) Constat autem ex Speculo Suevico, oder Kaiserlichen und Königlichen Land und Lehenrecht (*lib.* 1. *tit.* 12. *apud Goldast. tom.* 1. Reichssatzungen /*p.* 55.) daß alle Zoll/ und alle Müntzen/ die im Römischen Reich seind/ die seind eines Römischen Königs/ und wer sie will haben/ er sey Pfaff oder Ley/ der muß sie haben von dem Röm. Reich/ und von dem Römischen König. 4.

(4.) Ex censu animalium, vom Viehezinß/ den man inferenda, oder infranda, genent/ und zur Königlichen Cammer gehörig gewesen. (*Leheman. d. l. & c. pag.* 192.) 5.

(5.) Ex successione in bona mobilia Archiepiscoporum, Episcoporum, atq; Prælatorum. Hoc enim juris olim fuit, ut Archiepiscopi, Episcopi, atq; Prælati morientis bona mobilia, non ad demortuorum agnatos, nec Episcopatum, aut Abbatiam, devolverentur, sed ad Imperatorem. (*Leheman. Chron. Spir. lib.* 5. *cap.* 67. *pag.* 536. & 542.) Quod Othonem IV. Imp. anno MCCVIII remisisse, legimus in Principum Imperii scripto ad Innocentium III. (*apud Goldast. constit. Imp. pag.* 72.) Idem Goldast. (*in rationali ad d. tit. pag.* 75.) tradit; Helvetios alicubi hoc iure ut in sacerdotum bona mobilia. 6.

(6.) Ex

7. (6.) Ex censu Iudæorum. Fuerunt enim Iudæi dem Römischen Kai-
sern ohne mittel zu gehörig (*ut docet nos Fridericus III. apud Goldast.* in Reichs-
8. satzung *p.* 187.) & Cameræ Imperialis servi, (*Wenceslao Imp. teste, apud Goldast.*
part. 2. der Reichsatzungen *p.* 69.) vel, ut Conradus IV. (*apud eundem Goldast.*
constitut. Imperial. tom. 2. *pag.* 85.) in constitutione sua, de privilegiis Iudæo-
rum, loquitur, omnes & singuli Iudæi, degentes ubique, per terras Im-
peratoris iurisdictioni subiectas, servi sunt Imperialis Cameræ speciales,
hoc est, Kaiserliche fiscalische Knechte / (*ut apud Lehemannum legimus lib.* 7.
Chron. Spirens. cap. 42. *pag.* 789.) Cuius servitutis intuitu, non licuit ulli
Imperii membro, Iudæos recipere, nec ab ipsis quicquam exigere: vita e-
9. nim, & bona eorum, tunc unice ad Imperatores spectabant. Effectus huius
iuris Imperatorii in Iudæos exempla sunt, quod Wenceslaus A. M CCC XCII.
(*referente Casparo á* Lerch in dem Bericht des Reichs Ritterlichen Adels her-
kommen und Freyheiten *p.* 42.) mandavit, daß allen Edelleuthen ihre Brieff
und Pfand / so den Juden in den Stätten versetzet / wieder gegeben / und die
Edelleuth nur Hauptgut zahlen / und Schadens ledig sein solten / damit sie
10. Jhm desto baß Ritterliche Dienst leisten könten. Insignius autem illud est,
quod in Archivo Principis mei legi, quo Carolus IV. anno M. CCC.XLVII.
testatur, daß Er J. und A. Gebrüdere B. zu N. wegen ihrer nutzbarn dem
Reich geleisten Dienst / und so sie fürbaß wol gethun mögen / und sollen / und
alle ihre Erben / selbst Schuldner / und Bürgen / von Königlicher Gewalt /
ledig gesagt aller der Schuld / Hauptgut / und Gesuchs die sie allen Juden des
Reichs Stätten / Besten oder Schloßen / oder hinder wem sie anderswo geses-
sen / schuldig / dann er das von seiner Königlichen Gewalt / und Macht wol ge-
thun möge / und auch all Juden / mit Leib und Gut / in die Königliche Reichs-
Cammer gehören / und in seiner Gewalt und Händen seyn / daß er mit seiner
11. Mächtigkeit darmit thün und lassen möge was er wolle / ꝛc. De eodem Impe-
ratore dicitur (*in diario historico* des Franckfurtischen unwesens / *pag.* 73.) daß
Er in Anno M.CCC. XLIX. der Statt Franckfurt / die gantze damalige / und
künfftige Judenschafft daselbst / und in specie, ihr Leib und Gut / ligend / flies-
send / oder fahrend / ersucht und unersucht / ihre Höffe / Häusser / Kirchenhöffe /
Schulhoff / ihr Eigen und Erbe / in und ausser der Statt / wie das namen haben
und einiger massen verstanden werden möcht / vor Fünffzehen tausend und
zweyhundert Pfund Heller / guter Wehrung / doch auff wiederlöse versetzt und
12. verpfändt / auch nachgehents wider käufflich überlassen / *p.* 74.) Cæterum,
privilegiis, quæ Imperatores aliis concesserunt, longe ab antiquo jure, in
Iudæos, & circa eosdem, ac varia quidem recessum fuit. *Primo* enim non
solum Electoribus (*vide Aur. Bullam c.* 9. §. *ult.*) Principibus, aliisque data li-
centia fuit, propria autoritate Iudæos recipere, sed postea legibus Imperii ge-
neraliter insertum, daß hinfüro niemand Juden anzunemen / oder zu halten /
gestattet

gestattet werden soll/dann den jenigen/die vom Kayser und dem Reich/Regalia haben/ oder insonderheit derhalben privilegirt seyn. (Reformation guter Policey/ zu Augspurg anno 1548. auffgericht/*tit.* von Juden und ihrem Wucher/*pag.37.* Policey-Ordnung/ zu Franckfurt anno 1577. *tit.20. pag 685.*) Ex quibus patet, duplici ex capite jus recipiendi Judæos profluere, nempe, vel ex jure regalium, vel ex speciali privilegio, quod etiam illis dari potest, qui alias regalia nulla habent. *Secundo*, cum receptio onerosa olim esset, quando o- 13.
mnis utilitas ad Imperatorem spectabat, multi sibi prospexerunt privilegiis, ne possent cogi recipere Judæos: sed postquam utilitas aliis, ab Imperatoribus communicari cœpit, privilegia frequentia facta sunt, ut liceat suscipere & habere Judæos; atque ne sterile hoc jus sit, ut liceat eis imponere tributa; Variare hic deprehendo privilegia, alia majorem, alia minorem tribuunt utilitatē.
Carolus IV. anno MCCCXLIX. civitati Spirensi concessit, die Juden Häuser/ 14.
Hoffstätt/ Boden und Baw/ und alles das der Jüdischheit (so kurtz zuvor al-dadurch eine Frewersbrunst verbrant) zu Speier gemeiniglich/ oder sonderlich zugehört/ ꝛc. Item/ were es/ daß der Stadt Speier/nun/oder hernach fügete Juden zu haben in der Stadt/ daß an derselben stehen soll/ was Juden dann hernach alda wohnen würden/ die solten/ mit Leib und Gut/ der Burgern und der Stadt Speier eigen seyn. (*vide Lehemann. d. lib. 7. Chron. Spir. cap. 42. p. 790.*)
Simile privilegium à Carolo IV. obtinuerunt Wormatienses, A. MCCCXLVIII. 15.
& XLIX. (*ut dixi in addit. ad jur. publ. lib. 7. cap. 56. num. VII.*) Idem Carolus,
anno MCCCLXXII. privilegio concessit Friderico Burggravio Norimbergen- 16.
si, ejusque heredibus, diese Gnad/Gunst und Gewalt/ daß sie alle Juden/ die das begehren/ einnemmen/ handhaben/ setzen/ behausen/ schützen und schirmen mögen/ in allen ihren Vesten/ Stätten/ und Weilern/ auch derselben geniessen/ wie sie mögen. Doch sollen sie denselben Juden/ so sie haben/ oder fürbaß gewinnen/ aller Ihrer Schuld/ klein und groß/ wie die genant/ oder wer die schuldig/
beheiffent seyn einzufordern/ mit allem Fleiß. Hoc loco, antequam ulterius 17.
progrediamur, notandi sunt errores, quos Arumæus (*disc. 5. ad A. B. thes. 6. p. 228.*) commisit. I. cum Judæi Cameræ Imperialis servi, veteri instituto, habeantur, infert, juxta mancipiorum conditionem, Imperatorem Carolum IV. (*d. c. 9. Bullæ suæ*) eos in Electores alienare potuisse. Verum ex A. B non potest deduci Carolum Judæos in Electores ab Imperio alienasse: solam po-
testatem habendi Judæos, illis approbasse potius, quā concessisse constat. Ve- 18.
rum, ne sine utilitate hæc prærogativa Electorum fuisse dicatur, credibile est, non solum jus habendi Judæos, sed etiam illis utendi, Electoribus competiisse: an autem ita competierit, ut Imperialis Cameræ servi esse desierint, & ut Imperio immediate in eosdem nihil amplius juris superfuerit, non patet: probabile fit, nisi concessioni aliud insertum, Judæos adhuc mansisse servos

Imperialis Cameræ, licet Electoribus eos habere, atque tributa ab iis exigere,
19. licuerit. Sane Wenceslaus, Caroli IV. filius, & successor in Imperio, in constitutione sua, quam fecit anno M CCC XLIX. (*vide Goldast. part. 2. Reichssatzung/pag. 69.*) Judæos adhuc vocat, seiner Cammer Knecht. Et, *in diario historico Francofurtensi* über der Stadt schwüriges Unwesen / (*pag. 147.*) Commissarii Cæsaris referunt, daß die Kayserliche Majestät die vertriebene Judenschafft / derselben Cammergut / wieder zu restituiren ernstlich mandirt. (*pag. 72.*) cives Francofurtenses in literis, subdelegatis Commissariis
20. Imperatoris exhibitis, daß einer ehrliebenden Burgerschafft nicht unbewußt / daß die gantze Judenschafft in gemein durch Eroberung ihres eigenthumbs / in ewige Dienstbarkeit / der Hochlöblichsten Römischen Kaiser und des heiligen Reichs gefallen / und dero leibeigene Leuthe biß auff Uns worden / auch noch seyn und bleiben / und dardurch fast in alle Land und Reich der Christenheit ausgebreitet / getrieben und verjagt worden / auch in der Römischen Kayser Schirm und Schutz / einig und allein zu Rettung ihres Lebens / also angenommen worden / daß sie nicht dardurch mehr Freyheit erlangt / sondern servi pœnæ, und fisci, und also desto mehr leibeigen / und der Römischen Kaiser und des Reichs Knecht gemacht / bleiben und genennet
21. worden seyn. II. Cur Imperatori Carolo licuerit Judæos in Electores alienare, ratio, ab Arumæo male ex mancipiorum conditione deducitur. Ut enim mancipia sua Imperatori alienare licitum, ita mancipia Imperii, Ju-
22. dæos, alienare illicitum, sine consensu Imperii. Addit, porro, Arumæus, recipiendorum Judæorum jus, quod postea etiam ad alios præter Electores porrectum, non eo usque extendendum esse, quasi illi, cum omnibus suis fortunis, more servorum, in ejus potestatem, cujus in territorium migrant, transeant, quia præter solitam contributionem, quæ qualis in Imperio anno M CCCC XLV. fuerit, videre in ejus recessu sit, ab iis exigere non liceat. At iterum hic dormitasse Homerum nostrum, & ex parte narrasse somnia, deprehendere licet. Aut loquimur de illis, qui vi regalium Judæos recipiunt, & verum est, Judæos eorum servos non fieri, sed manere Cameræ Imperii mancipia: aut loquimur de illis, qui vi specialis privilegii Judæos recipiunt, & hoc casu distinctim respondendum est, ex tenore cujusque privile-
23. gii. Nonnullis enim, ut modo vidimus, Judæorum corpora, & bona concessa fuerunt, jure, an non, id factum, jam non expendo: aliis non æque. Ergo nonnullis mancipia sunt, nonnullis incolæ, vel clientes. Illis cum omnibus suis fortunis addicti; his, velut in curam, non prædam data pecora, lac lanamque, cum temperamento tamen, exhibere tenentur. Solita hoc casu per totum Imperium æqualitas non est constituta; ac, quod ex Recessu Imperii ab Arumæo allegatur, publicam ad Imperii contributionem pertinet,

non

non ad compendia illorum, in quorum territoriis, locisque subditis Judæi
degunt, vel aliquid rei agunt, habentve. Prius, sive publicas contribu- 25.
tiones ad utilitatem Imperii, quod attinet, dicto recessu Comitiorum (*quæ
titulo*, Königlicher Satzung von dem gemeinen Pfennig zu Wormbs anno
1495. auffgericht / *in codice recessuum Imperii exhibetur*, *pag. 28. tit.* von den
Juden.) sancitum reperimus, daß vier Jahr alle Juden / Mann und Fraw-
en / Jung und Alt / jeder ein Rheinischen gulden zu des Reichs Nohtdurfft ge-
ben solle / de qua in exordio hujus constitutionis mentio facta. Eadem 26.
summa repetita postea fuit, (in der Ordnung des Regiments / zu Augspurg an-
no 1500. auffgericht / *tit.* von der Juden Stewer / *p. 42.*) & in R. A. zu Speier 27.
anno 1542. (§. item die Juden / *p. 272.*) constitutum, daß jede Juden person /
sie seyn jung oder alt / zu der damaligen Türcken Stewer / zu anfang einen Gul-
den legen / und des vermögen wegen ihrer jeder von hundert Gulden Haupt-
guts / an was Wahr die immer gelegen / jedes Jahrs auch ein Gulden zu geben
schuldig seyn solle. (*Idem reiteratum* in R. A. zu Speier anno 1544. §. item
die Juden / *p. 297.*) Constat etiam, Wenceslaum Imper. anno MCCCCXXIV 28.
per Bernhardum, Marchionem Badensem, à Judæis tertiam partem bono-
rum, den dritten pfennig / in utilitatem Imperii convertendam, colligere in-
stituisse: ac Maximilianum anno MCCCCXCVIII. aliam quoque summam
iisdem imposuisse. Quibus in contributionibus illud notabile, quod Judæi 29.
Francofurtenses iisdem non fuerint subjugati, sed exhibitis privilegiis
civitatis, pro confirmatione dictum, daß dieselben Juden Niemand an-
ders dienen solten / als der Stadt / welche / Juden nach ihrem Gefallen hinfür
auffnemmen / und ihnen zu Stewren / Schatzungen / Gebott / Diensten / Rech-
ten / Gefälle / Erungen / Auffsatzungen / Uberfahrungen / Straffen / Wan-
deln / Bussen und andern / gebieten / die Juden aber der Stadt allein dienen /
gewarten und zusehen sollen. Et si relationi civium Francofurtensium fides
adhiberi debet, so ist die Stadt Franckfurt / *in anno 1511.* von des Kayserli- 30.
chen Fiscals am Cammergericht / angestellter Action / dardurch die Juden zu
Franckfurt / zu des Reichs Anschlag ihre Stewer auch zu erlegen genöthiget
werden wollen / gäntzlich absolvirt / und ledig gesprochen worden / (*dict. Diario
historico pag. 79*)

Ubi de privato illorum, quibus Judæi non ut mancipia addicti sunt, 31.
compendio agitur, quilibet sibi prospicit, atque præter extraordinarias ex-
actiones, quæ haud infrequentes in usu sunt, anniversariũ canonem de syn-
agogis (qui Imperatoris quondam fuit, *l. Judæor. 17. C. de Judæis.*) item jährlich
Schutzgelt / Begräbnußgelt / (quod variat secundum personarum ætatem;
non enim tantum solvitur pro infante, quam majoris ætatis homine) gelt / so
fremde Juden / wañ sie in eines andern Herrn / als unter dem sie gesessen / Statt

ein oder außgehen/bezahlen müssen/ & id genus alia (quæ onera omnia privata) præter Imperii publica, exigit. *Tertio* denique in eo quoque à veteri jure recessum, ut, quoniam jure regalium hodie unicuique, qui illa habet, Judæos recipere liceat, non solum non cogi possit ut recipiat (quilibet enim suo jure uti, vel non uti, liberum habet arbitrium) verum etiam liberam habeat voluntatem, eos, quos semel recepit, dimittendi, expellendi, vel justa si causa moveatur.
32. Verum cum, teste Rulando (*de Commissar. part. 3. lib. 7. c. 3. num. 5.*) contra eum, qui semel recepit Judæos in ditionem, vel protectionem suam, si postea eos velit expellere, mandatum cum clausula, ad Judæorum petitionem, à Camera decernatur, æque ac contra illum, qui ad tempus eos recepit, & finito tempore nolit dimittere: securiorem nonnulli, præsertim minores Imperii Status, viam eligere, atque Imperatoris consensum petere solent, ut illis liceat Judæos à se rejicere: quod factum memini à Wormatiensi civitate, & impetratum, anno MDLVIII. XVII Decembr. ab Imperatore Ferdinando I, qui consensit, daß gedachte Stadt / die bey ihnen gesessene Judenschafft/nach Verscheinung zweyer Jahr (in welchen die Juden ihre Schulden einbringen/ und richtig machen solten/) ausschaffen möchten/und ferner/ oder länger / darinnen nicht gedulden/auch damit wider den Kayser/und das H. Reich nicht gefrevelt/gehandlet/noch gethan haben solten/ ꝛc. Verum effectum rei sufflaminavit Episcopus ejusdem urbis. (*vid. add. ad jur. publ. lib. 7. c. 56. n. VIII.*)
33. (7.) Ex variis fisci regii viribus, ac regalibus, tam in Germania, quam Italia, & alibi. De Friderico I. Imper. refert Radevicus (*lib. 2. de ejusdem reb. gestis cap. 5. apud Vrstis. tom. 1. p. 509.*) quod anno MCLVIII. jura fisci Regii in Italia vindicaverit, atque ex his tantum, qui nullo jure, sed sola præsumtione, de regalibus se intromiserant, XXX. millia talentorum, plus minusve, reditibus publicis per singulos annos accesserint. (*vide Lehemann. lib. 5. Chron. Spirens. c 67. p. 539. & 545.*)
34. (8.) Ex tributariis ditionibus, & Regnis. Polonia Imperio quotannis tributi loco, D. marcas argenti solvere obligata. Unde Lotharius Imper. in
35. Saxoniam divertens, cum Polonorum Ducem multis muneribus obviam haberet, non ante dignatus fuit eum conspectui suo præsentari, quam hoc tributum duodecim annorum persolveret. (*Otho Frising. Chron. lib 7. cap. 19. apud Vrstis. tom. 1. German. histor. pag. 149. Mutius lib. 17. Chron. German. inter hist.*
36. *Pistorii tom. 2. p. 176.*) Fridericus Imper. anno MCLV. Duci Poloniæ bellum intulit, & censum jam per aliquot annos neglectum, reddere compulit. (*Otho Frising. c. 7. d. tom. 1. p. 199.*) Poloniam, præter argentum, quod expressimus,
37. etiam CXX. boves tributi loco Imperio debuisse, alii annotarunt. Bohemiam CXX. boves, & aliquot auri, vel, ut alii, D. marcas argenti; Silesiam XXX. libras auri, vel, ut alii, C. libras argenti, & CL. equos; Moraviam D. boves pensi-

pensitasse Imperio traditur. (*vide Goldast. de regno Bohem. lib. 2. cap. 12. Freher. ad Petr. de Andlo lib. 2. c. 2. p. 197.*) Bohemis hoc tributum, Othonem I. remisisse
narrant; sed alii pro certo habent, illo, & sequenti longissimo tempore, idem 38
fuisse solutum, atque à Phillippo Imper. anno demum M CC. in perpetuum fuisse remissum (*Goldast. d. lib. 2. c. 11. p. 208.*)

Gewachsen und verschrieben.

1. *Sigismundus Imper. aliquot civitatum census attribuit Pappenhemio.*
2. *Simile factum à Maximiliano I.*
3. *Exempla alia.*
4. *Item Caroli IV.*
5. *Adolphi Nassoviensis.*
6. 7. 8. *Alia, quæ à Carolo IV. alienata fuerunt.*

Wiguleius Hund/(im Bayerischen Stammbuch/*part. 2. sub rubr. Pappenheim fol. 166.*) tradit, König Sigmund habe Haupten von Pappen- 1.
heimb/und dessen Erben/seiner getrewē Dienst halber/anno 1429. verschrieben die stewr der Stätt/Schwäbischen Werd/Weissenburg/und Ala/samt der halben Judenstewer zu Augspurg. Kaiser Maximilian, hat Eitel Fritzen von Zol- 2.
lern/und seine manliche Erben/anno 1513. den 26. Decemb zu Weissenburg im Elsaß/mit der reichsstewer belehnt/dergestalt/daß jährlichen die Statt Reutlingen/ihme/dem von Zollern/liefern soll 205. Pfund und 70. Reichsgulden/ und da dieses Lehen gelöst werden will/solle man solches den Graffen von Zollern ein halb Jahr zuvor abkünden/und vor die Ablösung geben 5000. Reichsgulden. (*Iacob Frischlinus* in beschreibung der Gräfl. Zollerischen Hochzeit/anno 1598. den 11. Octob. zu Hechingen gehalten/*p. 81.*) & meminit Wurffbain (in seinem unvergreifflichen Historischen Bericht/etc. *part. 9. p. 255.*) einer Gräfflichen
familiæ, die deßgleichen Stewer auff die 80. Jahr genossen habe. Idemque ibi- 3.
dem generaliter tradit, was von solchen Reichsstewren/über beschehene gäntzliche alienationes, übrig verblieben/haben die Kaiser allerhand Standspersonen/ zum theil ad tempus vitæ, verschrieben. De qua generalitate, an vera sit, ipse re-
spondeat, mihi ea suspecta est. Kaiser Carl der IV. hat Graff Ulrichen zu Helf- 4.
fenstein/dem eltern/Landvogt in Ober Schwaben/und seinen Erben/das Ammanampt in der Statt Buchaw/und die gewonliche stewrē/die sie S. Mai jährlich von des Reichs wegen/schuldig seind zu geben/und das Amanampt in der Marck zu Altorff/und auch die gewonliche Stewr/die sie jährlich geben/und die Vogtey über das Gotteshauß Leute zu Weingarten/und die gewonliche Stewer/die sie jährlich geben/und die Freye auff der Hayde/und auch die gewohnliche Stewer/die sie jährlich geben/und den See der auff Leütkircher Hayde gelegen/ und die Kellehöffe vor Lindaw/auch mit der Stewre und Gelte/daß sie jährlich geben/anno 1364. umb 3000. pfund guter heller auff Widerlösung versetzet. (*d.*
Autor der gründlichen Außführung der Reichsstatt Lindaw *part. 1. p. 1.*) König A- 5.
dolph von Nassaw/hat dem Abt zu S. Gallen/so damahls gewesen Graf Wilhelm von Montfort/(umb daß er Ihr Majest. mit 20. schweren Pferden/oder

20. Rittern in hohen geschuch/ das ist/ in vollem Harnisch ritten/ persönlich zu dienen bewilligt/) nicht allein seines Gotteshausses Vogtey/ sondern auch seiner Berg/ und leibeygenen Leute/ der Appenzeller/ Reichs Stewer (welche sie jährlich einem Kayser/ benantlich 125 Marck Silbers/ so 375. gulden gethan/ erstatten müssen) zur Assecuration seines Solds verpfändet. (*dict. Autor.* der gründlichen Ausführung/ *pag. 488.*) Non solum autem ejusmodi census, sed etiam alii, ex Imperio ad Imperatorem redundantes proventus, vel oppignorati, vel feudali, ac aliis titulis, ab Imperatoribus in alios translati tam affatim fuerunt, ut horum fere nihil, aut per exiguà pars apud Imperatoré re-
6. manserit. Ut manu, non toto seram sacco, mihi constat, daß Kayser Carl der IV. das Honiggelt/ so einem Kayser gebühret auff dem Reichsforst zu Nürnberg/ und in der umbgelegenheit/ von den Zeidlern und den Zeidelhuben/ mit allen Rechten und Zugehörungen/ versetzet/ Arnolden von Seckendorff/ genant von Zenn/ für 200. Marck löttiges Silbers/ anno 1350. Dieser Arnold/ hat solches Pfand weiters/ mit Consens gedachten Kaisers versetzet/ oder überlassen/ Albrechten/ Burggraffen zu Nürnberg/ welche translation gedachter Kayser durch einen Belehnungs-Brieff/ de dato Sultzbach anno 1358. am Freytag nach unsers HErrn Leichnamstag/ genem gehalten/ und bestättiget. Eben diese Stück/ besampt den Rechten und Pfandschafften der Burggraffen zu Nürnberg/ an und auff dem einen dritten theil des Schultheissen Ampts/ und Gerichts zu Nürnberg/ auch an und auff dem Zoll zu Nürnberg/ wie daß alles/ und jegliches/ des Herrn Burggraffen Vorfahren vom H. Röm. Reich in Pfandschafftweise/ theils vor 200. Marck löttiges Silbers/ theils vor 6000. gulden guter alter Heller/ und vor 4000. gulden/ gut am Gelte/ und schwer am Gewicht/ innen gehabt/ und genossen/ hat Friderich Marggraf zu Brandenburg/ Churfürst/ Burggraf zu Nürnberg/ anno 1427. der Stadt Nürnberg käufflich überlassen/ und ist der Contract vom Kays. Si-
7. gismundo/ eben in gedachtem Jahr/ placitirt/ und ratificirt worden. Kayser Carl der IV. hat anno 1357. etlichen Burgern von Boppart/ und Conrad von Sternberg/ etliche zwischen der Stadt Cölln/ Franckfurt/ Wetzlar/ Friedberg und Gelenhausen/ gelegene Zollstätt/ umb und für 500. Florentzer gulden: dann anno 1371. Petro von Wartenberg/ einem Böhmischen Landherrn/ den zu Seltz/ mit alters hergebrachten Reichszoll/ verschrieben. (Wurffbain in sei-
8. nem ob allegirten Bericht/ *part. 6. p. 209.*) Quod idem Imperator, Electoribus ad Rhenum, qui Wenceslaum votis suis ad Imperium evexerunt, varia telonia tradiderit, lippis & tonsoribus notum est.

Wider zum Reich ziehen.

Etiam sine refusione pretii, aut reluitione, eo nimirum casu, ubi alienatio fuit, vel invalida, vel injusta.

Es were

Es were dann.

Est hæc exceptio, vel limitatio propositionis, cujus virtute ii securi sunt, quo ejusmodi Imperii proventus consentientibus Electoribus acceperunt. Qua in re multos sibi probe prospexisse novi, & plerosque sibi consulisse, probabile est: unde hujus articuli nostri constitutio, Imperio non admodum hucusque proficua esse potuit, nec erit. Me sane quod attinet, libere fateor, non nosse quicquam, quod à Caroli V. tempore hactenus, hoc ex capite Imperatoris proventibus accreverit.

Rechtmässiger Bewilligung.

Non nudus Electorum consensus hic sufficiens est, sed requiritur etiam, ut ille sit legitimus, & omnium eorum, quorum supra, voce gemeldte/ denominatio facta, *articulo nono*, cujus præsens articulus, pars & additamentum esse potuisset, uno contextu, propter materiæ convenientiam, si ita Electoribus placuisset.

Der Sechs Churfürsten.

Excluditur hic iterum Bohemus. Quod autem hic non æque (*ut in d. articulo 9.*) dicitur, gemeldter Churfürsten/ id inde est, quia articulus xx. intermedius, de omnibus Electoribus disposuit, cæteri anteriores autem de sex tantum.

AD ARTICVLVM XXIV.

Lehen.

Hoc verbo detegitur error Boceri, qui (*de regalibus cap. 2. n. 61. & cap. 4. num. 15.*) hunc textum nostrum de vacantibns bonis accepit, cum de ususfructus feudalis consolidatione cum directo dominio Imperii intelligi debeat. Deceptus fortasse fuit à Sleidano, qui in compendium contracta hac Caroli V. capitulatione, (*lib. 1. de stat. relig. & reipubl. fol. m. 21. b.*) hunc articulum expressit; Imperii bona, quæ forte vacabunt, nemini conferat, sed ad publicum patrimonium referat.

Dem Reich und Uns.

Imperio, ut corpori, vel universitati; Imperatori, Imperii nomine, ut ejusdem administratori. Eadem loquendi formula utitur Carolus IV. (*in aurea Bulla cap. 7. §. ult.*) hoc solo discrimine, quod Imperatorem Imperio præponat.

Bey zeiten Unserer Regierung.

Tempore, quo administrationi Imperii præest. Quid autem, si ejusmodi bona, antequam ipse ad Imperii administrationem pervenisset, &, vel

adhuc

adhuc vivente anteceſſore ſuo, vel tempore interregni, & vicariatus, Imperio aperta fuiſſent? Ea, aut aliis jam ſunt collata, aut nondum collata: Si collata & collatio juſte facta non ſit, deciſio petenda ex articulo IX. hujus capitulationis. Si nondum collata, nec debent conferri, propter rationem articuli noſtri. Idem enim hic jus, ubi eadem ratio.

Eröffnet.

Apertura hæc variis modis fieri poteſt, refutatione, delicto, aut morte vaſalli: de quibus conſulendi ſunt juris feudalis interpretes. De refutatione, & delicto, ſciendum eſt, dari caſus, ubi tantum ad tempus apertura duret; ſcilicet, eo uſque quo refutans, vel delinquens in vivis eſt, nam eo mortuo redit ad proximum ſucceſſorem feudalem. Qui caſus, etiamſi expreſſe hoc noſtro articulo non definiatur, dubium tamen nullum eſt, fructus, durante apertura, ad Imperium pertinere, nec aliis concedi ab Imperatore poſſe, in Imperii damnum, præjudicium.

Lediglich heimfallen.

Idem Carolus IV. *in aurea Bulla (d. cap. 7. §. ult.)* exprimit, verbo, *vacare*, quod tamen non tam commode feudis, quam allodialibus bonis applicari poteſt. Hæc enim omnino vacant, ubi nemo eſt, ad quem bonorum poſſeſſio pertinere poſſit; aut ſit quidem, ſed jus ſuum omiſerit (*ut Vlpianus in fragment. inſtitut. tit. 28. verſ. inteſtati*) Quando autem nemo ſuperſit, explicatur *l. vacantia 4. C. de bon. vacantib. lib. 10.* atque hoc caſu, fiſco res vindicatur, applicatur, incorporatur, ut leges loquuntur, hoc eſt, neceſſe eſt, ut actus alicuis occupationis interveniat. Quando vero uſusfructus finitur morte uſufructuarii, tunc ille revertitur ad proprietatem, & ex eo tempore, (ſine alio facto, vindicatione, applicatione, incorporatione, præviis) nudæ proprietatis dominus incipit plenam in re habere poteſtatem (*§. fin. Inſtitut. de uſufructu.*) ita ut non vacuus hic detur uſusfructus, ſed finitus, & incipiat proprietarius, non apprehendere quæ habuit vaſallus, jure ſervitutis, ſed uti pleno dominio jure libertatis: cum res ſua nemini ſervire poſſit. Cæterum ubi vox, vacare, & vacans, generaliter uſurpatur, vacantia etiam dicuntur bona omnia, quæ Græcis dicuntur *ἀδέσποτα* (*de quibus videre poteſt Loyſeau des Seigneuries chap. 12. n. 117.*) &, vacans mulier opponitur nuptæ (*l. qui cœtu 5. §. qui vacantem 2. ad L. Iul. de vi publica.*) ac à Tacito (*lib. 13. Annal.*) mulier vacua appellatur, quæ à marito divertit.

Etwas mercfliches ertragen.

Id eſt, feuda magnorum proventuum. Summa, quæ magna hic ſit, vel dici mereatur, expreſſa quidem non eſt, ſed certam & uniformem nō eſſe, ſatis liquet, quod regulariter Principatus, majores habēt proventus, quā Comitatus,

tatus, Baronatus &c. Cæterum, Exempla feudorum exiguorum Imperii exhibet Autor der gründlichen Ausführung der Reichsstatt Lindaw/ die ohnversehens abgelöste Reichspfandschafft betreffent p. 337. & 916.) quibus alia, quæ ego novi, addere superfluum duco.

Fürstenthumb.

1. *Quid nomine Principatus intelligatur?*
2. *Numerus Electorum sacer est?*
3. *Auctus tamen fuit nostro tempore.*
4. *Capitulatio nomine principis, non comprehendit Electores.*
5. *Obiectio, & responsio.*
6. *Capitulatio nomine Principatus non intelligit Electoratus.*
7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. *Articulus præsens non debet intelligi de Electoratibus reversis ad Imperium.*
14. *De potestate Imperatoris in conferendo Electoratu.*
15. *Arumæi opinio.*
16. 17. 18. 19. 20. 24. *Ad hanc collationem requiri consensum cæterorum Electorum.*
21. *Exemplum Imp. Sigismundi.*
22. *Alterum eiusdem Imperatoris.*
23. *Caroli V. exemplum.*
25. *Sinoldi distinctio affertur.*
26. *Reprobatur.*
27. 28. 29. 30. 31. *Explicatio §. ult. cap. 7. Aurea Aulla.*
32. *Capitulationis dispositio, tanquam posterior, derogat Aureæ Bullæ, ut priori.*
33. 34. *Respondetur Arumæo.*
35. *Grotii dogma, ius feudale Longobardorum concernens.*
36. *Conringii monitum, de autoritate iuris feudalis Longobardorum.*
37. *Ius feudale Longobardorum vim ex præscriptione habet.*
38. *Autoris destinctio, inter constitutiones Imperatorum, & consuetudines Longobardorum.*
39. *Imperator olim feuda vexilli, ad Imperium devoluta, intra annum & diem aliis concedere tenebatur.*
40. *Hoc in Electoratibus non immutatum.*
41. *Principatus ad Imperium reversi, quorum consensu aliis concedi poßint?*
42. *Ex Marchia orientali Ducatum fecit Fridericus I. Imp. iudicio Principum.*
43. *Bohemiæ Dux creatur Rex ab Imperatore, ac Imperii Principibus.*
44. *Saxoniæ Ducatus pars, assensu Principum confertur Episcopo Coloniensi, & alia pars Bernhardo Anhaldino.*
45. *Otho Luneburgensis creatur Dux, consensu omnium Principum.*
46. *Rudolphus constituit filium suum Albertum, Ducem Austriæ; & Rudolphum, Ducem Sueviæ, consilio & voluntate Principum Imperii.*
47. *Testimonia à Lehemanno annotata.*

VOcabulum Principatus, aliquando sumitur generaliter: sub qua enunciatione etiam comprehenduntur Electoratus, Churfürstenthumb/ (*in Aur. Bulla Caroli IV. d. c. 7. §. 2. & 3. c. 9. §. 1. c. 20. c. 25. in pr.*) & inter eosdem etiam Regnum Bohemiæ (*d. cap. 25. §. 1.*) Aliquando sumitur specialiter, aliquando specialissime. Illo sensu, Principatus etiam dicuntur, qui proprio, & peculiari nomine alias appellantur Ducatus, Landgravionatus, Marggravionatus &c. Specialissime accipitur de Principatibus, quibus hoc nomen peculiariter inditum est, quales sunt; das Fürstenthumb Anhalt/ das Fürstenthumb Rügen/ & alii. Generalis significatio huic nostro articulo non convenit, eo enim Electoratuum vacantium reinfeudationem prohibitam non esse, & ratio, & usus atq; praxis, docent. Ratio vult, ut numerus septenarius 1.

2. Electorum sacer sit; (qualis cæterorum Principum non est, utpote arbitrarius) ergo etiam vult, ut Electoratus septem sint, nec numero imminuantur
3. (*arg. d. cap.* 7. §. 1.) licet in utilitatem Imperii augeri possint, ut nostro tempore factum (*vide instrument. pacis Cæsareosuec. de anno* 1648. *num.* 4. *vers. quod*
4. *ad domum Palatinam*) Deinde stylus capitulationis nostræ, tam in antecedentibus, quam hunc vigesimum quartum articulum sequentibus, sub Principis nomine germanico Electorem nos intelligit, sed ubique distinctim procedit, (*sicut patet ex articul.* 2. 3. 4. 6. 8. 11. 12. 15. 17. 20. 21. 22. 25. 27. 32.)
5. ergo non præsumendum est, solo hoc articulo nostro aliud actum fuisse. Nec, si exceperis, articulo sextodecimo Principum nomine Electores quoque comprehendi, cum & ipsi à concordatis non excludantur, quicquam contra tot
6. loca profeceris, aut solum illud, latina voce principis isto articulo contineri, quod propositioni nostræ contrarium non est. De vocabulo, Fürstenthumb/ idem dico, in capitulatione nostra, neque in antecedentibus, nec in subsequentibus articulis reperiri, eo in sensu, quo Electoratum comprehendat. Si recte observavi, bis tantum illud in capitulatione nostra reperitur; semel in articulo nono, ubi sine contradictione Electoratum non includit, qui nullus Electoratus ab Imperio avulsus est, quem Imperator revocare debeat, vel possit. Altera vice legitur in articulo nostro vigesimoquarto, de cuius expli-
7. catione hic disserimus. Iuvat præterea hanc mentem, quod hac ipsa capitulatione, aurea Bulla, quæ reinfeudationem vacantis Electoratus Imperatori iniungit (*d. c.* 7. §. *ult. verbo, debebit*) Imperatori pro norma ponitur, secundum quam actiones suas componere debeat. (*artic.* 2. 5. 15. 26. 28. 32.) Ergo, si in causa reinfeudationis mutata fuisset, id omnino claris verbis in-
8. dicari debuisset. Porro, ex allegatis articulis, vigesimus octavus non obscure innuit, collegium Electore, & numero & votis, integrum esse debere.
9. Denique, cum articulus noster in utilitatem Imperio constitutus sit, non debet contrarium operari, quod fieri necesse esset, si Imperii columnæ Electores (*Aurea Bulla Caroli IV. cap.* 3. § 1.) numero diminuerentur. Quod enim onus vix septem sustinere valent, pauciores minime ferent, sed totius ædi-
10. ficii ruina sequeretur, subductis hisce columnis. Elector Moguntinus, nostra ætate, literis ad Saxonem & Brandenburgensem, Coëlectores suos, anno MDCXXIII. datis, perpendendum suasit, daß zu Ruhe nicht zugelangen/ es wäre dann das Churfürstliche Collegium, als das Hauptfundament/ darauff so wol das Haupt/ als die Glieder/ und also die gantze substantz/ des Reichs beruhet/ und gegründet ist/ ergäntzet. Et iterum in aliis anno MDCXXIV. daß auff Ergäntzung des Churfürstlichen Collegii, die löbliche Verfassung des Reichs vornemlich beruhe/ und ohne welche gleichsam alle
11. Mittel dem Vatterland zu helffen verlohren weren. Ac Imperator ipse, in instructione Caroli Hannibalis, Burggravii de Dhona, legati ad Electores,

Saxonem

Saxonem & Brandeburgicum expresse notavit, daß zu Ruhe im Reich zu gereichen geringe Hoffnung/ es werde dann das vornehmste/ höchste und geheimste Rahtsmittel eines Römischen Kaisers / nemblich das Churfürstliche Collegium vollkomlichen besetzet. (*vide manifestum Caroli Ludovici Comitis Palatini &c. pag.* 40. *&* 42. *& Iusti Sinoldi Colleg. publ. de statu rei Romanæ disput.* 7. *thes.* 17. *lit. b. pag.* 422.) Quod, si contra suspensionem collationis Electoralis, & 12.
quidem haud longum ad tempus, adduci debuit, magis contra casum nostrum, & fortius quidem, pugnabit. Taceo, non esse probabile, Electores, 13.
qui ante capitulationem Carolo præscriptam, & oblatam, & post (ut inter alia exemplo est, dero brüderliche Einigung zu Wormbs auffgericht anno M. D. XXI. (*apud Goldast. tom* 2. *constit. Imp. pag.* 16. *&* in Politischen Reichshändlen/ *part.* 8. *c.* 1. *&* 3.) collegii sui integritatem, & conservationem, sibi magnæ curæ cordique esse monstrarunt, aliud capitulatione voluisse permittere. Cæterum illud quod (*d. c.* 7. §. *ult.*) statuitur, si Electoratum (excepto Bohemico) Imperio sacro vocare contingat, tunc Imperatorem seu Regem Romanorum, qui pro tempore fuerit de ipso providere debere, & posse, quæstioni locum dedit; *an nova collatio Electoratus à solo Imperatoris ar-* 14.
bitrio & sola eius benevolentia dependeat, adeo ut Electorum cæterorum consilium & consensus non debeat præcedere nec intervenire? Qui Imperatori & sibi blandiuntur, *affirmativæ* adhærent, innixi potissimum *d. cap.* 7. §. *ult.* cui generales capitulationum articulos nunquam derogare potuisse, intrepide affir- 15.
mat Autor der Ableinung des Pfältzischen Manifests *pag.* 57. & Arumæus (*discurs.* 4. *ad. A. B. thes.* 16. *circa f.*) sibi ipsi opponens, non satis per ante ab ipso dicta explicari, cur non, ut in Ducatus nova concessione consensus Electorum requiritur, ita & in Electoratus infeudatione idem exposcatur; cum hoc casu vel maxime Electorum, ne ipsis invitis collega adiungatur, interesse videatur; responsionem ex primæva horum feudorum natura dependere scribit, quia Imperatori, ad quem ut Electoratus, ita & Ducatus Comitatusve vacantes revertebantur, permittebatur libere, sine aliorum consensu, eosdem cui vellet, reinfeudare (*c. un. vers. callidis, de probib. feud. alienat. per Fridericum* 2. *F.* 55. *c. un. quemadmod. feud. ad fil. pertin.* 1. *F.* 24.) In Ducatibus per capitulationes Imperatorum sequentium id immutatum esse, in Electoratibus vero permansisse ius vetus incorrectum; quod & Bulla aurea Caroli IV. (*d. c.* 7. §. *fin.*) repetitum; qua quidem etsi sine Electorum consensu potestas eos infeudandi Imperatori tribuatur, & hoc intuitu amplior, quam in Ducatuum aliorumque Regalium feudorum reinfeudatione effulgeat, attamen in eo vicissim à primæva eorundem natura recessum esse, quod non, ut olim pro arbitrio, (*cap. un. de his qui feud. dare poss.* 1. *F.* 1.) sed per dictam Bullam auream eosdem alii de novo in feudum concedere debeat. Hactenus Arumæus. Pro *contraria* opinione, à solius Imperatoris libero arbitrio 16.

 non

non pendere, Electoratum vacantem, ad Imperatorem & Imperium legitime devolutum, alteri, cui velit, in feudum concedere, pugnat prima in acie, articulus IX. capitulationis nostræ Caroli V. quo expresse statuitur, non licere Imperatori quicquam, quod ad Imperium pertinet, alienare, citra consensum
17. Electorum, At Electoratus vacans, est res ad Imperium pertinens, (*d. cap.* 7. *A. B.* §. *fin.*) ac reinfeudatio est alienatio (*Vulteius lib.* 1. *de feud. cap.* 3. *n.* 3.) Succedit, quod Electores non pro forma tantum, & dicis causa, dicantur Cæsari assistere, & esse constituti ab Imperio in partem sollicitudinis, (*d. A. B. cap. ult. in pr.*) ut Imperator eorum consilio & opera uti possit, si velit; sed, quod teneatur, præsertim in rebus arduis, & magni momenti, statim ab initio, hoc est, re adhuc integra, eos in consilium adhibere (*capitulatio Matthiæ artic.* 40. *Ferdinandi II. artic.* 39. *Ferdinandi III. artic.* 42.) & salutaria eorum monita sequi. Hoc enim statui Imperii nostri, ubi aristocratia præponderat,
18. omnium maxime conveniens est. Eadem ratione; cum nostra ætate Electoratus Palatinatus Rheni in Bavariæ Ducem ab Imperatore translatus fuisset. Saxoniæ Elector, in conventu Ratisponensi, anno M. DC. XXIII. die VIII. Febr. uti voluit, quando per legatos suos palam exponi fecit: daß anfänglich diese translation ohne vorbewust der Churfürsten geschehen / unangesehen es eine unter den wichtigsten und grösten Sachen des Reichs / darum die Chur-
19. fürsten gefragt werden sollen. Idem tunc notarunt legati Electoris Brandeburgensis, nempe, daß die translation von grosser importantz / darumb billig / nach besage der Capitulation / mit denen Churfürsten des Reichs communicirt/
20. und nicht allein intimirt werden sollen. Ac, ut verbis, & testimonio Caroli IV. (*in proœmio Aureæ Bullæ*) utamur, cum ex officio, quo Cæsarea dignitate fruitur Imperator, divisioni & dissensionibus inter Electores occurrere teneatur, & (*ut in princ. cap.* 7. *eiusdem Bullæ legimus*,) ad hoc præcipue Cæsaris meditatio dirigatur, qualiter desiderata, & salubris semper unio inter sacri Imperii Principes Electores, iugiter vigeat, & corda eorum in sinceræ caritatis concordia conserventur, (*adde c.* 3. §. 1. *d. Bullæ*) in id incumbere debet, ne illis insciis collega detur, sed proprio consilio talem accipiant, quem non modo dignum hoc honore æstiment, sed etiam amicitia & fraternitate collegiali amplecti parati sint. Hoc tanti æstimavit Elector Saxoniæ, ut in literis ad Moguntinum Electorem d. anno M. DC. XXIII. die XXIII. Febr. pro maxima dignitatis & prærogativæ Electoralis parte habuerit; da die Churfürsten nicht befragt werden solten / wann ein Churfürst in das Churfürstl. Collegium gesetzet wird / wüßte er nicht / worinnen die Churfürstliche Hoheit und Würde bestünde. Præterea, hæc opinio exemplis firmatur variorum Imperatorum, qui non solo suo arbitrio in conferendis Electora-
21. tibus usi sunt. Sigismundus (*ut literæ investituræ docent*, *apud Hordlederum*

de causis

de causis belli Germanici lib. 4. cap. 9. p. 236. n. 105.) Electoratum Saxonicum concessit Friderico, Landgravio Thuringiæ, Marchioni Misniæ, mit wolbedachtem Muht / gutem Raht / seiner und des Reichs Fürsten / Geistlichen und Weltlichen / Grafen / Herren / Edlen / und getreuen. Idem Sigismundus, 22.
Constantiæ, adsentientibus Iohanne Moguntino, Wernero Trevirensi, Theodorico Coloniensi, Archiepiscopis; Ludovico idem Palatino, & Rudolpho (tum temporis Duce Saxoniæ, & Landspurgensi, Palatino Saxoniæ, Comite Pirnensi, Burggravio Magdeburgensi) Electoribus; Principibus, aliisque Statibus Imperii, Fridericum, Burggravium Norinbergensem, Marchionem & Electorem Brandenburgensem declaravit, (*Cernicius in decem è familia Burgrav. Norinbergens. Electorum Brandenburgens. eicon. & reb. gest. pag.* 17.)
Carolus V. sano processu (ut verba investituræ sonant) & Imperii fidelium 23.
consilio, & matura deliberatione, Mauritio contulit Electoratum Saxoniæ, cæterique Electores consensu literis expresso, eum in collegium Electorale receperunt, (ut Electoris Saxoniæ nomine in supra dicto conventu Ratisponensi anno M. DC. XXIII. die VIII. Febr. expositum legimus, *apud Londorp. tom. 2. actor. public. lib. 6. tractat. 24. pag. 1162.*) atque cum Mauritii nomine collatio huius beneficii à Cæsare peteretur, ille, cum Electoribus re communicata, respondit per Moguntinum, placere sibi collationem fieri, modo Mauritius veniat ipse, & item petat. (*Sleidan. commentar. lib. 20. fol. m. 352.*) Certe, 24.
omnium Imperii Statuum, inprimis Electorum, qui à cæteris salutis Imperii custodes constituti sunt, maxime interest, ne, ubi Electoratus vacans alteri cedi debet, res inter solum Imperatorem, & accipientem agatur: scilicet, ne contractus, do, ut facias, in Cæsaris, & familiæ suæ commodum magis, quam in Electoralis Collegii, & totius Imperii utilitatem perficiatur. Qui medi- 25.
am sententiam sequi voluerit, habebit pro duce Sinoldum (*d. disput. 7. lit. E. pag. 425.*) distinguentem inter casum translationis Electoratus, qui propter delictum vacat, ubi Electorum consensum ad translationem requiri vult; & inter casum, quando ex defectu familiæ Electoratus vacat, ubi solius Imperatoris arbitrium sufficere putat. Ego vero quo minus huius vestigiis insistam, 26.
admoneor capitulationum locis supra allegatis, & rationibus ante adductis, quæ generalem effectum habent, sive hoc, sive illo modo vacantia contingat. Ipse quoque aureæ Bullæ textus (*d. c. 7. §. ult.*) generalis est, & licet antecedens 27.
paragraphus de casibus mortis solum disponat, attamen ultimus, non de illo solum, sed de utroque accipi debet, postquam in illo non legitur, si aliquem ex huiusmodi Principatibus, supra dicto modo (hoc est, ubi Elector esse desierit morte) Imperio sacro vacare contingeret. Quoniam autem hic paragraphus, ab omnibus, qui contrariam nostræ opinionem favent, pro fundamento solido habetur, sensus eiusdem paucis explicandus est. Ante

28. omnia ſciendum, in illo textu non agi de aliis Electoratibus, quam ſecularibus: vel, quod ſucceſſio in eccleſiaſticis nulla, ſed electio locum habeat, vel quod in iisdem, ſede vacante, non protinus Electoratus ad Imperatorem & Imperium devolvatur, ſed ad Capitulum pertineat, providere ſibi de novo
29. capite, quod inveſtitura Cæſaris Electoralia iura conſequatur. Illud præterea mente tenendum eſt, ſingulos ſeculares Electoratus ſacro Imperio vacare poſſe, ſed, in caſu vacantiæ, non de ſingulis Imperatorem, vel Regem Romanum, providere debere, vel poſſe. Nempe, hoc poſſe & debere tantum, ſi Electoratus Comitatus Palatini Rheni, Ducatus Saxoniæ, ac Marchionatus Brandenburgenſis vacare contingant, ſive deficiente familia, ſive ob delictum: Bohemiæ autem Regnum ubi vacare contigerit, juris regnicolarum eſt, de eo providere & novum ſibi eligere Regem, ab Imperatore de E-
30. lectoratu inveſtiendum. Tertium, & ad quæſtionem noſtram maxime pertinens, eſt, quid verbis, *tunc Imperator ſeu Rex Romanus, qui pro tempore fuerit, de ipſo providere debebit, & poterit, tanquam de re ad ſe & Imperium legitime devoluta*, innuere voluerit Imperator? Providere hic nihil aliud ſignificat, quam proſpicere, & conſulere, ut vacans Electoratus iterum, & quam primum alii conferatur, ne ſcilicet Imperium columnis ſuis deſtitutum, diuturna imperfectione laboret. Proviſoris enim Imperii, eines Verweſers und Pflegers / ut Germanica verſio habet (*tit. 5. d. A. B.*) quæ receſſibus Imperii Moguntiæ typis excuſis, præfixa, vel, ut alia, quam exhibet Goldaſtus (*inter conſtit. Imp. tom. 1. p. 126.*) eines Fürmundes / ſive is perpetuus ſit, ſive temporalis, ſive ſummus, ſive vicarius, & intermedius, munus eſt, providere, cura & induſtria ſua, ut Imperium ſalvum, ſartum, tectumve ſit. Atque de hoc nullum eſt dubium, Imperatori eam curam incumbere. Sed ſi quæratur de exercitio curæ, & quorum auxilio explicari debeat, tunc non ſolum dicto §. ultimo capitis ſeptimi inhærendum, ſed reſponſio clarior peti poteſt ex eiusdem Bullæ capite ultimo in pr. nempe in exercitio curæ Cæſari aſſiſtere Electores, tanquam, qui Cæſari in partem ſollicitudinis conſtituti ab Imperio, qui velut columnæ proceres ſacrum ædificium Imperii circumſpectæ prudentiæ ſolerti pietate ſuſtentant, & quorum præſidio (hoc eſt, ut Germanica verſio habet, mit welcher Hülff / quorum auxilio) dextera Imperialis potentiæ roboratur (*d. A. B. cap. 3. §. 1.*) & ita quoque Imperator indicit comitia, ſed cum conſenſu Electorum. Inde, in caſu vacantis Electoratus, duo conſiderari debent, ſecundum textum noſtrum, qui ipſe nobis hanc diſtinctionem ſuggerit: Vnum eſt, Imperatoris, tanquam proviſoris Imperii, officium; alterum, eiusdem potentia, in exercitio huius proviſionis. De illo paulo ſuperius diximus, & eo pertinent verba Bullæ, *de ipſo providere debebit*; de hoc vero accipienda ſunt illa, *& poterit.* Tantum autem hoc poterit, quantum

tum in rebus ad ſe, & Imperium legitime devolutis. Si ad ipſum ſolum res devolvitur legitime, ipſius ſolius curæ & poteſtati ſubiicitur: quilibet enim rei ſuæ moderator & arbiter eſt. Vbi vero res ad ipſum & Imperium devolvitur legitime, ipſius curæ, & eorum, quos in partem ſollicitudinis Imperium ei conſtituit, res ſubiicitur; ita tamen, ut in illa concurrentia, ea, quæ ad utilitatem Imperii pertinent, coniuncta cura conſultentur; quæ autem ad ſplendorem, & pompam ſpectant, ita expediantur, ut Imperatori ſummus & primus honos maneat. Unde fit, ut conſilio Electorum, & quandoque etiam una Statuum aliorum, Electoratus conferatur. Tertio, inveſtituræ autem collatio, ſubmiſſa oratione, vel nomine inveſtiendi, vel ab ipſo inveſtiendo, petatur à Cæſare, juramentum fidelitatis recipiatur à Cæſare, 31.
trandantur vexilla à Cæſare, atque ita inveſtitura, & collatio ſoli Cæſari competat: quam ſibi etiam in cæteris feudis Principum, quæ per vexilla conferuntur, extra caſum vacationis, reſervavit Carolus IV. (*d. Bulla ſua c.5. §.1.*) Atque hunc eſſe ſenſum textus noſtri nullus dubito, quem etiam exempla Sigismundi, qui conditoris Bullæ aureæ filius fuit, & mentis paternæ vix ignarus, confirmant. Quod ſi vero hæc aliis non ſatisfaciant, ſciant velim, ubi 32.
alia Bullæ Carolinæ diſpoſitio eſt, alia capitulationum, hanc, tanquam poſteriorem, præferri (*l. ult. ff. de conſtit. Princip.*) etiam illo in caſu, ubi ſpecialis diſpoſitio præceſſit, & generalis ſecuta fuit, utraque tamen ſimul ſtare nequit, ut noſtra in quæſtione evenit. Arumæi traditio me non remoratur; 33.
ut maxime enim verum ſit, feudum amiſſum ad dominum reverti, (*d. c. un. de probibita feudi alienat. per Frider. 2. F. 55. ℣. callidis.*) & ſi quis ſine filio maſculo mortuus fuerit, & reliquerit filiam, filia non habeat beneficium patris, niſi id à domino redemerit. (*d. c. un. quemadmodum feudum ad filiam pertineat. 1. F. 24.*) quos textus Arumæus pro firmanda opinione ſua allegat; attamen ad deciſionem quæſtionis noſtræ nihil faciunt. Electoratus quidem va cans, æque ut aliud feudum, ad dominum revertitur, ſed de Electoratu, atque eius reinfeudatione nihil in dictis capitulis habetur, ut ne quidem de illis ab Imperatore, vel illis qui rhapſodias feudales compilarunt, tunc cogitatum, conſtare poſſit. Ubi Electoratus feudales facti 34.
ſunt, non eſt credibile, eos communibus feudorum regulis ex aſſe ſubiectos, ſed potius in quamplurimis Ducatus illos, cum quibus uniti certis aliis privilegiis maioribus munitos fuiſſe. Imo, totum feudale Longobardicum jus unquam in Germania receptum fuiſſe, credat Judæus apella. Ego 35.
potius ſequor Hugonem Grotium (*libro 2. de jure belli & pacis capite 7. num. 21.*) ubi tradit, in iis Regnis, quæ primitus data ſunt in feudum, ab eo, qui plene dominus erat, ſequenda erit lex ſucceſſionis feudalis,

non

non ſemper Longobardica illa, quam perſcriptam habemus, ſed quæ in gente quaque recepta fuit, qua data eſt prima veſtitura. Nam Gothi, Vandali, Alemanni, Franci, Burgundiones, Angli, Saxones, nationes omnes Germanicæ, qui partes optimas Imperii Romani bello occuparunt, ſuas ſinguli
36. leges, aut mores de feudis, non minus quam Longobardi habuerunt. Et recte Conringius (*de origine juris Germanici cap. 33. p. m. 164.*) docet, nullo Germaniæ publico decreto, vel in communi Cameræ iudicio, vel in aliis foris, feudalia Saxoniæ, Sueviæ, aliarumque regionum inſtituta vetera, cum Longobardicis (quæ in ſcholis leguntur) diſerte permutata eſſe. A paucis quoque Ordinum, fortaſſis, (ſi modo ulli ſint,) conſtitutum eſſe, ut hæc præ aliis illis obſerventur. Itaque quantum videtur, ex ſola quadam conſuetudine apud nos vis illorum hactenus obtinet: indubie, ex quo paſſim terrarum pri-
37. ſca & Germanica illa ſenſim obliterari cœperunt. Vulteius de feud. (*lib. 1. cap. 1. num. 7.*) totum hoc ex præſcriptione deducit; ſed nondum certo conſtat de termino, uti nec diſtinctim de eo, quid quantumve præſcriptione introdu-
38. ctum. In id proclivis ſum, conſtitutiones Imperatorum, quæ in libris feudalibus, quorum vulgaris uſus in ſcholas irrepit, habentur, ſeparari debere ab illis, quæ mere Longobardicæ ſunt. Hoc ſi fiat, conſtitutiones generales, generalem obedientiam, ſpeciales, hoc eſt, topicæ, ad certum locum, vel perſonam ſpectantes, ſpecialem, niſi ex utrisque aliquid mutatum ſit, habebunt. Inter conſtitutiones Imperatorias, quæ Longobardico iuri admixtæ leguntur, nulla extat, quæ de Electorum inveſtitura agat: probabile tamen eſt, poſtquam ſeptenarius numerus Electorum invaluit, ſtatim etiam illam invaluiſſe legem, ut Electoratus in caſu vacantiæ, denuo alii in feudum concederetur, nec in Imperatoris arbitrio conſiſteret, an vellet, ſe ut cogeretur velle. Atque ſi fortaſſis ſpecialis aliqua conſtitutio hic defecerit, ex generali tamen,
39. quam legimus in Schwabenſpiegel (*libr. 1. cap. 32. §. 3. apud Goldaſtum* in Reichsſatzungen / *pag. 39.*) ſatis conſtat, **daß der König kein Banlehen in ſeiner Gewalt haben ſolle / Jahr und Tage / Er ſoll das hynleihen /** (*adde d. lib. 1. cap. 20. §. 4.*) Hoc jus in omnibus feudis, quæ per vexillum con-
40. feruntur, ſive Electoratus, ſive Ducatus, eo usque continuari debuiſſe puto, usque dum contrarium in Ducatibus &c. conſtitutum fuit. In Electoratibus ius hoc vetus Germanorum non modo mutatum non eſt, ſed etiam ipſa Carolina bulla reiteratum. Ad collationem autem Electoratuum, conſenſum Electorum reliquorum, vel etiam Statuum Imperii, adhiberi debuiſſe, & adhuc debere, ex ſupra adductis rationibus, atque exemplis, patet. Imo, ubi Imperatorum poteſtas limitata fuit, etiam Ducatus, & a-
41. lia maiora Imperii feuda, ad Imperium reverſa, non niſi cum conſenſu Electo-

Electorum, aut Statuum Imperii, in feudum denuo concessa fuerunt, tanquam res ad Imperium pertinentes: idem quoque, ubi quis ad maiorem dignitatis gradum evehendus, aliquando observatum fuisse constat. Fridericus I 42.
Imperator, judicio Principum, de Marchia Orientali (hoc est Marchia Austriæ) cum Comitatibus, quos tres dicunt, Ducatum fecit, inquit Otho Frising. (*de gest. huius Frider. I. lib. 2. c. 32.*) Dux Boëmorum Labezlaus, ab Imperato- 43.
re Friderico, ac Imperii primis, ex Duce Rex creatur, anno ab incarnatione Domini M C LVIII. (*Radev. lib. 1. de gest. Frider. Imp. c. 13. apud Vrstis. tom. hist. Germ. p. 485.*) In curia apud Geilnhausen anno Domini M C LXXX. sententia 44
Cæsaris, & iudicio cunctorum Principum, Dux Saxoniæ Ducatu suo privatur, & assensu cunctorum Episcopus Coloniensis, in sua diœcesi, & per omnem Westfaliam, & Angriam, eidem Ducatui præficitur. Reliqua autem pars per omnem Saxoniam, Comiti Bernardo de Hanahalt obvenit. (*Godofrid. Monach. in annal. d. tom. 1. Vrstis. pag. 247.*) Otho de Lunenburg, nepos 45.
magni Ducis Henrici, anno M CC XXXV. novus Dux, & Princeps efficitur, quem diem rogavit Imperator omnibus annalibus adscribi, eo quod tunc Romanum auxisset Imperium, novum Principem creando, consensu omnium Principum accedente. (*d. Godofrid. Monachus in annalis. pag. 299. cui adde* Historischen Bericht Braunschweigischer Händel *part. 1. cap. 2. pag. 29.*) An- 46.
no M CC LXXXII. Rudolphus Rex, Augustæ curiam celebrat, ibique de consilio & voluntate nobilium, qui aderant, Albertum filium suum Ducem Austriæ & Stiriæ constituit, & Rudolphum Ducem Sueviæ creavit. (*Historia australis apud Freher. tom. 1. German. rer. Script. pag. 332.*) Quid hic nobilium nomine intelligere debeamus, patet ex Trithemio, qui hoc factum fuisse narrat, de consensu Principum & Comitum; & ex Gerhardo de Roo, qui id ex communi Principum, ac civitatum, consensu factum scribit (*apud Lehemann. lib. 5. Chron. Spir. c. 105. p. 625.*) Est hoc exemplum, feudi ad Imperium reversi, notabile, &, præter alia, satis idoneum, ad fulcienda ea, quæ diximus. Cer- 47.
te ad eiusmodi negotia, quæ olim potissimum in conventibus & comitiis Imperii peracta, consilium, assensumve Statuum, vel Ordinum, etiam à Regibus & Imperatoribus Domus Carolinæ, adhibitum, loca à Lehemanno (*d. Chron. lib. 2. c. 39. p. 155. & seqq.*) adducta satis declarant: adeo scilicet verum est, primordia huius consensus non nova esse in Germania.

Stätt.

Non hoc intelligendum est de civitatibus Imperialibus, quæ adhuc immediate ab Imperio dependent. Licet enim propter delictum libertatem suam amittere possint, non tamen ad censum feudalium rerum pertinent, de quibus articulus præsens loquitur. Si quas autem ditiones, civitates illæ, ab Imperio feudi nomine habeant, ut habent nonnullæ, quæ per deli-

ctum aperiuntur Imperio, (morte enim naturali hoc fieri nequit, quia universitates sunt; exceptis tamen raris & funestis illis modis, de quibus Grotius, (*de jure belli & pacis lib. 2. c. 9. num. 4.*) ut si mari abripiatur tota universitas, aut terræ motus eam hauriat, aut chasma, aut sponte internecioni se dedat, ut fecisse Sidonios, & Saguntinos fertur) casu quo magnus earum est proventus, vel magna utilitas, ad regulam pertinebunt. Quanquam & illud Imperio utilius, si civitates immediatæ, quæ propter delicta statum libertatis suæ amiserunt, fisco Imperii addicantur, quam ut aliis Imperii Statibus subjiciantur. Potest autem articulus noster accipi de civitatibus, quæ olim immediatæ, & postea certo respectu, nimirum pignoris causa, aliis adscriptæ; vel de illis, quæ, ut particularia feuda, aliis concessa, & magni emolumenti sunt, ut, ubi Imperio vacare contingant, fisco incorporentur.

Und dergleichen.

Ampliativa hæc dictio est, & hoc operatur, ut omnia similia, sive similem qualitatem habentia, hac sub dispositione includantur. (*Bl. in l. hac consultissima 21. in pr. c. de testament. Br. & Ias. in l. Gallus. §. idem credendum ff. de liber. & posthum. Schrader. de feud. part. 10. sect. 2. n. 67.*) Ergo etiam nobilium immediata feuda, & aliorum quoque, si magnos reditus habeant, ad dispositionem articuli nostri pertinebunt.

Ferner Niemand verleihen.

1. *Oeconomia Imperii sero strictioribus legibus arctari cœpit.*
2. *Maximiliani dispositio de Ducatu Wurtemburgensi.*
3. *Wenceslao exprobratum, quod nonnulla quæ ad Imperium redierant, alienasset.*
4. *Wurffbainii opinio.*
5. *Quæ, tanquam cerebrina, & erronea, reiicitur.*
6. *Opinio Klokii exponitur.*
7. 8. 9. *Examinatur, & refellitur.*
10. 11. 12. 13. *Rosenthalii doctrina.*
14. 17. 20. *Autoris nota ad hanc doctrinam.*
15. *Imperator non potest felonias, & culpas in se & Imperium commissas, sine consensu Statuum, aut Electorum, condonare.*
16. *Rex Galliæ non potest remittere omnia crimina læsæ maiestatis.*
18. *Exemplum Imp. Henrici II.*
19. *Friderici Barbarossæ.*
21. *Quo sensu Imperator dicatur dominus omnium ad Imperium pertinentium.*
22. *Obiectio.*
23. 24. 25. 26. *Responsio.*
27. Er soll sie ein ziehen.
28. *Vasallus propter feloniam commissam amittit feudum ipso iure, quo ad dominium.*
29. 30. *Sleidani loca explicantur.*

1. CUm reinfeudationibus nimium glabresceret Aquila, tandem œconomia Imperii strictioribus legibus arctari cœpit: sed seram hanc parsimoniam in fundo, iudicat Vietor (*de caus. exemt. thes. 13. inf.*) An hoc primum ita generaliter

generaliter hac capitulatione ſancitum, nec antea obſervandum Imperatori fuerit, non auſim dicere. Maximilianum I. idem voluiſſe obſervari in Duca- 2.
tu Wurtembergenſi, ſi eum vacare contingeret, cognoſcimus ex tenore literarum inveſtituræ, (*quas vide in iuris mei publici lib. 5. cap. 15. num. 2.*) Wenceslao Imperat. vitio verſum, quod nonnulla, quæ ad Imperium redierant, 3.
alienaverit, parum penſi habens (ita in ſententia exautorationis eius legimus, *apud Goldaſtum inter conſtitut. Imper. pag.* 140.) ut ea ſacro Imperio retineret.
Omnino autem perſuaſum habeo, longiſſime à veritatis tramite aberrare 4.
Wurffbain/ (in den unvergreifflichen Hiſtoriſchen Bericht/ *part. 5. pag.* 117.) quando tradit: Ob woln die Römiſche Kaiſer/ zu allen und jeden Zeiten/ biß auff die/ anno Chriſti 1356. zu Nürnberg/ zwiſchen Carolo IV. und den Ständen des Reichs verglichene auream Bullam, mit verleihung deren dem heiligen Römiſchen Reich heimgefallenen Land und Leuthen/ eine freye Hand gehabt/ und nach eines ieden Gefallen hin und wieder haben verleihen können/ ſo iſt doch in vorangezogener Guldenen Bulla ein anders verſehen/ daß von derofelben Zeit/ die Römiſche Kaiſer (auſſerhalb der Churfürſtenthumb) die andere dem Reich heimgefallene/ oder mit der Zeit heimfallige Lehen/ weiter nicht zu verleihen/ ſondern bey dem Reich zu erhalten/ und von deſſelben wegen verwalten zu laſſen/ſchuldig ſeyn ſollen. Et ne ſimplex error ſit, idem Autor (*dict. tract. part.* 11. *p.* 312.) ad eundem altera vice impingit lapidem, quando ait: Uber welches alles auch/ in mehrangezogenen/ anno Chriſti 1356. zu Nürnberg/ geſchloſſener Bulla/ ein ander Model/ conſervandi & augendi Imperii, fürgeſchrieben worden iſt; Nemlich/ die von derſelben zeit an dem Reich heimfallende Lehen/ (auſſerhalb der Churfürſtenthumb) weiter nicht zuverleihen/ ſondern ohne ferner Belehnung/ bey dem Reich verbleiben/ und alſo die davon fällige Nutzung/ zu des Römiſchen Reichs/und eines Römiſchen Kaiſers ſelbſten beſſere Unterhaltung/ gelangen zu laſſen. Primum huius opinionis membrum, de libero arbitrio 5.
Cæſareo iam antea à me expugnatum fuit: Alterum cerebrinum, & imaginarium eſt, de quo in aurea Bulla nec vola, nec veſtigium exiſtit. Vnde etiam Wurffbainius ipſe non potuit certum nominare capitulum, ubi hæc doctrina firmetur. Sane ſi ad dicti capituli ſeptimi §. ultimum reſpexit, obiter id factum, & citra contemplationem debitam. Totum quod ibi legitur, ad Electoratus pertinet, nec tamen horum incluſio excluſionem cæterorum feudorum, ad Imperium devolutorum, probat: imo ſubiecta Electoratibus ratio in cæteris quoque feudis militat; nam ipſa ad cenſum earum rerum pertinent, quæ ad Imperatorem & Imperium, ſi vacare contingant, legitime devolvuntur. Itaque ne Imperator, ex æqualitate rationis, vel etiam ſanctione, quam ex *Speculo Saxonico* ſupra adduximus, innixus, eiuscemodi feuda 6.
aliis conferat, opus fuit novo, & contrario præcepto. Porro neque tantæ

audaciæ ſtomachus meus eſt, ut ſpe concoctionis admittat Caſparis Klokii (*in tract. nomicopolit. de contributionibus cap. 3. num. 68. & ſeqq. pag. 63.*) tradita. Inquit ille; vi huius iuris (*de quo dixit d. c. n. 54.*) maieſtatis, Imperator feuda, ſibi & Imperio aperta, viciſſim reinfeudare poteſt, (*aurea Bulla tit. 7. §.* und ob derſelben Fürſtenthumb.) Ac quamvis interpretes nonnulli, ius hoc reinfeudandi per capitulationem, cum Carolo V. initam, cuius Sleidan. (*lib. 1. Comm.*) meminit, reſtrictum, & ſucciſum arbitrentur, probabiliter tamen defendi poteſt; Imperatorio iuri univerſali in hoc capite nil eſſe detractum, nec auream Bullam ſublatam. Roſenthal (*c. 5. concluſ. 12. num. 3.*) qui tamen alibi variat, & diſtinguit. (*cap. 10. concluſ. 11. num. 11. & concluſ. 83. num. 32.*) Quinimo, nec ipſum Carolum V. in collatione Electoratus conſenſum Electorum adhibuiſſe, teſtis eſt Sleidanus (*lib. 19.*) Multa paucis hisce lineis continentur,
7. quæ cruda videri poſſunt. Ius reinfeudandi omnia feuda, Imperatori, & Imperio aperta, non probatur (*ex d. c. 7. A. B. § fin.*) quia nec indefinita, nec generalis ibi legitur enunciatio, ſed ſpecialis, vel particularis, quæ tantum agit de Electoratibus apertis, & quidem diſtincte, de ſecularibus ſolum. Evincunt hoc verba textus, *ſi vero aliquem ex huiusmodi Principatibus ipſorum &c.* quæ ad antecedentia eiusdem capitis ſpectant, in quibus non aliis de Principatibus, quam illis, quod alias Electoratus appellamus & quorum virtute, ut in §. antecedenti in initio dictum, in electione Regis Romanorum, in Cæſarem promovendi, Rex Bohemiæ, Comes Palatinus Rheni, Dux Saxoniæ, & Marchio Brandeburgenſis, cum cæteris Principibus eccleſiaſticis, ſuis Coële-
8. ctoribus, ius, vocem, & locum habent. Deinde aurea Bulla non ſolum dicit, Imperatorem poſſe hæc feuda Electoratus vacantia reinfeudare, ſed poteſtati neceſſitatem iniungit, verbo, *debebit*, cuius neceſſitatis non meminit
9. Kloke; atque ita imperfecte de hoc maieſtatis iure agit. Præterea, nuda propoſitione probabile non facit, Caroli V. capitulatione iuri reinfeudandi ad Imperium devoluta feuda, nihil detractum eſſe: Rationes addere debuiſſet, quarum tamen nulla afferri poterit, quæ probet, Carolo V. non obſtante articulo, in cuius explicatione nunc verſamur, licitum manſiſſe, ex iure maieſtatis univerſali, omnia feuda, quæ ad Imperium ut vacua devolverentur, reinfeudare. Quando auream Bullam per hunc articulum capitulationis non ſublatum eſſe
10. aſſeverat, recte ſentit. Roſenthalius (*d. cap. 5. concluſ. 12. num. 3.*) fatetur, Imperatore hodie iurare, ſe res Imperii non alienaturum, nec diminuturum, ſed iuramento non obſtante, res modicas concedere poſſe, ut etiam, res infeudari ſolitas, ac ſibi apertas; quoniam hoc iuramentum, de rebus pleno tempore iuramenti ad Imperium pertinentibus, & alienari non ſolitis, intelliga-
11. tur. Idem (*d. c. 10. concluſ. 11.*) affirmat, hodie, vigore capitulationis, Imperatorem, regales dignitates Imperio apertas, Ducatus, Principatus &c. ſine conſilio, & voluntate ſeptemvirûm Electorum Imperii, non reinfeudare. Et ite-

Et iterum (*d. cap.* 10. *conclus.* 38. *num.* 32.) postquam antea docuit, Imperato- 12.
rem, vasalli Imperii culpas, & felonias in se, vel Imperium perpetratas, recte ignoscere & condemnare, etiam si per electionem, non successionem, Imperium habeat: Esse enim interim dominum omnium ad Imperium pertinentium, suo tamen modo, & posse reinfeudare res solitas, non obstante etiam iureiurando de non alienando. Et licet feuda maiora, Ducatus, Imperio aperta, vigore capitulationis non deberet reinfeudare, sine consensu Electorum; tamen videri, quod intelligi debeat de feudis, finita generalitate vasallorum apertis, vel etiam ex culpis Imperio iam devolutis, vel si iam voluntatem suam, quod devoluta esse volebat, declaravit. Qua in re aliis ansam ulterius cogitandi tradere velle, addit idem Rosenthal, & hoc simul, scanda- 13.
lum tamen evitandum, & hac in re constitutiones Imperii, in Germania ob oculos habendas diligenter fore. Ad hæc Rosenthali tradita annotandum: 14.
(1.) Regulam esse firmatam capitulationis nostræ articulo nono, Imperatorem, sine consensu Electorum, nihil, & ne quidem rem minimam, ab Imperio alienare posse: Verum cum alienationum variæ species sint, ab hac regula solum illam excipi, quæ fit per reinfeudationem, ita tamen, ut hic feudorum differentia sit, & nonnulla reinfeudare possint, ac debeant, nonnulla non possint. Reinfeudari possunt & debent, Electoratus. Non possunt, nec debent, Principatus, Comitatus &c. & alia feuda magnorum proventuum. Possunt, feuda minorum proventuum, ut supra diximus. (2.) Imperatorem, vasal- 15.
li Imperii culpas, & felonias, in se & Imperium perpetratas, ignoscere & condonare posse, sive tacite, sive expresse, citra consensum Statuum, vel saltem Electorem Imperii, non esse credendum. Nullibi enim hoc Imperatori permissum, ut iniurias Imperio illatas, suo, & administratorio nomine condonet. Ut lentus in suo dolore sit, quis curet, Reipub. iniurias largiri (ut phrasi Taciti *lib.* 3. *annal.* utar) publicum concernit, cuius administrator est, non dominus. De Rege Galliæ constat, maiore illum, & liberiore potentia in Regno suo, 16.
quam Imperatorem in Imperio, præditum, nec tamen crimina maiora, quæ quietem Regni convellere possunt, pro libitu suo remittere posse. (*La Cour* (inquit Scipion du Pleix, *en l'histoire de Henry le grand p.* 463. *n.* 18.) *tient pour une loy inesbranlable, que le Roy ne peut donner grace, ny abolition, en crime de lese maiesté, touchant un attentat sur sa personne, ou celle du Dauphin; d'autant que tel crime regarde le repos de l'Estat, & te tout le peuple.*) Curia Parlamenti Lutetiani pro immota lege tenet, Regem non posse condonare crimen læsæ maiestatis, quo vel ipse, vel eius primogenitus, in vitæ periculum incurrit; quoniam hoc crimine quies Status, & totius populi turbatur. Si quis pro Rosenthalio respondeat, etiam in Imperio aliud in crimine læsæ maiestatis, aliud in 17.
crimine feloniæ observandum: peto perpendat idem, non raro cum felonia in Imperium & Imperatorem, crimen læsæ maiestatis concurrere. Sed ut

18. emplis, atque rationibus potius, quam extranea praxi nostram firmemus opinionem, volumus lectorem clam ne sit, Imp. Henricum II. (quo tempore tamen liberior Imperatoris potestas fuit, quam postea, & nunc) accepto à primoribus consilio, Godefridum, Lotharingiæ Ducem, crimine absolvisse (*teste Lamberto Schafnabrugensi de reb. Germ. apud Pistor. tom. uno illustr. veter. Scriptor. p. 162.*) quod eo magis in crimine feloniæ in Imperium commissæ observari debet, ne Imperatoris indulgentia Imperio nociva evadat. Non solum au-
19. tem absolutio Imperatori soli denegatur, sed etiam condemnatio. Exempli loco erit, quod Friderici Barbarossæ temporibus, Henricus Dux Saxoniæ feudali pœna Ducatu Norico, & Saxonico, ac omni prædiorum, & beneficiorum possessione mulctatus fuit, unanimi sententia omnium Principum. (*Otho de S. Blasio in app. ad lib. 7. Chron. Othon. Frising. c. 24. apud Vrstis. tom. 1. hist. Germ.*
20. *p. 209. Mutius Chron. Germ. lib. 18. ap Pist. tom. 2. Germ. Script. p. 155.*) Qui iniuriam alteri illatam, (est autem felonia iniuriæ species) remittere vult, hanc potestatem habeat necesse est, aut à lege, aut ab illo, cui iniuria facta: Imperatori ergo qui hanc potestatem attribuunt, exhibere debent, vel legem, vel mandatū; hoc nisi fecerint, audient, eos, qui plenam rerum suarum administrationem habent, feloniam remittere posse, non etiam illos, qui domini non sunt, sed administratores. Ratio positionis est, quod administratori donatio interdicta (*l. 22. C. de pact. l. 28. §. ult. ff. eod. l. 4. C. de præd. & aliis reb. min. Gail. 2. obs. 72. n 12.*)
21. Donat autem iniuriam, qui eam remittit. (*l. 17. §. 12. ff. de iniur.*) Non obstat I. Imperatorem esse dominum, iuxta Rosenthalium, omnium ad Imperium pertinentium: quia, ut ipse fatetur, suo tantum modo hoc verum, id est, improprie. Imperator enim vere dominus Imperii non est, sed administrator, dominus tamen dicitur, vel domini loco habetur, respectu reverentiæ, & eo sensu, quo tutor, nempe ob providentiam pupillarem, (*l. tutor. 27. ff. de administr. & peric. tutor. l. qui fundum. 7. §. si tutor. 3. ff. pro emptor.*) quo respectu etiam vicedominus
22. audit (*l. ad ea 157 pr. ff. de R. I.*) Nec II. obstat, quod relati à Vulteio, (*lib. 1. feud. c. 11. n. 6. p. 621.*) in Prælato administratore distinguunt; quod si solus sit feudi collator, ipse solus etiam remittere possit culpam; sin autem eum Prælato una Capitulum conferat, remissionem à solo Prælato, sine consensu Capituli
23. factam, nullius esse momenti. Nam, nec in Prælato, nec in Imperatore, hæc distinctio ullius valoris esse potest, cum magnum sit discrimen, inter collatio-
24. nem feudi, & remissionem feloniæ: & à diversis mala fiat illatio. Vt collatio fit propter bene merita, ita ablatio fieri debet ex causa contraria, hoc est, ob male merita. Et quemadmodum Imperator, illi, qui male de Imperio meritus est, feudum non conferre, ita nec eidem feudum relinquere debet: quem meritum investivit, immeritum devestiat. Ex utilitate publica est, ut bonis bene sit, malis male, & ne delicta in eandem commissa, maneant impunita. Vbi in certamen veniunt, bonum publicum, & favor Principis, quis tam absurdus, ut non illud huic anteponendum censeat? Præterea si ullum prædictæ distin-

distinctioni locum relinquimus, scire velim, an collationem de ea intelligant, 25.
quæ fit de re nondum infeudari solita, an de ea, cuius investitura tantum renovatur, casu emergente; an de ea, ubi vel finita familia, vel ob delictum, per revocationem ad Imperium reversa, nova fit investitura? Primo casu ut supra diximus, Imperator ligatas habet manus, art. IX. Altero casu, potestatem investiendi solus habet. Tertio vero casu, cum sine consensu Electorum, æq; 26.
ut in primo non possit pro lubitu agere, dicendum est, vi distinctionis prædictæ, nec posse remittere feloniam, citra consensum Electorum, vel eorum qui Imperium repræsentant; quia hoc casu actionem, ad revocandam rem habet, ergo rem habuisse videtur. (*l. is qui actionem 15. ff. de R. I.*) Vnde ubi actionem remittit, rem ad Imperium iure reversam, iterum & alienare videtur, quod facere non licet, maxime in casu commissæ feloniæ, de quo expresse constitutum in A.B. Caroli IV. c. 14. ne eam committenti, feudum illud de novo iterum concedatur. Tertio, articulus noster diserte statuit, feuda maiorum proventuum, 27.
ubi Imperio aperiuntur, quocunque modo id fiat (generalis enim est dispositio) ad Imperium trahenda esse, er soll sie einziehen. Ergo ipsius arbitrio relictum non est, an velit. Quod autem, ubi feudum ob feloniam commissam, Imperio apertum, respectu dominii, factum sit, firmatur præter d. c. 14. A.B. Caroli IV. illa Doctorum regula, quod vasallus, propter commissam feloniam feudũ 28.
ipso iure, quoad dominium, amittat, sed, ad possessionem auferendam, processus, & sententia privationis declaratoria requiratur. (*Gail. 2. observ. 51. n. 1.*) Vnde, quod Imperio ratione dominii apertum fuit, ab Imperatore apprehendi, & Imperio addici debet, soll eingezogen werden. Tandem nec illud silentio præ- 29.
tereundum, ad Sleidani testimonium frustra provocari, cum in toto isto libro XIX. quem allegavit Kloke, nullibi dixerit, Carolum V. in collatione Electoratus, consensum Electorum non adhibuisse. Aut valde fallor, aut duo tantum, quæ quæstionem nostram attinent, isto libro de Electoratu Saxoniæ literis mandavit. Vnum, quando (*f. m. 326. b.*) refert, Io. Fridericum Saxonem captivum, dignitati VIIvirali, tam suo quam liberorum nomine, renunciasse, & Cæsari, ut pro suo statueret arbitratu, permisisse. Hic, ut clare apparet, de abdicatione potius, quã collatione Electoratus agitur, nec quod abdicans, arbitratui Cæsaris permisit de Electoratu statuere, quicqam cæteris Electoribus nocere debuit, nec inde Cæsar id juris nactus fuit, ut contra Imperii morem, non adhibito Electorum consensu, vacantem hunc Electoratum alii, pro suo arbitrio conferret: sed ne contulisse quidẽ hic dicitur, solum refertur, in quid captivus Saxo consenserit. Alterum est (*fol. 328. b.*) ubi scribit; Est Wittenberga 30.
septem viralis ditionis oppidum primarium, qua Cæsar Mauritium nuper donaverat, publicatis Io. Friderici bonis. Hoc iterum nihil habetur, an donatio hæc consensu Electorum facta fuerit, an non. Deinde, alio tempore donatio facta fuit, alio collatio integri Electoratus, ut idem Sleidanus docet (*lib. 20. fol. m. 352.*) Posito itaque, donationem citra consensum Electorum factam,

de

de quo tamen Sleidanus nihil atteſtatur, conſtat nihilominus ex ſuperius dictis, & loco hic allegato, collationem conſenſu Electorum factam fuiſſe.

Zu Unterhaltung des Reichs.

Scilicet, ad ſumptus faciendos, in ea, quæ ad Imperii decorem utilitatem, ac neceſſitatem pertinent.

Unſer und anderer Nachkommender.

1. *Remedium hoc eſt caſuale & futurum.*	7. *Cuſani opinio.*
2. *Præſenti autem opus eſt.*	8. *Conſilium Waremundi ab Ehrenberg.*
3. *Iulii Pflugij conſilium.*	9. *Quod diſplicet Reinkingio.*
4. 5. 6. *Autoris iudicium de eodem.*	10. 11. *Sed ex falſo præſuppoſito.*

1. CUm remedium hoc, ſubveniendi expenſis & ſuſtentationi Imperatoris, ex fructibus & reditibus feudorum ad Imperium reverentibus, caſuale
2. ſit, futurum, fortuitum & incertum: Imperii autem proventus ad neceſſaria non ſuffecerint, eo ipſo tempore, quo Carolus ad Imperium evectus fuit, nec hodie ſufficiant, non ſine cauſa, de præſenti aliquo & certo remedio, vel tunc vel poſtea, cogitari debuiſſet, neque cogitari tantum, ſed etiam res ad effectum deduci. Inter privatos varie, de eiusmodi remediis, certis perpetuiſve, conſultatū, publice in comitiis raro, & vix unquam de aliis quam temporariis.
3. Iulius Pflugius, Epiſcopus Numburgenſis, vir exquiſitæ prudentiæ, ac magnæ virtutis, & ob hæc, aliave animi ornamenta, Imp. Carolo V. percarus, in libello *de Republica Germaniæ (vide Lehemann. lib. 5. Chron. Spir. c. 95. p. 912.)* quid ſibi videatur, his indicat verbis: Vt Imperator noſter, è publico noſtro tantum utilitatis atq; emolumentorum capere poſſit, quantum oportet, ſi ſuaderem Principibus, Magiſtratibusq; eiusdē Reip. noſtræ, ut quæ vectigalia publica Imperii ad ſe tranſtulerunt maiores ipſorum, ea reſtituerent, atq; ita cenſum Principis ſui, ad communem omnium utilitatem, augerent, non eſſe profecto, cur quisquam conſilium hoc meum reprehendere deberet. Etenim ſi Longobardorum Principes, cum primum regnum ſuum conſtituerent, de ſuo, quod puplici juris nullo tempore, in publicum tantum contulerunt, ut Rex eorum cenſum honeſtum habere poſſet; quanto æquius eſſet, ut nos Imperatori noſtro redderemus, quæ maiores eius aliquando habuerunt? Sed quia veriſimile non eſt, Principes, Magiſtratusq; noſtros, à jure inveterato ſponte ſua deceſſuros eſſe, & paſſuros, ut res tanti emolumenti à ſe auferantur, ne detur cauſa motibus periculoſis, ſatius eſſe cenſeo, inſtitui vectigalia nova, ad utilitatem Imperatoris noſtri, quam vetera reſtitui; cum præſertim populo non æque grave fuerit pendere vectigal novum, quam Principibus atq; Magiſtratibus ſua, quæ multum utilitatis afferunt, vectigalia amittere. Ac mihi quidem videtur, populis, atque adeo cunctæ Germaniæ, vectigal illud eo minus moleſtum futurum eſſe, quo ſingulorum rationes publicis commodis ita contineri videntur, ut quando Imperator noſter plus poterit, tanto ſinguli Reip. noſtræ cives, & quietius vivere, & è bonis eiusdem facilius creſcere queant. Verum

rum, ut ego aperiam, quid mihi de hoc consilio videatur, priorem eius partem posteriori præfero, cum distinctione tamen, & rationibus quæ sequuntur. Vectigalia scilicet illa, diversis ex causis ad Status Imperii pervenerunt, & vel, ut Iuris consulti loquuntur, titulo oneroso, vel lucrativo. Quæ sibi suo ære comparavit Titius, consilio Electorum, vel Statuum, interveniente, ea ut reddat, cogi non debet, ac hoc ut agat persuaderi vix poterit. Quod si vero citra consensum Statuum, vel Electorum, alienatio, ut maxime pecunia intervenerit, facta sit, repetitioni locus dabitur, etiam non refuso precio, (nisi illud in utilitatem publicam conversum esse constet,) & non obstante tot annorum cursu, ac possessione continuata. Quoniam enim hic interesse publicum, & privatum, in certamen veniunt, publico victoria debetur. Sed ut motibus, qui plerumque excitari solent, ubi rem nos jure nostro repetere affirmamus, obex ponatur, cautius agendum, atque amica compellatione, ut in utilitatem Reipublicæ sponte hæc liberaliter conferant, pulsandi sunt. Quod si singuli, vel maior pars id facere recuset, nolim armis propterea negotium conficiatur, tum, quia ad arma expediunda novis sumtibus opus, quibus, ubi Imperii ærario exhausto subvenire consultamus, parcendum maxime, tum, quia alea belli domi suæ ludere periculosum, cum experimentis nobis abunde constet utramque partem, tam eam, quæ hactenus in Imperio de lucro captando, vel ut aliis visum, quæ de ablato recuperando; quam quæ de suo, quod possidet tuendo, armis rem gessit, ingenti damno, & non sine extremo periculo perditionis, tandem ludo cedere coactam fuisse: Tum deniq;, ne morbo, quem curare sustinemus, medicina intolerabilior sit. 4.

5. Qui titulo lucrativo vectigalia ab Imperatoribus obtinuerunt, sive sub specie remunerationis, sive simpliciter, ipsi, vel eorum heredes, perpendere debent, æquum esse, ut necessitati donatoris subveniant, vel re tota, si circa consensum eorum, quorum interest, donata fuit (nam hoc casu revocari donatio posset, sed ne turbas excitemus, mitius agendum) vel parte, si cum consensu Electorum, vel Statuum facta, vel pro libitu, si tota remuneratio fuit, vel ex obligatione, si ob futura merita generaliter facta; quod etiam obtinere debet, ubi partim ob præterita, partim ob futura merita, generaliter donatio facta. Nam hic obligatur donatarius, dem Reiche treue Dienst zu leisten/ quæ non solum consistunt in consilio, & opera manuali, sed etiam subventione pecuniaria. Velim ubique amor boni publici vincat proprium commodum; id, si sponte apud multos non fiat, vi illos cogere non suadeo, nisi certum sit, commode, tuto, & maiori cum compendio, quam dispendio, languido Imperio consuli posse.

6. Quod alteram consilii Pflugiani partem admittere non possum, inde est, ne onus oneri addatur, illis imponatur, qui extra culpam sunt, quod Imperator antiquis non fruitur Imperii reditibus. Articulus XVIII. huius capitulationis adhuc meas fatigat aures: die Teutsche

 Nation/

Nation / und das H. Römische Reich / seye vor / zu Wasser und Land / zum höchsten mit Zöllen beschwert; Ergo, ex vectigalibus antiquis potius Imperatori succurrendum erit, quam novis. Ac quod antiqua attinet, Cusanus Imper.
7. Sigismundi consiliarius, (*de concord. catholica lib. 3. c. 30.*) suo tempore censuit, facile de teloniis Imperialibus, & gabellis, Principibus pro Rep. concessis, competentem portionem pro statu Imperii annue reservari, & ab omnibus
8. teloniis in portione moderata abstrahi posse. Aliud consilium suppeditare Waremundum ab Ehrenberg (*meditam pro fœder. lib. c. 3. n. 34.*) (quod tamen ad bellum Turcicum restringere autorem, tradit Klok *de contrib. c. 3. n. 71.*)
9. scribit Reinking. (*de Regim. secul. lib. 1. class. 2. c. 8. n. 107.*) nempe ad bona Ecclesiastica regressum faciendum; & addit: (*n. 108.*) sed hanc non videri commodam rationem, ut ea quæ ad sacrum usum semel destinata & consecrata sunt, neglecta religione profanis applicentur usibus (R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. §. etzliche haben der Klöster / R. A. zu Speier anno 1544. §. und damit der Kirchen
10. Güter halben.) Posito uno, vel altero, Waremundum loqui de omni subventionis necessario casu, sive de expeditione sola in Turcam, mihi non videtur, rationem Reinkingii consultoris bonæ menti remoram iniicere posse. Sine dubio enim, non vult consilium suum eo usque extendi, ut religio negligatur, sed ut copia ecclesiasticorum proventuum inopiæ seculari subveniatur, quod citra profanationis periculum fieri potest, potissimum in casu necessitatis Rei-
11. publ. à cuius salute, Ecclesiæ, quoniam in illa est, salus & quies dependet. Loca ex Imperii recessibus allegata, nihil contra doctrinam hanc faciunt, sed loquuntur, de illis bonis ecclesiasticis, quæ extra casum necessitatis, alio sub prætextu, nonnulli Statuum sibi propria facere conabantur. Quantum commodi Rex Galliæ ex bonis ecclesiasticis, citra profanationis crimen, obtineat, quantum vel Hispanus, dicam loco commodo.

Behalten.

Quanquam Electoribus hæc ratio, ad deplumatam, & humido radicali fere destitutam Aquilam, honeste vestiendam, & refocillandam, commoda semper à tempore Caroli nostri V. usque ad hodie regnantem Imperatorem, visa fuerit, ut capitulationes singulorum docent, ea tamen, nescio an Electorum conniventia ac consensu, an Imperatorum nimia licentia, vix ac ne vix quidem, unquam usu obtinuit. De Carolo ipso notum est, quod Ducatum Mediolanensem, Imperio apertum, non secundum huius articuli nostri normam Imperio incorporaverit, sed filio suo concesserit in feudum (*Cotta in memorab. verbo, Mediolanum, in fin. Horat. Carpan. ad statut. Mediolanes. in diplom. num. 1. & 2.*) Idem, cum Ducatum Wurtembergensem, ob Vlrici Ducis delictum, ad Imperium iudicaret reversum, Ferdinando fratri eum feudi titulo concessit, non modo contra Maximiliani I. sanctionem, sed etiam contra capitulationem hanc, in quam ipsemet iuraverat. Quia de causa nonnulli, tunc temporis iocari soliti, Cæsarem suos splendide vestire, aquilam nudare.

Incor-

Incorporiren.

Simili fere medio Galliæ regnum ad eam potentiam pervenit, qua hodie ſuperbit. (*vide Choppin. de doman. Galliæ lib.* 1. *titulo ultimo per totum. Haillan livr.* 3. *de l' eſtat des affaires de France p.* 264. *& ſeqq. Corbin au Code de Louys XIII. tom.* 2 *livr.* 1. *p.* 41. *& ſeqq.*) Charles Loyſeau (*des Seigneuries chap.* 5. *num.* 63. ita ait: (*Nos Roys de la troiſieſme lignée, ont eſté ſoigneux de reunir à leur couronne tous tes anciens Duchés & Comtés, toutes fois & quantes qu' il s' en eſt preſenté quelque occaſion, ſoit par mariage, eſpouſant, ou faiſant eſpouſer aux preſomtifs heritiers de la couronne, les heritiers d' iceux: ſoit par droit de reverſion, à faute de masles regnicoles, deſcendus du premier inveſti, ſoit par felonnie, ou confiſcation, dont il naiſſoit aſſés ſouvent des ſubiects tres iuſtes. Tant y a, qu' ils ont ſi bien faict, avec le temps, qu' ils ont retiré & reuni tous les anciens Duchés & Comtés ſans exception, fors les deux Comtès de Flandres, & de Bourgogne.*) Noſtri Reges lineæ tertiæ diligentes fuerunt in reuniendis cum corona ſua omnibus antiquis Ducatibus & Comitatibus, quoties occaſio ſeſe obtulit, ſive in contrahendis matrimoniis, deſponſando coronæ heredibus præſumtivis heredes dictorum dominatuum, ſive per reductionem ad coronam, caſu quo deficiebant maſculi regnicolæ, deſcendentes à primo acquirente; ſive ob commiſſam feloniam, & per confiſcationem ob cauſas legitimas, quæ ſæpius naſcebantur. Certe, tam bene ſibi, tractu temporis, vigilaverunt, ut omnes veteres Ducatus & Comitatus ad ſe traxerint, exceptis modo Comitatibus, Flandriæ & Burgundiæ. Sed Rex Galliæ ſuum maxime in emolumentum hoc egerunt, at illa incorporatio, quæ in Imperio fieri debet, publicam utilitatem corporis totius ſpectat. Hinc eſt, quod Moguntinus, cum Franciſcum I. in Imperatorem non eligendum ſuaderet, inter alia collegis ſuis ponderandum propoſuit, multos fuiſſe olim in Gallia viros Principes, nunc autem in anguſtum redactum eſſe eorum numerum; nam Regem prope ſolum omnia tenere. (*Sleidan. lib.* 1. *Comm. fol. m.* 16. *b.*)

Biß ſo lang.

Terminus, quo usque incoporationes durare debent, hic exprimitur, qui à communi dependet regula, *ceſſante cauſa &c.* Eſt hic modus ſtatui Imperii noſtri convenientior, quam ille, quem deficiente linea Wurtembergenſi obſervandam voluit Maximilianus I. nempe, daß als dann das Hertzogthumb Würtemberg / mit aller Oberkeit / Herrligkeit / Mannſchafften / Nutzen / Leuthen und Gütern / nichts außgenommen / bleiben ſolle bey Römiſchen Kaiſern und Königen / und bey dem heiligen Römiſchen Reich ewiglich / und alſo in Mehrung des Reichs Widdumbgut / der Cammer incorporirt und einverleibt ſeyn ſolle. (*vid. Hordleder. lib.* 3. von Urſachen des Teutſchen Kriegs / *cap.* 1.

cap. 1. *p.* 612 *n.* 10.) Etenim, si in perpetuum omnes Ducatus, & principatus, ubi semel, per vacantiam ad Imperium devoluti, Cameræ & fisco incorporati esse deberent, illud tandem incongruum resultaret, ut numerus Statuum plus iusto imminueretur, nec præter Electores, & Status ecclesiasticos, atque fortasse Civitates Imperiales, ulli superforent alii, quorum dynastiæ maiorum nunc sunt proventuum. Vnde etiam illud sequeretur, ut vota in Imperii comitiis ad exiguum numerum redigerentur, quod, ut contra utilitatem Imperii, (R. A. zu Speier anno 1580. §. als wir dann / *p.* 617.) omnibus modis præcavendum: plus enim vident oculi, quam oculus; & quorundam sæpe maxime pretiosa est opera in consiliis, (æque ut de societate monet Iustinianus §. *Instit. de societate*) & tanta industria, ut plus prosit quam pecunia, (*l. si non fuerint* 29. §. 1. *ff. pro socio.*) Plane interest Reipublicæ, per plures consuli, quam pauciores. (*Garf. Mastril. de magistrat. lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 7.) Quæ ratio, & quod à futuro dependeat hic modus subveniendi necessitatibus Imperii, me impellit ut credam illum non esse tam æquum, expedientem, commodissimum, ut quidem Hordledero (*d. l.*) Reinkingio (*d. lib. class.* 2. *c.* 7. *n.* 109.) Klok (*d. c.* 3. *n.* 71. *in fin.*) appellatur.

Aller Vnser Erbland.

Archidux Austriæ, ex privilegio habet potestatem liberam, sein Land zu vergeben / und zu verschaffen / wem er will / so er ohne Erbkinder abgieng / und soll daran durch das Reich nicht verhindert werden (*vide me de jure publ. lib.* 5. *c.* 2. *n.* 32.) Ad hoc arbitror respicere articulum nostrum: Quamqaum etiam sine reservatione, quæ in textu nostro additur, satis tuti sunt Austriæ Archiduces. Disponit enim articulus noster de feudis ad Imperium revertentibus; ergo, ubi Austria nondum revertitur, obstante privilegio, vel iure communi, dispositioni huic non subjacet. Nec nisi Electores hunc articulum, quem Carolo præscribunt, perpetuum, & Imperatores sequentes quoque, qui ex familia Austriaca forte non oriundi, reiterandum esse debere, innuere voluissent, frustra fere fuisset privilegiorum Domus Austriacæ meminisse. Per rerum naturarum enim impossibile fuit, Carolo adhuc vivente, & Imperium administrante, Archiducatum Austriacum, cum cæteris eiusdem Domus bonis hereditariis, vacuum ad Imperium reverti.

Vnd sonst Männiglich.

Coniicio, his etiam contineri illos Status, qui consensu, & confirmatione Imperatoris, ac Electorum, olim pacta mutuæ successionis inierunt. Item, contineri etiam illos, quibus, Imperatoris & Electorum consensu, expectativæ (Expectantz oder Anwartung / *vide Gail. pract. observat. lib.* 2. *observat.* 155. *num.* 2.) in certa feuda datæ sunt: quemadmodum Caroli V. tempore

habuisse

habuisse Domum Brandeburgicam, Burggraviorum Noribergensium, in Ducatus, Pomeraniæ, Megapolitanum, Holsatiæ, Brunovicensem, & Luneburgensem, ac Principatum Anhaltinum, à fide dignis edoctus sum: (unde corrigi, quod tituli *de iure publico lib. 2. cap. 10. num. 19.* & generalitas ad specialia restringi debet.) De Archiepiscopatus Trevirensis privilegio, vide Besoldum *in thesauro practico (verb.* Reichs Lehen / *pag. 655. &* den Beweiß in Sachen Sayn *contra* Trier *f. 62.)* daß alle in diesem Stifft eröffnete Reichs Lehen / demselben Stifft zufallen sollen.

AD ARTICULUM XXV.

Mit Raht und Hülff der Churfürsten.

Prima huius articuli positio est: Quodcunque Imperator, consensu, & auxilio Statuum acquirit, illud Imperio accrescere debet. Convenit cum eadem Maximiliani I. constitutio, von Handhabung des Friedens/Rechtens / 2c. zu Wormbs anno 1495. auffgericht / quæ vult, was von Landen / Leuthen / Stätten / Flecken / Märckten / oder Dörffern / durch die gemeine Hülff / und Pfenning / erobert wird / soll dem gemeinen Reich vorbehalten seyn und bleiben / (*vide corpus recessuum Imperii p. 17. r.* was mit dem gemeinen Pfenning erobert wird / soll dem Reich bleiben.) Est hoc rectæ rationis dogma, ut quod communi ope & opera Imperii acquiritur, in hostimentum oneris commoda Reipub. accedat; quod & politici non ignorant. (*Keckermann. in systemat. polit. lib. 1. c. 31. pag. 505. num. 12.*) Verum pro limitatione positionis videri poterit R. A. zu Speier anno 1542. auffgericht. (§. wir haben uns auch / *pag. 267.*)

Sie Uns zu helffen verbunden sey.

Vide, quæ annotavi supra ad artic. XI. verba, in oder ausserhalb des Reichs / & verba, von desselben wegen. Cum Maximilianus, à Statibus Imperii, auxilium contra Venetos peteret, inter alia responsi loco tulit, illud insciis Statibus susceptum, inde eos ad auxilium non teneri. (*vide Goldast. in* Reichshandlungen / *p. 85. & Mutium lib. 29. Chron. Germ. p. 314.*)

Von dem Reich zustünde.

Vocabulum, und / hic eiusdem valoris est, ac so / vel welches. Nempe, Imperator, sine consilio & auxilio Statuum acquirit illud, quod pertinet ad Imperium, vel quod ad illud non pertinet. De hoc nihil expresse statuitur, sed ex ratione communi, quid dicendum, satis notum: de illo sancitur, Imperio reddi debere; quod & iuris communis in rebus privatorũ est. Expulsis hostibus ex agris quos ceperant, dominia eorum ad priores dominos redeunt, non publicantur, aut prædæ loco cedunt, (*l. 20. §. 1. ff. de capt. & postl.*) Idem etiam in

mobilibus obtinet, quæ virtute militum, non autem redemtione liberantur (*l. ab hostibus* 12. *C. de postlim. reverʃ.*) ubi vero ab hostibus pretio redimuntur, protinus redimentis sunt, quamvis sciat aliena fuisse; oblata tamen pretio, quod dedit emtor, antiquo domino restitui debent. (*l. in bello* 12. §. *si quis servum* 7. *ff. d. t. de captivis & postlim. reverʃ. vide Grotium de iure pacis. & belli lib.* 3. *cap.* 16. *num.* 2. *& seq.*)

AD ARTICVLVM XXVI.

Zween des H. Reichs Churfürsten.

Nempe, Comitem Palatinum Rheni, & Ducem Saxoniæ.

Vicarien.

Vocantur vicarii, quia vacante Imperio vices Imperatoris, in nonnullis gerunt & sustinent. Vocantur etiam provisores (*A. Bulla Caroli IV. c.* 5. *pr.*) quod Imperio debeant providere, quando illud suo capite orbatum est. Germanica d. Bullæ versio, quam exhibuit Goldastus, (*inter constit. Imper. p.* 126.) habet Fürmund / quo nomine tutorem appellamus. Illa autem, quæ recessibus Imperii præmissa, idem explicat per voces, Verweser / und Pfleger.

So das vacirt.

Imperium tunc vacare dicitur, quando nec Imperatorem, nec Regem Romanorum habet, hoc est, capite destituitur: quod contingit, morte, renunciatione, depositione. Si autem Rex Romanorum, vivo adhuc Imperatore, & Imperium administrante, electus sit, non vacare dicitur Imperium, nam uno avulso non deficit alter; & hoc casu verum est quod dicitur, wann der Kaiser stirbt / so setzet sich der König in Sattel.

Laut der Gulden Bullen/ꝛc.

Dicto capite quinto.

Gehandelt.

Inter actiones provisoris numerantur (*d. c.* 5.) exercere iudicia, præsentare ad beneficia Ecclesiastica, colligere reditus & proventus, recipere iuramenta fidelitatis, vice & nomine sacri Imperii.

Und verliehen.

Hoc est alterum caput potestatis vicariorum, vel provisorum Imperii, de quibus hic statuitur. Possunt autem, tempore vicariatus sui, conferre nonnulla feuda, non omnia tamen. Nam feuda Principum, & quæ Fahnlehen vocantur, conferre nequeunt. (*d. cap.* 5.)

Confirmiren und ratificiren.

Extat hæc confirmatio apud Goldastum (*part.* 1. der Reichssatzungen / *p.* 242.) qua Carolus V. anno MDXXI. sub dato Wormatiæ, die xv. Maii, confirmat Ludovici palatini Electoris actiones & gesta, & in specie die Auffrichtung / Besetzung und Haltung seines Vicariaten Hoffgerichts (daran durch des H. Reichs Unterthanen allerley gerichtliche Sachen gegen einander einbracht

bracht) mit sampt den Urtheilen / Processen / Bescheiden / und Verträgen / so darauff gefolgt / gesprochen / Acht / anlait / Gebott / Verbott / PœnalMandaten ergangen / Belehnung / und sonst alles das / so Er / als des Kaisers / und des Reichs Vicarius, die Zeit biß der Kaiser in Teutsche Nation kommen / zu Unterhaltung Friedens / Rechtens / und andern / in des H. Reichs Nohtdurfft fürgenommen / verordnet / und gethan hat / nichts ausgenommen; und solle / so viel noht ist / fürter darauff fürgefahren / procedirt / und nachgefolgt werden / als ob es von dem Kaiser selber / an seinem Hoff / Cammergericht / oder dessen Hoffrähten / außgangen / beschehet und geurtheilet wäre. Licet autem hæc confirmatio, sola gesta à Palatino concernat, dubitandum tamen non est, eiusdem tenoris aliam Duci Saxoniæ Electori à Cæsare datam, quamvis Goldastus eam hic non exhibuerit. Et hinc discimus, non unis literis, sed separatis confirmationes istas fieri.

AD ARTICULUM XXVII.

Beschwerung.

Ex iure gentium numus est, quem necessitas, vel utilitas in commerciis introduxit, (*l.* 1. *inpr. ff. de contrah. emt.*) nec tamen vix ulla in re minus, gentium ius, quam hic, observatur. (*Il n' y a aucune asseurance entre les Princes sur le fait des monnoyes, chacun iouvant à tromper son compagnon, & tirer l' or & l' argent de l' Estat l' un de l' autre, ou en surhaussant le prix des monnoyes, plus que elles ne valent en l' Estat de leurs voisins, ou en affoiblisiant l' aloy de leurs monnoyes, demeurans la marque, grandeur, espaisseur, & le prix sembable, Le Conseiller d' Estat part.* 1. *ch.* 42. *p.* 214.) Nulla fides Principibus citra rem monetariam; pro ludo habent fallere socios, & ex aliorum ditionibus aurum & argentum ad se attrahere, vel augendo valorem monetæ supra eum, qui in vicinis regionibus observatur; vel imminuendo bonitatem materiæ, relictis integris, charactere, forma, quantitate & valore.

Månael.

1, 2. 3. 5. 7. *Vitia in re monetaria, quæ proveniunt à causa efficiente.*
4. *Cui competat potestas cudendi ducatos.*
6. Portugaleser sollen im Reich nicht gemüntzt werden.
8. *Vitium à loco.*
9. 10. 11. 12. 13. 14. *Vitia materiæ.*
15. *Exceptio.*
16. *Aliud vitium.*
17. *Et plura alia.*
18. Müntzgerechtigkeit ist kein *mercanz*.
19. *Rex Galliæ in cudenda moneta ut sibi prospiciat, ne damnum, sed lucrum sentiat.*
20. 22. *Rei monetariæ artifices terminos artis studiose obscurant.*
21. *Ut & Medici.*
23. *Bodini exemplar Gallicum, librorum de Republica, non convenit ubiq; cum editione latina.*

Defectus in re monetaria varii sunt, ut & vitia circa eandem. *In causa efficiente* vitium est, (1.) Quando is facit cudere monetam, qui ius mone- 1.
tandi non habet, vel cui suspensum est, sive propter delictum, sive propter causam aliam. (2.) Quando is, qui monetandi ius habet, id alteri locat, vel 2.
vendit

vendit, vel alio modo concedit (Kaiser Ferdinandi neue Münzordnung anno 1559. auffgericht / inter recessus Imperii p. 544. §. ferners als / R. A. zu Speier
3. A. 1560. §. als dann auch / p. 619.) (3.) Quando cudit alias species, quam quarum
4. cudendarum jus habet: exempli causa, ducatos, dann ducaten zumünzen gebührt nur den jenigen Ständen / so hohes Gold in ihren Landen haben / (R. A.
5. zu Regenspurg A. 1576. §. und auß sondern / p. 666.) (4.) Quando cudit alias species, quam quas cudere in Imperio permissum (d. R. A. de A. 1570. §. wir setzen / p. 620. exempla v. in R. A. zu Augspurg A. 1566. §. und damit der gemeine / p. 574. in Abschied des Deputationtags zu Franckfurt A. 1571 §. wie verächtlich p. 648. R. A. zu Regenspurg A 1576 §. derhalben, p. 665. R. A. zu Regenspurg A. 1594.
6. §. setzen / p. 726. d. R. A. de A. 1576. p. 666. § / ferner / ibi, daß im Reich Portugaleser nicht ohne Veracht unsers Kaiserl. Münz Edicts gemünzt worden; demnach wollen wir / auff der Stände und Abgesandten rähtlich bedencken obberührt münzen der Portugaleser hiemit ernstlich verbotten haben /) nisi hoc ei facere certas ob causas permittitur. (d. R. A. zu Augspurg A. 1582. §. nach dem auch / p. 702.) (5) Quando minutarum specierum nimiam cudit copiam, unde pu-
7. blicum bonum & commodum lædi possit. (Kaiser Ferdinandi neue Münzordnung / §. wir ordnen / p. 535.) Ratione loci vitiosum censetur, si moneta alibi
8. quam ubi debet, cudatur (d. R. A. zu Speier A. 1570. §. und dieweil p. 620. d. Absch. des Deputationtags zu Franckfurt an. 1571. §. und dieweil / p. 649. R. A. zu Regenspurg anno 1594. pag. 726. §. wir ordnen / ibi, es soll keinem Stand / so kein eigen Bergwerck haben / erlaubt / sondern gänzlich verbotten sein / seine Münzen anderer Orten / dann in den verordneten Münzstätten / münzen zu lassen.)
9. Materiæ vitia sunt, & in eam atque circa eam committuntur, (1.) Si adulte-
10. rina pro vera supponatur. (2.) Si materia falsa, cum proba commisceatur.
11. (3.) Additamentum detur auro, & argento, in speciebus, quas puras & sine
12. mixtura esse volunt leges. (R. A. zu Regenspurg anno 1500. §. weiter / p. 55.) (4) Si additamentum excedet permissionem legis. (de quo videri debet gedachte Kai-
13. sers Ferdinandi Münzordnung §. zum ersten / & seqq. p. 533. & seqq. ac p. 538.) (5.) Si moneta non habeat tantum materiæ, quantum ad præscriptum à lege pond⁹ sufficit, wann die Münz zu leicht ist. Fit hoc, vel statim quando cuditur, vel
14. postea quando circumciditur, aut lima imminuitur. (6.) Quando moneta frangitur, vel resolvitur in massam, wann die Münz gebrochen wird / ut inde vel alia moneta, unde commodum quæritur, fiat. (d. Abschied des Deputationtags zu Franckfurt § aber damit / p. 648. d. R. A. zu Regenspurg A. 1576 §. und nach dem / ibi, die gute groben silberne Reichs Sorten gebrochen / und widerumb zum Tiegel gebracht werden / dardurch die Münzmeister und Auffwechsler mit gemeinem Schaden und Landverderben / ihren eigenen Nutzen suchen / und sich
15. böslichen bereichen / p. 665.) Cuius tamen exceptio datur in moneta extranea, non satis proba, quam, certo casu, Status Imperii in massam resolvere, & ex ea aliam

aliam monetam cudere possunt, (*dict.* Neue Müntzordnung Kaisers *Ferdinandi* §. doch sollen / *pag.* 537. & §. damit mann / *pag.* 538.) item alia exceptio legitur (in §. ob aber jemand / *pag.* 544.) vel aliud opus conficiatur. Quo casu, ut licitum fiat, quod alias illicitum, requiritur, ut etiam aurifabri, si monetam, sive auream, sive argenteam, rumpere velint, id faciant sciente magistratu & observatis illis, quæ habentur in d. neuen Müntzordnung (§. dergleichen / *p.* 544.) (7.) In vitio & illi hærent, qui probam Imperii monetam extra Im- 16.
perium alio asportantes, in vicem eius exteram monetam reprobam, nec nostris constitutionibus convenientem, in Imperium inferunt (R. A. zu Augspurg *A.* 1566. §. ie weiter / *pag.* 574. R. A. zu Augspurg *A.* 1582. §. demnach gemeinen Ständen / *p.* 701. R. A. zu Regenspurg *A.* 1594 §. dieweil auch / *p.* 726.) (8.) Inter vi- 17.
tiosos referuntur, partim quos diximus, partim alii, qui uno contextu recensentur in *d.* R. A. 1566. (§. was dann / *p.* 575.) Saigerer / Granalirer / Ringerer / Beschneider / Schwächer / Wäscher / Abgiesser / Außwieger / Auffwächsler und Fälscher / und die so mit verführung der Müntz Kauffmanschafft treiben / und eigennützigen Vortheil suchen. Emphaticum denique (9.) est illud Imperato- 18.
ris dogma (*in d.* R. A. zu Speier / *A.* 1570. *p.* 619. §. als dann /) daß die Müntzgerechtigkeit kein Mercantzey sey / sondern ein Kaiserlich Regal / so die Müntzstände auß sonderm der Kaiserlichen Maj. vertrauen / nicht zu ihrem selbst gesuchten Vortheil / sondern / als der Kaiser selbst / dem Reich zu Ehren und Wohlfahrt / brauchen sollen. Demnach ja billich / wer solches Kaiserliches Regal untreulich mißbrauchet / daß er sich dessen selbst dadurch unwürdig machet und entsetzet. Unde docemur, eos indignos fieri iure monetandi, qui ex maiorum regalium classe illud in censum minorum ipsi collocant, & quod autoritatis est, ad compendium trahunt. Hoc illis licitum, sibi providere & extra damnum sint, ratione impensarum, quas in fabricam minorum specierum conferunt. (R. A. zu Augspurg *anno* 551. §. so haben wir uns / *in fine pag.* 384.) In Gallia, 19.
Rex, qui omnem monetandi potestatem nunc solus habet, hisce finibus non contentus, duplici medio potissimum sibi prospicit, quo non solum damnum evitet, sed etiam in lucro constituatur. (*On doit remarquer (ce dit Bret livre 2. de la souveraineté du Roy chap. 10. pag 259.) que le fin de l'or, & de l'argent en la monnoye s'affoiblit legitimement, par le moyen de deux droits, qu'on leve sur son ouvrage dont le premier s'appelle Seigneuriage, pource qu'il est deu au Roy, à cause de sa souveraineté. Et quelques fois, les Princes, craignans d'empirer la monnoye, le remettent liberalement à leurs peuples. L'autre est, pour le brasage, c'est à dire, pour les frais, & les salaires des monnoyeurs: Bien que le Roy Henry II. pour la mesme consideration ait ordonné, que ces frais ne se prendroient plus sur la monnoye, mais bien sur le public, par forme de taille, qui estoit, aussi l'advis de la glosse sur la loy 1. ff. de contrah. emt. Mais cette ordonnance à depuis este revoquée par le Roy Charles IX. Et ces deux droits se montent à quatre livres, quinze sols, pour marc d'or; &*

quatorze sols, quatre deniers, pour marc d'argent. C'est pourquoy l'on ne travaille aux monnoyes d'or, que sur le tiltre de 23. carats, & d'argent le Roy, sur le tiltre d'onze deniers, douze grains: de sorte, que le sur plus du fin, qui est le vingtquatre carat, & le demy denier, reviennent au proufit du Prince.) Notandum est (inquit Bret *de superioritate Regis lib. 2. cap.* 10.) quod auri & argenti puritas in monetis legitime imminuitur propter duplex ius detractionis, quo Rex in illas utitur: Unam appellatur *Dominicale*, quod Regi competit ratione superioritatis, & à nonnullis in gratiam subditorum liberaliter remittitur, ne monetæ bonitas imminuatur. Alterum est, quod Rex exercet, propter impensas, quæ fiunt in opus, & in mercedem monetariorum. Henricus II. Rex, eadem ex causa constituit, ne amplius istæ à moneta ipsa detraherentur, sed ex publico illis subveniretur, per modum indictionis vel contributionis: cuius opinionis etiam fuit glossa *ad l.* 1. *ff. de contrahenda emt.* Verum hæc constitutio postea à Carolo IX. fuit abolita. Utrumque autem horum iurium facit summam quatuor librarum, & quindecim solidorum, ex singulis marcis auri, marca autem argenti pendit quatuordecim solidos, & quatuor denarios. Hinc est, quod aureæ monetæ bonitas viginti tribus ceratiis, & argenteæ monetæ Regis undecim denariis, cum duodecim granis, terminatur, quod superest in bonitate summa, nempe vigessimus quartus ceratius, & dimidius denarius, ad
20 utilitatem Regis pertinet. Sed hæc nemo facile intellexerit, nisi qui etiam terminorum artis monetandi guarus sit: quos tamen obscuros studio esse voluerunt, voluntque adhuc rei monetariæ artifices. Suam nempe quisquis
21. artem, quo vendibilior sit, obscuriorem efficere conatur; ut medici, qui levissima quæque medicamenta literis obscurissimis Gothorum, verbis quibusdam Arabum, eiusmodi est *Ana*, ponderibus ac notis Græcorum, tradunt imperitæ plebi, ne scilicet arcana pateant medicorum. Ita monetales præfecti, ac magistratus, nova ratione loquendi, rem per sese clarissimam tenebris plus-
22. quam cimmeriis obscurarunt. Num cum facile dici potuisset, massam auream librarum XXIV. cui duæ libræ æris argentive, admistæ sint aut brevius, aurum, cuius duodecima pars ærea, aut argentea sit, aurum XXII. ceratiorum dicere maluerunt. Cum item argenteos nummos, media sui parte æreos dicere liceret, argentum appellarunt sex denariorum, pondere duorum, triumve denariorum, æstimatione quindecim denariorum; ut eodem verbo materiæ vim, pondus, ac pretium, repugnante rerum natura, significarent. Cum autem perspicue dici potuisset, argenti libram in numos octoginta dividi, numos sex solidorum dicere maluerunt. (*Ita Bodinus de Republ. lib. 7. c. 3. p.* 1074. *edit. Francofurtensis de anno* 1594. *In Gallico exemplari, primum à Bodino in vernacula sua edito, paulo aliter habetur; sed sciendum est, Autorem ipsum, in præfatione Latina, fateri, quod in editione latina nonnulla detraxerit, plurima emendaverit, plura etiam adiecerit.*)

Cum

Zum Förderlichsten.

Dilatum fuit hoc negotium, sed non culpa Caroli, qui variis in comitiis, ut de eodem deliberaretur, institit. (R. A. zu Wormbs *anno* 1521. § weiter / *pag.* 135. R. A. zu Wormbs *anno* 1524. §. dergleichen / *pag.* 160. R. A. zu Speier *anno* 1526. §. als auch / *pag.* 170. R. A. zu Speier *anno* 1529. §. und nachdem / *pag.* 188. R. A. zu Augspurg *anno* 1530. §. dieweil nach / *pag.* 208. R. A. zu Regenspurg / *anno* 1532. *tit.* Müntz belangendt / *pag.* 235. R. A. zu Regenspurg / *anno* 1541. §. dieweil wir aber / *& seq. pag* 258. R. A. zu Speier / *anno* 1542. §. und nachdem / *pag.* 278. R. A. zu Nürnberg / *anno* 1542. §. wiewol nun / *p.* 288. R. A. zu Augspurg / *anno* 1548. §. als wir uns / *& seq. pag.* 322.) Tandem constitutio facta, (*cuius meminit* R. A. zu Augspurg *anno* 1551. §. ferner haben wir / *p.* 383. *& copiam exhibuit Goldastus inter constitut. Imperial. pag.* 156. *ac reiterato parte* 2. Reichssatzungen / *pag.* 240. *& seqq.*) quæ tamen in suspenso, ex parte, mansit. R. A. zu Augspurg *anno* 1555. § wie wol auch / *& seq. pag.* 415.) atque iterum ad examen remissa.) R. A. zu Regenspurg *anno* 1557. §. dieweil aber solches / *pag.* 506.) Ita mora moram secuta est, donec abdicato Imperio Carolus Ferdinando locum dedit.

Mit Raht der Churfürsten / Fürsten und Ständ.

Hic iterum emicat mixti Imperii status nota. Licet enim potestas in rem monetariam, ad iura maiestatis maiora pertineat, (*Arnisæus de jure maiestatis lib.* 2. *cap.* 7. *in pr.*) tamen capitulationibus ita limitata est, ut eam Imperator suo pro arbitrio, citra Statuum consensum, & consilium, exercere haud debeat. Quanquam etiam in aliis solus Electorum consensus Imperatori sufficit, hic tamen commune Statuum consilium requiritur.

AD ARTICULUM XXVIII.

Succession.

1. *Successio in regna & Imperia, fit vel mero iure hereditario.*	2. 3. 4 5. 6. *Vel non mero, ut in Gallia.* 8. *Vel electione.*

Successio in Imperia, & Regna, non unius est tituli, sed fit (1.) Mero hereditario iure, ut in Hispania, Anglia &c. (2.) Vel non mero hereditario iure, ut in Gallia. Ibi enim, ex mente Caroli Loyseau (*du droict des offices livr.* 2. *chap.* 2. *n.* 34. *p.* 262. *ut dixi supra ad proœmii verb.* erwöhlter / *n.* 13.) (*la couronne n' est pas purement hereditaire, ni par testament, ni mesme ab intestat, ains est deferée, par la loy du Royaume, au premier Prince du sang.*) Regnum non est pure hereditarium, neque defertur per testamentum, neque ab intestato, 1. 2.

ſed per legem Regni, primo Principi ſanguinis regii. Qua in opinione recentiores Gallorum ſcriptores fere conveniunt, præſertim quoad effectum,
3. quem inde deducunt; licet in verbis nonnihil diſſideant. Bret (*de la ſouveraineté du Roy livre 4. chap. 9. pag. 621.*) ait: (*Le Royaume de France eſt plustoſt ſucceſſif qu' hereditaire, c' eſt à dire, que ceux qui ſuccedent à la couronne, y viennent ex lege Regia, & par le tiltre unde agnati, comme aisnés, & plus proches parents du defunct, & non pas comme heritiers.*) Regnum Franciæ potius ſucceſſorium quam hereditarium eſt, quaſi dicas, illos, qui ſuccedunt, ſuccedere ex lege Regia, & ex capite, unde agnati, tanquam ſeniores & proximiores a-
4. gnati defuncti, non vero ut heredes. Caſſan (*en la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France livre 1. chap. 1. pag. 55.*) ſcribit: (*Le Royaume de France n' eſt devolu, ny par droit ſucceſſiv, qu' on dit ab inteſtat, ny par teſtament, ny par transport; mais par vertu de la loy Royale, obſervée dés ſa premiere inſtitution.*) Regnum Franciæ non defertur per ſucceſſionem ab inteſtato, nec ex teſtamento, neque per translationem, ſed virtute legis Regiæ, quæ ab ipſa re-
5. gni conſtitutione hucusque obſervata fuit. Beloy (*apud Pierre Olhagaray livre dernier de l' hiſtoire des Comtes de Foix, Bearn & Navarre p. 769.*) rem ita explicat: *Il y a quelque eſpece de continuation de poſſeſſion, laquelle ſe remarque particulierement en la ſucceſſion de la couronne, à la quelle le plus proche Prince du ſang, du Roy defunct, masle, & deſcendant des masles, ne ſuccede pas au decedé, ains en vertu de la loy du Royaume, la famille ou ſang entiere y eſtant appellée, le plus proche eſt inveſti de la place, en quel degré qu' il ſe trouve, & conſecutivement chacun d' iceux, ſelon ſe ordre, & rang, comme enfans adoptés, par la loy du Royaume, ſubſtitues & ſubrogés les uns apres les autres.*) Datur aliqua continuatio poſſeſſionis, quæ ſpecialiter deprehenditur, in ſucceſſione in Regnum, ad quod ſemper venit proximior Principes ſanguinis Regis defuncti, maſculus, & deſcendens à maſculis, non tanquam ſucceſſor defuncti, ſed per legem regni, ad quod tota familia ſanguinis vocatur, & ex illa proximior cæteris locum occupat, quoto etiam in gradu ſit, & conſequenter quilibet eorum, ſecundum ordinem & gradum, tanquam filii adoptati per legem regni, ſubſtituti & ſibi invicem ſurrogati. Hanc ſucceſſionem, legitimam appellare voluit Cabotius (*lib. 1. di-*
6. *ſputat. cap. 14. p. 53.*) quod lege, vel conſuetudine, quæ vice legis eſt, defera-
7. tur. (3.) Vel Electione, ut hodie Imperium noſtrum (*vide quæ ſcripſi de jure publ. lib. 2. cap. 3. per tot.*)

In ſolcher Geſtalt.

Imperatori non licet, vel ſibi, vel ſuis, vel aliis, Imperium hereditarium facere; hoc tamen ei licet, ut Electoribus, ex ſuis, vel aliis aliquem commendet, quem dignum Imperio iudicet, quod feciſſe Carolum noſtrum, notum eſt ex Sleidani *lib. 7. comment. circa finem.*

Kinder

Kinder und Nachkommen,

Maioris cautionis ergo hæc adiecta, arbitror, non tanquam necessaria sed superflua, de quibus communiter iactari solet, quod non noceant. Non autem necessaria esse, ita declaro. Filii & successores Caroli, vel eliguntur in Imperatores, vel non: si eliguntur, unusquisque vi capitulationis suæ obligabitur, ne Imperium pro hereditario habeat. Si non eligitur, res in tuto est, cum Carolus hic fassus sit, se ad Imperium electione pervenisse, inde enim filiis, nullam adcrevit ius; quo uti in Imperium possint, vel cuius vigore prætendere possint, Imperium sibi deberi. Non possunt enim à Carolo patre plus iuris obtinere, quam ille habuit, nec pinguior eorum conditio erit, quam parentis. Cæterum hæc cautio humanior est illa, quam de Taprobane annotavit Plinius (*lib. 6. c. 22. & ex eodem Grotius de iure belli & pacis lib.* 1. *c.* 3. *in annot. ad* §. 20. *vers. mixtum*, *pag.* 77.) eligebatur ibi Rex à populo senecta clementiaque, liberos non habens, & si postea gigneret, abdicari debeat, ne fieret hereditarium regnum.

Von alters her auff sie kommen.

Non exprimitur initium certum, & tempus determinatum; nec enim possunt illorum, primordia, quæ pedetentim introducuntur, tam exacte notari, quam illorum, quæ lege uno actu constituuntur. Certe frustra hactenus desudarunt, quotquot occupati fuerunt eo in argumento, ut probarent Othonis III. tempore Electorale Collegium voluisse institutum; quemadmodum & cæteri nondum palam facere potuerunt, quo anno, die & Consule, augustum illud Collegium primum cœperit.

Gulden Bull.

Caroli IV. Aurea Bulla, (*c.*1. *in pr.*) mentionem facit antiquæ, & laudabilis consuetudinis Electorum, proficiscendi ad electionem Regis Romanorum, postquam ad eam vocati fuerint (*d. c.* §. 21.) Vocandi autem potestatem habet Archiepiscopus Moguntinus ab antiquo, (*c.* 4. §. 2.) Trevirensi Archiepiscopo adscribitur vox prima, vel votum primum, in electione, ex observato more (*d. c.* 4. § 3.) Dux Saxoniæ marescalatus officium exercere debet, ut solitum est fieri ab antiquo (*d. c.* §. 4.) Consuetudine introductum, ut Imperator, sive Rex Romanorum, coram Comite Palatino Rheni Electore respondeat, (*c.* 5. §. *ult.*) atque adeo fere omnia quæ electionem & Electorum antiqua iura concernunt, (*adde c.* 9. §. *ult.*) non ad legem aliquam certam, sed consuetudinem referuntur.

Päpstliche Recht.

1. *Ius Canonicum docet, Electores ius eligendi Imperatorem habere à sede Apostolica.*

2. 3. 4. 5. *Huius doctrinæ consectaria.*
6. *Autoris monitum.*

7. *Baronius affirmat, septem Electores ab Innocentio IV. fuisse definitos.*
8. *Reiiciuntur testimonia à Baronio ex iure Canonico adducta.*
9. *Examinantur literæ, quas ab Othone, Electore Brandenburgensi, scriptas docet Baronius.*
10. 11. 12. 13. *Examinantur aliorum Electorum literæ.*
14. 15. 17. *Examinantur literæ Imp. Alberti.*
16. *An omni assertioni Imperatoris fides adhibenda?*
18. *Lupoldus de Babenberg, quo conatu suppetias ferat capitulo, Venerabilem.*
19. *Nulla extat bulla collationis iuris eligendi.*
20. *De literis, quas Baronius Romæ asservari scribit.*
21. *Scopelismus à Baronio positus.*
22. *Irridetur.*
23. 24. 25. *Aliud testimonium à Baronio adductum examinatur.*
26. *Baronius addit fabulam fabulæ.*
27. *Sed minus industrius fabulator est.*
28. *Electores non fuisse institutos ab Othone III.*
29. *Testimonium Georgij Alten.*
30. *Et aliorum.*
31. *Goldasti deductio.*
32. *Autoris opinio.*

1. CVi bono hic ad ius Pontificium vel canonicum provocetur, non capio. Certum est, si testimonia ex illo petita, citra restrictionem admittantur, Imperii, & Electorum autoritatem maximo exponi periculo. Capitulum, *venerabilem, extra de Elect.* quod communiter ad materiam nostram, allegari solet, dicit: Ius & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postmodum promovendum, de iure & antiqua consuetudine ad principes (Electores puta) pertinere; ad eos autem ius & potestatem huiusmodi ab Apostolica sede pervenisse, quæ Romanum Imperium in personam magnifici Caroli, à
2. Græcis transtulerit in Germanos. Alterum Pontificii iuris testimonium habetur *in Clementina unica tit. de iureiurando*, ubi legitur: Principes orthodoxæ fidei professores socrosanctam Romanam Ecclesiam, cuius caput est Christus redemptor noster, & Romanum Pontificem, eiusdem redemtoris vicarium, fervore fidei, & claræ devotionis promtitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, à quo approbationem personæ ad Imperialis celsitudinis apicem assumendæ, nec non unctionem, consecrationem & coronam Imperii accipiunt, ut sua submitterent capita, non reputarunt indignum, seque illi & eidem Ecclesiæ, quæ à Græcis Imperium transtulit in Germanos, & à qua ad certos eorum Principes, ius & potestas eligendi Regem in Imperatorem promovendum, pervenit, adstringere vinculo iuramenti &c. Hæc testi-
3. monia quæ consectaria secum ferant, patet ex Baronii (*annal. Ecclesiasticor. tom. 9. ad annum* 800. §. 27. *pag.* 506.) illatione, quando ait: Cum Dei, & Apostolicæ sedis gratia, totum hoc, quod acceperunt occidentalis orbis Imperatores, se consecutos intelligant, par est, utrisque, Deo atque Apostolicæ sedi, gratos esse, non immemores, quod cuius est dare, eiusdem est potestates adimere. Quæ sententia, non de solo Deo, sed potissimum de sede
4 Romana, iam olim à Thoma (*lib. 3. de regim. princip. cap.* 18. *& seq.*) lata; nempe

nempe Imperium apud Germanos tam diu duraturum, quam diu Ecclesia Romana id expediens iudicaverit. Hæc eadem quoque placuit Azorio (*parte 2. Institut. moral. lib.* 10. *c.* 3. *p.* 1028.) quando scribit; Quemadmodum Pontifex Imperium à Græcis transtulit ad Reges Germanorum, iustis de causis; sic etiam, si iustæ causæ subsint, potest Germanos tali iure privare. Atque hoc primum. Alterum est, quod idem Azorius d. l. tradit, Romanum Pontificem posse Electores iure eligendi Imperatorem privare, vel ad tempus, vel in perpetuum, si id quoque iustæ causæ postulaverint. Tertium docuit picturæ, 5. ab Innocentio II. Pontifice, Romæ in palatio Lateranensi, positæ epigraphe:

Rex venit ante fores, iurans prius urbis honores,
Post homo fit Papæ, sumit quo dante coronam.

Ex his satis liquet, quam periculosum sit Imperio, & Electoribus, illa iuris 6. Canonici testimonia citare, non dicam admittere. Ergo, falsa illa esse, unico excepto, quod ad Electores antiqua consuetudine, & ita iure, electionem pertinere, asserit, alibi demonstravi. Hic tamen iterum illud, quod maxime ad articulum nostrum pertinet, expendendum duco: *An Electores à sede Pon-* 7. *tificia constituti fuerint?* Baronius (& alii post eum) affirmat, (*tom.* 10. *annal. Ecclesiasticor. ad annum* 996. § *quod autem maioris & seqq. p.* 907. *& seqq.*) & addit, ab Innocentio IV. anno M. CC. XLV. septem definitos fuisse Electores. Pro fundamento ponit, primo dictum capitulum, *venerabilem,* 8. & d. Clementinam; quorum tamen testimonium, tanquam de domo, & in commodum eiusdem petitum, nec de certo anno, vel die, nec de certa transferentis persona, neque de causa scientiæ, loquens, attendi haud debet. Deinde provocat ad literas Othonis Marchionis Brandeburgensis Electoris, 9. scriptas anno M. CC. LXXIX. pridie Idus Septembris anno VI Rudolphi Imperatoris. Verum has literas Othonis non esse, inde constat, quod nullus eius nominis Elector Brandenburgensis, illo tempore vixerit. Otho pius, sive beneficus dictus, anno M. CC. LXVII. & post eum Elector factus Iohannes II. qui in ea dignitate continuavit usq; ad annum M CC LXXXI, quo vitam cum morte commutavit, successorem autem in Electoratu habuit Othonem, qui Sagittarius nominatus, & vixit usq; ad annū M CC XCVIII. (*Reusner. in Isagoge histor. p. m.* 581. *in catalogo Electorum Marchionum Brandenburgensium.*) Quod si ita est, literæ falsitaté notoriam redolent. De literis Johannis, & Alber- 10. ti, Ducum Saxoniæ, Electorum, de eodem anno cum prioribus, quarto Calend. April. datis, quas in supplementum probationis addit Baronius, propterea dubitare licet, quod tunc temporis prædictos Duces iunctim Electoralia iura exercuisse, apud Reusnerum (*d. tr. p.* 579.) aliosque non reperiatur; Literas, præ- 11. terea, Ludovici Comitis Palatini, de eodem anno & die cum antedictis, iuxta quarum formam reliqui quoque Electores scripserint, asservari seorsim à Vaticana bibliotheca Romana, in castello S. Angeli, loco tutiori, ubi selecta

maioris

maioris momenti monumenta recondita habeantur, ne pareant, asserit Baronius: At hic iterum est, quod scrupulum mihi movet. Exordium enim literarum Ludovici, solum ipsius personæ mentionem facit, ut & separatim ab eodem scriptas Baronius dixit; contextus autem plurali utitur, & in fine ita habet: Hoc præsens scriptum inde fieri fecimus, nostrorumque sigillo-
12. rum munimine roboratum. Quæ clausula, non singulares literas cuiusque, sed communes plurium indicat. Mirari quoque licet, quod Baronius nullas Bohemiæ Regis, nec Ecclesiasticorum Electorum proferat literas, cum tamen
13. (*n.* 43.) scripserat, non unius ex Electoribus istam esse assertionem, sed omnium literis ad Romanum Pontificem datis, hanc significantium. Ponamus vero, omnia ita esse, ut Baronius refert, huic testimonio tamen Electorum, illud eorundem successorum in Electoratu valide opponi poterit, quod Hervvardus pro Ludovico Bavaro contra Bzovium utitur (*parte* 2. *pag.* 752.) Petitum illud est confœderationis formula, quæ, dicti Ludovici tempore, inter Electores & alios Principes, de juribus suis & Imperii, contra quoscunque tuendis. anno M. CCC. XXXVIII. in Rense confecta, in qua Electores disserte asseverant, se principalem suum honorem, qui in electione vertitur, ab Imperio tenere. Quod testimonium, tanquam deliberato ani-
14. mo, & re in Comitiis expensa, ac omnium Electorum & Statuum consensu datum, literis particularibus aliis quis non prætulerit? Pergit Baronius firmare opinionem suam, literis Alberti Imperatoris, anno M.CCC.III. decimo sexto Calendar. Augusti datis, in quibus recognoscit (*vide Goldast. constitut. Imp. pag.* 93.) quod ius eligendi Romanor. Regem in Imperatorem promovendum, certis Principibus ecclesiasticis, & secularibus, est ab eadem sede
15. concessum. Sed suspectas istas literas facit, quod Baronius eas non integre referat, sed truncatas, Prætendit quidem, eas valde prolixas esse; at fortassis ex prolixitate ea, si integræ literæ ab eo exhibitæ fuissent, nonnihil depre-
16. hendi potuisset, quod fidem illarum convelleret. Sint autem, si possunt, legitimæ, non omni assertioni tamen Imperatoris credi debet, & maxime tunc, quando de magno tertii præjudicio agitur, aut de auditu alieno relatio fit, vel contra iuris præsumtionem (*post Farinacium Althusius lib.* 2. *Diceolog. cap.*
17. 36. *num.* 46.) Atque harum literarum architectus cum Cancellarius Imperatoris, sine dubio, fuerit, quem assentatorem in Pontificem fuisse notavit Cuspinianus, (*in vita Alberti p.* 359.) quid vero similius, quam assentatorio stylo conscriptos credere? Non tantum de hac collatione communiter silent historici vetusti temporis, (quod Lupoldus de Babenberg, Episcopus Bambergensis *lib. de Zelo veter. Princip. Germ. c.* 7.) bene consideravit, quando, ut Innocentii dictum (*in d. c. venerabilem.*) salvaret, scripsit, id in historiis, seu Chronicis nostris, gesta Regum, seu Imperatorum continentibus, non reperiri expressum, sed posse dici, quod Innocentius hoc asserat, propter recogni-

recognitionem per aliquem ex Regibus, vel Imperatoribus Germanis, vel per Principes Electores ipsi Ecclesiæ Romanæ super hoc factam) sed & quod pondus habet maximum, nullus adhuc Pontificum, vel pontificiorum, potuit ex archivis sedis Romanæ primæ hujus collationis tabulas orbi exhibere, cum tamen, non probabile modo, sed certum sit, postquam in annotandis illis, quæ Romanæ sedis decus vel leviter concernunt, tam diligentes semper fuerunt Clerici, in re tanti momenti, si unquam collatio talis facta, non futuros negligentes. Certe, ut hoc negotium, suam, & peculiarem merebatur bullam in initio, ita ad confutandum contradictores postea, & hodie, exhiberi illa debuisset; Quæ quoniam nondum exhibita, nondum facta de re nunquam acta, non sine ratione colligitur. Nec à statione propterea recedo, quod Baronius literas à se allegatas Romæ asservari scribit, & ut petenti ostendantur operam suã promittit; nam, ut verum esse possit illas ubi asservari, (quod tutius mihi est credere in loco temperato in quo nunc dego, quã Romam ire ad investigandum, ubi nimius calor inquisitionis, mihi ad antipathiam usq; contrarius, mei similes torrere solet, & reapse docere, cineres nos esse, & in cineres converti:) verum tamen est, eas vel falsas esse, vel si veræ sunt, non tamen probare, quod probandum erat. Nec porro me terret scopelismus positus à Baronio, quo à contradicendi studio omnes deterrere voluit, dum scripsit; non putare se inveniri posse, qui flagrent contradicendi libidine respondendi ad testimonia prolata, nisi qui multa febre phrenetici linguæ vertigine tantum usi, absque ulla mentis ratione ad quæq; insana promenda veloces existant, ne se superatos, atque convictos humili confessione fateri cogantur. Videtur enim mihi Baronius convenire cum Doctore illo Beutelio, qui aliquando mecum disputans, ne ineptis suis logismis responderem, ante omnia præmittebat, se velle sylogismum proponere, quem qui negaret eum se habiturum pro homine nullius pretii, & infamia notato. Sed an sanus fuerit Baronius, & sine febri, qui affirmavit, septem Electores à Romano Pontifice obtinuisse potestatem eligendi Regem, in Imperatorem promovendum; an sani illi, & sine phrenesi, qui hoc negarunt, & negant, judicio saniorum oblatum volo, spe favorabilioris sententiæ. Ad alterum accedo, quod Baronius docuit, Innocentium IV. Papam anno Christi M.CC.XLV. in actis Concilii œcumenici, post excommunicationis sententiam promulgatam in Fridericum Imperatorem, inter alia titulum addidisse de electionibus, ob litium decisionem, in eoque simul septem definisse Electores atque ita, quod ante omnibus Germaniæ Principibus datum, ad septem tantum ex iisdem pervenisse. Si Baronius hoc ex ipsis actis Concilii probaret, sibi, & Ecclesiæ magis consuleret, quam cum unico testimonio Matthæi Parisiensis, in *historia Anglicana*, utitur. Est hoc & emendicare votum ab

Marginal numbers on the right, in order: 19 (beside "pondus habet maximum"), 20 ("quam acta, non sine ratione"), 21 ("tamen probare"), 22 ("gantur. Videtur"), 23 ("saniorum oblatum"), 24 ("tum ex iisdem").

extero homine, rerum alibi gestarum non satis gnaro; quod si res ita per-
acta in Concilio, domi habuisset Baronius, cui inniteretur. Quod cum non
habuerit, ignem illum erraticum historici, sequi, & alia ex cerebro pro-
25. prio addere volupe duxit, utrumque malo exemplo. Tradit Parisiensis, E-
lectores tunc nominatos fuisse, laicos, Ducem Austriæ, Ducem Bavariæ,
Ducem Saxoniæ, Ducem Brabantiæ, qui & Lovaniæ; prælatos, Archiepi-
scopum Coloniensem, Archiepiscopum Moguntinum, Archiepiscopum
Salisburgensem, principales, Decreto præterea cautum, hos ducendos
in insulam quandam Rheni, & dimittendos solos in ea, ac amovendas o-
mnes naviculas, ut ibi tractent de electione Imperatoris, nec advenire ad
illos aliquem debere, donec sint concordes. Huic negotio præesse debere
Archiepiscopum Coloniensem, secundum Moguntinum, tertium Salisbur-
gensem. Nisi Baronio de lubrica fide Parisiensis aliunde constituisset, ut ta-
men constitit, ridicula hæc sanctio sola, sufficiens fuisset, fabulam cogno-
scere. Accedit alterum, quod alios Electores Parisiensis relatio nominet, a-
liumque electionis negotio præpositum, alios, aliumque aurea Bulla Ca-
26. roli IV. Hoc, ne scrupulum alicui moveret, fabulæ fabulam addere voluit
Baronius; stetisse numerum septenarium, ait, & perseverasse in futurum,
personas autem quatuor mutatas, & pro Salisburgensi positum fuisse Archi-
episcopum Trevirensem, pro tribus illis Ducibus, Austriæ, Bavariæ, ac
Brabantiæ, surrogatos, Comitem Palatinum Rheni, Marchionem Brande-
burgensem, atque Regem Bohemiæ, qui potius locum teneret definitoris,
si discrepent Electores, quam unius ex Electoribus ipsis. A quo autem facta
fuerit ista personarum mutatio, num ab eodem Innocentio, vel alio aliquo
ex successoribus, id se nescire. Ex Alberto autem Stadensi intelligi pos-
se, vel ab ipso Innocentio IV. post Lugdunense Concilium, factam esse,
vel ab ejus successore Alexandro IV. id ipsum exposcentibus Principibus, si-
mul & consentientibus, non autem ab ipsis sua sponte; cujus enim fuerit
de septem Electoribus legem condere, non alterius, quam ipsius esse po-
tuisse ea aliquo modo mutare, vel quomodolibet moderari. Quod autem
ab Innocentio electi Principes, Dux scilicet Austriæ, Dux Bavariæ, &
Dux Brabantiæ, cesserint aliis, inde provenisse videri posse, quod magis
cuperent eligi, quam eligere Imperatores, sicque inter eligendos potius,
27. quam inter Electores locum habere maluisse. Haud industrium fabula-
torem Baronium esse, vel unicum hoc exemplum nos abunde docet. (1)
Mutationis, quam factam præsupponit, nullos adducit testes, quos finge-
re tamen debuisset. (2.) Non protulit causam, cur commodius visum
Pontifici, in Electorem classem alios, pro jam receptis recipere. (3.) Pon-
tificem inconstantiæ arguit, & judicii non satis firmi. (4.) Oblitus est
narra-

narrare, Archiepiscopum Moguntinum, cum secundum obtinuisset locum, ad primum fuisse evectum, & Coloniensem, à primo ad medium detrusum. (5.) Non satis clare exposuit, in cujus quisque secularium Electorum locum surrogatus fuerit (6.) Regem Bohemiæ inter seculares ultimo ponit loco, qui primum debebat obtinere. (7.) Eundem non verum Electorem, & definitorem esse scribit, quod Aureæ Bullæ Caroli IV. contrarium. (8.) Non indicat, an ille, in cujus locum surrogatus Rex Bohemiæ, solum quoque definitoris habuerit partes, aut si plus habuerit, cur minus jus assignatum Bohemo fuerit. (9.) Nescire se scribit, quod scire debebat, aut totam narrationem claudicaturam. (10.) Nescivit non solum personam mutantis, sed etiam tempus mutationis. (11.) Albertum Stadensem aut non intellexit, aut male allegavit. Verba Alberti hæc sunt: *Et prætaxatione principum, & consensu, eligunt Imperatorem, Trevirensis, Moguntinus, & Coloniensis, & de secularibus, Palatinus eligit, quia dapifer est, Dux Saxoniæ, quia Marescalcus, & Marggravius de Brandenburg, quia Camerarius, Rex Bohemiæ, quia pincerna est, non eligit, quia non est Teutonicus.* Non examinabo, bene, an malè hæc Albertus scripserit; hoc autem contra Baronium facit, quod licet historicus ille, tempore Innocentii IV. & Alexandri IV. vixerit, & Chronicon suum usque ad annum M. CC. LVI. perduxerit, non tamen dicat, ab horum uno, vel altero, Electores septem fuisse institutos, illud vero doceat, septem Electores non liberam omnino habere eligendi potestatem, sed eligere ex prætaxatione & consensu cæterorum Principum; hoc est, ut Speculum Saxonicum (*lib. 3. tit. 57.*) explicat, **also kiesen Jhn des Reichs Fürsten / beede Pfaffen und Layen. Die aber zum ersten in der Wahl benant seyn / die sollen nicht wehlen nach ihrem Muthwillen / wie sie wollen / sondern welchen die Fürsten alle zu einem König erwehlen / dem sollen sie auff allererst beym Namen nennen und kiesen.** Facit iterum contra Baronium, quod Albertus dicit Palatinus eligit, quia Dapifer, Dux Saxoniæ, quia Mareschallus &c. Etenim, si hi eligunt propter dicta officia electionis jus ab illo habent, à quo officia obtinuerunt; at non à sede Pontificia obtinuerunt, sed ab Imperio. (12.) Quando mutationem factam dicit, exposcentibus, simul & consentientibus Principibus, per Principes intelligit, aut omnes Imperii Principes, aut illos solum, quos remotos dixit: utrum horum velit significare, neutrum tamen probavit. (13.) Pontificis fuisse de septem Electoribus legem condere, dicit quidem Baronius, sed non probat. (14.) Et si fuisset, quoniam per Pontificis collationem semel certis personis jus eligendi datum, non potuisset eorum juri quæsito, invitis ipsis, iniqua conditio inferri: bona autem eorum gratia mutationem factam esse, credibile non est, nec à Baronio demonstratum,

(15.) Causa quam fingit, cur Dux Austriæ, Dux Bavariæ, & Dux Brabantiæ, loco cesserint, particularis in illis est, & ad Salisburgensem Archiepiscopum applicari nequit: Unde aliam excogitare debuisset pro eodem, sed cum hic deficeret, silentio Salisburgensem prætervectus est. (16.) Porro, nec causa ipsa, quam de cæteris exponit, ullius momenti est. Nam Elector, qui eligit Imperatorem, etiam potest eligi in Imperatorem. Unde cum proprio quoque voto suo sibi in electione subvenire possit, facilius ad Imperii culmen pervenire poterit, quam ille qui inter Electores non est. Hinc sequitur, Baronium, tribus illis Illustrissimis, mentis, & ingenii imbecillitatem eam adscripsisse, qua ipse laboravit. Putavit, illum qui inter electores locum habet inter eligendos locum non habere, quod falsum, ut Aurea Bulla Caroli V. (*c.2. §. ult.*) testatur. Quæ licet tempore quidem recentior, attamen idem quod approbavit, olim quoque obtinuisse rationi conveniens est, & eo usque tenendum, donec contrarium probetur. Certe miror hanc somnolentiam Baronii, qua aliud electione Imperatoris observari arbitratus est, quam

28. in electione Papæ, ubi satis norat electores aliquando eligi. Porro sunt alii, qui cōsilio Pontificis Gregorii V. septē Electores ab Othone tertio institutos fuisse affirmant, sed quantum errent, vel ex eo solo clarum fit, quod illo tempore, & longe post, Imperii Status, Imperii Principes omnes, & membra, non septem tantum ex iisdem, Imperatorem eligere consueverint. Nullus quoque ex scriptoribus coætaneis Othoni, hujus consilii, vel institutionis meminit quod Baronium non fugit, qui in Annalibus suis (*ad d. annum 996. §.70.*) scribit, Martinum Polonum (fuit is Innocentii IV. Pontificis pœnitentiarius) primum omnium autorum esse, qui septem meminerit Electorum. Meminit tamen non ita ut vulgus intellexit, quasi sub Othone III. cœperint, sed quod postea fuerint instituti. Tempus certum non exprimit *Lehman. lib.5. Chronici Spir. c.17. pag. 407.*) quod sine dubio expressisset, si scivisset. Scivisset autem, si ab Innocentio IV. (ut Baronius docuit) fuissent instituti; cum, ut dictum ejusdem fuerit pœnitentiarius, quem tam nobilis actus latere non potuisset. Goldastus (*in rationali constit. Imperialium pag. 85.*) in Baronium pugnans, eandem nobiscum ob causam, (*pag. 86.*) testimonium abducit Gregorii Alten, Secretarii Noribergensis, in *Chronico universali*, quod ante centum & quinquaginta annos (ante tradita

29. Goldasti) scripsit. Als nun die Fürsten und Herren / allbey dem Kayser (Othone III.) waren / (Romæ) da sprach der Kayser zu ihn: Lieben Fürsten / und Herren / so man einen Römischen Kayser füren / und wehlen soll / so ist gar viel Fürsten und Herren / die sich selb / oder ihre Freund erwehlten an das Reich / und möcht groß Zweytracht / und Mißhell davon kommen. Darumb / daß ihr das versehen / so süllent ihr also wol thun / und erwöhlent unter euch

ter euch etlich Fürsten / die von euer aller wegen / nun und hernach / mügen ei-
nen Kayser erwehlen. Und ye lützel der ist / ye minder der Mißhall / und Krieg
mag unter sy gefallen / und so die eintrachlich unter sich seyn in der Kiesung / so
myn Kriegs und unvredens den Landen und Euch davon koint. Und ich rath
auch / daß ihr dieselben Fürsten erwehlent aus des Reichs Ampteleuten / wann
sie allermeyst wissen des Reichs Gelegenheit. Sie frageten / wer die Herren
wären? Er sagt / daß sind die Herren in Dutschen Lande / als den Francken /
Bayeren und Sachsen. Nach viel red ward mit des Kaisers / und der Her-
ren aller Will / und Gunst auffgesetzt / und beschlossen / daß der Kurfürsten sol-
lent syben seyn / und die syben Kurfürsten einen Römischen König eindrech-
tiglich / oder mit dem meysten Part solten erwehlen / und kiesen. Und unter
Ihnen solten seyn drey / als Geistliche Kentzler / und fier Weltlicher ꝛc. & (*pag.* 30.
87.) annectit; Eadem leguntur in Archigrammatei Coloniensis *Chronica*
Coloniensi, ante centum & viginti; eadem in Johannis Bæmleri *Chronica Cæsa-*
rum, ante annos centum, & quasi quadraginta, excusis. Veruntamen ne-
que solus Imperator cum Principibus id constituit, neque solus Pontifex 31.
cum Cardinalibus decrevit, sed universus clerus, populusque Romanus, in
comitiis calatis. Qua de re supra diximus (ita Goldastus) ad Hadriani I.
& Leonis VIII. Bullas. Ex eodem enim fonte manasse hoc decretum, unde
superiora illa duo, valde fit verisimile; quippe ex eadem occasione ortum,
quam perpetuæ Romanorum rebelliones præbuere, nunc novos Pontifi-
ces, interim Reges eligendo, ex Italis, Imperatore absente, id unum ani-
mo agitantes, quo pacto jugum Germanorum excuterent. Ea re Impera-
tor cum Pontifice motus, convocato populo, orationem in comitiis, si-
ne dubio, habuit, in qua, explicatis rei totius circumstantiis, quam ju-
stum, utile ac honestum Reipublicæ foret, ostenderit, senatum populum-
que rogarit, an sic constituere placeret. Cujus rei ignoratione decepti viden-
tur illi, quos adduxi, historici. Calatis autem Comitiis, etiam antiquissi-
mis temporibus, Pontifices intererant, solemnibusque præerat, & in acta
referebat Pontifex Maximus, auctore Lælio Felice (*apud A. Gellium lib. 15. c.*
27.) Et quamquam invitos consensisse legerim Romanos, tamen aucto-
ritate legis Regiæ, metu potentiæ Imperatoriæ, & reverentia Pontificiæ
excommunicationis, voluntatem suam dissimulasse compertum est. Rem
videatur quasi per transennam vidisse ille, quem toties laudo, Archigram-
mateus Coloniensis; Mer die Römer / (inquit) quamen niet ghern dar-
an / dat eyner van Uyßlendischer Nation / ind minre van Stam / als sy
sagen / sulde yr Here und Gebieder syn: doch endorsten sy sich niet darwidder
legen / off van unwerden machen dat Gesetzte van der Kiesunge: und dairzo
zwanck he sy mit Gewalt / dat sie idt volgen moisten. Ind dairum haßden sy

dieselven syn Ordenunge und Gesetzte. Ind want he yn bouen lach mit gewalt/ un sy enfunden ym niet angewynnen / der mit gewapenden mannen sere waill gerüst was/ind verwart: dairumb solchten sy eyn andern wech/ darmit sy ouch beröchtiget syn / ind lachten eine laege wie sy eme moichten vergeven / ind mit behendigheit / des die Walen Meyster syn/ wart eme vergeven. Celebrata autem comitia videntur, post captam Romam, quum jam Crescentius suspensus, Johannes Pseudopontifex excæcatus, & Gregorius fuisset restitutus. Cui postea, autoritate Imperatoria, quam Populus Romanus in eum Senatus consulto contulerat, Sylvestrum II. substituit. Quæ res nonnullos Romanorum animos offendit, ægre, molesteque ferentium, Pontificis pariter electionem, atque ab Imperatoris, ab unis Germanis occupari. Accedebat Imperatoris agitatio, qui Romanum Imperium, ipsiusque caput, Romam, & sedem Pontificiam, in pristinum statum redigere moliebatur. Quapropter, Romani, qui tantam rem ad Senatum, populumque Romanum, pertinere arbitrabantur, in Imperatorem conjuraverunt. Hactenus Goldastus; cujus contextum his nostris inserere voluimus, quoniam ejus libri non omnium in manibus esse possunt, & ut lectores nostri ante oculos haberent, cui contradicere operæ pretium duximus.
32. Nemo & nullus historicorum, qui tempore Othonis vixerunt, hanc rem ita gestam attestatur, nec Alten, & cæteri, aliquem alium se vetustiorem, & fide dignum nominarunt, à quo hoc habeant. Vero ergo consentaneum est, apud ipsos hoc natum fuisse; quod haud incognitum esse potuit Goldasto. Unde mecum crescit admiratio, quod his fidem dare, atque eorum narrata coloribus suis splendidiora reddere voluerit, simulque Romanis occasionem præbere, decretum, ut vi metuque extortum, oppugnare. Mihi, ut securius visum, ita adhuc videtur, cum aurea Bulla, & articulo nostro, septem Electorum potestatem consuetudini, cujus initii memoria non extat, progressus autem ab aliquot seculis cognitus, accemptam ferre, quæ denique tempore Caroli IV. lege firmata fuerit.

Und andere Gesetz / oder Freyheiten.

Fateor me ignorare, quæ, & ubi sint illa jura, & privilegia, petoque ut alii ignorantiæ meæ sua luce subveniant.

Gerühiglichen bleiben.

Magnæ licentiæ fœtus est, quem in lucem dedit Autor discursus *I. au recueil des discours politiques* (*num. 14. pag. 9.*) Ait ille; (*encore qu'il semble que le legi-*

le legitime, & ancien droit d'eslire un Empereur, ait esté touiours conservé aux Electeurs, si a-on eu subiect de croire depuis tant d'années, que leur election a consisté plustost en une ceremonie imaginaire, qu'en une necessaire auctorité, & qu'il y a eu plus d'ambition en ceux qui ont esté ainsi esleus, que de liberté en leurs suffrages.) Licet jus, & antiqua potestas eligendi Imperatorem, videantur semper conservata fuisse integra Electoribus, attamen non defuit ratio post tot annorum seriem, qua credibile factum, eorum electionem potius fuisse cæremonia imaginaria, quam autoritate necessaria, peractam; plusque ambitionis illis inhæsisse, qui ita electi fuerunt, quam libertatis his, qui suffragiis suis illos elegerunt.

Und gantz ungekrankt lassen.

Jovius (*lib. 5. elogior. pag. 238.*) ubi de Maximiliano Cæsare agit, calamo suo aureo (quem pro amicis & benefactoribus habuit, ut plumbeum pro cæteris) nimium abutitur, in necem manifestæ veritatis. Austriacæ domus nobilitatem (ait,) Romani sanguinis stirpem respicere, perducto scilicet stemmate à Perleonum familia &c. Hinc evenit, ut facile credamus, Augustam hanc Romani Imperii dignitatem, ad Austriacos Principes, quod Romani sint generis, fatali quodam jure pervenisse. Quando jampridem abolita sit millitaris acclamationis consuetudo, qua Imperatores olim apud exercitum in castris fiebant, ut ipsa etiam septem Germaniæ procerum suffragatio penitus obsolescat, toto scilicet hoc honore per manus præpotentum Cæsarum, legitimeque tradito, qui tam altas jecit radices, ut una familia, non dubiæ hereditatis nihil intercisa serie, decentius atque stabilius reflorescat. O os Iovii non Joviale, ô frons Mercurialis, & sine pudore, ô cæca adulandi libido! Non desunt tamen, qui Carolum, de successione, suis in Imperio paranda, nimium laborasse scribant, additque Florimond de Remond (*de la naissance de l'heresie livre 3. chap. 8. num. 2. pag. 35.*) Cæsarem ejusdem rei causa sollicitum fuisse, quod aurea Bulla, in Concilio Tridentino corrigeretur. Verum in aliis, quæ subnectit, adeo ignorantiam suam in rebus Imperii prodit, ut fidem non mereatur.

Nichtig seyn.

Pro nullo habendum, quod contra leges fit. (*l. non dubium 5. C. de LL.*)

AD ARTICULUM XXIX.

Ersten Hoff.

1. Hoff *significat conventum.*
2. Jungfrauen-Hoff.
3. Fürstlicher Hoff / etc.
4. Hoffstatt.

5. *signifi-*

5. *Significat aream.*
6. Baurẽn-Hoff/ ꝛc.
7. Höffe.
8. Der Mond hat einen Hoff.
9. *De vocabuli, curia significationibus, remissive.*

PRima curia, vel ut hodie loquimur, prima comitia Imperii, den ersten
1. Reichstag. Hoff/ nobis Germanis varia significat: (1.) Conventum, eumque non solum Imperii, sed etiam minorum gentium. Quo sensu ad-
2. huc hodie Noribergæ dicitur, einen Jungfrauen-Hoff halten / pro congregatione festiva virginum, ubi cum iisdem juvenes, choreas & ludos honestæ recreationis exercent. (2.) Domum, & palatium Principum, ac Dynasta-
3. rum. Fürstlicher / Gräfflicher / ꝛc. Hoff. Qualia non solum in civitatibus præcipuis, ubi ordinaria cujusque dynastarum sedes est, extant, verum etiam in civitatibus Imperialibus, & aliis. Ita Argentorati videmus den Bruderhoff/ den Marggräffischen-Durchlachischen Hoff/ den Henneberger Hoff/ Hanauischen Hoff / ꝛc. & alibi id genus alia. (3.) Ipsam Principum & dynasta-
4. rum familiam aulicam, & domesticos, die Hoffstatt / cujus membra sunt die
5. Hoffdiener/ und Hoffleuthe. (4.) Aream, locum subdialem illum, qui domui contiguus est, quo sensu jungi solent Hauß und Hoff. (5.) Villam, vel præ-
6. dium rusticum, Baurenhoff/ Maierhoff/ ꝛc. (6.) Oberhalb des Bodensees/ auff beeden seiten des Rheins/ werden gantze Flecken/ ja Aempter/ (die etwann
7. Schlösser und mehr Dörffer begreiffen) Höff genennet. (*Autor* der gründlichen Ausführung der Reichsstatt Lindaw / die ohnversehens abgelöste Reichspfandschafft betreffend / *pag. 239.*) (7.) Coronam, vel aream circa lunam.
8. Quod enim Græcis ἅλως est, id nos dicimus, der Mon hat ein Hoff. (De variis,
9. vocabul, *curia*, significationibus vide me *de jure publ. lib. 3. c. 9. n. 68. & seqq & ante omnes, d. Autorem* der gründlichen Ausführung/ *p. 730. & seqq.*)

Nürnberg.

Tres sunt potissimum civitates Imperiales, quibus præ cæteris publicus ille favor obtigit, ut Regi Romanorum cariores redderentur. Francofurto Regis Romanorum electio adscripta, Aquisgrano prima Regis Romanorum coronatio, Noribergæ prima regalis curia. Francofurtum electioni destinatum, ubi olim principalis orientalis Regni Francici sedes, (*Regino lib. 2. Chron. apud Pistor. inter illust. vet. scriptor. tom. un. p. 56.*) propter commoditatem loci, quoniam majori parti Electorum potissimum Moguntino, qui Cancellarius Imperii per Germaniam audit, ac directorium in actu electionis habet, vicinus est. Aquisgrano coronationem peperit Caroli Magni veneratio. Noribergæ, prima comitia addixit commoditas loci (R. A. zu Nürnberg *anno 1522.* §. und wiewol/ *pag. 150.*) ad quem, tanquam in centro Imperii aut non procul ab illo situm, commode Status, quotquot per Imperium sunt, convenire, magnificis hospitiis excipi, dapsiliter ali, & secure degere possunt.

Inmassen

Inmassen wie vor alters im Reich herkommen.

Carolus IV. (*in A.B. c.* 28. § 5.) de suo ævo testatur, hoc à tempore, cujus contrarii tunc non habebatur memoria, à suis antecessoribus jugiter observatum, statuitque, in futurum observari debere, nisi legitimum obstet impedimentum.

Ansetzen.

Carolus satisfacere promissioni constituerat, sed cum non posset prima sua comitia (der sterblichen Lufft halben/) propter aëris infectionem (Hubertus Thomas Leodius *annal. lib. 5. de vita Friderici II. Palatini p m.* 78. aliam assignat causam, nempe, Norimbergiæ nimiam ab inferiori Germania distantiam. Sed securius est, sequi recessum Imperii, & fidem potius habere illi, quam aliis.) Norimbergæ celebrare, ea Wormatiæ habuit. (Königlicher Majestät Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs anno 1521. *in pr.*) Et Maximilianus II. cum magnas ob causas, auß erheblichen/ ehehafften/ bewegenden Ursachen/ ipse quoque prima sua comitia non Norimbergæ, sed Augustæ Vindelicorum celebrasset, hac clausula juri civitatis Norimbergæ consultum ivit, daß hiedurch seiner/ und des H. Reichs Statt Nürnberg/ an ihren alten herkommen/ Gewonheit und Gebrauch/ auch der Gulden Bullen haltung halben/ des ersten Königl. und Kaiserl. Hoffs/ daselbst zu Nürnberg/ nichts derogirt/ abgebrochen und benommen seyn; dieses auch/ was noch seiner Maiestät damaligen Zeit Gelegenheit des Reichstags halben fürgangen/ in künfftigen zu keinem Exempel oder Folge/ genanter Statt Nürnberg zu Nachtheil/ gezogen und ein geführt werden solle. (R. A. zu Augspurg anno 1566. §. wiewol dann letzlich/ *p.* 577.) Consimile factum à Matthia, (R. A. zu Augspurg *A.* 1613. §. wiewol dann/ *p.* 798.) necnon à Ferdinando III. (*ut Recessus Comitiorum Ratispon. A.* 1641. *non procul à pr.* §. so sind iedoch/ *docet.*) Videntur Norimbergenses has curias haud magni fecisse, nec amplius facere, edocti experientia, quod honoris esse olim æstimabatur, hodie magni esse oneris.

Und ausschreiben.

Si aliorsum indicere comitia prima velit Imperator, quam Norimbergam, Electorum erit de causa cognoscere, & si pondus habeat, consentire. Sunt enim custodes legum Imperii, sine quorum consensu Comitia Imperii non indicuntur, nec ad alium locum Status ad concilium generale vocantur, quam qui commodus illis prius visus. Cæterum, quæri potest, *an dispositio aureæ Bullæ generalis sit, & non solum prima comitia universalia, sed etiam particularia, ut conventus Electorum, vel Deputatorum Imperii, includat? nempe si casus veniat, ut post novam electionem Imperatoris, conventus Electorum, vel Deputatorum indicatur, antequam indicantur comitia generalia, an, quæ prima sunt sive Electorum, sive Deputatorum, Norimbergæ haberi debeant, & si ibi habeantur, sequentia prima*

comitia universalia, quoniam semel dispositioni legis satisfactum, alibi haberi posint? Si de Electorum diætis quæstio movetur, ea vel est de antiquo more, vel de hodierno. Si de antiquo, ratio dubitandi esse poterit, quod ab Imperatore fuerint indicendæ, & æque ut universales, curiæ nomine appellatæ. (*aurea Bulla cap.* 12. §. 2.) Ratio autem decidendi, quod capitulum XXVIII. aureæ Bullæ loquatur de Regali curia, vel solemni, quæ alia est, est diversa ab ea, quæ congregatio Principum vocatur. (*d. c.* 12. *in rubric. & d.* §. 2.) Deinde, aurea Bulla (*d. cap.* 28. §. 5.) loquitur de curia illa, quæ ab antiquo Norimbergæ haberi solita: at curia Electorum illa, de qua capitulum XII. disponit, non ad antiquas pertinet, sed noviter ab ipso Carolo constitutas. (*d.* §. 2. *in princ. & f.*) Quod si vero quæstio sit de hodiernis Electorum diætis, ratio dubitandi nulla superesse videtur, postquam usus introduxit, ut illæ ab Electoribus, non ab Imperatore indicantur; unde nec Imperatoris curia, sed Electorum dici potest. Cum ergo aurea Bulla de Regali, vel Imperiali, ut hodie loquimur, curia, quam indicit Imperator, tantum disponat, certum est, eam ad hanc Electoralem trahi non posse, quam ipse non indicit. Quantum porro, conventum Deputatorum Imperii attinet, cum longe post Caroli IV. ætatem primum cœperit (nempe decreto Augustano anno MDLV. R. A. *dicto anno* §. so sich dann / *pag.* 406. ubi licet speciales causæ ad hos Conventus pertinentes primum expositæ & expensæ in Comitiis deputatorum Wormatiæ anno MDLXIV. tamen postea usus, & utilitas ad plures extendit. R. A. zu Speier anno 1570. §. damit dann solch / *pag.* 621. Abschied des deputation Tags zu Franckfurt anno 1571. *pag.* 647. *& seqq.* R. A. zu Regenspurg anno 1594. §. dabey / *pag.* 717. §. als wir dann / *pag.* 725. Abschied des Deputationtags zu Speier anno 1600. *p.* 753. *& seqq.*) Carolinæ dispositioni, ut res tunc incognita, nec in considerationem deducta, subiacere nequit.

AD ARTICVLVM XXX.

Zum bäldesten.

Id factum à Carolo: Er hat sich eilends / nach beschehener seiner Wahl zum Römischen König / von seinem Hispanischem Königreich / auffs bäldest Ihm möglich gewesen / herauß in das H. Römisch Reich gethan (Römischer Königl. Mai. Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs anno 1521. auffgericht / *in pr. pag.* 106.)

In das Reich Teutscher Nation.

Hoc est, in Germaniam. Fortassis etiam potuisset, pro faciliori intellectu, poni, herauß in Teutschland / vel herauß in die Teutsche Nation. Certum

tum enim est, Imperium nationis Germanicæ non sola Germania definiri. Debebat autem Carolus venire in Germaniam, non, exempli gratia, in Longobardiam, quæ & ipsa Imperii nationis Germanicæ pars est, sed non sita in Germania.

Persönlich.

1. *LudoVici, Hungariæ Regis dictum.*
2. *An unus duob. regnis simul præesse possit?*
3. *Item Regno & simul Imperio?*
4. *Educatio Caroli V.*
5. *Carolus V. in arte regia Vix habuit suo tempore parem.*
6. *Comparatio, quam instituit Bizarus, inter Carolum V. Imper. & Franciscum I. Regem Franciæ.*
7. *Alia comparatio, cuius autor est Bernhardus de Girard, Seigneur du Haillan.*

LVdovicus Hungariæ Rex, cum anno MCCCXLIX. à Polonis quoque 1.
in Regem electus fuisset, & ab iisdem, ad eiusdem Regni gubernacula vocaretur, respondisse fertur; impossibile sibi videri, unum Regem simul duobus diversis regnis digne, & ut utilitas cuiusque populi requirit, præesse posse, non minus quam unum pastorem duobus maximis gregibus pecorum. (*ex Cromero libr.* 13. *histor. Lehemann. lib. Chronic. Spirens. cap.* 85. *pag.* 593.)
Nos quidem, haud facile unum duobus Regnis, & Imperiis, præsertim si 2.
inter se longo terrarum intervallo, ut Germania & Hispania, distent, sufficere posse credimus, sed non impossibile: præsertim, si utrobique perpetua
personalis præsentia non requiritur. Et quantum quidem attinet Imperium 3.
nostrum, eius administratio Imperatori permagni oneris esse nequit, cum Electores ipsi assistant, tanquam in partem sollicitudinis constituti, (*cap. ultim. aureæ Bullæ*) unde, eo facilius Carolo fuit duplicem provinciam sustinere, atque eo felicius administrare, cum à teneris quasi unguiculis, la-
boribus istis assuevisset. Notabile hanc ad rem, est testimonium Martini 4.
du Baillay (*en ses memoires livre* 1. *fol. mihi* 11. *b.*) ubi de educatione Caroli ita scribit: (*Le Seigneur de Chievres, que ie vous ay dit avoir esté par le Roy Loys ordonné gouverneur dudit Prince* (*Charles de Austriche*) *approuvé par les bonnes villes de Flandres, le nourrissoit alors, encores qu' il n' eust attaint le quinziesme an de son aage, en telle sorte, que tous les pacquets, qui venoient de toutes provinces, luy estoient presentés, encores qu' il fust la nuict, lesquels apres avoir veus, les rapportoit luy mesme en son conseil, où toutes choses estoient deliberées, en sa presence. En un iour, estant le Seigneur de Genly demeuré Ambassadeur pres la personne dudit Prince de par le Roy, & moy demeuré, par le commandement du Sieur de Vendosmes, avec ledit Sieur de Genly, le Seigneur de Chievres donnoit à soupper audit Genly; où estants entrés en propos, Monsieur de Genly dit audit de Chievres, qu' il estoit eston-*

né, dequoy il donnoit tant de travail à l'esprit de ce ieune, Prince veu qu'il avoit le moyen de l'en soulager. Le Seigneur de Chievres luy respondit, mon cousin, ie suis tuteur & curateur de sa ieunasse; ie veux, quand ie mourray, qu'il demeure en liberté; car s'il n'entendoit ses affaires, il fau, droit aprés mon decés, qu'il eust un autre curateur, pour n'avoir entendu ses affaires, & n'avoir esté nourry au travail, se reposant tousiours sur autruy) Dominus Chivrius, quem Rex Ludovicus, ut dixi, consensu præcipuarum Flandriæ civitatum Carolo Austriaco ephorum constituerat, Principem ita educabat, ut quamvis decimum quintum annum ætatis nondum attigisset, omnes literarum fasciculi, qui ex provinciis undique mittebantur, illi traderentur, etiam de nocte si tunc afferentur; quos ille, postquam inspexisset, in consilium deferebat, ubi ipso coram de omnibus negotiis consultabatur. Aliquando cum Dominus de Genly, apud quem, legati regii munere penes eundem Principem, fungentem, Domini de Vendosme iussu ego commorabar, à Chivrio cœna exceptus, inter alia, mirari se dixisset, cur Principi iuveni tantum laboris ille imponeret, cum tamen ipsum onere hoc facile sublevare posset, respondit Chivrius, mi cognate, ego iuventuti eius tutor sum atque curator; volo autem ut me moriente in sua tutela & libertate existat, ut qui rerum quæ ad ipsum pertinent intelligens, non alio curatore opus habeat, quod futurum utique esset, si negotiorum imperitus, nulli labori innutritus, alienis tantum oculis & vicaria opera iam nunc
5. uteretur. Certe, actiones & gesta Caroli, quibus per totum vitæ curriculum in admiratione apud plerosque fuit, largissima testimonia præbent, eum, optimus iuventæ suæ rectoris præceptis instructum, ad res gerendas accessisse, atque praxin cum theoria felicissimo connubio ita iunxisse, ut inter Monarchas sui temporis, in arte Regia, vix parem, neminem superiorem habuerit: quamquam homo cum fuerit, humana quoque passus sit, cuius argumenta visuntur in comparatione, quem inter illum & Franciscum I. Galliæ Regem, instituit P. Bizarus (*histor. genuens. lib. 20. pag. 480.*) Cæsar, inquit,
6. callidior, & cultior; Franciscus apertior, & elatior. In Rege clemens & mitis natura, in Cæsare vero durior, & nisi post multas preces exorabilis. Franciscus strenuus & magnanimus, in omnibus suis actionibus habebatur; Cæsarem ingenii lumen, ac singularis providentia commendabat. Rex, ut aperto Marte, atque solidis viribus hostem superaret; Cæsar vero, ut astu potius, & stratagematis falleret, enixe contendebat. Huic militares homines, & ut sic dicam, ad arma & prælia nati, maxime cari erant; illi, ultra hanc laudem, sibi cum Cæsare communem excellentia, & præstantissima quæque ingenia in deliciis erant. Cæsar, non tantum fidei, quantum cautionis, præstabat; in Rege alterum in promtu erat, fidei constantia mera, sed tamen cordata simplicitate subnixa, cautelæ negligentior. Cæsar Laconismo, Rex vero Atti-

cismo

ſimo delectabatur. Elucebant in Cæſare induſtriæ, laborum tolerantiæ, atq; invicti cuiuſdam animi omnia teſtimonia; flagrabant in Franciſco veræ fortitudinis ornamenta. Cæſar à comitate, ſeveritate tamen quadam temperata; Rex vero ab humanitate laudabatur. Cæſar potius ad frugalitatem inclinabat; contra Rex ad profuſionem usque liberalis habebatur. Cæſar rerum ac temporum momenta obſervare, eorumque conditionibus inſervire, naturam comprimere, atque omnes animi motus huc illuc facile inflectere, à primis annis didicerat; Rex contra, ſermonum conſtantiam, & factorum ſuorum rationem profidebatur, quaſi vero Regium eſſet ita loqui, & facere, ut ſentire. Poſtremo, Cæſar cum ſui, familiaribus graviter, & circumſpecte: Rex vero cum proceribus, aliiſque equeſtris ordinis viris, iucunde, & plane domeſtice verſabatur. Huic comparationi gemina fere eſt illa Bernhardi de Girard, Seigneur du Haillan (*en l'hiſtoire generale des Roys de France tom. 2. livre 31. pag. 1370.*) quam illorum gratia, qui lingua Gallica delectantur, ſuperpondii cauſa annectere priori volui. *Le Roy François, & l'Empereur Charles, eſtoient reputés esgaux en puiſſance, mais ils avoient & des mœurs, & des humeurs, bien diverſes. L'Empereur eſtoit plus couvert & diſſimulé, le Roy plus ouvert & franc. Le naturel du Roy eſtoit clement & doux, celuy de l'Empereur plus ſevere, & moins indulgent. L'Empereur eſtoit fort ſubtil, & provident; le Roy vaillant, & magnanime. L'Empereur taſchoit à vaincre par fineſſe, & par embuſches; le Roy, ſur mouter par compat ouvert. L'Empereur cheriſſoit les hommes belliqueux, & ruſés; le Roy ſe plaiſoit merveilleſement aux eſprits excellents, & induſtrieux. En L'empereur on deſiroit quelques fois plus de foy; au Roy une plus grande precaution. L'Empereur eſtoit bref en ſes harangues, & diſcours; le Roy copieux, & abondant. En l'Empereur il y avoit, ie ne ſçay, quels aiguillons d' induſtrie; & de travail; au Roy reluſoient les ornements de la valeur, de la bienveillance, & de l'humanité. L'on tenoit l'Empereur pour chiche, & peu liberal; nul n'eſtoit plus prodigue en dons, & largeſſes que le Roy. L'Empereur avoit appris à ſervir au temps, à gouverner ſon naturel ſelon le temps, & à ſe tourner, & flechir de part & d'autre; le Roy monſtroit conſtamment à l'effect, ce qu'il diſoit de bouche, & ne diſoit rien publiquement, qui ne monſtraſt ſon invicible courage. L'Empereur traictoit ſubtilement avec les feints & ſubtils, & gravement, avec ſes domeſtiques; le Roy vivoit ioyeuſement avec ceux de ſa Cour, & humainement avec les Princes, & Seigneurs. On eut comparé le Roy à Charles Duc de Bourgogne, grand pere de l'Empereur, ſi non que le Roy avoit plus de foy, & debonnaireté, de puiſſance, & d'erudition; L'Empereur eſtoit tres ſemblable à Louys IX. Roy de France. Le Roy eſtoit doué d'un eſprit variable, & qui s'accommodoit & tournoit à toutés choſes. L'Empereur repreſentoit une ombre d' humanité & de clemence; Le Roy portoit non ſimulacre ombragé, mais toute l' effigie de ces deux vertus. Le Roy eſtoit reputé vaillant à la main; l' Empereur plus caut & ruſé. Bref, les meſdiſans & detracteurs de tant de vertus, diſoient, ſi l'Empereur n' eut mis une tache ineffacible*

 d'ambition

d'ambition en sa gloire, il eut vrayement remporté le nom, & le tiltre, de pieux; & que si le Roy ne se fut enveloppé dedans les delices de la Cour, il eut surpassé les victoires, & les triomphes de tous les Roys. Mais c'est le propre des Roys, apres qu'ils ont bien faict, d'entrer quelques fois en mauvais bruit.

Die Römische Königliche Cron.

1. *Autor magni Chronici Belgici tradit, Imperatorem quadruplici corona coronari.*
2. *Ferrea, & eius significatio.*
3. *Alia ex diversis metallis, eiusque significatio.*
4. *Argentea. & quid significet?*
5. *Aurea, quid significet?*
6. *Reiicitur hoc somnium.*
7. *Tres enim tantum fuerunt coronæ.*
8. *Quarum etiam aurea Bulla Caroli IV. meminit.*
9. *Longobardica unde appellationem acceperit.*
10. *Cur dicta Mediolanensis.*
11. *Qui hanc acceperit?*
12. *Modoëtiæ illa accipi debuit.*
13. *Variatio in exprimendo hoc nomine.*
14. *Descriptio huius loci.*
15. *Longobardica corona aliquando suscepta fuit Alexandriæ.*
16. *Papiæ.*
17. *Romæ.*
18. *Bononiæ.*
19. *Coronæ Imperialis mentio ubi fiat in aurea Bulla.*
20. *In capitulationibus duarum tantum coronarum mentio fit.*
21. *Longobardica cur dicta palearis?*
22. *Cur eam Carolus V. susceperit?*

1. AVtor magni Chronici Belgici (*quod editum à Johanne Pistorio inter rer. Germanicar. Scriptores veteres sex pag.* 287.) singularis est in enumeratione coronarum, quibus Imperator Romanus coronari debeat. Notandum, inquit, quod omnis Imperator Romanorum futurus, coronatur quadruplici corona:
2. primo ferrea, quam dare debet Archiepiscopus Moguntinensis, qua significatur, ferro, vel per ferrum, debere Imperatorem
3. omnes rebelles, & adversarios devincere. Secunda corona esse debet ex diversis, quæ inveniri possunt, metallis composita, ad innuendum, dominum esse Imperatorem, & esse debere; item, incumbere illi, ut peritos totius mundi in temporalibus diversarum linguarum semper secum habeat: quam coronam ab Ar-
4. chiepiscopo Trevirensi recipit. Tertio, debet coronari corona argentea, clara, munda, lucida & immaculata, ad significandum, iustum & fortem esse debere, & potentem, & in iustitia firmum: item largum, probum & generosum, in reddendo unicuique, quod suum est; quam coronam Archiepiscopus

scopus Coloniensis confert. Quarto debet coronari corona de auro potissimo fabricata, ad figurandum, sicut aurum pretiosissimum aliorum metallorum est, ita Imperatorem esse debere de mundo meliorem cæteris obedire Ecclesiæ Dei, nec aliter, quam si talis inventus fuerit, ad illam recipiendam coronam iudicari dignum; quam ultimam coronam in urbe Romana recipit à Papa. Aut somnium hoc est, 6.
aut ignorantissimi hominis delirium, adeo insipidum, ut gustari haud mereatur. Illud autem verum, olim adhuc Caroli IV. ætate, ac postea, in usu fu- 7.
isse, triplici corona Regem Romanorum, in Imperatorem promovendum, coronari. Prima fuit corona Aquisgranensis, altera Mediolanensis, tertia Romana. Has ex historiis, vel aliunde, prolixius explicare, nunc mei instituti non est; sufficiens erit illas ex aurea Caroli IV. Bulla solum deducere. Primæ, Aquisgranensis (à loco ita dictæ, ubi regulariter conferri debet,) men- 8.
tio fit (*aureæ Bullæ cap.* 28. §. 5. *& cap.* 26. §. 4.) & vocatur diadema Regium *cap.* 4. §. 3. De secunda sermo habetur in (*dict. cap.* 26. §. 4.) quæ Mediolanensis dicitur, & communiter Longobardica. Longobardica ideo, quia regu 9.
lariter in Lombardia, provincia Italiæ fertilissima, Regis Romanorum capiti imponi consuevit; vel quia vulgo creditum, illa Regem Romanorum in possessionem Regni Longobardici mitti. Mediolanensis appellatur, quod se- 10.
cundum nonnullos, Mediolani hæc coronatio expediunda, (*Alciatus lib.* 12. *parerg. cap.* 3.) Cuius opinionis etiam Sigismundus Imperator fuisse cense- 11.
tur, quando ad Concilium Basileense anno MCCCCXXXII. scripsit, se in festo S. Catharinæ virginis, tum proxime præterito, Mediolani, in domicilio S. Ambrosii, maiorum suorum imitando vestigia, Regium diadema assumsisse (*apud Goldast. tom.* 3. *constitut. Imper. pag.* 437. §. 2.) Verum licet ibidem nonnulli, & inter eos quoque Ludovicus Bavarus, (*Alberto Argentinensi teste in Chronic. pagin.* 124. *apud Vrstisium parte* 2. *histor. Germanic.*) coronati fuerint, alii tamen eo inclinant, Madoëtiæ ex primo instituto fieri debuisse. (*Choppinus de sacra polit. forensi lib.* 2. *tit.* 1. *num.* 11. *Azorius part.* 2. *Institutionum* 12.
moralium lib. 10. *cap.* 5. *pag.* 1035. *Fauchet livr.* 6. *des antiquités Francoises chap.* 10 *fol.* 220. *b. Zucchius apud Raderum in Bavaria sancta pag.* 36.) quam sedem Regni Italici nominat Radevicus (*de gestis Friderici I. lib.* 2. *cap.* 8.) In nomine vari- 13.
ant. Autores, ut aliquando dicatur Monza, (*Goldastus in Rationali ad tom.* 1. *Constitution. Imperial. p.* 89. *ex Sansovino.*) Modionum, (*Guntherus in Ligurino lib.* 8.) aliquando Moguntiacum; quod posterius placet Erycio Puteano (*lib.* 4. *histor. Insubr. p.* 199.) De loco autem constat, oppidum hoc Mediola- 14.
no vicinum, & diœcesis Mediolanensis esse, salubri aëre, fertili loco, Lambrum ab oriente, & quasi solis ductu recipiens, Padumque versus amœna ripa dimit-

pa dimittens. In susceptione huius coronæ mire variatum fuisse in confesso
est; nam non solum Modoëtiæ, & Mediolani, verum etiam Alexandriæ (quæ
15. Statilientium Ligurum civitas; (*Alciat. de form. Rom. Imper. p. m.* 115.) Papiæ
16. (ubi Fridericus I. in Ecclesia S. Michaëlis, urbe, in qua antiquum Longobar-
dorum Palatium fuit, coronatus dicitur ab Othone Frising. *lib.* 2. *c.* 20.) Ro-
17 mæ (*Onuphr. Panvin. de Comit. Imper. cap.* 11. *apud Goldast. in polit. Imper. part.* 1.
disc. 1. *p.* 34.) & tandem Bononiæ, (ut Carolo V. obtigit) per vices collata
18. fuit. Tertiæ coronæ, quam Romanam vocant, (quod regulariter Romæ
conferatur) vel Imperialem (quod vulgo creditum, eam demum electo à Ger-
19. manis in Regem, titulum Imperialem conferre) mentio fit *in d. c.* 26. §. 4. *ver-*
20. *bis*, Imperialibus infulis decoratus. In capitulatione nostra, & omnibus se-
quentibus, tantum coronæ Regiæ, nec non Imperialis mentio fit; Mediola-
nensis, vel Longobardicæ autem nulla; quod certum indicium est, eam in-
21. super haberi & sperni ab Electoribus, tanquam nonnecessariam. Nec mirum
id hodie fieri, cum etiam olim aliquando hæc corona pro paleari, contemtus
causa, habita fuerit. (*Alciat. de form. Rom. Imper. p. m.* 115. Veteres, vulgari
ioco, paleam appellarunt res tenues, & modicæ utilitatis, vel nullius momen-
22. ti. (*Alciat. lib.* 12. *parerg. c.* 3. *Mutius in Chron. German. lib.* 18. *p.* 154.) Carolus
autem noster nihilominus hanc coronam Bononiæ suscepit, ad cuius suscepti-
onem se nunquam adstrixerat. Sequi fortassis sponte sua voluit antiquum mo-
rem, vel Italorum voto satisfacere, qui magni facere solent, ut sibi servetur
consuetudo vetus: vel admonitionem Pontificis venerari, satis sibi conscius,
rem nullius, vel exigui commodi, oblatam, acceptari securius, quam fasti-
diose repudiari.

Wol ziemt.

1. *Coronatio quem peragatur in finem.*
2. *Signa apprehensi Regni, vel Principatus.*
3. *Mos Carinthiæ antiquus, & notabilis.*
4. *Mos inaugurandi Regem in Hungaria.*

1. DEcet electum Regem Romanorum, coronam Regiam suscipere, non quasi ea novi aliquid, quod electione nondum consecutus, in eum conferatur; sed quia ubique per saniorem orbem ita observatur, ut coronatio publicum preconium sit, eum, qui coronatur, in Regno electio dignum fuisse iudicatum, ut Imperio præficeretur: vel in successorio, eum esse, ad quem hereditarium ius sceptra detulerit: Et postquam hanc curam in se susceperit, Ecclesiæ sisti, ut preces pro eo fundantur, & populo, ut precibus & festivis acclamationibus eum Deo commendet. Additur etiam alicubi, sed dicis causa, quæstio ad populum, an eum sibi Regem velit & iuramenti
2. exactio, quo regno de novo obligatur. Alii eam pro investitura habent, &

possessionis

possessionis apprehensæ symbolo; quamquam alicubi præter solemnia ista, etiam aliæ apprehensionis notæ in usu sint: ut in Anglia, introitus in turrim Londinensem. In Flandria, olim Comes Galloflandrus, post alias cæremonias, in Divi Iohannis Baptistæ templo, bis aut ter attracto fune, Campanum æs percussit, eoque pulso, post iuramentum adire se possessionem Comitatus publice testatus fuit. (*Buzelinus in Galloflandria sacra & profana lib. 3. c. 3. p. 464.*) Quid in Carinthia in usu fuerit, ut propter vetustatem, & cæremonias notari meretur, ita lectorem iucunda eius descriptione, ex Megisero, qui eam exactius, quam ab Ænea Sylvio (*histor. Europ. c. 20.*) Piccarto (*in narrat. ridic. cap. 7. pag. 334.*) ac Bodino (*de Repub. lib. 1. c. 8. p. 131.*) factum, exposuit, (*in annal. Carinthiæ lib. 6. cap. 11. pag. 478. & seqq.*) defraudare nolo. Es ist von vralten Zeiten an/im Land zu Kärndten ein solches herkommen/in üblichem 34.
Gebrauch erhalten worden/ daß/ wann ein angehender Landesfürst daselbst/ die Regierung antretten/ und das Land einnehmen will/ er dasselbige von einem Bawren zu lehen empfahen/ und von ihme eingesetzt werden muß/ welches dann auff folgende Weiß beschicht. Es ist ein Bauren Geschlecht/unter den Edelthümbern/ heutiges Tages Hertzogen zu Glasendorff genant/ welches hirzu von alters deputirt/ und sonderlich befreyt ist. So offt sich nun der Fall begibt/ daß ein neuer regierender Fürst angehet/ so kompt einer auß diesem Bawren Geschlecht/dem solch Ampt auß erblicher Gerechtigkeit zustehet/und setzet sich auff ein runden/ flachen Marmelstein/ welcher zu Kärnburg/ ohngefehr ein Meil Wegs von Clagenfurt/ im Feld stehet/ welcher auch hierzu von alters her geeignet ist/ und noch heutiges Tages daselbst zu sehen ist/ mit des Lands Wappen/ darauff gehauen. Wann nun der Baur also auff dem Stein sitzet/ stehet umb ihn her das Landvolck/ und gantze Baurschafft/ ausserhalb der Schrancken/ so umb den Stein auffgerichtet wird. Als dann komt der angehende Landesfürst daher/ in einem groben Bäurischen Kleid/ Hut und Schuh und trägt einen Hirtenstab in den Händen. Es führen ihn auch zween Landherren/ und folget darauff die gantze Ritterschafft/ und Adel in zierlichen Kleidern/gantz wol gebutzet/ mit dem Panier des Ertzhertzogthumbs Kärndten. Vor ihnen gehet her/ zwischen zweyen kleinen Paniren/ der Graf von Görtz/ als Erbpfaltzgraf in Kärndten/und werden neben dem Fürsten geführet/auff der einen Seiten ein Schwartzes Rind/ auff der andern ein mageres ungestaltes Feldpferd. So bald nun der Baur der auff dem Marmelstein sitzt/ den Fürsten ersehen/ schreyet er in Windischer oder Sclavonischer Sprach (dann die Kärndter reden guten Theils auff dem Lande Windisch/ aber heutiges Tages werden die Huldigungen Teutsch und nicht mehr Sclavonisch gehalten) Wer ist der/ der also hochfertig pranget? so antwort das umbstehende Volck/ der Fürst des Landes komt; darauff sagt der Baur/ ist er auch ein gerechter Richter/ und Liebhaber des Heils unsers Landes/ freyer Eigenschafft? Ist er auch ein Beschirmer des Christ-

lichen Glaubens / und der Wittwen und Waisen? Antworten sie ja / er ists und wirds seyn. Muß also der Fürst dem Bauren / umb diese jetzt gemelte zwey Stück geloben / bey seinen Treuen / daß er Gerechtigkeit wolle halten / und durch der Gerechtigkeit willen so arm werden / daß er sich mit solchem Viehe / als dem Stier / und Feldpfert / müßte nehren. Auff das fragt der Baur widerumb. Wie und mit was Gerechtigkeit wird er mich von diesem Stul bewegen? und gibt alsdann der Graf von Görtz Antwort: man wird dich mit sechtzig Pfenningen von dannen kauffen / diese zwey Hauptvieh / der Ochs und das Pferd / werden dein seyn / und du wirst des Fürsten Kleid nemmen / und dein Hauß wird frey und unzinsbar seyn. Nach diesem allen gibt der Baur dem Fürsten einen sanfften Backenschlag / und gebeut ihm / daß er ein rechter Richter seye. Damit stehet er auff / raumet den Stul / und führt das Vieh mit ihm hinweg. Die obbemeldten zween Landherren / führen den Ertzhertzogen zu dem Baurnstul / der steiget nun darauff mit einem blossen Schwerd / kehret sich umb und umb / und schwinget dasselbe in die Lufft / und gelobet dem Volck gut und gleich Gericht. Darnach zeucht der Landsfürst in S. Peters Kirchen / zu nechst dabey auff einem Berglein / und nach Vollbringung des Ampts / und Kirchengesangs / zeucht er ab die Bäurischen Kleider / legt an Fürstliche Gewand / und helt alda mit dem Adel und Ritterschafft die Mahlzeit. Folgends reutet er herüber zu dem Lehenstuhl / so im Zollfeld stehet. Darauff setzt er sich gegen Auffgang der Sonnen / und leistet einer Ehrsammen Landschafft / mit entblöstem Haupt und auffgehobenen Fingeren den gewohnlichen Eyd / und Jurament / so ihme fürgehalten wird; darin er gelobet und schweret / gemeldte Landschafft bey allen ihren Gnaden und Freyheiten / wie dann das von alters herkommen / zu halten / zu handhaben und bleiben zu lassen. Und hergegen nimt er auch die Gelübd und Huldigung von seinen Landleuten auff und an / last darüber die Lehen daselbst beruffen und verleihet solche. (dieses ist zwar vor alters gewest / aber jetzt nicht mehr / sondern der Landsfürst / läst seine Lehen durch hierzu verordnete Commissarios vor den Kärndtischen Lands Rechten zu vier Tägen beruffē / und leihet alsdann dieselben alda im Lande) der Graff Görtz / als (wie obgemeldt) Erbpfaltzgraf in Kärndten / setzt sich hinter den Landsfürsten / auff die ander Seiten / und leihet auch nach seiner Gerechtigkeit. Der Erbslandmarschalck / nim̄t des Landsfürsten Pferd / der Erbschenck im Land den gulden Kopff / der Erbtruchsäs / die silbern Schlüssel / und als lang der Fürst auff dem Stul sitzet / und leihet / so haben die Gradenecker / von alters die Gerechtigkeit und Gewalt / was sie für Wißmat dieweil abmähen mögen / dasselbe Hew ist ihr / man löse es dann von Ihnen. Die Portendorffer haben die Freiheit / und Gerechtigkeit / alldieweil der Fürst auff bemeltem Stul sitzet / und leihet / mögen sie im Land brennen wo sie wollen / wer sich anders mit ihnen nicht huldiget. Diese Portendorffer

dorffer / seind nunmehr alle mit Todt abgangen / und haben die Mordaxen solche Freiheit mit Erbschafft erlanget. Nach solchem zeucht der Landesfürst sampt allen Herren und Landleuthen in Saal / in unserer Frauen Kirchen / daselbst / damit dann endlich dieser Actus beschlossen wird. Diese löbliche Gewonheit / Freiheit und Gerechtigkeit des Landes zu Kärndten / ist von allen Fürsten festiglich gehalten worden / als offt es zum Fall kommen / durch der Ertzhertzogen absterben. Inmassen es dañ auch Ottacker eines Königes in Böhmen Sohn / und nach ihme Graff Mainhard / von Tyrol / und sein Sohn Heinrich / alß sie Ertzhertzogen in Kärndten worden / gehalten haben / und gleichfals die folgenden auß dem Hauß Oesterreich / biß auff Ernestum (inclusive) welcher ebener massen anno 1414. auff dem Stul gesessen und geliehen. Aber seyn Sohn / Kaiser Friderich / wolt nicht auff dem Stuhl leihen umb des willen / daß er Römischer König war / doch gab er den Landleuten in Kärndten ein schadloß Verschreibung / unter dato S. Veit A. 1444. daß es ihnen / ihren Erben und Nachkommen an ihren Freiheiten und alten Herkommen ohne Schaden seyn / und daran kein Mangel soll bringen. So ist auch ein Schreiben vorhanden von Weyland Kaiser Maximilian / dieses Namens dem Ersten / unter dato Lintz A. 1506. welches mit sich bringet / daß Ihr. Mat. vorhabens gewesen / da sie nit durch Krieg weren verhindert worden / sich in Kärndten zu verfügen / den alten Gebrauch daselbst / die Lehen von dem Bauren zu Empfahen / widerumb auffzurichten / und obwol nicht in eigener Person / sondern durch einen an Ihr. Mai. statt dero schweren zu lassen. Kaiser Ferdinand ward durch Königlicher Würdigkeit willen / und auff Ihrer Maiestät fleissige Bitt / von einer Ehrsamen Landschafft / beydes / des Persönlichen sitzens / auff obbemeltem Stul / und Eyds / erlassen / doch auff dero gnädigstes schadloß schreiben / so datirt Augspurg A. 1551. Dessen Sohn Ertzhertzog Carl zu Oesterreich / hat A. 1654. zwar den Eyd auff dem Lehenstul am Zollfeld gethan / es ist aber Ihre Fürstl. Durchleuchtigkeit auff Fürbit dero Herrn Vatter / Kaiser Ferdinandi / und gegen dero schadloß Verschreibung / mit den übrigen Ceremonien verschont worden; wie auch gleichfals anno 1594. Ertzhertzog Ferdinand ein Ehrsame Landschafft mit zwo schadloß Verschreibungen cavirt haben / wegen Erlassung / so wol der Ceremonien / als auch der persönlichen Lehens Verleihung auff dem Stul / daß es dero an ihren Freiheiten ohn allen Schaden und Nachtheil seyn / und kein Kräncknuß bringen sollen.

Possem hoc in loco etiam aliarum gentium diversos ritus, quibus in inaugurationibus suorum Principum utuntur, longa serie recensere; sed ne nimius sim, adponam saltem, quod de Regum Hungariæ inauguratione, annotavit Bizarus (*histor. Genuens. lib. 23. p. 541.*) Memoriæ proditum est, cum primum Vngaria Regni nomen accepit, sacram coronam, induviasque, in inaugurandis Regibus religiosas, Sancto Stephano, primo Vngarorum Regi, à 4.

Romano Pontifice, cœlitus monito, destinatas, servatasque, deinde solemni custodia, veluti faustum auspicium futuris Regibus, eadem, qua ille Regni felicitate coronandis. Ordinem vero, & consuetudinem initiandi Regem, talem vetusto more observari solitum. Eo, qui in Ungaria summum, inter cæteros Antistites, Pontificatum gerebat, sacris operante, omnibusque ad quos Regia nominatio pertinebat, adstantibus, qui Rex futurus erat in augustiori templo Albæ Regalis sistebatur, statimque à Canonicis exuebatur. Deinde Pontifex precationes solemnes adhibebat, quibus Regno, Regique cuius caput dextra tenebat, Deum propitiaret, veniamque, ac pacem impetraret, ut feliciter fausteque publice ac privatim, sibi oppidis, vicis, civitatibus, populis, nationibus, Regnum iniret, atque administraret, facultates, multiplices fructus, fines, & imperium propagaret; autoritatem denique, & gloriam adaugeret. Tum eius manus, dorsum arcano oleo perungebat, & mox eum vestiri imperabat: Deinde sacris induviis ornare, crucemque imprimis tradere, per quam innuere volebant, ius Apostolicæ legationis, in designandis Episcopis, ab ipso initio Regibus Pannoniæ à Rom. Pontifice permissum. Post quæ sceptrum, pomumque aureum, & vexillum, Regia insignia, exhibere, & unius cuiusque, inter tradendum, sacris verbis interpretationem prosecutus, tandem prolatis in medium Regni legibus, institutisque, exigebat, ut in ipsorum verba iuraret. Ille, ubi in ea, quæ Pontifex conceperat verba, iurasset, illico diademate insignitus, suggestum, ad id præparatum, conscendens, plerosque in Equestrem ordinem cooptabat, ut intelligeretur, Regnum ab armis auspicari, nihilque prius maiusve apud Reges esse oportere ratione, incrementoque militaris disciplinæ; cætera ornare illam, tueri, & augere Imperia. His rebus ita peractis, ad templum, divis Petro & Paulo consecratum, procedere, atque ibi in tribunal se recipere, & nonnullas controversias audire, atque decidere, ut secundum rem militarem iustitiam præ omnibus colendam, & sciret & doceret. Tandem sublatus in equum, postquam civitatem lustravisset, extra portam ad D. Martini ædem progressus, ibique altissimam turrim conscendens, & quam maxime poterat, protenso extra turrim brachio, ad quatuor mundi partes nudatum ensem porrigebat, (hodie non in turri, sed extra eandẽ hoc fieri discimus ex Jessenio, qui describens coronationem Matthiæ II. (*p.26.*) ait; progressus Rex, dedita opera excitatum aggerem, sive tumulum, equo calcaribus commonito, cursu petit, eductumque D. Stephani gladium, versus quatuor mundi plagas vibrans, quacunque parte hostibus infestantibus bellum interminatus,) quasi undique regnum tutaturus, aut certe illius fines & ditionem propugnaturus. Postquam vero in civitatem rediisset, solemnia convivia celebrantur, omnesque domus, ac urbis regiones publico applausu, & congratulationibus obstrepere; quibus omnibus, ubi Archiepiscopus Regem de more coronaverat

verat, rite ordine servatis, postridie ex universorum, qui convenerant, sententia, constituebatur; ut corona S. Stephani, cum sacris induviis, recondita, ad futuros Reges initiandos asservaretur.

Empfahen.

1. *Carolus V. coronatur Aquisgrani.*
2. *Contra Electorum monitum.*
3. *Non sine periculo.*
4. *Cautior inde factus prima comitia indicit Wormatiam.*
5. *Comitia sub Maximiliano Treveri incepta, ad evitandum periculum pestis transferuntur Coloniam.*
6. *Electores, & absentiam nancti Aquisgranum se conferunt, ante Carolum.*
7. *Maior se primum sistere debet in loco conventui destinato.*
8. *Exceptio huius regulæ.*
9. *Cur Carolus venerit ad Electores?*
10. *Electores obviam iverunt Carolo.*
11. *Descenderunt ab equis.*
12. *Idem non fecit Carolus.*
13 *Mos inter pares quinam circa hoc observetur.*
14. *Philippus Burgundiæ Dux, salutans Fridericum Imp. non descendit ab equo.*
15. *Clivensis Ducis Equitatus voluit præcedere Equitatum Electoris Saxoniæ.*
16. *Rationes Saxonum, cur noluerint hoc permittere.*
17. *Quid denique factum.*
18. *Pontificis, nec non Regis Angliæ legatus processioni non intersunt.*
19. *Legatorum Pontificis ambitio.*
20. *Exemplum.*
21. *Aliud exemplum.*
22. 23. *Legatus à Pontifice missus, liberam per Galliam proficiscendi potestatem non habet, nisi post examen bullæ, vel instructionis suæ, factum à Parlamento.*
24. *Nec ex Gallia discedere debet, nisi facto à Parlamento examine rerum, quas peregit.*
25. *Advocati Pontificis locus in Parlamento Lutetiano.*
26. *Equus Regis Romanorum quo Aquisgranum vectus cui debeatur.*
27. *Varia iuramenta, quæ præstat electus in Regem Romanorum.*
28. *Rex primum obligatur Regno, & illi postea subditi.*
29. *Obsequium aliud est subditorum, aliud vasallorum.*
30. *Unctionis ritus ab Hebræis est.*
31. *Prærogativa Regis Galliæ, unctionem quod attinet.*
32. 33. *De oleo sacro, quod Rhemis custoditur.*
34. *Oleum sacrum quod in monasterio Marmonstier asservatur.*
35. *Hoc inunctus fuit Henricus IV.*
36. *Gregorius Turonensis de missione ampullæ Rhemigiensis nil meminit.*
37. *Pleixij tradita de eadem.*
38. *Hinc mari testimonium examinatur.*
39. *Alij angelum, alij columbam, ampullam apportasse referunt.*
40. *Chassanæi relatio non convenit cum traditis à Paponio.*
41. *De ampulla Martiniana dubitatur.*
42. *De oleo sacro, quod Anglis à B. Virgine Maria, datum fuisse dicitur.*
43. *Oleum hoc, quibus ex causis præstantius esse dici possit, quam quæ Gallis esse dicuntur.*
44. *De effectu olei sacri Gallorum.*
45. *Regi Romanorum Diaconi more vestito, traditur ensis.*
46. *Quid denotet ille vestitus.*
47. *Imperator aliquando subit officium subdiaconi.*
48. *Aliquando in Ecclesia legit Evangelium.*
49. *Induit stolam.*
50. *De traditione ensis remissive.*
51. *De traditione annuli.*
52. *Annuli usus in Gallia.*
53. *Investitura per annulum & virgam.*
54. *Pallium regale, longo usu attritum est.*

55. *De sceptro, remissive.*
56. *Quid pomum significet?*
57. *Autoris coniectura.*
58. *Alia explicatio.*
59. *Corona Germanica est ex puro auro.*
60. *Rudolphus peculiarem coronam sibi fabricari fecit.*
61. *Valor coronæ, qua coronatur Rex Galliæ.*
62. *Carolus V. fit Canonicus Aquisgranensis.*
63. *Notabilia de hoc Canonicatu.*
64. *Maximilianus fit Canonicus maioris Ecclesiæ Coloniensis.*
65. *Rex Romanorum fit quoque Canonicus Bambergensis.*
66. *Nec non Romæ, Ecclesiæ S. Petri & D. Iohannis.*
67. *Rex Galliæ est Canonicus variarum Ecclesiarum.*
68. *Commodum horum Canonicatuum.*
69. *Relatio Coquillii.*
70. *An Imperator sacram cœnam sub utraque specie accipiat?*
71. *Eam sub utraque accipit Rex Franciæ.*
72. *Causa huius prærogativæ.*
73. *Explicatio orationis Electoris Moguntini.*
74. *Carolus Andegavensis, quando in Regem Siciliæ coronatus, promisit Pontifici se Imperium Romanum nunquam acceptaturum.*
75. *Pontificis intentio.*
76. *Idem quoque promiserunt subsequentes Siciliæ Reges.*
77. *Vt & Carolus V.*
78. *Qui tamen postea à Pontifice obtinuit dispensationem.*
97. *Pontifices prætendunt sibi competere ius approbandi electum ad Imperium.*
80. *Alexandri Carerii traditio.*
81. *Constitutio Ludovici Bavari.*
82. *Literæ Electorum ad benedictum XII. Pontificem.*
83. *His contradicunt Windecius & Bzovius.*
84. *Seldij dubium.*
85. *Removetur.*
86. *Pontificis concessio, cum iure Imperij non convenit.*

1. SAtis se fecisse promisso Carolus gloriatur, in Römischer Königlichen Mayestät Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs anno 1521. auffgericht / (*in pr. pag.* 106.) coronam autem hanc suscepit Aquisgrani Anno MD XX. die XXIII. Octobr. cuius solemnia descripsit Hartmannus Maurus (*Apud Goldast. part. 3. polit. Imper. discurs. 3. pag.* 265.) & compendiosa elegantia, pro more suo, Ioh. Sleidanus (*de statu Religionis & reipublicæ lib. 2. fol. m. 32. b. & seq.*) unde nonnulla notabilia, mihi vel explicanda, vel studiosæ iuventuti consideranda, hoc loco elegi; (I.) Carolum, locum huic coronationi præstitutum,
2. præcise voluisse observare. Licet enim Electores, missis legatis, eum rogarent, ut propter pestem, admodum, sicut fama erat, Aquisgrani sævientem, alium locum coronationi suæ eligeret, perstitit tamen in sententia sua, neque Caroli IV. legem, qui sic statuisset, temere se posse mutare se dixit. Temerarium hoc ei visum, quia plus Aquisgranensibus, qui maximos iam sumtus fecerant in adornandis domiciliis, & alimonia comparanda, morbi vim exte-
3. nuantibus, fidei attribuebat, quam famæ. Electores autem famam præferebant oppidanorum fucato testimonio: sed quoniam Imperatori aliud videbatur, cedebant opinione, in gratiam novi domini; quod utrisque tamen non sine periculo fuisse, postea constitit: ut temerarium visum sit, aureæ Bullæ tam

stricte

stricte inhæsisse, quæ ipsa impedimentum legetimum, qualis est pestilens contagium, excipit. Itaque hoc periculo cautior factus Carolus, noluit altera 4.
vice ad eundem lapidem impingere, sed comitia sua prima, quæ Noribergæ celebranda, propter pestem tunc ibi grassantem, Wormatiam indixit. Etiam ante illum, sub Maximiliani Imperio, eadem causa tanti momenti habita fue- 5.
rat, ut comitia anno M D XXXII. Treveri cœpta, & aliquot per menses continuata, Coloniam transferrentur. (*Kyriander. annal. Trevirens. part.* 17. *p.* 247.) Unde cognoscere licet, cur Recessus illorum comitiorum, hac sub rubrica legatur in codice recessuum, Abschied des Reichstags zu Trier und Cöln. (*p.* 91.)

(2.) Electores præsentes, & absentium nuncios, ante Carolum Aquis- 6.
granum venisse. Hic videmus, non fuisse observatum, quod nonnulli ma- 7.
gistri cæremoniarum præcepti loco habent, maiorem se primum sistere in loco conventui destinato, ut monstret alios ad se venire, (*Pierre Matthieu en l' histoire de Henry IV. livre* 1. *narrat.* 2. *p.* 39.) Verum, an hæc regula in Germanica catholica sit, vel etiam alibi esse debeat, non sine scrupulo est. Nam 8.
quod minor ad meliorem venire dicatur, id suo sensu quidem ita se habeat, at etiam hoc receptum est, ut minor expectet maiorem, & præstoletur eius adventum, ei procedat obviam, & eum comitetur ad hospitium usque, vel locum mansioni paratum. Præsertim autem hoc fieri solet, ubi minoris munus est, in loco conventui destinato id peragere, cuius causa maior eo venturus, ut scilicet in parato sint omnia, nec maior minorem expectare cogatur. Porro, in casu nostro, Carolus ad Electores properare, non illi ad ipsum de- 9.
bebant; quoniam ille veniebat recepturus, non daturus; petiturus coronam, non largiturus; quo respectu non inepte dixeris, Electores repræsentantes Imperium Carolo tunc fuisse maiores.

(3.) Electores præsentes, & absentium nuncios, Cæsari obviam ivis- 10.
se extra urbem, & approquinquantem honorifice, cum ex equis descendissent, excepisse. Ita enim fieri illis placuit, etiamsi Cæsar, ne descenderent, 11.
eos fortassis rogaturus esset (*vide* der siben Churfürste Ordnung auff dem Rahthauß zu Aach berahtschlaget / wie es bey der Königlichen Crönung zu halten / *apud Goldast. part.* 2. der Reichsatzunge / *pag.* 185.) Non addit Sleidanus expressim, an Carolus quoque ab equo suo descenderit; sed ex descriptione coronationis huius, quæ legitur apud Goldastum (in Politischen Reichshändlen / *part.* 1. *pag.* 49. *tit.* 3.) cognoscimus, voluisse eum descendere, at, Electorum in- 12.
stantissimis precibus victum, non descendisse. Inter pares hoc observatum, 13.
ut aliquando neuter ab equo descenderit, aliquando uterque, non unus solum, ne videretur se alteri submittere. Hanc ob causam, Philippus Burgundiæ 14.
Dux, cum Cæsarem Fridericum III. salutaret Vesontii, non descendit ab equo, quoniam nec Cæsar descendebat, tantum inclinando caput & corpus, reverentiam ei exhibuit. Rationem (vanam tamen) apud alios huius actus reddes dixit, se esse Principem sanguinis in Gallia, & Fridericum non nisi adhuc Re-

gem-

gem Romanorum (*Scevola & Louys de Saincte Marthe en l' histoire genealogique de la maison de France livre 1. pag. 16.*)

15. (4.) Clivensis Ducis equitibus, contentionem multam fuisse, cum
Saxonicis, uti præcederent. Rationes partium non exprimit Sleidanus, nec
quid tandem factum: suppleri autem utrumque potest ex Hartmanno Mauro,
quem supra diximus hunc actum descripsisse. Ait ille, (*apud Goldastum supra
dicto loco*) Incepta altercatio, atque concertatio inter legatum Ducis Saxo-
niæ, Principem de Anhalt; & Ducem Iuliacensem, uter eorum præequitaret.
Dux etenim Iuliacensis, qui prope quadringentos equites instructissimos in
campis habebat, non aurata atque discolori veste, quam ferro atque ære ful-
gentes, non sustinuit; suos, inter Germanos equites nullis secundos, novissi-
16. mo loco ordinari. Saxones vero ad antiquum morem, repertasque schedulas,
quæ eis suffragabantur, provocantes, obfirmate urgebant, asserentes, se qui-
dem permissuros, ut Iuliacenses, cum viginti quatuor modo equitibus, in fi-
dei publicæ eo loci ex iure præfecturæ dandæ, sive salvi conductus, atque
commeatus signum, præcederet, quemadmodum retroactis temporibus omni
ratione affirmabant factum; iniuriososque esse Iuliacenses, si ultra hoc per-
gerent, Principi eorum, Archimarschallo Imperii (cui, Statibus in campis Im-
perii, & expeditione existentibus, competeret prærogativa præcedendi, or-
dinesque instruendi) contra irrefragibilem, vetustissimumque morem, pe-
tita denegare. Nec potuit hæc pertinax, plusculis verbis habita contentio,
17. quæ rem interturbavit, diu sedari. Multa igitur desuper collocuti, hanc u-
nam viam (ut materia tumultus subduceretur,) tandem invenere, quod Dux
Iuliacensis cum suis copiis, è vestigio civitatem, absque eo, quod hospitia
subintrarent, ante omnes pertransiret.

18. (5.) Pontificium, & Anglicum oratorem abfuisse, ne postpositi Prin-
cipibus Germanis, eorum, à quibus missi, viderentur imminuere dignitatem.
Est hoc frequentissimum medium inter legatos eorum, qui de præcedentia in-
ter se certant, ut uno præsente, alter in abstemiorum castra, (ut Knichen lo-
19. quitur) concedat. *vide me lib.* 4. *de jure publico c.* 9. *num.* 102.) De Pontificis le-
gatis, quoniam hic dicendi occasio datur, sciendum est, illos, cum servum ser-
vorum humilitate Christiana repræsentare deberent, ambitione ut plurimum
20. ita tumere, ut summum honorem, præ omnibus, sibi arrogare sustineant.
Cum anno M D XC. Caietanus, legatus Pontificis, Parisiis in Senatu venis-
set, voluissetque suggestum, uranisco superstructo ornatum, qui Regi soli
reservatur, conscendere, Barnabas Brissonius, qui primas in Senatu tenebat,
manu prensum retinuit, & in subselliis inferioribus è regione, post se loco se-
21. cundo, sedere iussit. (*Thuanus histor. lib.* 98. *pag.* 343.) Franciscus Diatrista-
nus, Cardinalis, legatus Pontificis, cum Albertus Archidux Austriæ, cum
infante Hispaniæ, Isabella Clara Eugenia, Mediolanum ingrederetur, volui

sub

sub uranisco urbem ingredi, sed præfracte hoc ei à Comite stabuli negatum, non convenire dictitante, ut Albertus, cui sicut & Infanti tantum honorem deferre à Rege vetabatur, legatum sub uranisco incedentem, ipse extra uraniscum, sequeretur. Nam eum honorem nemini, ne quidem Cardinalibus à latere legatis, sed solis Regibus in Hispania, gentis consuetudine, tribui. (*Thuanus histor. lib.* 122. *p.* 869.) Nullus mihi inter Catholicos Reges notus, qui Pontifici tam arctos cancellos in regno suo ponat, quam primogenitus Ecclesiæ. Speciminis loco, ut varia alia omittamus, nobis unum & alterum hic erit. Bret (*de la souveraineté du Roy livre* 4. *chap.* 7. *pag.* 603.) nos docet, 22.
(*que quand le Pape envoye des legats en France, ils doivent seiourner à Lion, sans passer plus outre, iusques à ce que la Cour de Parlement de Paris, ait veu leurs instructions, à fin d'en retrancher ce, qui seroit contraire à l'authorité du Roy, & aux privileges des Eglises de France*) quando Papa legatos in Galliam mittit, debere illos Lugduni subsistere, nec ulterius proficisci, priusquam Curia Parlamenti Lutetiani legerit illorum instructiones & mandata; eum in finem, ut, si quid autoritati Regis, aut privilegiis Ecclesiæ Gallicanæ contrarium, illis contineatur, reiiciatur, & resecetur. Idem à Servino (*és actes notables & plaidoyés tom.* 2. *p.* 23.
325.) discimus, (*que les bulles de legation, octroyées par les Papes, doivent estre veuës & examinées devant que permettre aux legats l'entrée dans le Royaume de France. Et il a esté iugé fort souvent, qu'il n'est pas loisible au Pape, d'envoyer un legat, sans grand subiect, & sans permission du Roy. Certainement, comme le pouvoir du legat doit passer au Parlement à son entrée, aussi à l'issue les legats sont tenus faire mettre tous les registres de leurs expeditions, faites en vertu de leur legation, és mains d'un Conseiller de la Cour, ensemble le seel de la legation; comme il fut iugé par arrest de l'an* MDLII. *sur les facultés du Cardinal Veralde. En somme, tous les legats, qui sont venus en ce Royaume, n'ont rien peu eu iceluy, que par le congé, & permission du Roy; comme recogneut le Cardinal de Ferrare, apportant sa bulle de legation du Pape Pie IV. en l'an* MDLXI.) quod, antequam legatis Pontificis detur licentia ingrediendi regnum Galliæ, bullæ, quibus mandata continentur, debeant exhiberi, & examinari. Sæpius ita iudicatum, Papæ non licere mittere legatum in Galliam, nisi res magni momenti urgeat, & Regis concurrat permissio. Certe, ut in introitu potestas legati Parlamento insinuari debet, ita 24.
in recessu, quæ idem gessit; vel expedivit in regno tanquam legatus, articulatim tradi debent in manus cuiusdam Consiliarii Parlamenti, una cum Sigillo legationis: quemadmodum sententia dicta, & lata fuit, anno MDLII. in Cardinalem Veraldum. In summa, omnes legati Pontificis, qui in Galliam pervenerunt, tantum in Regno potestatis habuerunt, quantum Rex illis permisit, ne hilum præterea; quod ipsum agnovit Cardinalis Ferrariensis, afferens bullam legationis Papæ Pii IV. anno MDLXI. (*adde Rochette és decisions de plusieurs questions & differens, qui se presentent iournellement, tant*

és cours Ecclesiastiques, que seculiers pag. 7. & 8.) Non minus notabile est secundo loco, quod Laurens Bouchel (*en la Bibliotheque, ou thresor du droit François tom. 1. p. 370. verb. barreau.*) M. Ioanni Choart, advocato seni acceptum
25. fert, (*que voulant un iour plaider pour l' Vniversité de Paris, qui à cest honneur, & ce privilege, comme fille aisnée du Roy, de plaider au Parlement, en premiere instance, & du barreau des Pairs, qui est du costé de la cheminée, ce barreau luy fut contesté par M. N. Regnart, Advocat du Pape, disant, que le Pape est non seulement pardessus les Pairs, mais pardessus les Roys, & tous autres princes de la terre. Surquoy luy fut courageusement repliqué, par ledit Sieur Choart, que le Pape n' estoit que Prince estranger. Et de fait, par arrest il fut dit, que l' Vniversité plaidevoit du barreau des Pairs, & le Pape de l' autre barreau, qui est du costé des Greffes*) qui cum aliquando vellet in iudicio causam agere Academiæ Lutetianiæ, quæ, tanquam filia primogenita Regis, hoc honore atque privilegio insignita est, ut in prima instantia Parlamentum pro iudice habeat, & locum occupet ibi datum Paribus Regni, hoc est, suggestum, qui eo in latere conspicitur, ubi focus positus est: ei vero, huius loci causa contradiceretur à M. N. Regnatto, Advocato Pontificis, quod Pontifex non solum supra Pares, sed etiam supra Reges, & omnes Principes terræ sit; mascule respondit, Pontificem in Gallia esse Principem extraneum; atque sententia confirmatum tunc fuit, ut Academia è suggestu Parium causam diceret, & Pontificis advocatus ex suggestu alio, qui illo in latere est, ubi exedra scribarum.

26. (6.) Dum Sleidanus brevitati studet, omisit, quid ad portam Civitatis, & postea ante templum actum. Est autem illud, quando Romanorum Rex Aquisgranum, suscipiendæ coronæ causa advehitur, equus cui insidet, primæ portæ civitatis custodibus cedit, & ubi ad templum pervenit, equus, quo eo vectus, aulæ Magistro hereditario, Ducatus Iuliacensis, debetur & traditur.

27. (7.) In actu inaugurationis notabile est, quod coronandus ante omnia iurat, & postea coronatus iterum; quasi non sufficiat uno iuramento Regiam potestatem frænare. Carolus quaterno vinculo ligatus fuit, quo libertas Electorum, Statuum, & totius Imperii in tuto esset, ac ipse officii sui sæpius admoneretur. Primi & secundi vinculi mentio fit in capitulationis huius articulo XXX. tertii & quarti, hic à Sleidano.

28. (8.) Quod post iuramentum à coronando præstitum, Coloniensis Principes interrogaverit, an fidem & obsequium Carolo præstare vellent? nos admonet verum esse, quod alii scribunt, Regem primum obligari regno, &
29. illi postea subditos. Cæterum, interrogatio Coloniensis, & responsio Principum ad eandem, fidem & obsequium denotant, quod subditi suo Magistratui debent. Fidem enim, quam vasallus seniori suo debet, quilibet Principum separatim

separatim, ubi investitus fuit de feudis suis, Carolo postea præstitit. Plane alia est subiectionis, alia fidelitatis obligatio, utraque tamen aliquando in una eademque persona concurrit. Sic nostri Imperii Principes, non tantum vasalli sunt Imperii, sed etiam subditi.

(9.) Vnctionis ritus à vetustate Hebræorum petitus, nisi, quod alia 30.
etiam membra, quam caput, inungi apud Christianos soleant. Galli glori- 31.
antur, Regem suum cæteros Christiani orbis monarchas, ratione unctionis, longissimis post se relinquere parasangis, cum solus oleo cœlitus misso inungatur: cuius generis se habere dicunt non solum in monasterio Remigiano Rhemensi, sed etiam in monasterio, Marmoustier ipsorum lingua dicto, quod
situm prope Turonensem civitatem: Illud ferunt, tempore quo Clodovæus 32.
à S. Remigio baptisaretur, columbam candidam, cœlo missam, in ampulla, in qua adhuc conservatur, apportasse: (*Thevet des vies des hommes illustres livre 4. ch. 2. p. 181. b.*) eam sanctum illum præsulem accepisse, moxque columbam disparuisse. (*Fauyn au theatre d'honneur livre 2. chap. 11. p. 256.*) Hoc oleo Reges Franciæ regulariter hucusque inuncti fuerunt, excepto Henrico IV. ut
mox dicam. Asservatur autem in dicta ampulla, quæ Sacra dicitur, (*c'est une* 33.
petite fiole fort espaisse, (*Fauyn d. l.*) & hoc habere proprium fertur, ut solum in ea appareat oleum tempore, quo sunt coronandi Reges Franciæ (eo, & non alio tempore apparere, notorium esse in tota Gallia dicit Chassaneus *parte.* 1.
catal glor. mundi consider. 31. *fol.* 151.) Alterum, quod prope Turonum asservari 34.
diximus, cœlo hac occasione delatum ab Angelo, mihi narrarunt eius monasterii sodales. S Martinus, huius loci præses, cum solitus esset adulta nocte in sacello quodam, in editiori loco Ecclesiæ constructo, preces ad Deum fundere, diabolus infensissimus eius hostis, quo post finitas preces descendentem per gradus saxeos, damno afficeret, illis imposuit pisa, nec frustra fecit, nam vir ille devotus, nihil impedimenti, vel insidiarum timens, pisorum rotunda mobilitate gradu excussus, casu tam male affectus fuit, ut membris lividus, & toto corpore quassatus, pedum officio uti haud potuerit. Iacentem, cum solus & sine auxilio humano esset, Angelus, cœlo missus, oleo quod secum attulerat, perunxit, atque quod in ampulla illius supererat, tradidit. Martinus iam sola unctura una in integrum restitutus, repedavit in cameram suam, &, sole illucescente, sodalibus suis casum enarravit, ampullamque in eccle-
siam, recordationis & cultus causa, posuit. Hoc oleo Henricus IV. (cum 35.
post Henrici III. mortem Rhemensi urbe, hostium vi copiisque exclusus, impediretur, quo minus, iuxta morem eo usque servatum, coronam Regni ibi susciperet, & Remigiano oleo inungeretur) tempori inserviens, inunctus fuit Carnuti, ubi totus inaugurationis actus celebratus. (*Aubigné tom. 3. de l histoire universelle livre 4. ch. 2. pr.*) Verum, huic gloriosæ Gallorum iactationi, multa & talia opponi possunt, ut vel inanis videatur, vel parvi momenti. Inter

ipsos Gallos, eosque Catholicos, adhuc multos esse mihi constat, qui quod de missione ampullarùm istarum dicitur, in dubio relinquunt. Dubium auget, quod Gregorius Turonensis, qui tempore filiorum Clodovæi natus, licet historiam suam infinitis miraculis aliis, etiam extra terminos propositi, ornaverit, nihil tamen de missione illa olei, vel ampullæ, ad Clodovæi baptismum annotaverit. Quæ si facta, eum latere non potuisset, tanquam res adhuc longa vetustate nondum obruta; & si facta, & nota, eam non tacuisset, quoniam in minoribus aliis tradendis, ad ambitionem usque deligens fuit. Vis huius argumenti non latuit Fauchetum (*livre 2. des antiquités Françoises*
37. *chap. 18. pag. m. 57. b.*) nec potuit historicus Regius, Scipion du Pleix (*tom. 1. de l' histoire generale de France tilt. du baptesme de Clouis, p. 98. n. 8.*) aliud inde coniicere, quam Gregorium Turonensem missionem hanc factam non credidisse, sed alios, quo actum venerabiliorem redderent, eam postea excogitasse. Addit vero, Hincmarum, Archiepiscopum Rhemensem, qui vixerit sub
38. Carolo Calvo, in descriptione vitæ S. Remigii, desumta ex vetusto libro testificari, miraculum hoc revera contigisse: postea Aimonium, & alios testimonio suo traditionem hanc confirmasse. Sed non ita removetur obstaculum. Quotquot enim de hoc miraculo testantur, recentiores, sunt Gregorio Turonensi, nec ullum huic coætaneum, aut non multo post scribentem, producere, imo ne nominare quidem possunt, qui hoc miraculum annotaverit. Hincmaro hanc fidem dabimus, quod legerit in vetusto libro, hoc miraculum contigisse: at inde non sequitur, verum esse quod legit. Libri illius apud me pondus nullum est; quis eum scripserit, & quando, adhuc ignoratur: si publicaretur, sine dubio alia quoq; se offerrent, quæ censuram non possent effugere. Præterea, autorum dissonantia & variatio nos instruit, quid de rei certitudine iudicari debeat. Alii, ut superius vidimus, ampullam à collumba alla-
39. tam dicunt, verum, à Legende des Flamens (*pag. 18.*) angelum eius latorem fuisse docet; & idem scribit Bernhard de Girard (*de l' estat & succés des affaires de France liv. 1. p. 38. & liv. 3. p. 352. editionis de anno 1596.*) Diminutionem, & in-
40. crementum olei, quod attinet, audivimus Chassaneum dicere, illud oleum, non alio tempore apparere, quam illo, quo Rex coronandus. Paponius autem (*au liv. 1. des arrests notables tit. 1. n. 5. p. 5.*) scribit: (*la saincte ampoulle, envoyée du ciel aux Roys de France, a cela propre & miraculeux, pour la faveur d' iceux, qu' à leur consecration elle se trouve pleine, & ausi à mesure de ce qu' ils defaillent, & viennent à la mort, elle se vuide, & defaut. Le Roy Louys XI. chargé de grandes maladies, desirant singulierement de vivre, la fit apporter où il estoit, à fin d' avoir santé, ou presage certain de sa vie ou de sa mort*) sancta ampulla, cœlo missa Regibus Galliæ, hoc habet proprium & miraculosum, in favorem Regum, quod, quando consecrandi sunt, plena existit, & imminuitur postea pedetentim, eo passu quo Reges ad mortem properant. Ludovicus XI. maximis morbis obrutus

obrutus, vitam autem prolongere unice intentus, eam ad se afferri, ubi tunc degebat, curavit, ut cognosceret ex copia, vel inopia liquoris, an morti propinquus esset necne. Cum Paponio sentit Pierre de L' Ancre (*au tableau de l' inconstance & instabilité de toutes choses liv. 4. discours. 1. n. 2. p. 385.*) Quod si vero semper plena apparet, quando Rex inungi debet, cur quæso tam parce hoc oleo utuntur, & non nisi tanto, quantum formam pisi æquat, ut ex Gothofredi *Cæremoniali Franciæ* (*p. 326.*) licet cognoscere. De ampulla Martiniana, 41.
non minus quam de Remigiana, dubitatur; nulli ergo autor ero, ut de ea credat quod vulgo narratur: credenti tamen, unam vel alteram, vel ambas, cœlestis esse originis, velim notum sit, non solam Galliam hoc dono mactatam, sed etiam Angliam consimili gaudere. Qui fidem tribuit Gallorum narrationi, nisi etiam tribuat Anglis, iniquus erit. Narrat autem Walsingham, & 42.
post eum Antré du Chesne (*en l' histoire generale d' Angleterre livre 17. p. 973.*) (*que Henry IV. Roy d' Angleterre fut oingt d' un huile, ou onguent celeste, que la Sainte Vierge, mere de Jesus Christ, avoit apporté iadis à S. Thomas, Archevesque de Canterbery, lors qu' il estoit en exil, & luy avoit predit, que les Roys de Angleterre, lesquels en seroient oingts & sacrés, seroient clements, & de bonnaires, & conserveroient vertueusement les droits & libertés de l'Eglise. Que cest onguent estoit demeuré caché, dedans une ampoulle, ou fiole d' or, enchassée de pierre, iusques au temps, que Henry premier Duc de Lancastre, qui fit la guerre deça la mer, pour le Roy son pere, la receut des mains d' un sainct personnage, auquel elle avoit esté descouverte & manifestée par divine revelation, & en fit don & present au Prince Eduuard, fils aisné de l' illustre Eduuard Roy d' Angleterre, troisiesme du nom, afinqu' apres la mort de son pere il en peust estre sacré Roy. Qu' Eduuard la serra dedans la tour de Londres, en une petite boite, fermée de plusieurs serrures, & que par oubliance, ou bien par negligence, elle y demeura iusques au regne de Richard premier, son fils, lequel fouillant & cherchant les menus & precieux meubles, que ces ancestres y avoient laissés, la trouva, sans y penser, avec l' escriture, & prophetie de Sainct Thomas Martyr, & sçhachant la vertu d' un tel ougaent, pria l' Archevesque de Canterbery, de l' en oindre derechef. Ce que l' Archevesque refusa de faire, & dit, que c' estoit assés, qu' il eust one fois esté sacre, lors que solennellement il prist la couronne. Que ce Richard la porta tousiours, & rapporta quant & soy, durant son voyage d' Irlande, & finalement la bailla, dedans Cestre à l' Archevesque de Canterbery, qui la garda reveremment depuis, & iusques au temps du couronnement, & sacre, de cest Henry, Duc de Lancastre, qui le premier des Roys d' Angleterre fut oingt d' une si precieuse liqueur.*) Henricum IV. Regem Angliæ unctum fuisse oleo vel unguento cœlesti, quod sancta virgo, mater Jesu Christi, tradiderat olim S. Thomæ, Archiep. Cantuarensi, tunc exuli, prædicens, Reges Angliæ, qui hoc inungerentur & sacrarentur, fore clementes & humanos, ac conservatores virtuosos iurium & libertatum Ec-

clesiæ. Hoc vero unguendum reservatum fuisse, in ampulla aurea, gemmis exornata, usque dum Henricus I. Dux Lancastriæ, cis mare bellum gerens pro Rege patre suo, eam receperit à sancto quodam viro (cui illa divinitus manifesta erat) & dono dederit Principi Edoardo, primogenito Illustris Edoardi, Regis Angliæ, hoc nomine tertii, eum in finem, ut patre mortuo, illo ungendo inungeretur in Regem. Edoardum hanc ampullam in turri Londinensi postea asservasse, inclusam cistulæ, variis seris firmatæ, eamque, sive per oblivionem, sive per negligentiam, ibi mansisse usque ad regnum Richardi I. filii sui. Hunc autem scrutando pretiosa, & minora maiorum suorum supellectilia, eam inopinato reperiisse, una cum scriptura & prophetia S. Thomæ Martyris. Certiorem hoc modo factum de virtute eius unguenti, rogasse Archiepiscopũ Cantuariensem, ut eo inungeretur: sed noluisse consentire Archiepiscopum, dicendo, sufficere Regi, quod semel fuisset unctus, tunc, quando solemniter coronatus. Richardum eandem ampullam semper secum portasse, & reportasse, quousque durarit iter Irlandicum, tandemque Cestriæ dedisse Archiepiscopo Cantuariensi, hunc eam de hinc reverenter custodivisse, usque dum iste Henricus, Lancastriæ Dux, in Regem consecrandus;
43. qui tunc primus Regum Angliæ pretioso hoc liquore inunctus fuerit. Quod si nunc ab oleis prærogativa petenda, quis non videt Anglum Gallo præferendum esse? Olea Galliæ columba aut Angeli attulerunt; oleum Angliæ mater Salvatoris, quæ, ut creditur, longe supra angelos evecta est. Olea Galliæ non ad inaugurationem Regis missa, sed alios in usus, postea à Gallis, propria autoritate, citra ullum monitum divinum, à vero usu ad alium translata: quod an illis licuerit, ipsi viderint, Angliæ oleum autem, ad inungendum in inauguratione Regem, datum, & cum promissione effectus notabilis; ubi contra ad Gallicana nulla accessit, Reges inaugurandos si spectes, promissio, unde nec indicare possunt, quid operetur magis, quam oleum commune, vel
44. consecratum, quo cæteri monarchæ inunguntur. Virtuosi fuerunt Reges Galliæ, qui Remigiano, vel Martiniano oleo inuncti, fuerunt fortes, fuerunt longævi, fuerunt fortunati, sed non omnes: & omnia isthæc communia habuerunt cum cæteris monarchis, qui hisce oleis non inuncti, ita plane, ut nullam prærogativam Galli unquam nacti fuerint, in qua vere gloriari possint. Teste P. Matthieu (*livr. 11. de l'histoire de Louys XI. pag. 719.*) *les Roys de France naissent tous vaillans*; alii alia addunt, quæ si vera sunt, quid opus oleo adscribere, quod à nativitate habent?

45. (10.) Cur coronando, Diaconi more vestito, & non potius pallio regali exornato, ensis tradatur, rationem non teneo. Vestitus Diaconalis,
46. & ensis non videntur convenire. Cæterum, vestem Diaconalem, qua Imperator aliquando utitur, notam, vel signum esse tradit Matth. Mareschal

(des

(*des troits honorifiques des Seigneurs és Eglises pag.* 22.) qualitatis Ecclesiasticæ. Hanc alii eo extenderunt, ut docuerint, Imperatorem ordinem subdiaconatus habere; quibus contradicit Durandus (*lib* 2. *ration. divin. officior c.* 8. *p.* 105.) idem tamen fatetur, Imperatorem subdiaconi officium subire, de quo 47
sacratur Romæ, ministrando Papæ in celebratione missæ, non solum parando calicem, sed etiam expediendo alia munia subdiaconalia. Goldastus (*in libr. de Imper. quæst.* 29. *n.* 4.) & ex eodem Azorius (*parte* 2. *Instit. moral. lib.* 10. 48.
c. 5. *pag.* 1053.) refert, Imperatorem, veste subdiaconi indutum, inservire Romano Pontifici sacris operanti, præsertim in die natalis Domini, si in Vrbe, & Curia Romana præsens. In mutationis precibus, quæ in nocte natalis Dominici decantantur, Imperatorem, si in eis adsit, septimam lectionem sub Evangelio, *Exiit edictum à Cæsare Augusto &c.* publice cantare. Fecisse hoc Carolum IV. Basileæ, testis est Albertus Argentinens. (*in Chron. pag.* 143) Idem fecisse Sigismundum Imperatorem testis est Mutius (*lib.* 27. *Chron. Germ. apud Pistor. tom.* 2. *German. scriptor. p.* 273.) Cum Constantiam, (ait ille) ubi Concilium habebatur, non posset in vigilia nativitatis venire, noctu eo venit, & recta cathedralem Ecclesiam ingressus est. Ibi magna magnificentia celebravit Papa primam missam matutinam, & Imperator clara voce legit Evangelii locum illum, *Exiit edictum à Cæsare Augusto.* Iacobus Piccolomineus (*in narratione de Friderici III. Imperatoris in Italiam profectione votiva, apud Freherum tom.* 2. *German. rer. scriptor. pag.* 141.) similem actum plenius ita describit. Pontifex, in nocte natalis Domini, secundum officium ante diluculum indixit: in eo Cæsar, (Fridericus III.) vetusto sedis ritu, ense de manu eius cum benedictione accepto, illoq; ut erat nudus, armigero adstanti tradito, camiseum, stolamq; albam, & pluviale, ministrantibus Diaconis Cardinalibus sumsit, iisdemque latus eius claudentibus, Evangelium, lectionis septimæ, non iniucunde cantavit, lectionem ipsam eorum alteri prosequendam relinquens. Admonuerat, intervestiendum, cæremoniarum magister, ut trans- 49.
versam stolam, & pluviale, ad sinistram apertum acciperet; sed ille, non faciam, inquit, & utrumque à collo ad pectus rectum induens, conversusque ad magistrum, sic, inquit, semper sum solitus. Suadente iterum illo, ut post Evangelium decantatum, pro aliorum consuetudine ad pedem Pontificis osculandum adscenderet, germanico verbo, & hoc, ait, etiam minime: putans videlicet, (ut creditum est) à vulgari aliorum obsequio maiestatem Imperii ea in re vindicandam. Mane vero ipso, solemnibus missarum operatus est Pontifex, in quibus, post communicationem suam, Eucharistæ partem, in hoc ipsum servatam, Cæsari obtulit, subnixo quidem in genua, & suum honorem sacramento reddenti.

(11.) Quid traditione ensis insinuatur, dixi de iure publico *libr.* 2. 50.
cap. 4. *num.* 20.

(12.) An-

51. (12.) An, & quibus gemmis, ornatus sit iste annulus, non meminit Sleidanus, uti nec manum neque digitum nominat, cui annulus inseritur. Non credo autem, annulum solius ornatus causa dari, sed eodem denotari, coronando desponsatum esse Imperium. Quando annulus his ceremoniis primum accesserit, in occulto est, hoc autem notum, eum non semper inaugurationi Regis Romanorum adhibitum, aut historicos eius interdum oblitos fuisse. Helmoldus (*in histor. Slavor. libr.* 1. *c.* 32.) eum, æque ut coronam, pur-
52. puram & alia, ad investituram Imperialem pertinere, indicat. Annulli quoque usus, apud Gallos adhuc hodie, quando suum inaugurant Regem, cernitur: & ibidem olim, Marchiones annulo, carbunculo; Comes vero, annulo, adamante ornato, investiti fuerunt: (*Charles Loyseau des Seigneuries ch.* 5. *n.* 51.
53. *pag.* 72.) Quemadmodum etiam illo tempore, quo Imperii nostri maiestatis integra fuit, Imperatores, annulo & virga Episcopos, aliosque Ecclesiarum Prælatos investire consueverunt. (*Hottomann. disputat. feudal. cap.* 10. *pag.* 65. *&* 66. *& cap.* 23. *pag.* 126.)

54. (13.) Pallium regale, quo induitur Imperator, cum, ut fama fert, à Carolo Magno huc usque duraverit, vetustatem suam satis indicat, & nisi antiquitatis religio impediret, eius in vicem novum aliud substitui deberet; idq; tandem fieri necessitatis suadebit, quomodo Henricum II. Galliæ Regem permovit, eiusmodi multa, usu nimis trita, & corrupta, ad Regiam inaugurationem adhiberi solita, novis aliis pensare. (*Le Ceremonial de France pag.* 309. *Scipion du Pleix tom.* 3. *de l' histoire generale de France pag.* 483. *n.* 8.)

55. (14.) De Sceptro vide me *d. tr. iur. publ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 21. *& seqq.*

56. (15.) Pomum, quod orbis terrarum figuram & dominium præsentare dicitur, (Autor *Breviarij totius orbis Christiani, apud le Mercure François tom.* 10. *pag.* 94. orbem, cum cruce, nominat symbolum Imperii universalis) in multorum Regum inaugurationibus usurpatur: unde, si tot orbis domini sunt, quot se tales esse, ista cæremonia innuere volunt, aut fieri in votis habent, unus pro tantis non sufficiet orbis. Sunt plerique ex eo censu, qui se nihil habere putant, ubi totum non habent, ut alicubi loquitur JurisConsultus: unde imaginarium illud mundi dominium, fortassis ortum ex parte traxit,
57. quod reipsa nunquam ulli obtigit, nec unquam obtinget. Ego, orbem, pomum vel sphæram, mundum repræsentare non nego, sed dominium orbis eodem notari, incongruum esse arbitror. Cæsari aliisque Regibus, (ut Hungariæ, *Bizaras histor. Genuens. lib.* 23. *pag.* 541. Daniæ, *Goldast.* in Reichshandl. *pag.* 262. *& seqq.*) & ex illis nonnullis, quorum regnum terreni tractus exiguam partem occupat, globus ille in manus datur, ut admoneantur, unumquemque eorum à Deo ad hoc vocatum, ut mundum cura sua, pro parte sibi concredita, gubernet, atque sustentet; & ut quietus sit, crux superimposita,

posita, qua Salvator noster orbi pacem ac quietem peperit; quam, si ante oculos reverenter sibi statuunt Monarchæ, pacifica omnia inter eos erunt. Contra vero, si incipiant volvere globum, & crucem quaqua versum declinare faciant, quoniam in rotundo hoc corpore pars moveri non potest, nisi totum moveatur, inquieta erunt omnia. Quibus hæc consideratio non placet, 58.
amplecti possunt, si velint, illam, quam ex Glabro Bzovius (*tom. 2. histor. Ecclesiast. lib. 10. pag. 174. num. 2.*) & Vignierius (*part. 2. de la biblioteque historiale pag. 658.*) referunt. Iusserat (inquit Bzovius) Benedictus Papa, per id temporis & aliud insigne Imperii fabricari, quasi aureum pomum, atque circum dari per quadrum pretiosissimis quibusque gemmis, ac desuper auream crucem inseri. Erat autem instar speciei huius mundanæ molis, quæ videlicet in quadam rotunditate circumsistere perhibetur. Istud Henrico Imperatori (quando anno MXIV. Romæ coronatus fuit) Pontifex tradidit, ut dum illud Princeps terreni Imperii respiceret, foret ei documentum, non aliter debere imperare, vel militare in mundo, quam ut dignus haberetur vivificæ crucis tueri vexillum. In ipso etiam diversarum gemmarum decore Imperii culmen plurimarum virtutum speciebus exornari oportere. Acceptam coronam Henricus, super altare principis Apostolorum suspendi præcepit, deinde manu gerens illud auri pomum, subiunxit, nullis melius hoc præsens donum possidere, ac cernere congruit, quam illis, qui pompis mundi calcatis, crucem expeditius sequuntur Salvatoris; & protinus misit illud ad Cluniacense monasterium Galliarum, quod tunc temporis religiosissimum cæteris habebatur.

(16.) De corona, quam Regis Romanorum capiti, à tribus Electoribus ecclesiasticis impositam, docet Sleidanus, tenendum est, eam ex puro puto auro fabrefactam, sic tamen, ut in ea veterum laudabilis parcitas satis eluceat. (*Hartmann. Maurus de coronat. Caroli V. apud Goldast. in polit. Imper. parte 3. disc. 3. pag. 271.*) Hæc quidem adhuc publica coronationis solemnitate usurpatur, sed præter eandem nonnulli Imperatores sibi peculiarem aliam compararunt. De Rudolpho II. narrat Autor *descriptionis Status particularis Regiminis Ferdinandi II.* (*cap. 22. pag. 44.*) quod sibi fieri curarit coronam ex auro, pretiosissimis orientalibus adamantis ornatam, quæ unius millionis aureorum æstimetur, ac Viennæ custodiatur. Cæterum corona, qua Reges Galliæ coronantur, eam, qua Imperatores nostri, pretio longe superat, ut & pondere, dicitur autem (*valoir cent onze mil huict cent, quarante escus*: *Charon en l' histoire universelle pagin. 718. Coquille en l' histoire du pays & Duché de Nivernois pag. 56.*) valere centies & undecies mille, octingentos & quadraginta coronatos: & ne nimium isto pondere diutius Rex gravetur in inaugurationis ritu, aliam coronam minorem quoque ad manus habere Archiepiscopum, quam, sublata altera, Regio imponat capiti, ex Tilleto cognoscimus.

59. 60. 61.

62. (17.) Ex Sleidano discimus, Carolum, post peractum coronationis ritum, à templi Aquisgranensis sodalibus, sive, ut loquuntur, Canonicis in collegam allectum fuisse, veteri consuetudine. Hæc quando cœperit ignoro; ex historiis id mihi cognitum est, Regem Romanorum, vel Imperatorem, variarum Ecclesiarum sodalitiis adscribi, & *primo* quidem Aquisgranensium.
63. Huius adscriptionis notabilia peti possunt ex Autore descriptionis coronationis Maximiliani I. (*apud Freherum German. rer. Scriptor. tom. 2. p. 33.*) Eodem actu (*inquit ille*) finito, venerunt capitulares Ecclesiæ Aquensis, recipientes Regem Romanorum in Canonicum, qui ipsis præstitit iuramentum (præstari hoc iuramentũ super sanguinem & reliquias S. Stephani Protomartyris, *docet Matenesius lib. 3. de coronat. Ferdin. II. p. 112.*) quoad præbendam hanc, in eadem Ecclesia: Et dederunt sibi locum in choro; ipse etiam dedit statuta, & vinum admissionis, iuxta consuetudinem Ecclesiæ; habet duos vicarios in loco, qui capi-
64. unt integram præbendam, & supplent locum suum in Ecclesia. *Secundo*, Coloniensium, teste eodem Autore, qui (*d. l. pag. 35.*) scribit; Coloniæ Canonicos Regem Romanorum Maximilianum, in Ecclesia maiori recipisse in
65. Canonicum, secundum consuetudinem Ecclesiæ suæ. *Tertio*, Bambergensium, (si verum est, quod Freherus *ad libr. 2. Petri de Andlo de Roman. Imper. cap. 6. pag.* 176. se audivisse ait fieri) ex instituto Imperatoris Henrici sancti.
66. *Quarto*, Romæ, Ecclesiæ S. Petri (*Agrippa de coronat. duplici Caroli V. apud*
67. *Schardium tom. 2. histor. German. pag.* 1226.) *Quinto*, Romæ D. Iohannis (*Idem d. tr. pag.* 1268.) Galliarum quoque Rex in plurimis sui regni Ecclesiis primas Canonicorum est, ut (verba sunt Mornacii *in observat. ad 24. libr. digest. ad l. 14. de religios. & sumt. funer.*) sive adeat Martinianam, apud Cæsarodunum Turonum, seu Hilarianam, apud Pictones, Anianam apud Aurelianos, Andensem, Cænomanam, Ruintinianam, & alias complures, amictus pelliceus, suppelliciumque offerantur ingredienti, ab universis Canoni-
68. cis, quæ & reipsa accipit. Olim etiam inter eosdem sedem in choro habebant, & servitium divinum peragebant, *iusques la mesmes, qu'ils recevoient les distributions manuelles, & les fruits de leur prebende.* (*Bret. au livr. 1. de la souveraineté du Roy chap. 18. pag.* 139.) Hodie tamen nihil commodi inde ad eos redit, præterquam quod participes sint precum, quæ ibi fiunt pro Canonicorum salute. (*Pierre Matthieu en l'histoire de Henry IV. livre 2. narrat. 5. pagin.*
69. 423.) De hisce Canonicatibus Regum Galliæ, mentionem etiam facit Coquille, (*en l'histoire du pays & Duché de Nivernois pag.* 159.) quem locum propter notabilia quæ exprimit, huc integre transferre operæ pretium duco. Ita vero se habet: (*Il se trouve, que le Roy de France est Chanoine en plusieurs Eglises de son Royaume, comme en l'Eglise de S. Martin de Tours, à S. Quentin en Vermandois, à nostre Dame de Clery, comme aussi la personne du Roy est comptée, & fait nombre*

en quel-

en quelques autres colleges de son obeissance : car il est premier boursier au college de Navarre à Paris, qui est de fondation Royale, & le revenu de sa bourse est employé en achapt de verges, pour la discipline scholastique : aussi, le Roy est le chef de la Iustice. De mesme au college des Secretaires de la maison, & couronne de France, dont la confrerie est en l' Eglise des Celestins à Paris, & en est le patron S. Iean Evangeliste, le Roy est premier confrere, & a sa bourse, comme l' un des autres. Les comtes de Nevers sont Chanoines de S. Martin de Tours, & participans aux prieres, & bienfaits de la dite Eglise, & prennent prebende telle, que les absens ont accoustumé de percevoir en la dite Eglise, promettent les Chanoines celebrer chacung, an un service anniversaire, pour le remede des ames des Comtes de Nevers ; & le Comte leur promet confederation, & prester serment de fidelité, tel, comme les autres Chanoines ont accoustumé de prester. Ceux, qui sont Chanoines, ores qu' ils soient personnes layes, quand ils entrent au chœur de l' Eglise, doivent avoir le surpelis vestu, & l' aumusse sur le bras, comme les Chanoines : mais en l' Eglise de Nevers, celuy qui est thesorier de la dite Eglise, & Chanoine, à droit d' entrer au chœur, seoir en son siege, ayant l' oiseau sur le poing, l' espée au costé.) Reperimus, Regem Galliæ esse Canonicum variarum Ecclesiarum regni sui, nempe in Ecclesia S. Martini apud Turones, in S. Quintini Veromandui, in B. Virginis Mariæ Clericensi. Eadem persona Regis etiam comprehenditur sub numero Collegarum aliorum collegiorum, quæ sunt in Gallia. Etenim primus est bursarius in collegio Navarreno Lutetiano, quod à Rege fundatum, bursæ compendium, vel pecunia ad Regem pertinens, impenditur in emtionem virgarum, pro disciplina & castigatione scholastica : ita quoque Rex caput iustitiæ. Præterea, in collegio Secretariorum domus & coronæ Gallicæ, quorum confraternitas est adscripta Ecclesiæ Cœlestinorum Parisiis, atq; pro patrono habet Sanctum Iohannem Evangelistã, Rex confratrum primus est, bursamque habet probriam, pariter atque cæterorum quilibet. Comites Nrvernenses sunt Canonici Sancti Martini Turonensis, participantes precum atque piorum actuum eiusdem Ecclesiæ : præbendam quoque talem accipiunt, qualem ab eadem Ecclesia absentes alii solent accipere; ac promittunt iisdem Canonici, sese quotannis dicturos preces, & facturos vota solemnia anniversaria, pro remedio animarum Comitum Nivernensium ; Comes autem illis spondet confœderationem ac præstationem talis iuramenti fidelitatis, quale reliqui Canonici solent præstare. Canonici, etiãsi sint laici, quando ingrediuntur chorum Ecclesiæ, debent uti veste Canonicali, & amiculum pellicem brachie tenere : in ecclesia tamen Nivernensi, ille, qui est thesaurarius istius ecclesiæ & Canonicus simul, habet facultatem introëundi chorum, & sedem suam occupandi, pugno gerens accipitrem, & gladio accinctus.

70. (18.) Cœnam Domini accepisse Carolum, notat Sleidanus. Credidissem integram accepisse, & sub utraque specie vini & panis; hoc enim fieri debere docet Mareschal (*des droits honorifiques des Seigneurs és Eclises pag. 27.*) sed Autor *descriptionis coronationis Matthiæ Romanorum Regis*, (*apud Goldastum in Politischen Reichshändlen part. 1. num. 13. pag. 102.*) me retraxit. Cum enim Matthiam cœnam Domini sub una accepisse scribat, non dubito, idem
71. ab eius prædecessoribus quoque factum. Superat ergo (si hæc ita se habent) hac in parte Regem Romanorum vel Imperatorem Rex Galliæ, cui soli inter monarchas Christianos prærogativam utendi sacra cœna sub utraque specie, adscribit Fauyn (*au theatre d' honneur livr. 2. chap. 13. p. 480.*) Rationem huius prærogativæ reddunt, quod Rex unctus sit, æque ut sacerdotes: (*Sleida-*
72. *nus de Statu Religion. & Reipub. lib. 9. fol. m. 151.*) *C' est un privilege* (inquit Advocatus Curiæ *apud le Mercure François tom. 16. pag. 580.*) *de son sacre, par lequel il recoit la dignité sacerdotale & Royale, veu qu' il est oinct du S. chresme, ainsi que l' Evesque, in capite, à la difference des autres Roys & Empereurs.* (Quod tamen erroneum est, nam & Imperator quoque in capite inungitur.) Cormerius, ex hac communicatione sacerdotali (ita enim eam, quæ sub utraque specie fit, appellare solent Catholici Romani) intelligi, scribit, Regibus Galliæ sanctius aliquid, quam in cæteris hominibus, inesse (*de reb. gestis Henrici II. lib. 1. p. 119.*)

73. (19.) Quando Moguntinum providentem introducit Sleidanus, Pontificem Romanum, approbata creatione, iubere, ut electi Cæsaris nomen inposterum Carolus usurpet, nisi sano sensu accipiatur, maiestatem Imperii non
74 leviter convellit. Constat ex historiis, Carolum Andegavensem, quando in Regem Siciliæ coronatus fuit à Clemente V. Pontifice, simul illæ iurejurando promisisse, se Imperii nomen, vel ultro delatum, non accepturum. Alia præscriptione, alia mente crediderim (inquit Paulus Æmilius *de rebus gestis lib. 7. pag. 367.*) id cautum. Prætexebatur, ne si contentiones de Imperio
75. ingravescerent, difficilius foret opes Manfredi evertere. Sed Pontifices semper horruerunt nimias Siculorum Regum opes, in quo simul & Regni illius, & Imperii ius foret, eum in officio, fideque ac potestate Pontificum minus fore; pro opibus quemque animos gerere, spiritus tollere: (quod etiam Rivetus és remarques sur la responſe au mystere d' inquité, *parte 2. sect. 49.*
76. *num 3. pag. 443.* pro vera causa agnoscit. Cæterum, hæc clausula de non acceptando Imperio etiam ultro oblato, ubi semel cœperat, continuata postea in omnes Siciliæ Reges fuit, & expressim in bullas investiturum à Pontificibus relata (teste Baronio *in annal. Eccles. ad annum Christi 1097. sect. 89.* & Cassano *livr. 1. de la recherche des droits du Roy & de la couronne de France ch. 5.*

pag.

pag. 291.) atque Carolo V. quoque præscripta. Unde Leo X. (*apud Sleidan. lib.* 1. *Comm. f. m.* 16.) audire se, ait, quendam ad honorem Imperatorium adspirare, cui per leges non liceat. Nam Reges Neapolitanos esse Pontificis beneficiarios, & fide data iam olim esse pactum, ne Romanum Imperium appetant, sed ut alterutro sint contenti. Verum hoc obstaculum removit Leo X. 78.
dispensatione sua, (*Anton. Marcell. de seculari Pontificis potestate cap.* 13. *p.* 134.) qua consensit, ut præter clientelæ formam, legemque Carolus Imperium oblatam acciperet. (*Franciscus Belcarius rer. Gallicar. commentar. lib.* 16. *pag.* 477. *num.* 14.) Hoc sensu, si Moguntini oratio accipitur, nempe hac dispensatione 79.
approbasse Pontificem creationem Caroli, admitti ea salvo Imperii iure poterit: Quod si vero illud innuere debet, Pontificis esse, approbare, vel reprobare electionem cuiusque Regis Romanorum, factam ab Electoribus, iugum est iniquissimum, quod libertas Imperii non admittit. Non nova quidem 80.
opinio est Romanensium, sed ab antiquo, sæpius cruda, cocta, atque recocta proposita, & in Clementinam unicam, *de jurejurando*, relata, apud Romanū Pontificem, approbandi personam, ad Imperialis celsitudinis apicem assumendam, ius esse. Crassa, & impolita subtilitate, idem docens Alexander 81.
Carerius (*lib.* 2. *de potest. Rom. Pontific. c.* 6. *n.* 10. *pag.* 117.) exemplo nobis esse vult ipsum Christum, qui antequam ovans in Regnum suum ingrederetur, prius venerit Betphage, ad montem Oliveti, villam, quæ sacerdotum dicitur, ut ostenderet, neminem futurum legitimum Regem, nisi prius à summo sacerdote, id est, Pontifice confirmetur. Verum, qui à partibus libertatis Imperii, & veritatis steterunt, Pontifici mascule contradixerunt. Pervulgata 82.
est Ludovici IV. Imperatoris, Bavari communiter appellati, constitutio (*apud Goldast. inter constit. Imper. pag.* 99.) de Imperii iuribus, & excellentia, ac potestate electi Romanorum Regis, lata in comitiis Francofurtensibus, anno salutis nostræ MCCCXXXVIII. die VIII. mensis Augusti, qua, consensu, & consilio Electorum, & aliorum Principum Imperii, declaratur, duod de iure & Imperii consuetudine antiquitus approbata, postquam aliquis eligitur in Imperatorem, sive Regem; ab Electoribus Imperii concorditer, vel maiori parte eorundem, statim ex sola electione est Rex verus, & Imperator Romanorum censendus, & nominandus, & eidem ab omnibus Imperio subiectis obeditur, & administrandi iura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habet potestatem; nec Papæ, sive Sedis Apostolicæ, aut alicuius alterius *approbatione*, confirmatione, auctoritate indiget, vel consensu. Idem repetitum legimus (*apud Goldastum d. l. p.* 110. *&* 83.
seq.) à Principibus Electoribus S. Romani Imperii, epistola ad Papam Benedictum XII. ex comitiis Reinensibus anno Domini MCCCXXXVIII. qua inter alia, Pontifici intimatur, iure caveri, & consuetudine cuius contrarium

 memo-

memoria hominum non existit, rationabiliter esse introductum, & sine cuiusvis contradictione legitime observatum, atque in Parlamento (Reinensi) per Electores, præhabita diligenti deliberatione, discussione, ac consilio multorum Principum, Comitum, Baronum & Nobilium, concorditer esse declaratum, & sententialiter definitum, quod vacante Romano Imperio is, qui eligitur concorditer, vel à moiori parte Principum Electorum, pro Rege Romanorum, ab omnibus est habendus, & quod nec nominatione, *approbatione*, confirmatione, consensu, vel autoritate sedis Apostolicæ, super administratione bonorum, & iurium Imperii, indiget, sive titulo Regio assumendo; quodque iura, & bona Imperii, administrare & gubernare potest, & de iure, & consuetudine, nulla sedis Apostolicæ super hoc licentia habita, vel obtenta. Certe, contra hæc, unius, Moguntini relatio, quod Pontifex creationem Caroli approbaverit, factum narrans, non ius approbans, frustra
84. in aciem ducitur: frustraque Windecius, & Bzovius laborant, contra constitutionem Ludovici, atque Electorum literas (*ut dixi in addition. ad juris publ.*
85. *lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 21.) Porro, quod nomen electi Imperatoris concernit, an Carolus à Pontifice licentiam eo utendi acceperit, dubitasse Seldium, rerum Imperii aliis non igntoum, deprehendo (in seinem Rahtschlag von der Kaiser und Päpst Gewalt / *apud Goldastum* der politischen Reichshändel *part.* 5. *n.* 3. *pag.* 178.) Ait enim: er habe gehört / könne aber nicht eigentlich wissen / ob es wahr seye / daß Kaiser Carl der Fünffte am Anfang / als Er erwöhlet worden / die Erlaubnus / sich einen erwöhlten Kaiser zu schreiben / vom Papst Leone em-
86. pfangen habe. At vero, cum præter Sleidanum etiam alii nonnulli autores, qui Caroli coronationem Aquisgranensem descripserunt, expresse hoc factum affirment, de eo vix amplius dubitandum est. Vide si placet descriptionem coronationis apud Goldastum (in Politischen Reichshändlen *parte* 1. *p.* 57. *& part.* 3. *n.* 2. *p.* 154.) ubi legitur: Als Carolus V. vor seinem abreisen von Aach / den 24. Octobris in der Kirchen gewesen / das Ampt zu hören / seye endlich in derselben auß geschrien / und publicirt worden / Päpstlicher Heiligkeit Bewilligung / daß Carolus den Titul / Römischer Kaiser / annemmen möchte; solches sey auch geschehen; und Ihre Königl. Maiestät auff einmahl Römischer
87. König und Kaiser worden. Sive autem ad petitionem Caroli, vel aliquot Electorum, sive etiam proprio motu, Pontifex hanc licentiam Carolo dederit, non video, quomodo petitio, acceptatio, vel proclamatio, salvo Imperii iure fieri potuerit. Modo enim audivimus ex Ludovici IV. constitutione, electum, statim ex sola electione, esse Regem verum & Imperatorem.

Und anders / so sich deßhalben gebühret / thun.

Ex his potissima sunt, iuramenta & promissiones, ut ex descriptione actus inaugurationis videre licet.

Königl.

Königliche Residentz / rc.

1. *Ratio praescripti.*
2. *Carolo non praescribitur locus, ubi in*
6. *Germania comorari debeat.*
3. *Politicorum dogma.*
4. *Fixam sedem improbat P. Matthieu.*
5. *Sed male.*
6. *Distinctio Autoris.*
6. *Notabile dictum.*
8. *Palatia Imperatorum varia olim per Germaniam.*
9. *Saxonum petitio.*
10. *An Norimbergense castrum dici possit palatium Imperatoris.*
11. *Sensus §. 5. c. 28. Aurea Bulla Caroli IV.*
12. *Diversa structura palatiorum.*
13. *Bamberga Imperatori pro sede assignata dicitur.*
14. *Coniectura Autoris.*
15. *Autoris cuiusdam discursus.*
16. *Qui arguitur erroris.*
17. *Responsio.*
18. *Obiectio.*
19. *Ubi olim Imperatores habitationem elegerint.*
20. *Cur hactenus Imperatores in terris patrimonij sui habitare voluerint.*
21. *Hoc imposterum quoque fieri nonnullis placet.*

QVoniam Carolus in Hispania sua durabat, necessarium fuit, ipsum 1.
hac permissione in Germaniam vocari, &, ut ibi lares suos constitueret,
atque foveret, obligare. De loco nihil determinatum, ipsius ergo electioni, 2.
& arbitrio relictus fuit, non quidem omnimodo, sed ex consuetudine, diu
ante ipsum observata, ut in suo patrimonio, vel in civitate aliqua palatina,
(hoc est, ubi palatium Imperatoris constitutum) mansionem eligeret. Politicorum doctrina vult, ut princeps providus sedem in medio principatus & 3.
regni, quo facilis undiquaque ad illam sit additus, constituat. (*Petr. Gregor. Tholosan. de repub. libr. 2. cap. 1. num. 11.*) Sed fixam & immobilem hanc sedem 4.
improbat Pierre Matthieu (*de l' histoire de Henry IV. libr. 5. narrat. 2. tom. 2. pag. 212.*) ubi ita philosophatur: (*Les Princes doivent imiter le Soleil, qui ne demeure pas tousiours én un coing du zodiaque, il fait le tour de toute la terrte en un iour, & partage l' année en douze seiours, afin que tous les climats du monde ressentent de plus prés la vertu de sa chaleur; il fait que chacun en iouit à son tour. Il fa mal au peuple, quand son Roy ne bouge d' un lieu, qu' il ne iette les yeux, que sur ce qui est autour de luy, remettant aux Princes, & Gouverneurs, le soing des autres provinces.*) Princeps debent imitari Solem, qui non semper in uno loco zodiaci immobilis persistit, sed singulis diebus totam circumambulat terram, & annum dispertitur in duodecim mansiones, eum in finem, ut, propinquo eius calore, cuncta orbis climata per vices incalescant. Male consulitur populo, quando Rex in uno semper commoratur angulo, nec nisi quod circum se est contemplatur, caeterarum provinciarum cura Principibus, atque gubernatoribus remissa. Videtur Matthieu, Gallico more, 5.
motum

motum amaſſe potius, quam quietem, & non perpendiſſe Antonini Pii veriſſimum axioma: gravem provincialibus eſſe comitatum Principis, etiam nimis parci. (*Tholoſ. d. l. n.* 13.) Cura & induſtria ſua Princeps ubique præſens eſſe debet, in Imperio ſuo, ſed corpore non itidem, id magna requirat neceſſitas, & turbatus rerum ordo. Sedem, quam ſemel commodam elegit, facile ne mutet: Quanquam, ſi exactius loqui placeat, regula una omnibus ac-
6. commodari haud poſſit. In ſtatu monarchico, ubi libera ſummi Principis eſt voluntas, ſi Imperium contiguis terris, & regionibus connexis conſtet, centrum commodiſſime, niſi ſolum, aër, vicinus inquietus, vel ſimile quid, aliud ſuadeat, pro ſede eliget, ſi velit. In ſtatu vero pure ariſtocratico, Principis regulariter non eſt eligere ſedem, ſed accipere, ut Venetorum Dux exemplo nobis eſt, qui palatio ſuo Venetiis ita addictus, ut inſtar captivi, extra illud ipſi & alio ſe conferre, ubi libet, non liceat. In ſtatu mixto, liberior nonnihil Principis eſt voluntas, præſertim ubi palatiorum publicorum per Imperium diſpoſitio datur. Niſi enim talia fuerint pro Principe in civitatibus Imperii reſervata, quis Ducum, Comitumve erit, qui aula ſua excedere, & Principi ſedem ibi vacuam dare paratus ſit? Horſum, ſine dubio, reſpexit civitatis
7. N. advocatus, qui ut ex protocollo, in cauſa magni momenti, de A. MCCCC LI. didici, Cæſari perpendendum dedit, wann Ihre Maieſtät in des H. Reichs-ſtätte reite/ ſo reiten dieſelbe in Ihr eigen Hauß/ und Heimat/ daß ſie in keines Fürſten Hauß/ oder Statt/ mit ſolcher Zuverſicht nicht gethun könne. In Imperio Germanico olim, tempore, quo maior Imperatorum poteſtas fuit, quam poſtea, palatia ab illis hinc inde extructa fuiſſe novimus, quæ vel ipſi,
8. ubi videatur aut neceſſe erat, inhabitarunt, vel eorum præfecti. Eiusmodi fuerunt, Aquisgrani, Coloniæ, Treveri, Moguntiæ, Wormatiæ, Spiræ, Argentinæ, Auguſtæ Vindelicorum, Ratiſponæ, Francofurti, Ingelhemii, (*Lehemann. in Chron. Spirenſ. lib.* 2. *cap.* 18. *p.* 90. *& lib.* 3. *cap.* 33. *p.* 250.) quibus etiam acceſſit Goslaria, quæ inde nomen der Pfaltzſtatt nacta, & à Schafnaburgenſi (*de reb. Germ. ad annum* 1070. *apud Piſtor. tom. un. illuſtr. ſcript. p* 181.) villa Regia appellata, quam pro lare domeſtico Teutonici Reges ſint incolere ſoliti: item, clariſſimum Regni domicilium ab eodem nuncupata: (quod
9. tandem Saxonibus tam oneroſum fuit, ut deſiderarint, Spangenbergo annotante in der Mannsfeldiſchen Chronic *cap.* 185. *pagin.* 881. Daß der Kaiſer ſein Hofflager nicht ſtäts zu Goßlar/ dem Land zu Sachſen zu groſer Beſchwerung halte/ ſondern daſſelbige bißweilen/ wie ſein Vorfahren gethan/ auch an andere ort verlegen wolte.) Item Merſeburgum (*Dreſſer. de German.*
10. *urbibus p. m.* 443.) Norimbergenſe quoque caſtrum inter palatia ponit Sextinus (*de Regal cap.* 9. *num.* 13.) Bocerus (*de Regal. c.* 2. *num.* 162.) Arniſæus (*de iure Maieſtat. lib.* 3. *cap.* 5. *circa finem*) imprimis, cum Norimbergenſe oppidum, regalem, ſeu primam curiam, nominet Carolus IV. ex traditionibus

antiquo-

antiquorum, à tempore, cuius non extat memoria (*in A. B. c. 28. §. 5.*) sed ut maxime Castrum Norimbergense pro palatio Imperatori servire possit, perverse tamen locus aureæ bullæ inducitur: non ille Norimbergam, primam, vel regalem Curiam, nominat, sed hoc exponit, primam regalem Curiam à coronato Rege Romanorum ibi haberi: quæ positiones longe inter se differunt. Negari vero nequit, ut plurimum in locis, ubi Curiæ Regni, vel comitia habita, etiam palatia posita fuisse, quorum structura diversa fuit, & pro lubitu ædificantis, vel ad commoditatem solam, vel etiam ad pompam. Potius enim pro consilio accipio quam pro regula, quod apud Ludovicum 12.
d'Orleans (*aux ouvertures des parlements chap. 7. p. 105.*) lego: (*en palais de Roy & d'Empereur, appartient à avoir trois maisons, c'est à sçavoir, Auditoire, ou consistoire, és quels il fait ses ingements, & donne à chacun son droit: Chambre, en la quelle il repose; & Chenaile, ou salle, en laquelle il donne ses mangiers.*) Palatium Regis, & Imperatoris, habere debet tres mansiones; scilicet auditorium, vel consistorium, ubi iudicia exerceat, & unicuique suum tribuat: cameram, ubi quiescat; & aulam, vel aream, ubi cibum capiat. Porro, præter civitates istas palatinas, quæ ut plurimum liberæ civitates Imperii sunt, in quas Imperator, etiam adhuc plus iuris exercet, quam in alias, quæ Principibus Imperii subditæ, mansioni Imperatoriæ, in casu necessitatis, ex mediatis civitatibus adscripta fertur Bamberga, ita, ut si Imperator non habeat 13.
alium locum, ubi possit commorari, Episcopus Bambergensis obligetur, dicta civitate excedere, eamque Imperatori concedere, & se Villacum (quæ est civitas in Carinthia ad Episcopatum Bambergensem pertinens) conferre. (*Canin. in discursu ad A. B. pag. 45. Le Mercure François tom. 2. pag. 425.*) Hoc si ve- 14.
rum est, sine dubio Henrico II. Imperatori (qui in Sanctorum catalogum relatus) attribuendum, qui ex Comitatu Bambergensi, ad Imperium reverso, Episcopatum fieri curavit, & eum variis ditavit bonis, inter quæ etiam numerantur Villacum, & alia in Carinthia, quæ adhuc hodie ad Episcopatum Bambergensem pertinent, & eius nomine à Vicedomino, quem eo mittit, administrantur. (*Megiserus in annal. Carinthiæ lib. 6. cap. 95. pag. 665. & lib. 7. cap. 6 pag. 687.*) Ex hactenus allatis apparet, perquam maxime errare Au- 15.
torem *discursus primi, au recueil des discours politiques* (*n. 22. p. 65.*) quando exclamat: *C'est merveille, que l'Allemaigne, grande, & estenduë, comme elle est, & remplie par tout de Principautés, & Seigneuries, qui nourrit tant de potentats, & comprend en soy toutes sortes de gouvernement, recognoisans l'Empire par tout, comme celuy qui donne l'estre, & la forme, & anime seul, par son authorité, ce grand corps, n'ayt pourtant reservé à son Empereur un angle de terre, ny le moindre couvert pour loger ceste Maiesté, qui porte en ses armes les aigles Romaines, comme heritiere de leur Monarchie, & la boule pour marque de l'Empire du monde; elle, qui ne possede rien, que la seule reverence, & reputation de son nom, &*

de sa dignité.) Admiratione dignum eſt, Germaniam, quæ limites ſuos longiſſime portendit, & tota eſt referta principatibus & dynaſtiis, quæ tot magnates alit, variosque, ac omnis generis Status, complectitur, qui omnes Imperium ubique recognoſcunt, tanquam à quo formam & eſſe habent, & cuius autoritate ſola animatur vaſtum illud corpus, ne angulum quidem ullum terræ aut exiguam aliquam domum, reſervaſſe ad habitaculum Maieſtatis illius, quæ in inſigniis Romanas oſtentat Aqulias, tanquam heres iſtius Monarchiæ, & globum, indicem Imperii totius orbis, nec tamen quicquam inde tenet, quam ſolam reverentiam, & nominis ſplendorem ac di-
16. gnitatem. Præter ea, quæ ſupra à nobis tradita, adhuc etiam opinionis huius incongruitas magis manifeſta fit, quod cum anno M CCC LXX. Electores, cæterique Imperii Status, per legatos ſuos, Carolum IV. admonerent, ut ex Bohemia in Germaniam veniret, ibique ſedem ſuam figeret, ille non reſponderit, ubi nullum ibi locum ſupereſſe, quem occuparet, ſed ad reditus Bohemiæ reſpexerit, (*apud Goldaſt. part.* 2. der Reichsſatzungen *p.*
17. 76.) Et quid tandem ineptius dici poterit, quam, Electores Carolum IV. multosque poſt eum Reges, & Imperatores, capitulatione obligaſſe, ut reſiderent in Germania, nec Regi tamen Romanorum vel Imperatori, locum
18. reſidentiæ ullum in Germania relictum. Contra ſi quis dixerit, omnes iſtos Reges, vel Cæſares, feudali aut patrimonii titulo, in Germania habuiſſe loca, ubi conſiſterent, noverit ille, capitulatione nulla præſcribi, ut ſedem ſuis in terris teneat Cæſar, ſed generaliter, ut in Imperio, unde eius electioni res
19. relicta videtur. Olim, haben die Römiſchen Kaiſer und Könige / ihre Hoffhaltung ſelten in ihren Erbländern angeſtelt / ſondern dieſelbe gemeiniglich ihren Erben oder Verwandten zu regiren befohlen / und ſie in den Reichsſtätten ihren Hoff hin und wider gehalten. Aber Kaiſer Ludwig (der Baier) hat der Reichsſtätten verſchont / in Baiern ſeinen beſtändigen Hoff verordnet / und ſolchen auff ſein eigenen Coſten geführt. (*Lehemann. in Chron. Spir. lib.* 7. *c.* 14.
20. *pag.* 745.) Quod autem hactenus quoque, potius in terris patrimonii ſui Cæſares reſederunt, quam alibi, id ſine dubio inde eſt, cum domum propriam patriamque, Imperii laribus præferre commodum ſibi exiſtimaverint, varias ob cauſas. Quas inter non minima eſſe potuit, cum ſumtus, in ſuſtentationem ſuam, non habuerint ab Imperio, ſed à patrimonio ſuo, atque quod alibi carius, & numerata pecunia comparandum, ex agris ſuis, & à ſubditis, tamquam fructus, reditus ve patrimonii, domi perceperint. Cre-
21. dibile quoque eſt, palatinas Civitates, Principesque, ac Status, iisdem vicinos, Cæſari eam adhuc optare mentem, ut ſuis pergat inhærere. Inquilinum eum habere, vel hoſpitem, vel nimis vicinum, res oneroſa, & incommoda multis videtur. Si circa feuda maiora, quæ Imperio impoſterum aperi-

aperientur, capitulationis norma observabitur, habebit, in futurum Cæsar plura palatia, quam hactenus, in quibus, si velit, resideat.

Gliedern / Ständen / und Unterthanen.

EAdem loquendi formula legitur in R. A. zu Speier *anno* 1570. (*in prin. pag.* 605.) Aliquando tamen alia structura effertur, hoc modo, Ständ / Gliedern / und Unterthanen (R. A. zu Regenspurg *anno* 1567. §. wir wollen auch / *pag.* 587.) Aliquando, resecto vocabulo Unterthanen / Ständ und Glieder (R. A. zu Augspurg *anno* 1555. §. setzen demnach / *pag.* 398. R. A. zu Regenspurg *anno* 1567. §. und dann hieneben / *p.* 582. §. darauff / *p.* 592.) aliquando inversim, Glieder und Stände / (R. A. zu Augspurg *anno* 1566. §. so halten wir / *pag.* 564.) Sed parum ponderis in structura: illud autem notari meretur, vocem, membra, Glieder / quandoque ita generalem esse, ut omnes Imperii subditos includat, (*vid. me de iure publico lib.* 1. *cap.* 7. *num.* 53.) aliquando tantum immediatos significet, (*d. lib.* 1. *cap.* 8. *inpr.*) aliquando tantum ad Status Imperii restringatur. (*d.* R. A. zu Regenspurg *anno* 1567. §. damit auch Churfürsten / *pag.* 591. R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. *in pr. pag.* 250. R. A. zu Speier *anno* 1544. *in pr. pag.* 292.) Quo sensu inter membra Imperii gradus dantur, & Electores dicuntur oberste / und allernächste Glieder des H. Reichs (in dem Urtheil *contra Wenceslaum apud Goldast. parte* 1. der Reichssatzungen / *p.* 159. §. 7.) besondere Glieder / (*vide* Handlung der Churfürsten *apud Goldast.* in Reichshandlungen / *pag.* 97.)

Zu Ehren.

HOnorem Imperio exhibere Carolus voluit præsentia sua, & debuit; quia ad hoc obligatus.

Nutzen und Gutem.

VTilitas, & commodum non minimum est, si ad latus nobis sit ille, à quo defensionem & iustitiam expetimus.

Deß mehrertheils.

ERgo non semper, incivile fuisset Carolo imponere, ut semper in Imperio hæreret, ne unquam ad hereditaria Regna Hispaniæ rediret: nec credibile sit, Carolum aliter Imperii administrationem suscepturum fuisse, quam hac conditione; scilicet ne alienarum rerum administrator, suarum desertor fieret. Vt præsentia sua Imperio utilis, ita Regnis necessaria sæpius fuit. Variis, præterea, bellis extra Germaniam irretitus, & in nonnullis ipse præsens ac ductor: hinc causæ, cur multoties Germaniam reliquerit, & Imperii administrationem aliis. Id cum futurum ipse, & Status Imperii præviderent,

in primis comitiis, post coronationem Aquisgranensem, regimentum instituerunt, quod absentiam Cæsaris suppleret (*vide* Röm. Königl. Mai. Regiment auff dem Reichstag zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht / *in princ. inter recessus Imperii pag.* 106.) Locum tenens in eo aliquandiu fuit Ferdinandus, Hispaniæ infans, Archidux Austriæ, (R. A. zu Nürnberg *anno* 1525. *in princ. pag.* 156. R. A. zu Augspurg *anno* 1525. *in pr. pag.* 163.) cui Fridericus Palatinus, coadiutor, vel collega, datus (*Hubertus Thom. Leodius de vita Friderici II. Palat. lib.* 5. *p.*81.) postea Philippus, Marchio Badensis, (R. A. zu Eßlingen *anno* 1526. *in pr. pag.* 172.) deinceps Wolffgangus, Comes de Montfort, titulo Kaiserl. Statthalters Ampts verweser, (R. A. zu Regenspurg *an.* 1527. *in princ. pag.* 175.) iterumque Ferdinandus, postquam iam Rex Hungariæ & Bohemiæ factus (R. A. zu Speier *anno* 1529. *in pr. pag.* 182.) Tandem exolescente regimento (Cammergerichts *reformation* zu Speier *anno* 1531. §. Item dieweil dem Regiment / *p.* 227.) placuit Electoribus, Imperatori Regem Romanorum adiungere Ferdinandum fratrem, anno M D XXXI. qui hoc officio functus est, usque ad annum M. D. LVIII. quando Carolus Imperio valedixit. Ita scilicet, magna ex parte, Carolus post electionem suam Imperium vicaria aliorum opera administravit.

So viel möglich.

Non debet hoc exaudiri, de possibilitate facti, cui scilicet natura impedimento non est, quo minus fiat, sed de possibilitate civili, cui boni mores, pietas, existimatio, & verecundia non adversantur. Potuisset enim, naturali potentia, Carolus semper in Imperio manere, at non potuit civili; dann Er auch andere seine Königliche Land / und Leute zuversehen gehabt (ut ipse indicat, in der Ordnung des Regiments zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht / *in princ. pag.* 106.) Vnde factum, ut post prima hæc comitia, Germania excedere coactus fuerit, auß fürstehenden Behden und Kriegen / zu Erhaltung seiner Königreich und Landen / neque ad eandem reverti potuerit ante annum MDXXX. (R. A. zu Augspurg *anno* 1530. *in pr. p.* 193.) Rursum, iter in Italiam susceperit, & postea (anno MDXXXV.) expeditionem contra Barbarossam in Africam (R. A. zu Regenspurg *anno* 1541. §. als wir nun *pag.* 250. & §. demnach aber / *p.* 151.) deinde anno MDXXXVI. in Hispaniam se contulerit, (*d.* R. A. *anno* 1541. *pag.* 251. §. nach dem /) in Germaniam redierit, nicht ohne merckliche Beschwerung seiner selbst Person / auch seiner Erb Königreich / Land und Leute (*d. p.* 251. §. und dieweil) vel, ut Ferdinandus Rom. Rex (*in* R. A. zu Speier / *anno* 1542. *in pr. pag.* 262.) loquitur, die Hispanische Königreiche / und Lande / nicht mit kleiner Ihrer Maiest. Vngelegenheit verlassen / und sich in das H. Reich Teutscher Nation begeben. Paulo post in Italiam concesserit, und den Zug vor Algier (*anno* 1541.) fürgenommen / (*d. pag.* §. und

als Ihen welchem / als / auß zugestandenem Vngewitter / Ihre Mai. dero vorhaben nicht in Würckung bringen mögen / haben sie sich in dero Hispanische Königreiche gethan (*d. pag. §. so aber*) inde reverti anno MDXLII. in Germaniam, sibi proposuerit, sed iter differre coactus fuerit (R. A. zu Nürnberg *anno* 1542. §. und wie nun / *pag.* 283. usque ad annum sequentem, (R. A. zu Speier *anno* 1544. *in princ. &* §. 1. *pag.* 292. (ubi ad comitia Spirensia ex Italia properavit, atque iisdem interfuit, nec non per aliquot annos tunc substitit in Imperio. Tandem, ante annum MDLVII. repetiit Hispaniam, (R. A. zu Regenspurg / *de anno* 1557. §. und aber / *pag.* 496.) & postea nunquam Germaniam revisit. Hæc ex recessibus Imperii, quibus si historias addideris, inquietam & variis in motibus fuisse vitam Caroli, cognosces. Pierre Matthieu (*en l'histoire de France, du regne de Henry IV. livr.* 1. *narrat.* 4. *tom.* 1. *p.* 98.) eidem adscribit (*neuf voyages en Allemagne, six en Espagne, sept en Italie, dix en Flandres, quatre en France, deux en Angleterre, deux en Affrique, huict navigation en la mer Mediterranée, trois en l'Ocean.*) novem itinera in Germaniam, sex in Hispaniam, septem in Italiam, decem in Flandriam, quatuor in Galliam, duo in Angliam, duo in Africam, octo navigationes in mari mediterraneo, & tres in Oceano.

So wir die Königliche Cron empfangen.

Antequam coronam Regalem susceperit, Imperatoriam requirere non cogitur, nec eam antea accipere potest, ne res per saltum agatur, gradibus non observatis; vel Romam videatur anteponere Germaniæ.

Zum besten befleissigen / die Kaiserliche Crone.

1. 2. 3. 4. 5. *Rationes eorum, qui negant Imperatorem coronam Romanam petere debere.*
6. *Autor statuit, Imperatorem teneri petere hanc coronam.*
7. *Arumæi opinio.*
8. *Imperialis coronæ fit mentio in aurea bulla.*
9. *Aurea B. non exprimit, à quo Imperator hanc coronam debeat suscipere.*
10. *Cur hoc ibi omissum.*
11. *Differentia inter coronam Regalem & Imperialem.*
12. *Imperator se obligat Electoribus ad petendam coronam Romanam.*
13. *Hoc ut faciat ab Electoribus cogi potest.*
14. *Explicatur decretum Ludovici Bavari.*
15. *Coronæ Romanæ petitio non imminuit dignitatem Imperatoris.*
16. *Nec hic ecclesiastici Electores nimis favent Pontifici.*
17. *De testimonio iuris canonici.*
18. *Hodie non est facultatis, petere coronam Romanam, sed necessitatis.*
19. *De Exemplis Imperatorũ.*
20. *Imperator, à necessitate petendi coronam Romanam absolvi potest ab Electoribus.*
21. *Ius civile Imperatorem hac solvere, nequit.*
22. *Vnde nostri Imperatores nonnullis legibus soluti sint?*
23. *De regula, quod mutatum non est, cur stare prohibeatur.*
24. *Germani nunquam omnem suam potestatem transtulerunt in Imperatorem.*
25. *Multa sæpius in solemnitate coronationis mutata, sed non coronatio ipsa.*

26. *Materia trium coronarum aurum est.*
27. *Numerus coronarum, & locus ubi suscipienda non semper observatus.*
28. *Olim Imperatores non fuerunt coronati à Pontifice.*
29. *Carolus Magnus coronam à Pontifice non petiit.*
30. *Ludovicus pius coronam ipsemet sibi imposuit.*
31. *Cur hoc factum.*
32. *Romani iurant fidelitatem eidem Ludovico nondum coronato.*
33. *Pontifex eum coronat in Gallia.*
34. *Coronati postea fuerunt etiam alij.*
35. *Cur nonnulli coronam hanc petierint à Pontifice.*
36. *Exempla.*
37. *Pontificis studium.*
38. *Huic se opposuerunt Status Imperij.*
39. *Varias ob causas petita, non petita, negata, suscepta, vel non suscepta Romana coronatio.*
40. 41 42. *Exempla non coronatorum.*
43. 44. *Cur Rudolphus I. nunquam voluerit Italiam ingredi?*
45. *Maximiliani I. dictum.*
46. 47. *Quid impediverit Maximilianum suscipere coronam Romanam.*
48. *Examinatur positio Reinkingij.*
49. *Ratio prima, cur Imperator Romam ire haud debeat, ad coronam suscipiendã.*
50. *Ratio secunda.*
51. 52. 53 54. 55. 56. *Exempla ad hanc rationem pertinentia.*
57. *Ratio tertia.*
58. *Imperator dat munera Papæ pro corona Romana.*
59. *Dat munera officialibus Romanis.*
60. *Romanis quid dederit Henricus VI.?*
61. *Sub qua conditione Clemens VII. Carolo V. promiserit dare coronam Romanam?*
62. *Imperator satisfacit creditoribus præfecti urbis Romæ.*
63. *Ratio quarta.*
64. 65. *Exempla ad eam pertinentia.*
66. *Ratio quinta.*

1. Arnisæus (*de subiectione & exemtione clericorum cap. 7. ubi de translatione Imperii Romani agit, num. 29. pag. 190.*) sunt, ait, qui negant, Imperatorem ullo modo ad petendam coronam cogi posse, quia id ulla lege statutum, vel consuetudine inductum fuit. Quod ad legem attinet, planum est, Imperatoriam non dari, sed potius contrarium decretum esse à Ludovico Bavaro: & si aliqua esset, non valeret, cum ne iuramentum quidem valeat, quod dignitatem Imperatoris diminuit. (*c. intellecto, de iureiur.*) Si vero lex Pontificia producatur, eam constat non obligare, nisi quatenus approbatur, cum iurisdictiones sint distinctæ. Sed nec ulla produci potest, quia *Clementina, Romani, de iureiurand. c. venerabilem, de electione, can. in nomine Domini, distinct.* 23. Imperatorem non adstringunt ad petendam coronam, sed Pontificis ius esse contendunt, ungere, consecrare, nominare, approbare, Imperatorem electum, si ea petitum veniat. Nam, quod Papa se inter Conradum, & Lotharium interposuit, in certo casu discordiæ factum est, nec ad
2 ordinarium trahi potest. Quod ad consuetudinem attinet, licet d. Clementina, *Romani*, producat exemplum Alberti, & Henrici, qui consecrationem à Papa petierint, tamen, quod per favorem, aut ex certa causa fecerunt, aliis non debet creare præiudicium. (*c. quod ob gratiam, de R. I. in 6. cum concord.*) Neque enim Symmachus audiendus, qui quod à principio beneficium fuit, usu, atque ætate fieri debitum, asserit, (*epist. 54. lib. 10.*) In actibus

actibus enim voluntariis, & meræ facultatis, nulla præscriptio, vel consuetudo induci potest, (*per l. viam, de via publ.* ubi gloss. & Angel. Perus. ponunt exemplum de eo, qui nunquam S. Iacobi sepulchrum visitatum ivit, qui propterea prohiberi non potest, quin eat, si velit, ut nec ire tenetur, qui sæpius illud inviserit, *dicente Cyno in l. 8. in fin. de servit. & aqua &c.*) Porro æquitas postulat, ut quando per aliquod factum præjudicatur pluribus, id consensu omnium fiat. (*l. in concedendo, ff. de aqua pluv. arcenda. c. ad hoc, § fin. de offic. archidiac.*) Maxime autem præiudicaretur subditis, si eorum dominus se vellet subiicere approbationi, & confirmationi alterius; quia carerent capite, quamdiu is suspenderet approbationem, & reciperent plures dominos, primusque eorum perderet libertatem, quod ne fiat omnium interest. (*l. 1. & 2. ff. de liberal. caus. l. non tamen, ff. de appell. c. fin. extr. maior. & obedient. &c.*) Nunquam igitur factum solius Imperatoris allegari poterit, pro inducenda rationabili consuetudine, quamdiu non consentiunt illi, quorum interest. Præterea cum satis dilucide probatum sit, actum creandi Imperatoris absolvi 4.
in sola electione, patet supervenientem coronationem nihil esse aliud, quam solemnitatem. Atqui Imperator ab iis, quæ solemnitatis sunt, legibus absolvitur (*ut Dd. interpretantur l. princeps, ff. de LL. l. digna vox, C. eod. l. ex imperfecto 3. C. de testam.*) Nec enim quæ à Cæsare Pontificeve geruntur, ullius solemnitatis indigentia abrogari debent (*per gloss. c. quando, de translat. Episc.*) sicut nec labefit sententia, à Principe non sedente, vel sine scriptis lata, licet utrumq; ut sententia subsistat, alias requiratur, (*l. statutis, C. de sent. ex peric. recit.*) Nam cum duplex sit solemnitas, levis quæ substantiam non im- 5.
mutat, (*leg. 1. ff. de exercit. action.*) quæque actioni non officit, (*leg. 1. ff. de ventr. inspic.*) & gravis; constat illam à quovis, hanc vero à solo Principe omitti posse, urgenti evidenti necessitate, (*l. etsi nihil 183. de Reg. Iur. l. 85. in fin. l. 90. de in integrum restit. Matth. Stephan. 2. de iurisdict. cap. 1. membr. 2. num. 43. & seqq.*) unde & in hac solemnitate multa sæpius mutata reperimus. Hacte- 6.
nus Arnisæus; cuius verba ideo repetere volui, ut contraria iuxta se posita magis elucescant. Id enim hic agere constitui, ut illis contrarium doceam, simulq; erroris redarguam omnes, qui hanc coronationem non esse necessariam asseverant: quorum in numero tamen sunt multi nostratium. Arumæus (*disc. 2. 7.
ad Auream B. thes. 20. p. 109.*) in aurea bulla Caroli IV. ne verbulo quidem coronationis Pontificiæ mentionem fieri asserit. Verum paulo post (*th. 21. p. 214. f.*) sui immemor aliud innuere videtur. Et omnino verum est, in A. B. non so- 8.
lum ex verborum consequentia, sed etiam expresse coronæ Imperialis fieri mentionem, (*in exordio circ. f. c. 2. § 5. c. 26. §. 4.*) aliumq; dici Regem Rom. alium Imperatorem (*d. c. 2. §. 7.*) quod & phrasis, *Rex Roman. in Imperatorem promovendus*, notat (*c. 1. pr. c. 18. pr.*) vel, *in Cæsarem promovendus* (*d. c. 1. §. 18. 19. 21. c. 2. pr. § 2. 3. c. 7. §. 1. c. 20. pr.*) vel *Rex Rom. futurus Imperator.* (*c. 28. § 5.*)

Licet

9. Licet autem in hac bulla mentio nulla fiat, cuius ſit hanc coronam Romanorum Regi imponere, aliunde tamen ſatis notum eſt, hoc Pontificii eſſe mu-
10. neris. Nec ad propoſitum Caroli IV. faciebat, hoc ibi exprimere, non magis quam quis coronam Mediolanenſem, (*cuius meminit de cap. 26. §. 4.*) Romanorum Regi conferre debeat. Potiſſimus enim finis, ad quem in promulgatione aureæ bullæ tendebat, erat, (ut alias quoque monui) ad unitatem inter Electores fovendam, & electionem unanimem inducendam, ac deteſtandæ diviſioni, variisque periculis ex ea ſequentibus, aditum præcludendum, ut ipſe declarat in exordio Bullæ ſuæ: hoc eſt, Bulla potiſſimum de
11. Electorum iure, officio ac privilegiis agit, non de aliorum. Hoc unicum eſt, quod differentiam inter utramque coronam videtur notare: Regalem accipiendam, ſed non petendam; Imperialem diligentiſſime petendam. Ratio differentiæ ſine dubio in eo conſiſtit, quoniam Electores Titium in Regem Romanorum eligunt, & ut electionem acceptet requirunt: eorum quoque eſt, lege vel conſuetudine Imperii ita volente, vel mandante, electo coronam conferre. Quoniam enim electus ad adminiſtrationem Imperii accedit vocatus, eius non erit petere, ſed oblata accipere. Iu corona Imperiali ſecus eſt, quoniam Pontifex non elegit Titium, inde nec obligatus ei benedictionem impertiri, vel coronam Imperialem offerre: rogatus autem ſi dare recuſet, vel aliud obſtaculum interveniat, quo minus Romanorum Rex, vel, quod idem hodie eſt, electus Imperator, coronam illam conſequatur, modo debitam diligentiam pro conſequenda adhibuerit, extra culpam eſt, & ſine damno. Coronatio hæc honoris magis argumentum eſt, & poteſtatis, iam per electionem communicatæ, publicum teſtimonium, quam nova collatio eius, quod deerat. Sed de hoc poſtea dicetur; prius enim ab Ar-
12. niſæo adducta examinari debent. Contra eum faciunt, æque ut contra Arumæum, capitulationum articuli illi, quibus electus in Imperatorem ſe obligat ad coronam Imperialem petendam, & requirendam. Cogi ergo, qui hoc promiſit, poteſt, ſi ſponte adimplere nolit, ut promiſſa impleat; lex enim contractus ſervari debet, & quod prius, ante promiſſionem, volunta-
13. rium erat, poſt eam neceſſarium factum eſt. Cogi inquam poteſt, non quidem à Pontifice, ut nonnullis viſum, ſed ab Electoribus, quibus promiſſio facta & actio competit; ipſaque executio ab Imperio fieri poteſt, non ab alio; quia iudex Imperatoris alius non eſt, quam Imperium, vel qui poteſtatem eam ab Imperio habet expreſſa collatione, vel tacita, hoc eſt, conſuetudine, quæ Palatino Comiti Electori hanc olim tribuit (*A. B. cap. 5. in fin.*) quod hodie per deſuetudinem abrogatum eſſe multis videtur. Ludovici Bavari decretum nos non ferit: non enim decernit, Imperatorem, ſi Electoribus promiſerit coronam Imperialem à Pontifice require, non teneri promiſſis ſtare, ſed hoc decidit, falſum eſſe, quod dicitur, Imperialem dignitatem,

& po-

& potestatem à Papa esse, electumque in Imperatorem, non esse verum Imperatorem nec Regem, nisi prius per Papam, sive sedem Apostolicam, confirmetur, approbetur, & coronetur. Statuit autem, quod is, qui eligitur in Imperatorem, sive Regem, ab Electoribus Imperii concorditer, vel maiori parte eorundem, statim, ex sola Electione si Rex verus, & Imperator Romanorum censendus, & nominandus, & eidem ab omnibus Imperii subiectis obediri debeat; ac administrandi iura Imperii, & cætera faciendi, quæ ad Imperatorem verum pertinent, plenariam habeat potestatem; nec Papæ, sive sedis Apostolicæ, & alicuius alterius, approbatione, confirmatione, autoritate indigeat, vel consensu, (ut ipsa decreti verba, à nobis supra quoque adducta, sonant, apud Goldastum *inter constit. Imper. pag. 99.*) Brevibus dicam quod res est: constitutio Ludovici reiicit effectum, quem alii coronationi, quæ à Pontifice fit, attribuunt, coronationem fieri non prohibet. Posito tamen, non concesso, coronam illam prohibitam fuisse à Ludovico, vel ullo veterum Imperatorum alio, eius sane prohibitionis vis hodie cessaret, postquam Imperator iurat, se omni diligentia eam expediturum. Abrogare leges, & novas ferre, prohibere, quod antea concessum, concedere, quod antea prohibitum, novum inauditum in Imperio non est, nec ab ipsa iustitia alienum. Qui aliud hic diverticulum quærunt, & coronam illam diminuere dignitatem Imperatoris asseverant, iniurii sunt in Electores, quasi illi, immemores officii & iuramenti sui, contra dignitatem Imperatoris, & Imperii agant, & quidem ex proæresi, ac præmeditatione. Corona illa dignitatem Imperatoris non magis diminuit, quam corona Regalis: utraque dignitatis adeptæ publicum testimonium est, dignitatem honore & reverentia coronans. Nisi Caroli V. testimonium, & publicas Imperii tabulas reiicere velimus, credendum est, coronam illam pro fine agnoscere laudem divinam, Imperii honorem & emolumentum: ita enim diserte exprimitur (*in* R. A. zu Wormbs *anno* 1521. §. und als wir / *pag.* 135.) Et ne putemus, Electores ecclesiasticos Pontifici hac in parte nimium favere, perpendi debet, Electores seculares, qui Pontificiæ religioni haud addicti, iam olim tempore Maximiliani II. capitulationis articulo primo, & continuato hucusque more, expresse declarasse, se in negotiis, quæ Pontificiam autoritatem, & dignitatem, vel emolumentum, tantum spectant, à cæteris Electoribus dissentire, nec velle Imperatorem ad ea obligare. Quod cum non in genere, sed specialiter & nominatim factum sit, nec tamen ad coronationem Imperatoriam ab illis repetitum, vel extensum, coniectu facillimum est, quid de ea senserint sentiantque. Nolo hic ius canonicum examinare, an illud Imperatorem adstringat ad petendam hanc coronam, quoniam satis notum est, illud omnem aquam in molendinum Papæ derivare, & totum in eo fere occupatum esse, quo mundo persuadeat, à Papa Reges, & Principes dependere. Nec in animo

15. 16. 17.

18. habeo investigare, quousque meræ facultatis fuerit, (fuisse tamen postea dicam) coronam Romanam petere, vel suscipere; hoc tantum contra Arnisæũ, cæterosque urgere placet, capitulationes hanc meram facultatem non admit-
19. tere. Vnde nec ab exemplis eorum, qui hanc coronam susceperunt, argumentum duco, sed à constitutione Imperii. Si qui Imperatorum se subiecerunt approbationi, & confirmationi Pontificis, ac coronam, hac intentione, ab eodem susceperunt, illorum factum Imperio præiudiciale esse haud debet. Contra, si alii, post capitulationis legem latam, eandem coronam nihil fecerunt, ac nec ambiverunt quidem, iterum & æque hoc legi præiudiciale esse
20. haud potest. Coronationem solemnitatem esse, non infiteor, ac quoniam ea solemnitas lege publica Imperatori observanda præscribitur, ab ea necessitate semetipsum absolvere nequit; absolvi tamen potest ab Electoribus, qui eum
21. hoc vinculo ligarunt. Ius civile Romanum ab hac solemnitate Imperatorem absolvere nequit, nisi dicas, Imperii nostri leges, atque constituta, ubi à iure illo antiquo divertunt, nullius esse momenti, nisi dicas, statum Imperii nostri ab antiqua Romanorum forma informari; nisi dicas, Germanos esse mancipia alienæ libidinis. Ponamus, legem Imperii solemnibus iuris Imperatorem Romanum olim solvisse, (*l. 3. C. de testament.*) ac constat ex capitulationibus Imperatorem nostrum solemnitati coronationis Imperatoriæ à lege Imperii alligatum. Quæ olim potestas Romanis fuit, suum Imperatorem legibus solvere; eadem hodie Germanis est, Imperatorem suum ligare, vel solvere.
22. Quod enim hodie Imperator noster nonnullis legibus solutus, nonnullis ligatus est, non à Romanorum illo iure derivatur, sed à iure Germanorum, qui Imperatorem sibi eligunt, & ei potestatem talem concedunt, qualem volunt. Itaque, si Imperator noster, solutum se hac vel illa lege asseveret, frustra ad ius antiquum Romanum provocabit, contra Germanos, nisi in illis capitibus,
23. in quibus illud approbarunt, & ita suum effecerunt. Regula, *quod mutatum non est, cur stare prohibeatur?* male in nos torquetur, ac hoc in passu illa obtinere debet, quod receptum non est, cur stare dicatur? quamquam ubi semel receptum, regulæ locus sit, quod postea immutatum non est, cur stare prohibeatur? Romani Imperii acquisitio Germanis non imposuit iugum & servitutem, Romanis frænum iniecit, libertas Romanorum salva mansit, potestas, & dominium crevit, atque extensum est in alias gentes. Quæ si antea, quando adhuc in libertate vixerunt, in Principem suum, omne Imperium & potestatem contulerunt, id respectu illorum, non Germanorum, qui sui iuris, non
24. Romanorum erant, factum. De Germanis autem, quod idem illi unquam fecerint, hactenus non percepi. Transtulerunt quidem illi in suum Principem, Regem vel Imperatorem, imperium & potestatem, sed non omnem;
25. status, quem illi amarunt, amantque, aliud non admittit. Denique multa sæpius in solemnitate coronationis mutata Arnisæus docet urgetque; sed

nostra

nostra inde non convellitur sententia; quandoquidem, postquam in capitulationem electi Imperatoris semel relatum, coronam Imperatoriam expetendam, & suscipiendam, nihil in hoc à Caroli V. ætate usque ad hanc nostram, mutatum reperio. Hoc novi, nullum eorum, qui Carolum in administratione Imperii secuti sunt, ea corona coronatum fuisse. Quod 26.
de materia trium coronarum, ex aliis adducit Arnisæus, fundamento solido destituitur. Commentum est, & futile quidem; quælibet enim harum coronarum, statim ab initio aurea fuit, & aurea permansit, atque in materia, ac in ordine quoque nihil mutatum. Numerum autem coronarum, & locum 27.
coronationis, non semper observatum fuisse, negari non potest. Si rem à 28.
longa vetustate, & ab ovo, quod dicitur, deducere placeat, sciendum est, primos Imperatores Christianos, qui Orientis & Occidentis Imperium simul tenuerunt, vel soli Occidenti præfuerunt, à Pontificibus Romanis coronam, & unctionem non suscepisse, usque ad Iustinum I. qui à Iohanne I. coronari voluit. Atque hanc esse unicam Imperatoris Græci à Romano Pontifice coronationem, nisi addas Petrum Altissiodorensem, qui post captam à Latinis Constantinopolim, Balduino I. succedens, ab Honorio Pontifice Imperii Græci accepit Romæ insignia. Sed brevem fuisse Latinorum illum in Græcia principatum, detrectantibus Græcis alium quam patrium Imperatorem: atque quamdiu Græcus Imperator res Romanas rexit, non expedivisse Romæ coronari; ubi vero his evictus, Alexium Commenum, pollicentem se Paschali II. & Romanis suppetias laturum, adversus Henricum IV. Imperatorem, ac venturum Romam, ut coronam Imperialem à Romano Pontifice acciperet, sed successu caruisse. (*Roussel in histor. pontific. iurisdict. lib. 7. cap. 2. num. 11. & seqq.*) Divisione Imperii facta, Carolo M. non petenti, sed à Pontifice sponte 29.
coronam Imperialem impositam, Carolum autem eam suscipiendo minime successores obligare potuisse, nec voluisse, eam imposterum ut illi peterent, vel susciperent à Pontifice. Hinc factum, ut cum collegam & successorem in 30.
Imperio sibi assumeret, & declararet filium Ludovicum, non Romam coronandum miserit, sed autor ipsi fuerit, ut publica solemnitate Aquisgrani coronam altari impositam propriis elevaret manibus, sibique ipsemet imponeret. Fauchet (*en la fleur de la maison de Charlemagne, qui est de la continuation des anti-* 31.
quités Françoises, au second volume liv. 2. chap. 16. fol. m. 167. b.) factum ubi narravit, addit: (*icy faut noter, que Charlemagne declarant son fils Empereur, n'attend point le consentement du Pape, & des Romains, ny qu' autre que son fils touche à la couronne Imperiale, pour la mettre sur son chef, non pas mesmes des Evesques; chose que ie n' estime avoir esté faicte par le vieil Empereur sans mystere, & pour monstrer, qu' il ne tenoit l' Empire que de Dieu seul, puis qu' il envoye son fils la prendre sur l' autel, comme de la main de Dieu.*) Hic annotari debet, quod Carolus Magnus, declarando filium suum Imperatorem, non expetat consensum Pontificis, &

 Roma-

Romanorum, nec velit, ut alius coronam imponat capiti filii sui, & ne quidem Episcoporum aliquis, sed ut ipsemet hoc agat. Quod, meo iudicio, non sine mysterio factum à patre Imperatore, atque ut doceret, à solo Deo se tenere Imperium, indeque filium ad altare ablegare, ut, tanquam à divina
32. manu, ibi accipiat coronam. Mortuo Carolo, atque Leone Pontifice, Stephanus in locum demortui surrogatus Papa, fecit Romanos iurare fidelitatem Imperatori Ludovico absenti (*Fauchet d. vol. 2. livr. 3. ch. 2. f.* 186.) & nondum ab ullo Papa coronato; quod signum est, ipsum quoque Papam, Romanosq; fassos esse, Imperatori, etiam citra coronationem Romanam, dominium ur-
33. bis & Imperii competere. Fuit quidem postea Ludovicus à Stephano, qui in Galliam venerat, ad venerandum Imperatorem, aliaque negotia deliberandum, Rhemis coronatus, corona aurea, gemmis exornata; sed eam Papa sponte, non requisitus, in Galliam secum adduxerat, & sponte, non requisitus, obtulit Ludovico, qui eam bono suscepit animo, nulla obligatione in-
34. ductus. Post hæc alii quoque coronam à Pontifice susceperunt, vel petitam, sed nulla lege, vel oblatam. Lotharius iam à patre Imperator dictus (*Fauchet d. tr. livr. 3. chap. 4. fol.* 194. *b.*) à Paschale Pontifice invitatur, ut Romam veniat; venit, & coronatur. (*Idem d. lib. ch.* 1. *f.* 203. *b.*) Iohannis Papa, ut Ludovicum Balbum, Caroli Calvi filium, sacraret, in Galliam se suo contulit ductu. (*Roussel d. lib.* 7. *c.* 2. *num.* 16.) Temporis tractu, non parum religionis
35. zelus, & simplex pietas, hanc coronam firmavit. Auxit etiam dignitatem, schisma, quod aliquoties inter eligentes, vel inter Ecclesiam & Imperium fuit. Nam ubi duo electi fuerunt, uterque summum Pontificem precibus, submissione, donis, pro impertiunda corona maxime sollicitavit, quod sciret vulgo credi, Pontificem non nisi dignissimo coronam imponere, atque ita coronatum accessione maioris ubique fere partis, competitorem non coro-
36. natum excludere. Exempla schismatis fuerunt, inter Philippum & Othonem, inter Richardum Anglum, & Alphonsum Castellanum; ac prioribus seculis, inter Henricum II. seu IV. & Rudolphum; inter Lotharium & Conradum: In illoque schismate Philippi & Othonis, cum nullus (quasi) certus esset Imperator, Hetruriæ civitates plurimæ, sub Innocentio III. anno MCXCVIII. fœdus ineuntes, adversus Germanos, inter cætera caverunt, nullum Regem, aut Imperatorem se recepturos, nisi quem Romanus Pontifex designasset, & consecrasset. (*Roussel d. tr. lib.* 7. *c.* 3. *n.* 19. *pag.* 717.) Pontifices capillatam occasionem semper prensantes, nec hic dormitarunt.
37. sed ubique eam amplexi, partim persuasionibus & actu, partim minis, rem per intervalla eo usque deduxerunt, ut, ubi primum in constituendo Pontifice, Imperator utramque faceret paginam; postea Pontifex, in promovendo Imperatore, præcipuas sibi arrogaret partes. Orbi Christiano imponere, summo conamine ausus fuit unus & alter, Imperatorem nec esse, nec dici posse

posse gaudere nomine Augusti, non uti aurea bulla, nec debere administrare Imperium, nisi postquam susceperit coronam Romanam. Credulitate vulgi hoc susceptum, & plerique electi, sive, quod ipsi quoque eiusdem opinionis essent, sive quod tempori serviendum, é re sua arbitrarentur, coronam illam studiose petierunt. Fuerunt tamen nonnulli, qui eam insuper habuerunt, alii, qui eam non consecuti sunt, impedimento intercedente, vero vel ficto. Ipsi autem Imperii Status, postquam, levato velo, cognoverunt, quid 38.
rei ageret Pontifex, atque perpenderunt, coronationi plus adscribi, quam electioni; in effectu vero, ius & libertatem Germanorum magis magisque periclitari, tempore Ludovici Bavari, quasi somno demum excitati, Pontifici contradixerunt, hoc tamen moderamine, ut non coronationem ipsam oppugnarent, verum illa, quæ huic connexa esse docuerat Romana curia. Vnde etiam factum, ut ista coronatio in usu esse non desierit, sed à subsequentibus nonnullis quoque observata, non ob præceptum, & finem à Pontifice positum, sed propter monitum Electorum, & finem iam olim credulitate susceptum. Idem etiam hodie dicendum, postquam capitulatio Cæsarem ad coronæ illius susceptionem obligavit. Causæ ergo, quæ Imperatores 39.
moverunt, ut coronam Imperialem susciperent, vel veræ sunt & reales, vel falsæ & imaginariæ. Similiter etiam, causæ, cur à nonnullis ista coronatio non requisita, vel non recepta fuerit, & quando requisita, cur non data, non unius modi sunt, sed diversi generis esse possunt, nempe probæ, vel reprobæ. Ludovicum IV. atque Conradum I. non fuisse coronatos, docet Ludovicus 40.
Molina (*de iust. & iur. disput.* 24. *vers. cæterum*) Henricus I. cognomine Au- 41.
ceps, invitatus à Pontifice ad coronam suscipiendam, satis est, respondit, me divina gratia annuente, vestraque pietate. Regem dici, tanto honore nos indignos arbitramur; sit penes eos unctio, qui meliores esse cupiunt. (*ex Abbate Vrspergensi, & Cuspiniano in vita Henrici, Simon Schardius apud Klock tract. de contribut. c.* 1. *num.* 180. *inf.*) Nuspiam legitur (inquit Beutherus *in addit. ad parentis animadvers. histor. cap.* 13. *num.* 20. *pag.* 257.) Conradum Suevum, Cæ- 42.
sarem, à Pontifice coronam accepisse. Principes Germaniæ, qui Rudolphum 43.
Cæsarem elegerunt, eundem obligarunt, ut intra annum in Italiam diadematis causa se profecturum profiteretur: veruntamen ille totis, quibus imperavit, annis, semper novas occupationes publice causatus, nunquam Italiam ingredi voluit; ab amicis interim rogatus, quamobrem ab Italia deterreretur, non dissimulanter respondit, quod Cæsarum in Italiam vestigiam læta, magnifica, plenaque bonæ spei, videret, ex Italia vero referentia, & foras versa, tristia, misera, luctuosa. Ita habet Bzovii succenturiator, Matenesius 44.
(*tom.* 3. *histor. Eccles. lib.* 13. 200. *num.* 3.) & maleferiatum Germanorum historicum, in odium Pontificis Leonis Æsopæam fabellam attexuisse, iudicat. Credo, eum notare voluisse Cuspinianum, qui (*in vita Rudolphi pagin.* 303.)

 narrat:

narrat, Cæſarem apologo illo uſum:

——Me veſtigia terrent,

Omnia te adverſum ſpectantia, nulla retrorſum.

45. De Maximiliano I. annotavit Bodinus (*de Republica libr.* 1. *cap.* 9. *pag.* 191.)
cum haberet conventus in urbe Conſtantia, anno MDVII. Principes Ger-
manorum admonuiſſe de legati Pontificis oratione, qui coronam Imperialem
à Pontifice maximo, & peti, & accipi oportere, contendebat; fruſtra id qui-
dem, & ad pompam magis, atque ad oſtentationem fieri, quam ad Impera-
toris aut Imperii decus, cum ſatis omnibus cognitum eſſet, maieſtatem Im-
46. perii Germanorum, in Principibus, non in ipſo Imperatore poſitam eſſe. No-
vi autem ego, Maximilianum I. (in ſeiner Verantwortung auff des Königs
in Franckreich Klage *anno* 1507. auff dem Reichstag zu Coſtnitz *apud Goldaſt.* in
Reichshandlungen / *p.* 54.) affirmaſſe, ſe à Rege Galliæ impeditum fuiſſe, ne
47. coronam Romæ ſuſciperet, Quod etiam Hartmann. Maurus (*in deſcriptione
coronationis Caroli V.*) affirmat, dum à Gallis, atque Venetis, tranſitu, (occu-
patis itineribus) prohibitum Maximilianum ſcribit, impeditumq;, quo mi-
nus armatus, ut Imperatorem tantum decebat, pro corona Cæſarea Romam
48. proficiſceretur. Eandem neglexiſſe Ferdinandum I. Maximilianum II. Ru-
dolphum II. & Matthiam, tradit Reinking (*de regim. ſeculari lib.* 1. *claſſ.* 3. *c.*
8. *n.* 20.) quod duriuſculum mihi videtur. Ignarus quidem non ſum, illos,
iuxtaque Ferdinandos II. & III. hodie Imperantem, corona Romana non fu-
iſſe coronatos, ſed eam illos neglexiſſe, quam aſſumere capitulatione promi-
ſerant, ſalva ipſorum reverentia affirmari vix poteſt. Fortaſſis, Pontifex e-
am illis alia intentione, & cum onere dare voluit, quam illi accipere, & quod
ſubire maieſtas Imperii non permittit. Niſi obſtaret capitulatio, non deeſſent
49. rationes, quibus hanc coronam omittendam eſſe ſuadere poſſem. Vna eſt,
abſentia Cæſaris, quæ non raro, dum iter in Italiam, vel Romam verſus ſu-
50. ſcepit, aliis occaſionem præbuit, motus in Germania ſuſcitare. Altera eſt,
51. iter intutum, locusque Cæſaribus ſæpius exitialis. Arnulpho venenum,
Guidonis uxore in Italia procurante, datum: ſed eo non periit; Italiæ autem
propter veneficia infenſus, Germaniam repetiit. (*Mutius lib.* 12. *Chron. Germ.*
52. *apud Piſtor. tom.* 2. *p.* 90.) Suſcipio quoque eſt; Othonem II. veneno à Roma-
53. nis ſublatum, (*Mutius lib.* 14. *chron. p.* 106.) Otho III. veneno periit, ſive
Romanorum ſcelere clam per quempiam hoc illi datum credamus, (*cum Mu-
tio d. chron lib.* 14. *p.* 108.) ſive quod vulgatius eſt, chirothecarum venenata-
rum uſu, quas ei Creſcentii Romani vidua in munus amatorium miſerat. (*ex
Sigeberto, Trithemio, Chronico Hirſavienſi, ac Sigonio Lehemannus Chron. Spir. lib.*
54. 5. *c.* 13 *p.* 399.) Henricus IV. Romæ in eccleſia precibus intentus, molem in
necem ſuam paratam, & in cervicem deſuper immittendam, vix effugit (*Hi-
ſtoria de vita Henrici IV. tom.* 1. *Germ. hiſtor. Vrſtiſ. p.* 385) Henricus VII. in ſa-
55. cra Cœna venenum accepiſſe fertur, Appulit ille in Italia Bonconventum,

(*ita*

(*ita recenset Mutius lib. 23. chron. German. pag. 219.*) quod & elegans, & amplum castrum, in eo, propter festum diem, qui erat D Virgini sacratus, per duos dies quiescere, ibique Sacramentum corporis Christi sumere volebat. Aberat autem eo tempore Episcopus Tridentinus, quo confessore, ut vocant, utebatur: nam cum Vicecancellario Romam miserat, ad Pontificem. Quare quidam Monachus, ordinis B. Dominici, subornatus à Guelphis, qui in ea arce missam celebrabat, dedit Imperatori, sub specie sacramenti, venenum, Imperatorem scribunt statim præsens venenum sensisse, & intellexisse in sacramento sibi datum, adhibuisse remedia, sed omnibus remediorum viribus veneni efficaciam prævaluisse. Paulus Languius (*in chron. Citizensi apud Pistor. tom. un. illustr. veter. scriptor. pag 826.*) postquam dixit, Henricum VII. ad Bonconventum diem suum obiisse, addit; signa veneni in cadavere apparuisse, multi scripsere. Ptolomæus vero Lucensis affirmat, veneno eum periisse, à Prædicatorum ordinis fratre in eucharistia dato: aliusque additit, in Florentinorum dolo, & instinctu factum esse. Id ipsum Platina, magnus autor asserit, & in *fasciculo temporum* legitur, ac cunctis pæne chronicis. Ordo tamen ipse, per bullas Papales excusatur, prout in præfato *fasciculo temporum* clare habetur. Carolus IV. assumturus coronam Imperii, ab 56.
Innocentio VI. Papa, Senis debebat interfici, (*inquit Autor magni Chronici Belgici, quod reperitur inter rerum German. scriptor. sex editos à Iohann. Pistorio pag. 305.*) sed præmonitus evasit, & per portas exivit. Senenses, videntes Imperatorem evasisse, captaverunt Imperatricem, uxorem, & posuerunt in lupanari, in scandalum Imperatoris, illibatam tamen exire permiserunt. Tertia causa considerat impensas, quas expeditio Romana requirit, 57.
non solum ad stipendia militum, sex mensibus continuandas ordinarie in quatuor millia equitum, & viginti millia peditum, (R. A. zu Nürnberg *anno 1522. in pr. p. 149.*) verum etiam in dona Pontifici offerenda, Romanis, ac Præfecto urbis. Onuphrius Panvinius (*de comitiis Imperii*) docet, pro obtinen- 58.
da corona Imperiali veterem morem fuisse, ut Imperatores aliquod munus Ecclesiæ Romanæ largirentur, vel provincias, vel oppida, aut urbes aliquas, vel Ecclesiæ vi extortas, prælio, & armata manu, si opus esset, restituerent, vel similium aliquid agerent. Legati Romanorum ad Fridericum I. Impera- 59.
torem, pro suscipienda corona ad urbem properantem, inter alia mentionem faciunt V. millium librarum officialibus Romanis dandarum, à quibus illi in Capitolio acclamandum esset. (*Otho Frising. de gest. Frider. I. lib. 2. cap. 21. apud Vrstisium tom. 1. German. histor. pag. 462.*) Henricus Rex, filius Fride- 60.
rici anno M CXC. à Cœlestino Papa, omnium Romanorum favore, una cum coniuge, in die sancto Paschæ coronatus dicitur. Sed (*ut ex append. ad lib. 7. chron. Othon. Frising. cap. 33. apud Pistorium d. tom. 1. pag. 214. discimus*) hunc favorem Romanorum avaritiæ eorum maximis muneribus satisfaciens, promeruit, ac Tusculanense castellum, quod asylum Imperii contra omnes

eorum

eorum eousque fuerat, ipſis tradidit, Imperium in hoc non mediocri domno afficiens. Romani vero ſtatim tota urbe effuſi, in ipſa die paraſceves caſtel-
61. lum illud funditus deſtruxerunt. Carolo V. coronam Romanam hac conditione à Pontifice Clemente VII. promiſſam fuiſſe, annotavit Martin de Bellay (*en ſes memoires livre 3. fol. mihi 126. a.*) *ſi l' Empereur le voudroit favoriſer, & ſecourir de ſon armée pour le mettre en ſa patrie; pour par tel moyen avoir raiſon des Florentins, & ſe venger de l' iniure, qu' ils luy avoyent faite, durant qu' il eſtoit captif des Imperiaux. Car ils avoient ſaccagé tous les biens de ceux de la maiſon de Medicis, dont il eſtoit le chef, & les avoient bannis de Florence.* Denique Rouſſellus (*in hiſtoria Pontificiæ iurisdictionis lib. 7. cap. 3. n. 17. pag. 716.*) ex Bartolo
62. (*ad l. 1. in pr. ff. ſi quis teſtam. libr. &c.*) refert; Imperatorem, quod coronam accipiat à Præfecto urbis, quaſi in præmium iſtius muneris, & ſatisfacere o-
63. mnibus creditoribus Præfecti. Quartam perſuadendi cauſam ſuppeditant duræ minusque decoræ conditiones, quas Pontifices coronandis aliquando
64 præſcribere non erubuerunt. Tales ſunt, ut non niſi per tres dies Romæ ſubſiſterent, a coronatione peracta, non uno amplius die ibi commorarentur; (*Bartolus de Capua in conſilio, cuius meminit Matthæus de Afflictis in cap. inveſtitura,*
65. *col. pen. in f. de nova forma fidelit.*) vel, ut Italia ocyus excederent; qua de conditione Franciſcus Petrarcha Carolum IV. hoc modo literis affatus eſt: Neſcio quid Romano Pontifici pollicitus, iureiurando interpoſito, quaſi muro valido, ſeu monte invio, Romanæ urbis aditu prohiberis. Quæ nam iſta ſuperbia eſt, Principem Romanum, publicæ libertatis autorem, libertate privare, ut cuius eſſe debent omnia, ipſe non ſit ſuus? Iohannes Baptiſta Egnatius Carolum accuſat, quod Boëmiæ ſuæ, quam Germanis aut Italis, conſultum maluerit, & Imperii maieſtatem adeo neglexerit, ut coronam tantæ maieſtatis auctoramentum turpiſſima pactione acceperit ab Innocentio, qua cautum expreſſe, ut ab acceptis inſignibus confeſtim Italia abſcederet. (*Kyrian-*
66. *der Auguſtæ Treviror. annal. part. 14. pag. 116.*) Quinto, coronam hanc non appetendam eſſe, inde deduci poſſet, quod Pontifices eam ſuæ in Imperatorem ſuperioritatis argumentum & notam eſſe aſſeverant; quod ea nomen Imperatoris & Auguſti, nec non adminiſtrationem, conferant Regi Romanorum; quod, ſecundum nonnullos, hac ſolemnitate Imperator fiat vaſallus Papæ; & qua eius generis ſunt alia. Quibus ſingulis licet ſæpius contradictum, tamen conſultius videri poterat, non ſuſcipere hanc coronam, atque ſic Pontifici hac in parte omnem præſcindere occaſionem iactandi poteſtatem ſuam, vel exprobrandi beneficium, & in ſenſum feudalem transformandi. (*vide quæ ſcripſi de jure publ. lib. 2. cap. 4. n. 90. & ſeqq.*)

Ziemlicher gelegener Zeit.

Rudolpho I. ut intra annum in Italiam diadematis cauſa proficiſceretur, Principes Electores impoſuiſſe, ſupra ex Mateneſio audivimus. Verum hic

hic terminus certus non exprimitur, sed ad opportunum & commodum tempus, ut primum illud se offerat, refertur. Quemadmodum autem Cæsari coronam petenti, certus terminus non positus, ita nec Pontifici conferenti. Licet enim Durandus (*in rationali divinor. officior. lib. 6. de dominica quarta in quadragesima, ad finem*) doceat, dicta dominica Christianum Imperatorem coronari, ut semper coronam supernæ Hierusalem meditetur, atque ad hoc facere, scribat, quod legitur (*Canticor. 4.*) Egredimini filiæ Sion, & videte Regem Salomonem in diademate, quo coronavit eum mater sua, in die disponsationis illius, & in die lætitiæ ejus: Et, quanquam Nicolaus V. Fridericum Imperatorem in Dominica quarta quadragesimæ coronaverit diademate Imperiali, attamen, cum certus dies jure ad hoc constitutus non sit, Pontifice arbitrio relictus censetur. (*Azorius part. 2 instit. moral. lib. 10. cap. 5. pag. 1038.*)

Zum Sechtersten.

Nisi dicamus, commodum & opportunum tempus, Carolo nostro, non nisi aliquot post annos promissionis hujus, obtigisse, exprobrationem moræ non effugiet. Promissio ab ipso facta est anno MDXIX. ut Capitulationis datum innuit; tempus suscipiendæ expeditionis pro corona determinatum fuit anno MDXXI. ut ex recessu comitiorum Wormatiæ dicto anno celebratorum patet (§. auch haben uns/ *p. 135.*) Sed coronatio demum peracta anno MDXXX. (R. A. zu Augspurg *de dicto anno inpr. p. 193*) die XXIV. Februarii, quo Carolum complevisse annum ætatis trigesimum, annotavit Bucholcerus (*in indice Chronologico p. m. 519.*)

Erlangen.

1. *Coronatio peragitur à Pontifice.*
2. *Sed non semper.*
3. *An præfectus urbis Imperatori imponat coronam?*
4. 5. 6. 7. *A quo Ludovicus Bavarus acceperit hanc coronam.*
8. *Qua in Ecclesia Romæ coronatio peragatur?*
9. *Ludovicus Pius hanc coronam accepit Rhemis.*
10. *Carolus V. Bononiæ.*
11. *Error Scipionis du Pleix.*
12. *Caroli V. testimonium.*
13. *An Imperator coronam hanc possit suscipere per Procuratorem?*
14. *Quomodo Imperator haberi possit pro coronato?*

NOn exprimitur, à quo, & ubi, quoniam utrumque satis notum erat, & 1.
sine controversia. Inter Electores, & electum communiter creditur, coronationem hanc fieri à Pontifice, quod etiam exemplis firmatur; Fieri ta- 2.
men eandem quoque posse ab illis, quibus Pontifex hanc committit, si ipse absens sit, exemplis Friderici II. Henrici VII. (alias VI.) & Caroli IV. quos in absentia Papæ, autoritate tamen ejusdem, à legatis Cardinalibus Apostolicæ sedis consecratos, scribit Onophrius Panvinius (*libro de comitiis*

3. *Imperii*) comprobatur. Bartolus (*ad l. 1. in pr. n. 3. ff. si quis testamento liber.*) distinguit actus coronationis, & refert, coronam imponi non per Pontificem maximum, sed Præfectum urbis, nomine Populi Romani, Pontifice tan-
4. tum sacras cæremonias peragente. Et Antonius Marcellus (*de jure seculari Rom. Pontific. cap. 11. pag. 108.*) scribit, Ludovicum Bavarum, à Stephano Columna Senatore urbis, tempore Pontificatus Johannis XXI. secus XXII.
5. Imperatorio diademate coronatum. Sed Villanum tradere, Ludvicum à Sciarra Columna, quem Populus Romanus sibi in Ducem creaverat, & à Butio de Processu, ac ab Ursino de Ursinis, qui Senatores fuerant, & à Petro de Monte nigro, Equite Romano, anno M. CCC. XXVII. die XVI. Janua-
6. rii coronam accepisse. Albertus Argentinensis (*allegatus à Lehemanno in chron. Spirensi. lib. 7. cap. 14. pag. 744.*) rem breviter enarrans, Romam, ait, veniens Ludovicus, à Romano clero, & populo, gratanter, & comiter est receptus, & die XVII. Januarii, qua cantatur, *omnis terra &c.* anno regni sui XIV. & ex parte totius populi Romani, per Senatores, Præfectum urbis, & per Cancellarium populi Romani omnibus nobilibus acclamantibus, in Ecclesia S. Petri, cum ipsa conjuge, Imperiali extitit diademate insignitus: præ-
7. tenderunt enim Urbici, hoc eis competere. Quicquid sit, difficile haud fuit Romanis, jus aliquod cum effectu prætendere, quia Pontifex, absens ab urbe, Avenione in Gallia sedem tenebat, & coronandus, ab eodem excommunicatus, non curabat illi quæstionem moveri, hic vel alibi, ut inimico suo capitali. Satis tamen postea, cum alium Papam, ad instantiam clericorum & populi, in locum absentis surrogasset, facto ipso declaravit, quid sibi videretur. De novo enim, & iterum, coronam Imperialem à
8. manu ejus suscepit. (*Lehemann. d. loc.*) Locum quod tangit, quamquam nonnullis videatur, hunc actum Romæ, in Ecclesia Sancti Petri, celebrandum, exemplis tamen monemur; illum, prout Pontifici, ex causa aliquando visum, alibi etiam expeditum fuisse. Lotharius, & Henricus VII. Romæ quidem, ut multi alii, non tamen in Basilica B. Petri, quod ab eorum hostibus forte tum occupata esset, sed Laterani, in Basilica S. Salvatoris, Imperialia insignia assumserunt, (*teste Onuphrio Panvinio tract. de comitiis Impe-*
9. *rii.*) Extra Romam, non multo post Caroli Magni ævum, Ludovicus Pius Rhemis à Stephano Pontifice coronam Imperialem accepit, ut supra dixi.
10. Patrum nostrorum memoria, Carolus V. eandem obtinuit Bononiæ.
11. Crassissimus enim, & Regio Historico plane indignus, error est Scipionis Du Pleix (*tom. 3. de l'histoire generale de France pag. 858. num. 13.*) dum id Ro-
12. mæ factum asseverat. Certe, ipse Carolus, qui præ cæteris hoc optime novit, testatur (in Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1530. in pr. pag. 193.*) hoc Bononiæ factum. At vero, quod ibidem addit, daß er solche Crönung ohn

alle

alle Gefahr und Beschwerung wol zu Rom hätte holen können / non videtur verisimile Ludovico de Mayerne Turquet (*en l'histoire generale de Espagne livre 27. pag. 1300.*) quoniam (*les Romains lors se ressentoient encore du sac & du pillage des Espagnols*) Romani nondum obliti erant cladis & populationis urbi, paucis ante annis ab exercitu Caroli, duce Borbonio, illatæ. Denique, 13.
licet Imperator absens, per procuratorem coronam suscipere nequeat, cum ipsius præsentia personalis ad hoc requiratur, ut ungatur & consecretur, (*Azorius d. parte 2. instit. moral. lib. 10. cap. 5. pag. 1038.*) tamen si unctus prius & coronatus sit, poterit (*si Azorio fidem attribuimus*) per Nuncium Papalem, coronam accipere, ita scilicet, ut Pontifex mittat coronam per aliquem Nuncium, ut eam Imperatori præsul aliquis imponat, non tamen sic, ut Nuncii nomine, & vice, Imperator coronetur. Eo quoque ventum est,
ut nonnulli arbitrentur, Pontificem bulla speciali efficere posse, ut non coronatus habeatur pro coronato. (*vide Canin. in discurs. ad A. B. pag. 72.*) 14.

Kein Mangel gespühret.

Si omnem diligentiam pro consequenda corona Imperiali adhibuit, & per eum non stetit, quo minus eam acciperet, vel alia, quæ promisit, impleret, securus est, & immunis ab omni reprehensione. (*argum. l. ult. §. 1. ff. de L. Rhod. de jactu. & similib.*)

AD ARTICVLVM XXXI.

Solches alles / und jedes.

Hæc verba excludunt omnem restrictionem, & sunt instar specialis enumerationis. (*Oldradus consil. 300. num. 8. Grat. consil. 137. num. 14. volum. 1.*) Dictio, *omne*, est collectiva universalis (*gloss. in l. si pluribus 44. ff. de legat. 2. Bartol. in l. Moschis 47. ff. de jure fisci.*) Dictio, *singula*, est distributiva, & habet vim specialis enumerationis. (*Bartol. in l. si Stichum 16. §. stipulatio, in princ. ff. de verbor. obligat.*)

Bey Unsern Königlichen Ehren.

Controversum adhuc inter Doctores est, *an promissio talis, vel illa*, bey Fürstlichen/ *vel* Gräfflichen/ *vel* Adelichen/ Ehren/ Treue und Glauben/ *vim juramenti realiter præstiti obtineat?* Communiter fere in affirmativam itur, præeuntibus Schurfio (*centur. 2. consil. 37.*) Gailio (*2. observat. 59 num. 2. & seqq.*) Mynsingero (*centur. 1. observat. 17.*) aliisque magno catalogo expressis ab Hilligero (*ad Donelli lib. 24. cap. 13. de jurejurando. cap. 5. lit. E. p. 1221.*)

Im Namen der Warheit.

Promissionem, per veritatem, bey der Warheit / juramento æquiparant (*Abb. in c. ad aures, num. 3. extr. quod metus cauſ. Angel. Rom. & Alex. in l. 3. §. dato, ff. de jurejur.*) Et hanc opinionem communem esse, docet Cagnol. (*in repetit. l. si quis major, num. 100. C. de transact.*) ac addit, (*n. 107.*) illum, qui promisit in veritate, non minus teneri, quam si per DEUM jurasset. Cui pro ratione assignat, quod Christus sit veritas, (*Ioh. c. 14. verſ. 6. Conſil. Argentor. tom. 2. conſil. 2. n. 78.*)

Thun dasselbe auch hiermit / und in Krafft diß Brieffs.

Prior, & antecedens promissio, quæ verbis facta, nunc scriptura reiteratur, & confirmatur: Unde Electorum cura, & diligentia elucescit, quam huic negotio adhibere voluerunt. Notari autem debet, Carolum, quando istæ literæ conficiebantur, & sigillabantur, atque observantia earum promittebatur, non fuisse præsentem, sed nomine ejus id factum à legatis plenipotentiariis: ipsum vero hoc postea ratum habuisse, atque, ut mox dicam, corporali juramento confirmasse. Hoc est, quod legimus in der Sechs Churfürsten Brüderlichen Einung von des Römischen Reichs wegen zu Wormbs auffgericht (*Anno Domini 1521. §. 11. apud Goldast. in conſtit. Imperial pag. 18.*) daß die Articul / so die Churfürsten zu Franckfurt in der Wahle Römischer Kaiserlicher Majestät einträchtiglich / auß gutem getreuem Rathe und Bedencken / begriffen / und ihrer Majestät Commissarien / in Krafft ihrer voller Macht / angenommen / bewilliget / auch unter Kaiserlicher Majestät Namen und Insigel verbreifft / versigelt / und geschworen / die auch folgend durch Kaiserliche Majestät zu Aach vor ihrer Majestät Königlichen Crönung persönlich mit leiblichem Eyd geschworen. Sleidanus (*lib. 1. commentar. f. m. 21.*) brevibus hoc ita exprimit; leges, præscriptas ab Electoribus, legati Caroli ratas habuerunt, interposita cautione, sicut fieri consuevit, & illius nomine confectis ea de re literis.

Einen leiblichen Eyd.

Nondum juraverat Carolus, quando hoc in literas referebatur, sed juraturus erat; ad hoc enim legati eum, ad instantiam Electorum, obligaverant: Cujus intuitu hic res pro certa, & jam per acta refertur, quæ postea, anno sequenti demum facta. Anno enim MDXIX. capitulatio scripta, & sigillo munita, anno vero MDXX. hoc juramentum à Carolo ipso præstitum. Ubi coronationis actus Aquisgrani expediri debebat, dicto anno XX. Electoribus inter alia placuit, des Eyds halben / so Ihre Majestät vor dero Crönung thun soll / nach dem Ihr Majestät nicht zu Franckfurt gewest / oder zum Königstul

bequemlich hat kommen mögen / der Ort sich dann der Eyd zu thun gebührt / daß mit ihrer Majestät in bequemlicher Zeit gered werde/und so viel gehandelt/ das der vor der Crönung geschehe. Auch ist vor gut angesehen/ daß dißmals kein weiter Eyd von ihrer Majestät begehrt würde/dann Bekräfftigung der Articul zu Franckfurt / durch Ihrer Majestät Commissarien angenommen und verschrieben/und daß Ihre Majestät den Eyd thue / wie deß ein Begriff gestellet/und ein Nebenbrieff/ein Urkund/und Bekänntnuß von sich geben/daß Ihr Majestät den Eyd gethan/und die Articul zu Franckfurt durch Ihrer Majestät Commissarien angenommen / bekräfftiget haben. (*vide* der Churfürsten Ordnung / auff dem Rahthauß zu Aach berahtschlagt / bey der Königlichen Crönung zu halten / *anno 1520. apud Goldastum part. 2.* der Reichssatzungen / *p. 185*) Factum quod placuit, & juramentum ante coronationem præstitum in sacristia Aquisgranensi, hac formula: wie Wir mit Worten unterricht seind/ und die gestelte Articul/durch unsere Commissarien / nach Unserer Wahl zu Fanckfurt bewilligt und angenommen / inhalten / dem wollen Wir Carl / erwehlter Römischer König/2c. also stät und getreulich nachkommen / und halten / auch sonst alles das thun / das Uns/als Römischem König gebührt / als Uns GOtt helff/und die Heiligen. *Goldast. d. loc. p. 186. ubi etiam videre licet* die Nottel Kaiserlicher Majestät Nebenverschreibung/und Confirmation der Capitulation zu Aach vor der Crönung vollzogen / *quam ex eodem supra attulimus ad exord. capitulat. pag. 68.*) Huius juramenti respectu, quod huc usque omnes successores Caroli in Imperio, præstare soliti sunt, Ferdinandus I. in literis suis anno MDLIX. die XIII. Junii (*quarum partem legimus in Compositione pacis c. 7. quæst. 52. num. 38. & seq.*) capitulationem suam nominat, eine hochbetheurte geschworne Obligation.

Zu GOtt und den Heiligen geschworen.

1. *Formula jurandi per Sanctos, apud nostrates non est in usu.*
2. *In Camera aliquando licuit jurare, vel per Sanctos, vel per sanctum Evangelium.*
3. *Quod etiam approbatum in transactione Passaviensi.*
4. *Postea aliud placuit.*
5. *Et ita etiam Imperatores jurarunt.*
6. *Quid dicendum de juramento Electorum?*

ITa olim jurari solitum: sed cum jusjurandum sit species cultus divini, & 1.
nostræ religioni addicti, Sanctos, nec adorandos, nec invocandos, doceant, apud nostrates hæc formula observari desiit: (*Beust. ad leg. 3. §. ult. de jurejur. Airer. processs. part. 1. c. 6. observ. 5. num. 3.*) Atque jam anno MDXLIV. (*ut recessus* 2.
comitiorum Spirensium tunc celebrator. §. so viel das Recht / *pag. 305. exponit*) communi statuum placito, permissio facta assessoribus, & aliis in Camerali

judicio occupatis, den Eyd nach dem alten Brauch/zu GOtt und den Heiligen/oder zu GOtt und auff das Heilige Evangelium zu thun / quæ formula tamen tunc primum non cœpit, sed ante quoque usurpata fuit in Camera, Eyd der Personen zum Cammergericht gehörig / *inter recessus Imperii pag. 242.*
3. *& seqq.*) Idem reiteratum in transactione Passaviensi, anno MDLII. (§. und
4. soll auch alles / *in fin.*) Et, quod observari meretur, postea in der Cammergerichts-Ordnung de anno MDLV. in juramentis mentio Sanctorum plane fuit omissa, ac formula præscripta, zu GOtt und auff das heilige Evangelium zu schwören / (*ut videre est parte 1. dict. ordinat. à tit. 57. usque ad tit. 85. inclusi-*
5. *ve*) quæ formula tandem etiam in capitulationem Maximiliani II. anno MDLXII. illata, & huc usque, in subsequentibus omnibus continuata fuit.
6. Moveri hic potest quæstio; *an juramenti, quod præstare debent Electores, ubi de eligendo Romanorum Rege agitur, clausula, sicut me DEUS Iuvet, & omnes sancti,* (*secundum Aureæ Bullæ præscriptum cap. 2. §. 2.*) *adhuc in usu remanserit?* Affirmativæ fundamentum suppeditare videtur dict. §. So viel das Recht (Reichs Abschied zu Speier *de anno 1544. pag. 305.*) ibi doch unabbrüchig der Gulden Bull; quæ verba, ut exceptionem designantia, licet extra casum regulæ (cum tamen omnis exceptio de regula esse debeat) in dicto paragrapho proposita esse videantur, nisi tamen de juramento Electorum, de quo quæstionem movi, intelligi debeant, non video quo referri possint. Negativa autem prævalet, si non in juramento Electorum Pontificiæ religioni addictorum, saltem in illis qui ab ea dissentiunt.

Stät/fest/ und unverbrochenlich zu halten.

Ovidius Guntherus (*in Ligurino lib. 3. vers. 513.*)

Non decet in labiis versari lubrica Regis;
Non decet ore sacro mendacia cudere Regem;
Sancta, & plena suo sunt Regia pondere verba;
Dicta semel, nullum patiuntur jure recursum.

Si toto mundo fides exulet, apud Cæsarem residere debet: quo enim major autoritate, & gradu est, eo major in servanda fide esse debet. Fraus cum in omnibus fœda, tum vero in iis, qui majori dignitate sunt præditi, fœdior est, quam aperta violentia, dicit Thucydides (*lib. 4. de bell. Peloponnes.*) (*La tromperie est par tout odieuse, mais elle l'est d'avantage aux Princes, dont la parole doit estre immuable. Pierre Matthieu en l'histoire de Henry IV. tom. 1. livr. 2. narrat. 1. pagina 214.*) Deceptio apud omnes ubique odio habetur, sed magis si in principe sit, cujus promissa debent esse immutabilia. Quis enim citra horrorem audiet, Principem exceptione Mediolanensium uti (*de qua Radevicus de gest. Friderici I. libr. 2. cap. 25. apud Urstisium tom. 1. vet. scriptor.*

pag.

pag. 523.) se jurasse quidem, sed juramentum attendere non promisisse. Fuisse tamen aliquando tales, Franciscus Maria, Dux Urbini, innuere voluit, solitus dicere, (*que si un si simple gentil homme, ou un Seigneur non Souverain, manquoit de sa parole, il en seroit deshonoré & blasmé d'un chacun: mais les Princes souverains, par raison d'Estat, pourroient, sans autre grand blasmé, faire des traités, & s'en departir, prendre des alliances, & les laisser, mentir trahir, & toutes telles autre choses.*) (*La Cardinal d'Ossat livre 3. lettre 87. pag. 372.*) quod si nobilis, aut dynasta, qui superiorem recognoscit, fidem non servaret, ignominiam & vituperium omnium incurreret ubique; Principes autem, qui superiorem non recognoscunt, possunt citra magnum vituperium inire tractatus, & pacta, ac ab iisdem discedere, contrahere fœdera, ab iisdem resilire, mentiri, decipere, & alia ejus generis omnia patrare, solo sub prætextu rationis Status. Verum, quod inter homines abominabile monstrum est, id inter Principes viros ille esse debet, qui fidem datam non observat, sed infringit.

Zu thun/ noch zu schaffen gethan werden.

Non debet ipse Cæsar, contra promissa, in capitulatione facta, venire, nec aliis autor esse, ut quicquam contra illa faciant, ne audire cogatur, quod quis per alium &c.

AD ARTICVLVM XXXII.

Conjungi, propter materiæ cohærentiam, hic articulus potuisset cum articulo II. nisi aliud Electoribus fieri placuisset. Cavetur autem hoc nostro, ne Imperator contra capitulationem, auream Bullam, statuta & leges Imperii, jam existentes, vel imposterum cum consilio Statuum ferendas, ullum rescriptum, mandatum, vel quicquam aliud, citra causæ cognitionem, emittat, vel fieri permittat quocunque modo.

In dieser Unserer Zusagung.

Particula, **in**/ mihi videtur totum obscurare sensum, unde vel omittenda, ut sensus sit, velle & debere etiam Imperatorem, nihil, quod contrarium his suis promissis, rescribere, vel mandare; quod cum præcedentis articuli positione finali, in effectu coincidit: vel si retinenda, legi ita poterit, **in dieser Unser Zusagung/ gedachter Gulden Bullen** ꝛc. ne prioris articuli clausula iterum repetita videatur. Sed corrigendi licentiam mihi non sumo, expono solum quid dici possit.

Durch

Durch Uns.

1. *Cæsaris potestas in legibus ferendis.*
2. *Potissimas illi partes assignant Reinking, & Klock.*
3. *Imperator convocat Status ad comitia.*
4. *Proponit deliberanda.*
5. *Facit legem.*
6. *Mandat, aut committit aliis, ut legem ipsius nomine faciant.*
7. *Renovat, & declarat legem.*
8. *Constitutioni apponitur sigillum Imperatoris,*
9. *Imperator constitutioni subscribit nomen suum.*
10. *Mandat ut lex observetur.*
11. *Statuit pœnam in transgressores legis.*
12. *Promulgat leges, aut mandat eas promulgari.*
13. *violatores constitutionis conveniuntur à fiscali Cæsaris.*
14. *Comitia indicuntur consensu Electorum.*
15. *Status deliberant, an & quomodo lex concipienda & ferenda.*
16. *Lex fertur consensu Statuum.*
17. *Status permittunt legem ferri.*
18. *Status acceptant legem.*
19. *Non vocatur Cæsaris, sed Imperii constitutio, vel Cæsaris & Imperii Statuum.*
20. *Renovatio, & declaratio legum, fit consilio statuum.*
21. *Quando, & quomodo subscriptione Statuum confirmetur constitutio.*

1. IN legibus ferendis non absoluta Cæsaris potestas est (*ut supra quoque ad articulum I I. verbo,* Bessern / *docui*) sed limitata. Concurrunt in nonnullis, circa hoc negotium, Cæsar & Status, nonnulla autem Cæsar solus, & suo nomine expedire solet; ut dubitare liceat, quis potissimas hic partes obtineat, præsertim cum in capitulatione dicatur, durch Uns / quod causam instru-
2. mentalem, & non von Uns / quod efficientem denotat. Reinking tamen (*de regim. seculari Imperii Romani lib. 1. claß. 2. c. 2. num 120.*) potissimas, principales, potioresque, Klock (*tr. de contribut. c. 4. n. 30.*) Imperatori deferunt. Utra opinio verior sit, melius cognosci haud potest, quam si, quæ utriusque
3. sint partes, expendamus. Imperator (1.) convocat Status Imperii ad comi-
4. tia, ubi de legum constitutione agitur. (2.) Solus deliberationis capitula,
5. sub quibus etiam legis constituendæ continẽtur, proponit. (3.) Facit legem, richtet die Satzung und Ordnung auff. (Policey-Ordnung zu Franckfurt auffgericht *anno 1577. in pr. in Codice recessuum Imperii pag. 676.*) Setzet und ordnet. (Reformation König Maximilians die frey Schöffen / etc. betreffend / zu Wormbs auffgericht *anno 1495.* §. Demnach haben / *p. 33*) von Römischer Kaiserlicher oder Königlicher Macht. (R. A. zu Speier *de anno 1544.* §. als wir aber / *p. 204.* Constitution oder Mandat wider die Widertäuffer / §. Hoch und
6. Ehrwürdige / *p. 190.*) vel mandat aut committit aliis, daß sie an Seiner statt und Namen eine Constitution auffrichten. (R. A. zu Wormbs *de anno 1521.* §. und als bißher / *p. 134*) eine Ordnung begreiffen / welche Seine Majestät hernacher bestättigen / confirmiren und approbiren. (Ordnung zu Unterrichtung der offnen Notarien / zu Cölln *anno 1512.* auffgericht / *in pr. p. 95.*) Unde etiam

voca-

vocatur, Kaiserliche Ordnung / (der Römischen Kaiserlichen Majestät Ordnung und Reformation guter Policey / zu Augspurg *anno* 1548. auffgericht / *in pr. & f.* Kaiserlicher Majestät Ordnung und Reformation zu Augspurg *anno* 1530. auffgericht *in prin.*) Kaiserliche Schatzung / (*Constitution* wie Brüder, und Schwesterkinder / rc. unter sich theilen sollen / §. *ult. pag.* 189.) (4.) Erneuert / 7.
bessert / vermehrt / und erklärt / die Gesetze und Ordnungen. (Landfried auff dem Reichstag zu Augspurg declarirt / erneuert / auffgericht und beschlossen *anno* 1548. § als weiland / *pag.* 354.) (5.) Constitutionibus apponitur sigillum Re- 8.
gium vel Imperatorium. (Königliche Satzung von den Gotteslästerern / zu Wormbs *anno* 1495. auffgericht / *inf. pag.* 31. Ordnung und Satzung über die Wein zu Freyburg *anno* 1497. *inf. pag.* 35. Reformation der Freyschöffen / rc. betreffend / *dicto anno inf. pag.* 33.) (6.) Imperator subscribit nomen suum, (Re- 9.
formation guter Policey / zu Augspurg *anno* 1548. auffgericht / *pag.* 378. Policey-Ordnung zu Franckfurt auffgericht *anno* 1577. *pag.* 692.) (7.) Mandat, ut lex 10.
observetur (Königliche Satzung von Gotteslästerern zu Wormbs *anno* 1495. *inf. pag.* 31.) (8.) Ponit transgressoribus pœnam, vel mulctam. (*d.* Ordnung 11.
und Satzung über die Wein / zu Freyburg auffgericht *anno* 1497. *inf. pag.* 35.)
(9.) Promulgat, vel publicat legem, aut mandat aliis, ut promulgent, ver- 12.
kündet (*d. pag.* 35.) solches werde in seinem Namen allenthalben im Reich verkündet (*d.* R. A. zu Wormbs *anno* 1521. §. und als bißher *pag.* 134.) gebietet / daß es allenthalben im Reich geöffnet und kund gemacht werden soll / (*d.* Ordnung zu Unterrichtung der offnen Notarien *in fine principii pag.* 95.) & ponit terminum, intra quem publicati debeat, (*d. constitutione*, wie Brüder / und Schwesterkinder / rc. unter sich theilen sollen / §. *fin. pag.* 189.) läst sie in Truck außgehn (*d.* Policey-Ordnung *anno* 1577. auffgericht / *in pr. pag.* 676.) (10.) Violatores 13.
constitutionis, à fiscali Cæsaris conveniuntur, & mulcta eius nomine exigitur &c. Statuum, vel omnium, vel Electorum tantum, partes in constitu- 14.
enda lege, vel facienda ordinatione sunt, (1.) Comitia, in quibus de constitutione legis agitur, non nisi consensu Electorum indicuntur; atque in iisdem aliquando, licet Imperator in propositione nihil de hac vel illa lege ferenda dixerit, Statuum admonitione prævia, de lege ferenda consultatio initur, (Kaiser *Ferdinandi* Müntzordnung *de anno* 1559. §. Demnach uns dann / *pag.* 533.) (2.) An & quomodo lex concipienda, deliberatur à Statibus, es 15.
geschicht mit zeitigem Raht / und guter Vorbetrachtung: (*d.* Reformation die Freyschöffen betreffend §. demnach / *p.* 33.) mit Raht / Wissen und Willen (Reformation guter Policey zu Augspurg anno 1530. auffgericht §. *fin. pag.* 223.) wird mit dero Raht und Willen fürgenommen (R. A. zu Augspurg *anno* 1500. §. und Wir / *pag.* 65.) (3.) Lex non fertur, nisi consentiant Status; es geschicht 16.
mit ihrem Willen / (*d.* §. *f.* Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. auffgericht / *in pr. pag.* 36.) mit ihrer Verwilligung. Erklärung des Landfrie-

17. dens zu Augspurg *de anno* 1500. auffgericht / *in pr. pag.* 44.) (4.) Status permit-
tunt ut feratur, sie geben es zu. (*d.* Ordnung des Regiments *p.* 36. R. A. zu Augs-
18. purg *anno* 1500. §. und Wir Churfürsten / *pag.* 65.) (5.) Requiritur, ut Status
acceptent legem, (*d. pag.* 36. *d.* Erklärung des Landfridens / *pag.* 44. *d.* R. A.
zu Augspurg *anno* 1500. *d.* §. und Wir / *d. rubrica* der Kaiserlichen Cammerge-
richts Ordnung *anno* 1555. auffgericht / *pag.* 419.) idque fit, non jussu Impera-
toris, sed utilitate communi suadente: (Handhabung des Friedens zu
Wormbs *anno* 1495. auffgericht / §. *ult. pag.* 28.) quo facto, ea demum promul-
gatur, (*d.* Satzung von dem gemeinen Pfenning *de anno* 1495. § *fin. pag.* 30.)
ita, ut eas habeamus leges, quas communis Statuum consensus invexit, ne
jussisse latas magis, quam tulisse videri possit. Atque hinc est, quod ali-
quando dicuntur Status cum Imperatore, verordnet und gesetzt zu haben; (*d.*
Satzung von dem gemeinen Pfenning zu Wormbs *anno* 1495. auffgericht / *in
fine exordii pag.* 28.) quod haud raro vocentur, non Cæsaris, sed Imperii con-
stitutiones, Reichsordnungen / (R. A. zu Wormbs / §. es sollen auch / *pag.* 134.
Erklärung des Landfriedens zu Nürnberg *anno* 1522. §. *ult. pag.* 147.) Reichssatz-
ungen / (R. A. zu Regenspurg *anno* 1576. §. doch dieweil / *p.* 662.) ac aliquando-
que rubricam habeant, der Kaiserl. Majestät und des H. Reichs Stänn Ord-
nung. (*ut* des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. *pag.* 35. des Cammergerichts
auff dem Reichstag zu Costnitz *anno* 1507. *pag.* 67. Auffsatzung und Ordnung /
auff dem Reichstag zu Trier und Cöln *anno* 1512. *pag.* 82. Cammergerichtsord-
nung zu Speier *anno* 1533. auffgericht / *pag.* 238. Cammergerichtsordnung *de an-
no* 1555. *pag.* 419. Policeyordnung *anno* 1577. zu Franckfurt gebessert / *pag.* 676.
Cum autem, gratia & privilegio Cæsareo, editio ista Codicis recessuum Im-
perii roborata sit, non est quod dubitemus, rubricas ibi positas probationis
19. loco firmiter adduci posse.) (6.) Renovatio, melioratio, auctio, & explicatio
legum, & constitutionum, fit consilio, (*d.* Landfried zu Augspurg *anno* 1548.
declarit, §. als weiland / *pag.* 354.) & approbatione Statuum. (*d.* Erklärung
des Landfriedens zu Augspurg *anno* 1500. auffgericht / *tit.* vom auffgerichten
Landfrieden *pag.* 44. *Vide quæ annotavi supra ad articulum* II. *verb.* Bessern.) (7.)
20. Vbi lex, vel constitutio inseritur recessibus Imperii, nonnulli ex Statibus o-
mnium nomine subscribunt, & sigilla sua apponunt, ut notum est, (& in specie
videri potest in R. A. zu Speier *anno* 1529. auffgericht / *pag.* 191. *junctis cum eadem
aliquot prioribus.*)

Auch andere Ständ des H. Reichs Raht.

Vide supra d. artic. II. verb. Bessern.

Möchten auffgericht werden.

Nulla Respublica tantæ perfectionis est, ut non aliquando novis indi-
geat legibus, & reformatione, vel abrogatione iam latarum opus habeat.
Cau-

Causas exponit Rittershusius (*ad Novellas Iustin. in procem. per totum caput tertium.*)

Zuwider kein Rescript/ oder Mandat.

Non enim supra has leges est, sed infra; hoc est, eas observare debet ipse, & procurare, ut alii quoque observent.

Unerhörter Sachen außgehen-lassen.

Ergone, audita causa, contrarium his legibus rescribere, & mandare poterit? Haud aliter, quam si audita causa, consilio & assensu Statuum, Imperio id utile fore deprehensum fuerit, placueritque contra legem agi.

AD ARTICULUM XXXIII.

Soll krafftloß/ todt und ab-seyn.

Hæc clausula eius efficaciæ est, ut quicquid contra factum fuerit, ipso jure non valeat. (*Cels. Hugo in tract. clausular. num.* 127. *& in consil.* 46. *num.* 15. *Riminald. Iunior. consil.* 88. *num.* 62. *Klok de contribut. cap.* 16. *sect.* 1. *num* 176.) licet juramentum accesserit. Actus enim factus contra iuramentum de non faciendo, etiamsi cum juramento fieret, est ipso iure nullus. (*Consultat. Saxon. tom.* 3. *p. q.* 16. *n.* 1.)

Als dann/ und dann als jetzt.

De huius clausulæ effectu, vide allegatos à Gailio (*de pignorat. observat.* 13. *num.* 6.)

Arge List und Gefährd außgescheiden.

Vide Wehnerum (*in observat. pract. verb.* treulich und ohne Gefährde.) Gœddæum (*de contrah. stipul. c.* 8. *conclus.* 1. *n.* 26.)

AD ARTICULUM XXXIV.

Dieser Brieff Sechs.

Videbatur sufficere unicum authographum, quod possit reponi ad acta Imperii, à Cancellario Germaniæ, Archiepiscopo Moguntino; præsertim, cum promissio fiat collegio, non singulis: usu tamen introductum, ut singulis Electoribus, non exemplar, sed authographum tradatur, solo Bohemo excepto, qui, ut nihil curæ ad capitulationem conficiendam confert, ita nec maior, vel alia eius habetur hic ratio, quam reliquorum Statuum, qui Electores non sunt.

Königlichen anhangende Insigel.

Sigillum Regis Romanorum, qui vacante Imperio eligitur, idem est quod Imperatoris, sive materiam spectes, sive formam, & figuram, quoniam

electus Imperator est & dicitur: Vtitur autem aurea Bulla, quod in rebus majoris momenti, præsertim gratiosis, receptum, licet nondum sit à Pontifice coronatus. (*art. 46. capitulat. Ferdinandi III. Canin. in discurs. ad. A. B. p. 6.*) In minoris momenti negotiis, utitur cera rubra. Formam vel figuram quod attinet, his sigillis imprimitur aquila biceps, insigne Imperii.

Bekräfftiget.

Quia sigillum variis ex causis instrumento addi potest, ideo consultum est, quem in finem ab unoquoque additum sit, in instrumento exprimere, alias cum per se nihil loquatur, & incertus videatur testis, in dubio testimonii potius, & autoritatis, quam obligationis causa accessisse, præsumitur. (*Coler de process. exec. part. 3. cap. 1. num. 26. Autor* dergründlichen Außführung der Reichsstatt Lindaw / *p.* 214.)

Am dritten Tag.

Longum per tempus, in Imperio nostro, data literarum publicarum non exprimebant, numerum diei cuiusque mensis, sed nomen diei, ratione septimanæ, adiecto, vel proximo festo, vel die Domini proxime præterito, vel sequente. Exempli gratia; mit Vrkund dieses Brieffs / der gegeben ist zu Nürnberg / nach Christi Geburt dreyzehenhundert Jahr / und in dem ein und sechszigsten Jahr / an den nächst Mitwochen nach S. Michaelis tag / (*apud Goldastum in constitut. Imper. pag.* 138.) an Mittwoch nach S. Gregorien Tag / (*apud eundem p.* 170.) an Vnserer lieben Frauen Abend Assumptionis (*p.* 207.) an dem Freytag vor Judica, (*d. Goldast.* in Reichshandlungen *p.* 21.) an dem Sunnetage vor dem Palmetage / (*apud Lehemannum Chron. Spir. lib. 5. cap.* 108. *p.* 631.) in crastino Elisabeth, den Tag vor Elisabeth / (*d. lib. 5. c.* 112. *p.* 638.) feria quinta post Matthiæ Apostoli. (*d. lib. 5. c.* 121. *p* 654.) Infinita huiusmodi exempla antiquitatum scrutatoribus occurrunt, & eius vestigia quoque, rara tamen, in codice recessuum Imperii reperiuntur. (*Vide* die Cammergerichts-Ordnung zu Costenz *anno* 1507. auffgericht / §. und sind, *inf. & seq. p.* 71.) Caroli V. tempore triplicem formulam observatam deprehendo: *unam*, qua septimanæ dies post festum præcedens ponitur, & maioris evidentiæ causa adiicitur, quotus ille in mense sit, Montag nach S. Michaelis Tag / das ist der dreyssigst Tag des Monats Septembris / (R. A. zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht / §. und soll sich / *p.* 132.) *alteram*, qua non adiicitur numerus diei, quotus in mense sit, sed antiquo more, ita, Donnerstag nach dem H. Pfinsttag: Sic lego in fine der Sechs Churfürsten brüderlicher Einung zu Wormbs auffgericht *anno* 1521. *Tertiam*, quæ tunc fuit communior cæteris, expresso numero, ut ex actis eius temporis patet. exempli gr. den sechs und zwanzigsten Tag des Monats Maii. Duravit autem adhuc antiquus mos, & observatus fuit in nonnullis judiciis, donec

donec anno MDXXXII. comitiorum Ratisponensium Recessu statuta (§. zum andern / *pag.* 232.) daß die Unterrichter / von welchen an das Cammergericht appellirt / den Tag des Monats / und nicht nach dem Sontag / oder Fest / deßgleichen auch / so viel müglich / die Stund / der gesprochenen Urtheil / und aller Handlung / unterschiedlichen lauter bestimmen / und in actis anzeigen sollen. (*Idem repetitum in part. 2. ordin. 1. Cameræ de anno* 1555. *tit.* 31. §. und nach dem.)

Des Monats Julii.

1. *Cur latina de nominatione exprimatur mensis?*
2. *Tempore Romuli decem tantum menses erant.*
3. *Quibus additi postea duo alii.*
4. *De nomine Martij.*
5. 6. *Aprilis unde dictus?*
7. *Vnde Maius?*
8. *Vnde Iunius?*
9. *Quintilis, postea fuit dictus Iulius.*
10. *Sextilis, postea dictus Augustus.*
11. *September.*
12. *October.*
13. *November.*
15. *Ianuarius unde dictus?*
16. *Vnde Februarius?*
17. *Carolus Magnus mensibus imposuit nomina Germanica.*
18. Wintermonat.
19. Hornung.
20. Lentzmonat.
21. Ostermonat.
22. Wunnemonat.
23. Brachmonat.
24. Hewmonat.
25. Armmonat.
26. Herbstmonat.
27. Weinmonat.
28. Windmonat.
29. Heiligmonat / Christmonat / Wolffsmonat.
30. *Caroli diligentiam vicit tyrannis linguæ Latinæ.*
31. *Mensium nomina corrupta.*

CVr potius Latina denominatione mensis exprimatur, quam Germanica, 1.
ratio, præterquam, quod reliquias dominatus Latinæ linguæ sapiat, &
consuetudinis tyrannidem, quæ exotica propriis præfert, nulla est. Apud 2.
Romanos, tempore Romuli, ab origine urbis, decem menses tantum consti- 3.
tutos dicunt, quibus Numa Pompilius postea duos alios adiecerit, ut duode- 4.
cim fierent. Hos numerare incipiebat eo ordine, ut primus esset Martius;
cui hoc nomen datum à Marte, fictitio illo DEO, vel quod Romulo Pater diceretur, vel quod apud Romanos præcipuo tunc coleretur numine, tamquam ab illis, qui fere nihil, nisi quod Martium, hoc est, bellicum meditabantur. Secundus, Aprilis, quasi aperilis, quod aperiat terram; vel, ut Varro ha- 5.
bet, quod tunc claustra nascendi aperiat terra. Censorinus, ab Aphrodite 6.
Venere, dictum vult, quod Romani suam à Venere traxerint originem; quæ
derivatio tamen longius ab ipsa vocabuli scriptura recedit. Tertius, Maius, 7.
à Maia matre Dea, cui eo mense sacra fiebant: alii dictum volunt à maioribus, vel senibus. Quartus, Iunius, à Iunone Dea, quæ illo mense colebatur. 8.
alii derivant à juvenibus. Quintus dicebatur primum, Quintilis, quod esset 9.

in ordine quintus, à primo, hoc eſt, Martio: poſtea nomen accepit Iulii, in
10. honorem Iulii Cæſaris. Sextus nominabatur, Sextilis, quod in ordine ſex-
tus eſſet; deinde vero appellari cœpit Auguſtus, in honorem Auguſti Cæſaris.
11. Septimus, September, quia in ordine ſeptimum locum occupabat, quaſi ſe-
12. 13. 14. ptimus imber. Octavus, October: Nonus, November: Decimus, Decem-
ber, communi ratione, quam à numero, vel ordine, deduci modo diximus.
His adjectus poſtea undecimus, Ianuarius, à Rege Latinorum Iano dictus,
15. Duodecimus, dictus fuit Februarius, à februis, id eſt, ſacris celebratis pro de-
16. functorum manibus. (*vide officinam Textoris. lib. 6. cap. 2. Keckermann lib. 2. ſy-
ſtem Aſtronom. c. 5. p. m 386.*) An aut quomodo veteres Germani annum divi-
ſerint, & quibus nominibus quasque partes appellaverint, antiquitatis nube
17. tegitur. De arolo autem Magno Eginhardus annotavit, quod menſibus
juxta patriam linguam nomina impoſuerit. (*Vide Lehemannum in Chron. Spi-
renſ. lib. 2. c. 45. p. 196.*) Quod ita intelligi debet, poſtquam à Germanis Ro-
manorum iſta diviſio recepta, Carolum, retento menſium numero, cum inde-
18. corum duceret exoticis uti nominibus, vernacula ſtatuiſſe. Ianuarium ap-
pellavit Wintermonet/ quod hyems, qui Germanis Winter dicitur, tunc ma-
19. xime vires ſuas ſolet exercere. Februarium, Hornung; cuius vocabuli ori-
20. ginem hodie plane ignorari ſcribit Keckermannus (*d. loc. p. 388.*) Martium
21. Lenßmonet / vel, ut alii habent, Lenßinmanoht. Aprilem Oſtermonet / vel
Oſtermanoht / propter feſtum Paſchatis, quod nos Oſte n / corupta voce Auf-
ferſtehung / vel Urſtehen; quia Salvatoris noſtri reſurrectio tunc celebratur,
vel ab Oſter / ut orientem nominavit Carolus, quando ventum ſubſolanum di-
xit, Oſterwinde; ut Oſtern ſit quaſi ortus ſalutis noſtræ, de qua iſto in feſto agi-
22. tur. Maium, Wunnamonet; Wunne / vel Wonne gaudium ſignificat; quia
23. hoc menſe anni formaſitas ſe explicare incipit, & nos ad gaudium invivat. Iu-
nium, Brachmonet / Brachen nihil aliud eſt quam brech n / agrum ad culturã
revocare, extricare, agrum incultum; & brach ligen ſignificat, agrum ſuba-
ctum non eſſe, daß er zu brechen ſey / wann man ihn nutzen wolle. Credidit au-
24. tem Carolus, hoc menſe rus excolendum eſſe. Iulium, Hewmonet / Hewin-
25. manoth / à fœno, quod tunc ſecandum, vel colligendum. Auguſtum, Arm-
monet / Aranmanoht / quod arbitror menſem eſſe brachiorum, hoc eſt, opera-
rum: Arm enim nobis brachium eſt, quo laborem conficimus. ſcilicet, quod
illo menſe laborandum ſit in colligendis frugibus: vel Aran / & contracte
Arn / olim idem fuiſſe, quod nobis hodie Ahr / ein Kornähr / ſpica, der Ahren-
26. monat / menſis meſſis, vel ſpicilegi. Septembrem, Herpſtmonet / menſem au-
27. tumni. Octobrem, Weinmonet/Winmanoht / menſem vini, vel uvarum,
der Weintraubenmonat; quod eo tempore vindemia fiat: licet, quod colle-
ctum eſt, muſtum potius quam vinum dicatur, & ut noſtri arbitrantur, poſt
feſtum Martini demum hoc nomen conſequatur. Lex 10. C. de erogat. milit.
annon.

annon. lib. xii. novellum vinum dicit, & mandat, ut per omnes provincias, cunctis numeris ac militibus, à Novembri mense, de novello vino annona detur, quoniam veteris dispendiosa videatur erogatio. Novembrem, Wind- 28.
monet/ mensem ventorum; quod tunc Æolus imperium suum, aperto ventorum carcere, atrocius exerceat, unde navigationis usus, qui à mense Octobris, usque ad calendas Aprilis, (*arg. l. 3. C de naufrag. lib.* 11. *Scheplitz ad consuet. Brandeb. part. 4. t. 5. & ibi allegati.*) suspendi debet, tunc omnium minime securus. Decembrem, Heiligmonet/ mensem sanctum, propter festum sc. na- 29.
tivitatis Domini, quod in eo celebratur: unde etiam hodie à nonnullis appellatur der Christmonat: ab aliis vero der Wolffsmonat/ quod lupi tunc maxime nocivi sint. Verum, laudabilis Caroli diligentia, ad dignitatem linguæ 30.
nostræ apprime faciens, per tyrannidem latinæ linguæ exclusa fuit, adeo, ut hodie vilissimi quique, & nullam huius cognitionem habentes, malint semilatinis, & distortis verbis, mensium nomina exprimere, quam pure Germanicis. Quin eo quoque ventum est, ut qui calendariographia occupati sunt, 31.
Ianuarium per Jenner/ Martium per Mertz/ Aprilem per April/ Maium per May/ Augustum per Augstmonat/ reddant, quasi vero hi non æque, ut cæteri, vernacula appellatione exprimi possint.

Nach Christi Geburt.

1. *Qua epocha utatur magnus Moscoviæ Dux.*
2. *Variatio in numero annorum mundi.*
3. *Quo anno mundi Christus fuerit natus?*
4. *Epocha à nativitate Christi, quando cœperit privatim esse in usu.*
5. 6. 7. *Quando publice.*
6. *Iudicium de diplomatum veritate, vel falsitate, ab epocha desumptum.*

Hæc est primaria, & communis Christianorum epocha, qua hodie utimur. 1.
Notavi tamen, Magnum Moscoviæ Ducem, in literis credentialibus ad Imper. Maximilianum II. (quæ Statibus in comitiis Ratisponensibus, anno M D LXXVI. communicatæ fuerunt) epocha à condito mundo usum fuisse. Sed ut in annorum mundi numero, dum alii plures, alii pauciores ponunt, 2.
dissentiunt autores, (*Vid Sleidan. in pr. lib.* 1. *de quatuor summis Imperiis.*) ita nec in illo conveniunt, quo Christus natus sit. Alii enim id factum tradunt, an- 3.
no à mundo condito MMMM. alii anno MMM DCCCCLXX. ut videre est in præclarissimo Iosephi Scaligeri opere, *de emendatione temporis.* Cæterum, ad quæstionem, *quando ista epocha, à nativitate Christi, in usu esse cœperit?* notandum est, usum hic considerari, vel privatum, vel publicum. Ad privatum pertinet, quando legimus, Dionysium Exiguum, Abbatem Romæ, 4.
jam anno D XII. vel DXXXII. odio Diocletiani, historias, & eorum connexionem, non secundum annos Consulum Romanorum, & Imperatorum, sed secundum annos nativitatis Christi, scripsisse. (*Guler. in sua Ræetia lib. 7. fol. 98.*) Publicum quod attinet, ab Historicis annotatum legimus, Imp.

Imp. Carolum Crassum, primum edictis mandasse, ut anni imposterum à nativitate Christi numerarentur (*Guler. d. loc.*) Est, qui Imp. Arnolpho hoc adscribat. (*Megiser. in annal. Carinth. lib. 6. c. 57. p. 584.*) Quæ opiniones ita fortassis in concordiam revocari possunt ut Carolus Crassus, qui ipse hac epocha usus, (*Cyr. Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 111. fol. 101. Gryphiander de Weichbild. Sax. cap. 33. num. 15.*) primus mandaverit hoc observari; Arnolphus autem, quod nondum ubique observabatur, observari mandato secundo fecerit. Si quæ ergo diplomata, ante Carolum Crassum, ab aliis Imperatoribus Francis, hac epocha notata leguntur (leguntur autem apud antiquarios) illa vel suppositionis suspecta, vel interpolata esse, monet Autor der gründlichen Außführung der Reichsstatt Lindaw / die ohnversehens abgelöste Reichspfandschafft betreffend (*pag. 865.*)

Fünffzehen hundert / rc.

Solemus alias numeros exprimere per sifras, ut vocant, vel notas. Harum variæ sunt species; potissimum autem nobis cognitæ, & ex parte adhuc usuales, Latinæ, Germanicæ, peregrinæ. De Latinis videri potest Marcus Valerius Probus, *de notis Romanorum interpretandis*, editus cura Tilii Brogæ; (*p. 192. & seqq.*) de Fancicis, Estienne Pasquier (*és recherches de la France livre, 4. chap. 19. per totum.*) Ex peregrinis, characteres isti, 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. S. 9. 0. ante trecentos, aut paulo plures annos, ab Arabibus ad nos transierunt; primo quidem dissimiles his nostris hodiernis, postea memoria proavorum hac forma interpolati, quæ hodie nobis in usu est. Dicuntur autem illos characteres, primi omnium Christianorum, Hispani à Mauris, ab Hispanis reliqui Latini Christiani, ab illis Græci accepisse, si modo acceperunt. (*Ios. Scaliger in commentatione de numismate argenteo Constantini anno 1602. in lucem emissa.*)

Unser Reiche / des Römischen.

1. Reich / *significat & Regnum, & Imperium.*
2. *Carolus V. antequam Romæ coronatus, numeravit annos regni.*
3. *Ibidem coronatus, numeravit annos Imperij.*
4. *Ratio diversitatis.*
5. *Ex errore nata.*
6. *Cur Carolus se scripserit* erwehlten Römischen Kaiser
7. *Verba valent sicut numi.*
8. 9. *Sigismundus singulari epocha usus fuit.*
10. *Et alia Fridericus III.*

1. REich / Germanicum, latine vertitur Imperium; verum hic non significat
2. Imperium Romanum, sed Regnum. Fuit hac formula usus Carolus noster, totos illos per annos, quousque nondum à Pontifice coronam Imperialem susceperat. Cammergerichts Ordnung zu Wormbs *anno* 1521. *in fin. p.* 124. Kaiserl. Landfrieden zu Wormbs auffgericht *eodem anno in f. pag.* 131. *&c.*)
3. Postea vero in vicem, Unserer Reiche cœpit exprimere, Unsers Kaiserthumbs im zehenden / und unserer Reiche im fünffzehenden Jahr. (*vide* die Ordnung und Reformation guter Policey / zu Augspurg anno 1530. auffgericht / *in fin. p.* 223.)

in qua

in qua formula perstitit toto sui Imperii tempore. Ratio hujus variationis 4.
dependet à mysterio coronæ Imperialis, quod tanti olim habitum, & adhuc ab omnibus, quotquot Carolum numero secuti fuerunt, haberi visum, ut cum corona Imperiali non insigniti fuerint, annos Regni, vel Regnorum, non autem Imperii, numerare consueverint. Verborum tamen solum, non
rei discrimen est, quod observamus. Electores enim, ad sacrum Imperium, 5.
(*A.B.c.19.*) eligunt temporale caput populo Christiano, (*A.B.c.2.§.2*) mundo, (*§.3.*) rectorem, & temporale caput fidelium (*d. §.3.*) Electio tribuit electo administrationem Imperii, (*A. B. c. 2. §. 5.*) & confert ei potestatem confirmandi jura, quæ Electores ab Imperio habent (*d.§.5.*) ac generaliter, jura & bona Imperii administrandi, & gubernandi concedit, ut supra, ex constitutione Ludovici Bavari, & Electorum literis ad Papam Benedictum XII. docuimus. Electo moriente, antequam coronationem Imperialem susceperit, sacrum vacare contingit Imperium: (*d. A. B. c. 5. in pr. ubi ad verbum, præmittitur, referri debet, c. 1. §. 19.*) Ergo, sive electus Romanorum Rex dicatur, sive Imperator, administrat, regit, & gubernat Imperium: unde falsus non est, qui annos administrationis Imperii ab electionis termino numerat. Quod nec Carolum V. latuit, quando & ante & post coronationem Imperialem, primas potestatis suæ partes electioni acceptum tulit, semperq; titulo, von Gottes Gnaden/ Erwehlter Römischer Kaiser/ uti vo-
luit. Quo titulo etiam successores illius, quorum nullus Imperialem coro- 6.
nam hactenus obtinuit, usi fuerunt. Si itaque illi omnes, tanquam electi Imperatores, Imperium administrarunt, quid obstat, eorundem annos administrationis Imperii, non Regni, numerare? Re enim hoc Regnum &
Imperium, unum sunt. Quanquam inficias non iverim, verba valere ut 7.
numos, & consuetudini, etiam irrationabili, modo radicata sit, potissimum
in verbis, aliquando cedendum esse. Cæterum, Sigismundus in bulla sua, 8.
de jure & successione Electorum Palatinorum, quam dedit anno Domini MCCCCXIV. Aquisgrani, in ipsa die coronationis suæ, singularis videtur, ubi hac epocha utitur; Regnorum nostrorum anno, Hungariæ vigesimo octavo, Romanorum vero, electionis quinto. (*apud Goldastum tom. 1. con-
stitut. Imperial. p. 143.*) Et iterum, in literis ad Concilium Constantiense, an- 9.
no MCCCCXVI. Regnorum nostrorum, Hungariæ &c. anno XXX. Romanorum, electionis sexto, coronationis vero, secundo. (*apud Goldast. d. tr.
p. 148.*) Fridericus III. (*apud eundem Goldast. d. tr. p. 222. in constitutione* des 10.
vierjährigen Landfriedens/ zu Regenspurg anno 1471. auffgericht/ hanc usurpat formulam; Unserer Reiche/ des Römischen im zwey und dreyssigsten/ des Kayserthumbs im zwanzigsten / und des Hungarischen im dreyzehenden Jahre.

Im Vierten:

Quandoque ubi Reges interdicto notati, vel à Pontifice excommunicati fuerunt, instrumentis publicis eorum nomen, annique regni non amplius adscripti, sed loco illorum posita hæc clausula, *Regnante Propheta Iesu.* Hoc factum in Gallia, durante interdicto in Philippum Regem: (*Vingier en la 3. partie de la bibliotheque historiale, p. 6. & p. 212.*) Factum etiam docet Cassan (*livre 1. de la recherche des droits du Roy, & de la couronne de France chap. 2. p. 67.*) ut instrumento, in Castilia, anno MCV tempore Regis Sanchi, appositum, regnante Domino nostro Iesu Christo. Raimundus quoque, Comes Tholosanus, testamento suo, quod in Syria fecit, eadem apposuit verba. Ut ut vero verbis hæc exempla inter se non multum discrepent, causa tamen non conveniunt.

Jahr.

1. *Initium anni apud nos est prima dies Ianuarii.*
2. *Olim in Gallia erat dies Paschatis.*
3. *Quod Carolus IX. edicto prohibuit, & primum Ianuarii substituit.*
4. *Quod in Curia non approbatum, usu tamen receptum.*
5. *Veteris moris inconvenientia.*
6. *In Guienna initium anni fuit dies incarnationis Salvatoris nostri, qui esse creditur XXV. Martii.*
7. *Idem adhuc observatur apud Venetos.*

1. Apud nos initium anni à primo Januarii die numeratur, ut etiam in Gal-
2. lia hodie. Olim autem ibidem dies Paschatis, vel resurrectionis Dominicæ, novus & primus anni erat. (*Pierre Matthieu liv. 2. de l'histoire de Louys XI. n. 14. pag. 103. Fauyn au theatre d'honneur livr. 3. p. 855.*) Verum incommoda
3. inde emergentia permoverunt Reges, ut corrigerent terminum. Legitur inter edicta Regia Caroli IX. de anno MDLXIII. hæc sanctio: (*apud Antonium Fontanon, edictor. & statut. Regior. tom. 1. livr. 4. tit. 3. p. 515.*) *Voulons, & ordonnons, qu'en tous actes, registres, instruments, contracts, ordonnances, edits, lettres, tant patentes, que missives, & toute escriture privée, l'année commence d'oresenavant, & soit contée, du premier jour de Ianvier.* Hujus constitutionis mentionem faciunt Scevole & Louys de S. Marthe, (*en l'histoire genealogique de la maison de France livr. 5. p. 344.*) nec non Laurens Bouchel (*en la Bi-*
4. *bliotheque, ou thresor du droit François, tom. 2. pag. 399. verb. Ianvier*) ubi notabile hoc addit: (*Ceste ordonnance n'a esté verifiée en la Cour, & toutesfois elle s'est tousiours gardée depuis, comme elle fait encores*) hæc constitutio in Curia Parlamenti Parisiensis ratihabita non est, nihilo tamen minus semper postea
5. observata, & observatur adhuc hodie. Veteris moris, quo annus festo Paschatis incipiebat, inconvenientiam, ita describit Coquille: (*en l'histoire du pays & Duché de Nivernois p. 259. & 262.*) (*Ce temps estoit fort incertain, parce*

que,

que, selon l'ancienne observation des Chrestiens, le iour de Pasques se gouverne selon la Lune de Mars. En cette façon de conter ancienne, quand l'année commençoit à Pasques, pouvoient advenir beaucoup de perplexités, és affaires des hommes. Car il se pouvoit faire, qu'un mesme conte d'années, (comme, verbi gratia, l'an 1535. la feste de Pasques estoit le 28. Mars, & en l'année sequente 1536. Pasques estoit le 16. d'Avril) le premier jour d'Avril en chacune desdites deux années se disoit estre l'an 1535. mais en la premiere, c'estoit l'an 1535. apres Pasques, & en la seconde 1535. avant Pasques. Aussi les Notaires, & autres plus advises, mettoient tousiours ces mots, avant, ou pres Pasques, depuis le 22. Mars, jusques au 25. Avril.) Hæc temporis computatio valde erat incerta, quoniam, secundum veterem morem Christianorum, dies Paschatis regulam habet à Luna mensis Martii. In hac antiqua computatione, initio anni sumto à festo Paschatis, multæ perplexitates contingere poterant in humanis negotiis. Poterat enim evenire, ut unus, idemque numero dies mensis, duplicaretur uno in anno, verbi gratia, anno MDXXXV. festi Paschatis dies erat XXVIII. Martii; anno sequenti MDXXXVI. Paschatis terminus erat XVI. dies Aprilis. Hoc itaque modo, dies primus Aprilis duplicabatur in anno, & erat una vice post festum Paschatis, paulo post anni initium; altera autem, ante Paschatis festum, circa finem anni. Notarii, & circumspecti alii, eadem ratione ducti, semper addebant, post XXII. Martii usque ad XXV. Aprilis diem, hæc verba; ante, vel post festum Paschatis. Morem tamen illum generalem non fuisse semper, 6.
totam per Galliam, inde discimus, quod Fauyn (*supra d. loc.*) scribit, in Guienna initium anni factum fuisse à die incarnationis Salvatoris nostri, qui est XXV. Martii. Idem adhuc apud Venetos in usu est: *E solito (inquit Doglio-* 7.
ne di Venetia trionfante & sempre libera tit. dell'origine & accrescimento della città fol. 2. b.) al modo Veneto nel mese di Marzo (nel quale il XXV. giorno d'esso è dedicato à Maria Virgine, per la santa incarnatione di lei di nostro Signor Giesu Christo, figliuolo d'Iddio) dar si principio in numerar gli anni che corono, che da altri prendono, ò dal di di Natale, ò dal giorno primo di Genaro.

MANTISSAE AD CAPITULATIONEM CAROLI V.

MANTISSA I.

Merula parte 2. Cosmographiæ lib. 4. c. 20. pag. 295. & seqq. editionis Amsterdamensis anno 1636.

PRoximi Pontificibus in Ecclesia Romana sunt hodie Cardinales, qui unde sic dicti, quando cœperint, quibusque modis pauci initio ad numerum, qui jam nunc est, excreverit, docent abunde alii, præcipue Onuphrius in eo, quem scripsit *de Cardinalium origine*, alioque *de Episcopatibus, Titulis & Diaconiis Cardinalium*. Dignitas eorum maxime celebrari cœpit ex Decreto quodam Concilii Sutriensis, anno CIↃ LIX. Quum autem circa annum CIↃ CCLXXVII. potentissimus Imperator Fridericus II. (uti Platina refert) Innocentii IV. & confœderatorum armis in Parmæ obsidione insigni clade adfectus esset, Victor Pontifex voluit, ut galero rubro inposterum Cardinales uterentur: utque, quemadmodum purpura antiquis Imperatoribus Imperatoriæ potestatis tessera, erat, sic pileus coccineus splendorem Cardinalibus adferret, qui progressu temporis Archiepiscopis & Episcopis sunt prælati. Cardinalium cognomen usurpant in Ecclesia Romana tres clericorum ordines, Presbyteri, Diaconi, & sequuti illos multo post tempore Episcopi. Presbyteri Cardinales omnium censentur antiquissimi: præerant illi titulis. Tituli nihil aliud quam templa, Ecclesiæ, Loca sacra in Sanctorum memoriam erecta, & per Urbis Regiones ab Romanis Præsulibus distincta; in quibus animarum cura à Presbyteris, qui in iis commorabantur, habebatur. Presbyteri autem hi Cardinales dicebantur, quasi principales, similitudine à quatuor, ut quidam volunt, cardinalibus, id est, principalibus, deducta. Quum enim in unoquoque titulo plures essent clerici, qui Sacramenta populis exhiberent, vel exhibentibus præsto essent, ut Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, is, qui omnibus præerat Presbyter, ab cæteris clericis illius tituli dicebatur Cardinalis, quod reliquis dignior principaliorve esset in eo titulo commorantibus, ceterosque Clericos regeret vel gubernaret in titulo ipsi commisso viventes. Hujusmodi tituli propter Christianorum paucitatem initio pauci fuerunt: qui crescente quotidie fidelium numero, auxerunt ad XXVIII. Hic numerus ad avorum nostrorum tempora semper mansit. Veteres XXVIII. titulos, qui ante CIↃC. annum in urbe fuerunt, hos in actionibus Synodi Romanæ, quæ sub Symmacho celebrata, & apud Anastasium Bibliothecarium lego.

I. S. Julii, alias S. Callisti: alias *SS.* Julii & Callisti, alias Callisti. Item S. Mariæ trans Tiberim.

II. S. Chrysogoni trans Tiberim.

III. S. Cæ-

III. S. Cæciliæ trans Tiberim.
IV. S. Anastasiæ sub Palatio.
V. Damasi; alias SS. Laurentii & Damasi: alias S. Damasi: Item S. Laurentii in Damaso.
VI. S. Marci ad Palatinas.
VII. Equitii, alias S. Silvestri; alias, SS. Silvestri & Martini, alias S. Martini in Montibus.
VIII. S. Sabinæ in Monte Aventino.
IX. S. Priscæ in Monte Aventino; alias SS. Aquilæ & Priscæ.
X. S. Crescentianæ. XI. Fasciolæ.
XII. S. Cai. XIII. S. Marcelli.
XIV. S. Susannæ, ad duas Domos: alias SS. Gabinii, & Susannæ.
XV. Basilica SS. XII. Apostolorum: alias titulus SS. Apostolorum Philippi & Jacobi. Verum hæc Ecclesia posterioribus temporibus, sola inter has XXVIII. Basilica, non titulus dicta est.
XVI. S. Cyriaci, in Thermis Diocletiani.
XVII. S. Eusebii.
XVIII. Pastoris; alias S. Pudentis, alias S. Pudentianæ.
XIX. Vestinæ; alias S. Gervasii, S. Protasii; S. Vitalis.
XX. S. Matthæi, in Merulana.
XXI. S. Clementis.
XXII. S. Praxedis.
XXIII. Eudoxiæ; alias S. Petri ad Vincula.
XXIV. Lucinæ, alias S. Laurentii in Lucina.
XXV. S. Æmilianæ. XXVI. S. Nicomedis.
XXVII. Pammachii; alias SS. Johannis & Pauli.
XXVIII. Trigide.

Noti sunt hodieque omnes, exceptis septem, S. Crescentianæ. Fasciolæ. S. Cai. S. Matthæi in Merulana. S. Æmilianæ. S. Nicomedis, & Trigide. Pro quibus in actione Synodi Romanæ sub Gregorio Papa I. celebratæ, & apud Anastasium Bibliothecarium, septem alii leguntur repositi: S. Balbinæ in Monte Aventino. SS. Nerei & Achillei. S. Xysti. SS. Marcellini & Petri. S. Crucis in Hierusalem. S. Stephani in Monte Cœlio & SS. Quatuor coronatorum. Qui omnes adhuc durant, uno excepto S. Cyriaci in Thermis Diocletiani, qui quum præ vetustate corruisset, templo solo æquato, titulus ab Xysto IV. ad Ecclesiam SS. Quirici & Juliæ translatus est; ubi & nunc quoque manet. Videamus porro, quur neque plures, neque pauciores tituli simul fuerint instituti. Veteres Romani Pontifices, uti patet ex libro Cameræ Apostolicæ, qui appellatur Provincialis, quinque in Urbe Roma ma-

jores & præstantiores Basilicas, vel jam fabricatas eligentes, vel novas fabricantes, Patriarchales Ecclesias appellarunt, Palatiaque illis adjuncta, Patriarchia. Fuerunt eæ, I. Basilica Lateranensis, quæ & Constantiana, alias S. Salvatoris. Item S. Joannis est appellata. II. Basilica S. Petri in Vaticano. III. Basilica S. Pauli extra muros Urbis, Via Ostiensi. IV. Basilica S. Mariæ Majoris, alias ad Præsepe. V. Basilica SS. Stephani & Laurentii, extra muros urbis, via Tiburtina. Is numerus placuit ob quinque præcipuos orbis Patriarchas, Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinum, Antiochenum & Hierosolymitanum; ut quoties contigisset generalia Concilia in Urbe celebrari, ad quæ accedere Patriarchæ ipsi tenebantur, vel Patriarchas ipsos pro arduis Reip. Christianæ negotiis diffiniendis ad Urbem venire, eorum unusquisque sedem, Palatium videlicet, & Ecclesiam, tanquam in natali solo, vel provincia sua, Romæ haberet præcipuam, quum ipsa Urbs communis totius orbis patria appellaretur. Prima Basilica Patriarchalis Romanam Ecclesiam repræsentat, ipsa Romani Pontificis quondam sedes, ubi olim in Patriarchio, quod juxta eandem Ecclesiam, per mille annos est commoratus, ad Clementis V. usque Pontificatum, qui in Gallias Romanam Curiam transtulit; post cujus ad Urbem reductionem sub Gregorio XI. Romani Pontifices non amplius ad Lateranum, sed in Patriarchio prope S. Petrum permanserunt. Huic Lateranensi propter excellentiam septem Episcopi ex circumvicinis civitatibus sunt adsignati, qui suis statis solemnibusq; diebus, singuli coram Romano Pontifice, in eadem Ecclesia, celebrarent divina mysteria, vel Pontifici celebranti adsisterent, atque eam ob caussam postea Episcopi Cardinales, id est, principales, quod huic Ecclesiæ & Romani Pontificis ministerio adscripti essent, appellari cœperunt. Sunt illi, I. Episcopus Cardinalis Ostiensis, qui solus, inter omnes Episcopos in Romani Pontificis consecratione (hæc enim ad eum pertinet) pallio utitur. II. Episcopus Cardinalis Portuensis. III. Episcopus Cardinalis SS. Rufinæ & Secundæ, alias Silvæ Candidæ. IV. Episcopus Cardinalis Sabinus. V. Episcopus Cardinalis Prænestinus. VI. Episcopus Cardinalis Tusculanus. VII. Episcopus Cardinalis Albanus. Secunda Basilica Patriarchalis typum gerit Orientis, vel Ecclesiæ Constantinopolitanæ. Ei adsignati sunt septem Presbyteri Cardinales, quod minoris esset dignitatis, quam Basilica Lateranensis, in qua erant Episcopi. Fuerunt autem, I. Presbyter Cardinalis Tituli S. Mariæ Trans Tiberim. II. Presbyter Cardinalis Tit. S. Chrysogoni. III. Presbyter Cardinalis tit. S. Cæciliæ. IV. Presbyter Cardinalis tit. S. Anastasiæ. V. Presbyter Cardinalis tituli S. Laurentii in Damaso. VI. & Presbyter Cardinalis tit. S. Marci. VII. Presbyter Cardinalis tit. S. Martini in Montibus. Tertia Occidentem, vel Ecclesiam Alexandrinam repræsentat, cujus mini-

ministerio septem adsignati sunt Presbyteri Cardinales, Titulorum, i. S. Sabinæ. ii. S. Prisæ. iii. S. Balbinæ. iv. SS. Nerei & Achillei. v. S. Xysti. vi. S. Marcelli. vii. S. Susannæ. Quarta Septemtrionem, vel Ecclesiam Antiochenam designat: ejus obsequio attributi sunt septem Presbyteri Cardinales. i. Basilicæ SS. XII. Apostolorum. ii. S. Cyriaci in Thermis. iii. S. Eusebii. iv. S. Pudentianæ. v. S. Vitalis. vi. SS. Marcellini & Petri. vii. S. Clementis. Quinta denique Meridiem, vel Hierosolymitanam Ecclesiam refert, cui datos constat reliquos septem Presbyteros Cardinales. i. S. Praxedis. ii. S. Petri ad Vincula. iii. S. Laurentii in Lucina. iv. S. Crucis in Hierusalem. v. S. Stephani in Monte Cœlio. vi. SS. Joannis & Pauli. vii. SS. quatuor Coronatorum. Episcopi igitur vii. Presbyteri vero xxviii. juncti, erunt xxxv. Cardinales Sacerdotes; quibus accedentes xviii. Diaconi, de quibus dicam, numerum conficiunt liii. Mansit autem integer xxviii. Presbyterorum Cardinalium numerus, ut notat Pandulphus Pisanus in vita Gelasii, usque ad Honorii II. Pontificatum, annumque Christi cIↃ cxxv. quo tempore supra modum labefactari cœpit, atque adeo imminui, ut tempore Nicolai III. tres tantum fuerint Presbyteri Cardinales. Post rursum sensim incrementum adquisivit. In Constantiensi Concilio cautum est, ne plures, quam xxiv. Cardinales viventes simul essent. Primus Xystus IV. nulla habita Concilii, quod nominavi, ratione, numerum Cardinalium supra omnes ampliavit. Sequutus eum est Alexander VI. Ita tamen ut numerum liii. non excesserint. Omnium Romanorum Pontificum, Leo X. primus neglecta antiqui instituti ratione; veterem liii. numerum in magna illa xxxi. Cardinalium Creatione superavit. Ejus exemplum sequuti sunt Pauli duo, III. vel IV. Quum igitur Presbyteri Cardinales numerum xxviii. excederent, novis etiam fuit opus Titulis, qui per diversos Pontifices fuerunt facti. Primus post cIↃ. annorum intervallum Xystus IV. novum titulum addidit, anno cIↃcccclxxvii. S. Nicolai inter Imagines, prope Amphiteatrum, sive Colosseum. Secundus Leo X. in magna illa xxxi. Cardinalium creatione, anno cIↃ IↃxvii. antiquissimum Titulum, S. Matthæi in Merulana, qui per mille, & qui excurrunt, annos Titulus esse desierat, restituit, xi. alios novos titulos fecit. i. S. Joannis ante Portam Latinam. ii. S. Cæsarii in Palatio. iii. S. Hagnetis in Agone. iv. Apollinaris. v. S. Laurentii, in pane & perna. vi. S. Silvestri, in campo Martio. vii. S. Thomæ in Parione, viii. S. Pancratii. ix. S. Callisti. x. S. Bartholomæi in Insula, alias inter Pontes. xi. S. Mariæ de Capitolio, alias de Ara Cœli. Tertio Papa Julius III. anno Christi cIↃ IↃ li. tres novos adjunxit titulos, i. S. Mariæ in Via. ii. S. Barbaræ. iii. S. Simeonis. Novissime Paulus IV. anno cIↃ IↃ lvii. titulum novum adposuit, S. Mariæ super Minervam. Tituli igitur

xvii.

XVII. facti novi, unus ab Xysto IV. duodecim ab Leone X. tres ab Julio III. unusque à Paulo IV. compositi cum XXVIII. antiquis, erunt omnino XLV. Presbyterorum autem Cardinalium antiquissimus appellari solitus S. R. E. Archipresbyter Cardinalis. Hæc de Presbyteris. Diaconi initio septem singuli binis Urbis regionibus præerant. Ex iis primus, lapsu temporis Archidiaconus, vel Diaconus Cardinalis, id est, principalis cœpit appellari. Is antiquissimis temporibus, uti liquet ex Actionibus Synodi Romanæ sub Silvestro I. celebratæ, unus tantum fuit. Quum autem fidelium numerus indies cresceret, statutum fuit, ut in singulis Urbis regionibus, singuli essent Diaconi; sicque XIV. sunt facti: quorum primus dicebatur Archidiaconus, vel Diaconus Cardinalis. Augente magis ac magis Christiana religione, plures in unaquaque regione Diaconi incertiore numero creari cœperunt; quorum dignissimus Diaconus Cardinalis, ab ceteris ejusdem regionis Clericis, est nominatus; qua ratione factum, ut XIV. postea pro regionum numero Diaconi Cardinales fuerint. His aliquot post annis, quatuor additi sunt alii Diaconi Cardinales: quorum unius tantum erat Lateranensi Basilicæ ministrare: sicque XVIII. numerus est expletus: quem semel solus omnium Romanorum Pontificum excessit Paulus III. sub eo namque anno CIϽIϽXLV. Diaconi Cardinales XIX. viventes fuerunt. Quemadmodum enim XXVIII. Presbyteris Cardinalibus, sic XVIII. Diaconis fixus & præscriptus fuit numerus: qui eadem ratione, & eodem tempore, quos Presbyterorum, paulatim post Honorii II. Pontificatum, adeo diminutus est, ut non nisi tres Diaconi Cardinales viventes aliquando fuerint, quod tempore creationis Nicolai IV. unimadversum. Postea sensim, uti de Presbyteris dictum est, augere cœpit. Diaconias XVIII. id est, Ecclesias, seu templa ipsis adsignata, his nominibus expressas invenio.

I. S. Mariæ in Dominica, ubi manebat Archidiaconus.
II. S. Luciæ in Circo juxta Septisolium, quæ nunc est vetustate consumta.
III. S. Mariæ novæ.
IV. SS. Cosmæ & Damiani.
V. S. Hadriani.
VI. SS. Sergii & Bacchi.
VII. S. Theodori.
VIII. S. Georgii in Velabro.
IX. S. Mariæ in Cosmedin, alias Schola Græca.
X. S. Mariæ in Porticu.
XI. S. Nicolai in Carcere Tulliano.
XII. S. Angeli in Piscina.
XIII. S. Eustachii juxta Pantheum.

XIV. S.

XIV. S. Mariæ in Aquiro.
XV. S. Mariæ in Via Lata.
XVI. S. Agathæ in Equo Marmoreo.
XVII. S. Luciæ in Silice, alias capite Suburæ; alias Orphea.
XVIII. SS. Viti & Modesti, in Macello Martyrum.

Hæ semper fuerunt; & nunquam, vel additis novis, vel antiquis sublatis, mutatæ, usque ad Leonis X. Pontificatum, qui primus omnium Romanorum Pontificum, Diaconiam unicam novam adjunxit S. Onuphrii in Vaticano. Novissimi omnium, Episcopi Cardinalis cognomen sunt adepti hac ratione. Quum septem ex circumvicinis Episcopis Laterani, vel celebrantes, vel Romano Pontifici celebranti ministrantes, idem ibi munus haberent, quod Presbyteri Cardinales per cæteras quatuor Basilicas Patriarchales, indecens videbatur, Episcopos hos non æque ac Presbyteros, Cardinales dici. Antecedunt hi omnes, quocunque terrarum sunt loco, Episcopos non Cardinales, quin & Archiepiscopos & Patriarchas: quod sequius erat antiquis temporibus; quin, Titulo Cardinalis, nihil dignitatis dante, eos tantum præcederent, qui post ipsos fuerant creati. Sunt illi, ut antea obiter indicavi,

I. Ostiensis, cui Ecclesia unita fuit Veliterna.
II. Portuensis.
III. SS. Rufinæ & Secundæ, alias Silvæ Candidæ.
IV. Sabinus.
V. Prænestinus.
VI. Tusculanus.
VII. Albanus.

Septem Episcopis Cardinalibus varias ob causas alii aliquando additi leguntur Episcopi: ut sub Leone IX. & Paschali II. Episcopus Cardinalis Veliternus; sub Clemente III. Antipapa, & Urbano II. Episcopus Cardinalis Nepesinus: sub eodem Urbano II. Labicanus: sub Paschali III. Parmensis: sub Innocentio II. Archiepiscopus Pisanus, Episcopus Mutinensis, Ortanus & Tiburtinus: novissime sub Leone X. Reatinus, & iterum Tiburtinus: quum Ecclesias Sabinam & Prænestinam, quam ab Julio II. habuerant, restituisset idem Leo X. Episcopis Cardinalibus duobus ab Julio II. privatis. Quum autem Ecclesia SS. Rufinæ & Secundæ, alias Silvæ Candidæ, deficientibus propter crebras Barbarorum incursiones incolis, ab Callisto II. Portuensi esset adjuncta, non nisi sex Episcopi Cardinales ordinarii fuerunt, qui numerus post Innocentii II. Papæ tempora perduravit, ut non essent plures quam sex Episcopi Cardinales viventes; præsertim quum Ecclesia Veliterna, quæ eum honorem aliquando habuerat, Ostiensi ab Eugenio III. sit adjuncta, & Tiburtina ea honore privata remanserit, usque ad Leonem X. à quo, necessitate flagitante, cum Reatina, semel tantum Cardinalis facta fuerit Ecclesia: ve-

tum necessaria caussa sublata, utræque Ecclesiæ Cardinales esse desierunt, sub eodem Leone. Reliquæ verò Ecclesiæ, quas Cardinales appellatas fuisse aliquando legimus, nunquam postea eum honorem habuerunt, quum eum non habuerint ordinariè, sed necessitatibus quibusdam exigentibus. Quemadmodum verò primus Presbyterorum Cardinalium Archipresbyter, Diaconorum autem Archidiaconus appellabatur; sic antiquissimus Episcoporum Cardinalium, olim Prior Episcoporum Cardinalium, posterioribus verò temporibus, Collegii Decanus nominatus est. Is autem semper fuit antiquissimus, qui Episcopus Cardinalis ordinatus erat, si vel is esset Albanus, sive Prænestinus, sive Tusculanus, vel alias quilibet ex Episcopis Cardinalibus: unde pauci admodum Decanorum Collegii per quadringentos & quinquaginta annos fuerunt Episcopi Ostienses, quod non semper Episcopus Ostiensis Episcoporum Cardinalium fuerit antiquissimus. Primus autem Paulus IV. instituit, ut non is Decanus haberetur, qui absolutè antiquissimus esset Episcoporum Cardinalium, sed qui moriente Decano antiquissimus esset ex Episcopis Cardinalibus in Urbe præsentibus. Absentium enim nullam voluit haberi rationem, nisi Ecclesiæ caussa essent absentes.

MANTISSA II.

La forme observée par le Roy François I. pour recevoir la patente du camp du Heraut de l'Empereur Charles V. l'an 1528 mise par escrit du commandement dudit Roy François I. par M Gilbert Bayard, Seigneur de Neufville, Secretaire d'Estat.

Extat au Ceremonial de France, de Theodore Godefroy pag. 199. & seqq.

EN la grand sale du Palais Royal de Paris, par le commandement du Roy, a esté dressé un tribunal au devant de la table de marbre, de la hauteur de quinze marches: Auquel ledit Seigneur s'est trouvé le dixiesme iour de Septembre, l'an mil cinq cent vingt & huict, pour ouyr parler le Heraut d'armes, que l'on disoit l'Esleu en Empereur luy envoyer, accompagné en la maniere que s'ensuit. Premierement estoit à sa main dextre assis dedans une chaire, treshaut, tresexcellent, & tres puissant Prince le Roy de Navarre, Duc d'Alençon, & de Berry, Comte de Foix, & d'Armaignac. Et de ce mesme costé estoyent assis sur un banc Mons. le Duc de Vendosme, Pair de France, Lieutenant general, & Gouverneur de Picardie, Dom Hercules d'Este, fils aisné du Duc de Ferrare, Duc de Chartres, & de Montargis, le Duc d'Albanie, Regent & Gouverneur du Royaume d'Escosse, & le Duc de Longueville, grand Chambellan. Prés lesquels à un autre banc, estoyent assis les Presidens, & Conseillers de la Cour de Parlement, & derriere eux, plusieurs Gentilshommes, & gens de lettre. De l'autre costé estoyent assis en chaires parées, Messeigneurs les Reverendissimes, Monseigneur le Cardinal Salviati, Legat de nostre S. Pere le Pape, & du S. Siege Apostolique; Monseigneur le Cardinal

Suo demens expellitur ambitus auro,
Non dominantur opes, non corrumpentia sensus
Dona valent; emitur sola virtute potestas,

ut olim Claudianus (*de tert. consul. Honorii v.* 186.) cecinit. Hoc juris est, & facto observari debet: si quid contra fiat, alienum à lege atque honestate erit. Factum tamen ita aliquoties, non sine gravi, & eligentium, & electi nota; si vera sunt, quæ ab historicis narrantur. Carolum IV. accusat Aventinus, 34.
quod contra auspicia & intercessiones, adversus leges avitas, & patrias, contra morem majorum, novo, inaudito, & pessimo exemplo, Imperium, sibi primum, deinde filio Wenceslao, mercatus sit. (*Kyriander in annal. Augustæ Trevir. part.* 14. *p.* 115. *& seq. ac p.* 118. *& seq.*)

Quartum, quod controversum, est, an necessarium fuerit, vel utile, Impe- 35.
rio, Carolo adjungere Regem Romanorum? Negavit hoc Saxo, cum sociis, (ut ex eorum scriptis patet, & repetitur à Johanne Friderico, Duce Saxoniæ, Electoris filio, in der Notel der Wahl-Sachen / (*apud Goldastum* in Politischen Reichs-händeln *d. part.* 3. *n.* 5. *pag.* 147.) ibi; Nach dem offentlich unverborgen ist/ daß Seine Gnaden (pater Johannes) und die Verwandten / gantz und gar nicht darfür halten/ als solte solche unterstandene Wahl zu des Reichs Nutz / und Wolfahrt/ dermassen/ wie sich zu Recht/ der Gulden Bullen/ und des Reichs Freyheiten nach gebühret/ beschehen seyn.) Affirmavit Cæsar, & Electores omnes, præter Saxonem. Si quid majori parti, atq; communi proverbio tribuendum, *plus videre oculos, quam oculum*, videtur affirmativa negativam vincere. Sed ne sine examine rationum quicquam statuatur, perpendendum est, an Carolus Imperium potuerit solus administrare, citra operam adjuncti? Mihi valde credibile est, illud fieri non potuisse, quoniam diversis ipse regnis atq; populis imperabat, adeoque non solum negotiorum multitudine obruebatur, sed etiam, ne in Germania assiduus esse posset, avocabatur alio. Quæ ratio, statim ab initio, ubi ad Imperium evectus, tanti fuit æstimata, ut communi Statuum consensu jam tunc locum tenens illi datus, atque Regimentum constitutum fuerit. Carolo certe vitio verti non debebat, quod ductus amore propriorum regnorum, Germaniam sæpius derelinqueret, ac in Hispanias, vel alio ad curandum sua se conferret. Electoribus potius imputandum, quod illum, qui abunde domi habebat, quod ageret, Imperio etiam præesse voluissent, immemores proverbii; *genu sura propius*. Capitulationis quidem suæ articulo xxx. promiserat, se ut plurimum in Imperio commoraturum; sed cum hac exceptione, in quantum possibile. Itaque, ubi Imperii utilitas, vel necessi-

tas, ipsius præsentiam requirebat, & simul eodem tempore, necessitas, vel utilitas propriorum regnorum, eius præsentia opus habebat, hac in concurrentia, quando per rerum naturam, simul & semel, in diversis locis corpore præsentem esse ei non licebat, propria merito primas tenebant, aliena secundas. Et cum primum Hispanis juramento obstrictus, antequam Imperio, ut Cæsar, obligaretur, illis in concursu tali, quem præsupponimus, corpore & cura, huic verò, quoniam corpore non poterat, cura adesse debebat, & ad repræsentationem corporis, per locum tenentem, aut vicarium. Quamquam verò, necessarium non erat, locum tenentem illum, Regis Romanorum nomine, & dignitate præditum esse, utile tamen hoc videbatur majori Electorum parti, vel hanc saltem fortassis ob rationem, quod Rex Romanorum, tanquam indubitatus Imperatoris successor, majori studio & opera negotia Imperii curaturus speraretur, quam quisquam alius.

36. *Quintum* in eo vertitur, nonne incommodum Carolo futurum, si sibi adjunctum Romanorum Regem haberet? Hoc, quoniam solum Carolum concernebat, ipsius examini relinquendum erat: Illud tamen certum est, utilitatem Imperii plus valere quam commoditatem Imperatoris, adeo quidem, ut eo casu, etiam dissentienti Imperatori Rex Romanorum adjungi possit, qui Carolo volenti adjunctus fuit.

37. *Sextum*, grave esse Imperio, eiusque Statibus, duos habere eodem tempore dominos, quibus sit obtemperandum. Verum, si res exactè ponderetur, hoc casu, nomine potius quam re duo sunt domini, & obedientia una manet, non duplicatur. Si Imperator præsens est, & in actu administrationis, Regis Romanorum Dominium in quiete est, & sine operatione. Ubi verò Imperator, vel absens, vel etiam præsens, administrationis curam Regi Romanorum committit, hic eam exercet potissimum nomine Cæsaris, ita, qui obtemperat Regi Romanorum, obtemperat Cæsari. Hoc quidem operatur ista duplicitas personarum, quod in vicem unius, duplici veneratione onerentur Status; at hoc onus leviusculum est, ut, si cum utilitate Imperii conferatur, ne æstimari quidem pro onere debeat.

38. Restat, ut percurramus quoque conditiones, quas Saxoniæ Electorem, & socios, intercessoribus insinuasse supra diximus. *Prima*, quæ de interpretatione Aureæ Bullæ, ab Imperatore, de voluntate consilioque Electorum facienda, agit, non erat necessaria, quia usus & consuetudo pro le-
39. ge erat. *Altera*, non alio in casu eligendum esse Regem Romanorum, quam ubi id ex usu Reipublicæ, suo stat talo, sed, ad examen rei præter Electores etiam alios adhibere novum erat, nec in Wenceslai, nec in Maximiliani electione

ctione observatum, ipsisque Electoribus nimis grave. *Tertia*, cuius nomine 40
administrari Imperium deberet, nova non indigebat lege. De fide, & jure- 41.
jurando, quod *quarto loco* adjiciebatur, ita temperari poterat; ut eam fidem, & illud jusiurandum, quod Imperatori & Imperio præstiterant Status, integrum maneret, &, sine nova præstatione, extenderetur etiam ad Regem Romanorum. Qui enim Imperio, & Imperatori fidelitatem ac obedientiam juravit, eam non solum Imperatore administrante Imperium suo nomine, sed & ubi alius eius nomine idem administrat, observare debet. *Quinta*, observan- 42.
tiam formulæ juramenti, à Carolo IV. in aurea Bulla præscriptæ, attinens, essentialia formulæ si spectes, juris, & rationis est; si vero & verba quoque, mirari licet, quare tot Principes, à Catholica Romana religione alienissimi, voluerint jurari verbis, *sicut me DEVS juvet, & omnes Sancti.* *Sexta*, bona nititur 43.
ratione, partim, ut malè meritus afficiatur pœna, partim, cum, qui semel malus, semper præsumatur talis futurus, in eodem genere delicti. *Septima*, 44.
vitandæ præscriptionis causa, tres Reges Romanorum ex una eademque Principum familia, ordine successivo, creandos non esse, libertatem Imperii, & interesse Statuum, respicit, limitationem tamen admittere non dubito. Si enim ex alia familia idoneus (qualis, ut Imperii reditus hactenus fuerunt, non solum ille dicendus est, qui virtutibus, atque ingenii dexteritate præditus, sed qui simul etiam opibus pollet) non reperiretur, sanè, utilitas Imperii persuaderet idoneum eligere, non obstante, quod tertius, quartus, quintusve, eius familiæ sit, ex qua unus & alter, ordine non interrupto, jam ante Imperio præfuerit. Quo casu, ne præscriptionis periculum nos terreat, jura ordinaria cavent, quando in voluntariis præscriptioni locum non concedunt: quibus, pro maiori cautione, etiam capitulatio in subsidium accedere potest. Cæterum Silhonius (*en son Ministre d'Estat part. 2. livre 3. discours 5. pag.* 494.) 45.
enormiter labitur, quando scribit, (*que la ligue faicte à Schmalcalde, eust pour principal fondement, de donner à Charles un coadiuteur en l'administration de l'Empire, & de faire revivre une des coustumes de la Bulle d'or, qui porte, que pour destourner la succession de l'Empire, il n'y pourra avoir successivement trois Empereurs d'une mesme race.*) quod fœderis, Schmalcaldiæ contracti, potissimum fundamentum fuerit, Carolo coadjutorem in administratione Imperii adiungere, & in vitam usumque revocare consuetudinem illam Aureæ Bullæ, qua continetur, ne successioni in Imperium locus detur, non licere tres Imperatores ordine catenato ex una eligere familia. Hæc homo Gallus, inter scriptores politicos patriæ suæ haud postremus, sed, ut vel unica hæc traditio testatur, historiæ Germanicæ non satis gnarus, quiq; auream Bullam vel nunquam vidit, vel minus attentè legit.

46 *Octava*, quæ, ad dignitatem Romanorum Regis, alium non admitti postu-
lat, quam illum, qui sit ex aliqua familia Principum Germaniæ progenitus,
antiqua, vel lege, vel consuetudine jamdudum approbata erat, nec quic-
quam obstabat Ferdinando, qui non minus, quam Carolus, à Philippo Ar-
47 chiduce Austriæ, Maximiliani I. Imperatoris filio, descendebat. *Nona*, quæ
legis Carolinæ dispositionem, de creatione Regis Romanorum, sacram esse
vult, neque Imperatori, vel Regi Romanorum licere, eam immutare; sta-
tui nostro omnino conveniens est, & jamdudum capitulationis Carolinæ
cap. 11. generaliter idem de tota aurea Bulla, veterisque Imperii legibus, san-
48. citum fuerat. *Decima*, justo durior, quæ vult, electionem Regis Romanorum
non denunciandam esse, antequam suscipiatur, cum contra humanius etiam,
& decentius sit, consensu Cæsaris ejusmodi electionem suscipere; quod si ve-
49 ro sine justa causa dissentiat, salus Imperii suprema lex erit. *Vndecima* Cæsa-
ri denegatum it potestatem mandandi Moguntino, Imperii per Germaniam
Archicancellario, & Electori, ut Electores convocet ad eligendum Romano-
rum Regem. Si mandatum hic excludimus, admonitionem admittere non
est quod obstaculo sit. Ea enim neque juri, neque dignitati Electorum con-
traria est: neque necessitatem eligendi Regem, imponit Electoribus, incita-
mento tamen esse potest, ut causæ examini subjiciantur, cur Imperator Re-
50. gem eligendum censeat, an legitimi sint ponderis, an secus. *Duodecima*, lo-
cum, ubi electio peragenda, certum, & illum denominat, quem ipsa Aurea
Bulla (*cap*. 28. §. 5.) approbavit. Quod vero annectit, in Moguntini po-
testate esse non debere, conventum electionis alio in loco indicere, nisi id
Electores collegæ gravibus de causis permittant, generalitate sua laborat.
Aut enim impedimentum manifestum est, ut, exempli gratia, contagio Fran-
cofurdiæ nimium grassans; aut non est manifestum. Si manifestum, post-
quam Aurea Bulla ipsa (*dict*. §. 5.(hoc casu alium locum admittit, permissi-
one Electorum hic non erit opus. Si non manifestum, vel adhuc dubium, col-
legarum consensus bene requiritur. Et utroque in casu, ne propriis com-
moditatibus solum, in loci determinatione, videatur prospicere Moguntinus,
51. consensus communis concordiæ instrumentum erit. *Decima tertia*, ne citra
consensum collegarum, ornamenta Imperialia à Noribergensibus petat Mo-
guntinus. Si ab antiquo, hoc competiit Moguntino, vix permissurus fu-
it, potestati suæ angustiores præscribi terminos. Electio aut rite peragi-
tur, aut non ritè. Si ritè, quid interest, Moguntinus solus, vel Electo-
res omnes ornamenta petant? Si non ritè peracta fuit electio, præsumen-
dum est, Moguntinum ad coronationem non properaturum, neque orna-
menta petiturum. Quod si vero contrarium timeatur, major Electorum
pars impedire coronationem debebit, & si opus, Noribergenses admonere
ne orna-

ne ornatum transmittant. Ubi vero Electionem, majoris partis consensu factam, minor pars improbare sustinet, & Noribergenses, ne ornamenta ad coronationem mittant, admonet; quandoquidem Noribergensium non est, electionem examinare, securius facturi sunt, si requisiti ornamenta mittant, quam si non mittant. Puto tamen, Noribergensibus magis consuli, si quando ornamenta illa ab ipsis requiruntur, Electores, qui Regem Romanorum elegerunt, & coronationem fieri cupiunt, sua requisitionis literis subscribant nomina, vel saltem in testimonium rei actæ, ut hoc modo constare legentibus possit, an major pars electionem approbaverit. Eundem in finem Rex Romanorum Aquisgranum applicans, coronæ suscipiendæ causa, antequam ad alia procedat, decretum electionis magistratui ostendere solet, (*ut ex protocollo coronationis Maximiliani I. apud Goldastum in Politischen Reichshändeln part. 1. pag. 9. tit. 1. & Hartmanno Mauro in descriptione Coronationis Caroli V. cognoscimus.*) *Decima quarta* vult ne termi- 52.
nus trimestris, qui Electoribus datur, ut ad electionem conveniant, à Moguntino diminuatur. Terminus iste ab aurea Bulla præscriptus legitur, (*dict. c. 1. §. 18.*) atque inde merito ordinarius esse debet. Exceptionem tamen admittere hanc regulam, & ratione, & exemplo edoctus sum; quamquam ego propensior in abbreviationem, quam extensionem termini, nisi necessitas obstet. Utilius semper Imperio futurum arbitror, ut Regem Romanorum vel Imperatorem habeat, quam non habeat, & si utilitas suadet Cæsari Regem Romanorum adjungi, ut id fiat cito, non tarde. Ratio trimestris termini (*in dict. §. 19.*) ab ipsius Bullæ Conditore exprimitur illa, quod talis sit ter- 53.
minus, infra quem literæ convocationis ad singulos Principes Electores verisimiliter possint pervenire. In exemplari Palatino (ut olim nuncupabatur, nam ubi, & cujus hodie sit, me latet) pro, *pervenire*, legitur, *convenire*; unde aliquando arbitrabar, textum fortassis mendosum esse, & ita restitui debere, *in quibus quidem literis, talis dies, & terminus exprimatur, infra quem singuli illi Principes verisimiliter possint convenire.* Movebat non sufficere, ut terminus talis sit, intra quem literæ ad Electores pervenire possint, sed requiri præterea non exiguum tempus, post redditas literas, ad apparatum, ad petendum atque obtinendos salvos conductus, in Aurea Bulla denominatos, ad consilia, tam ea, quæ futuram electionem, quam quæ quietem Principatus Electoris concernunt, cujus curam, si ipse ad electionem properet, aliis committit, ad colligendum equitatum ducentorum capitum; & denique ad iter ipsum conficiendum. Verum, ubi perpendi, hæc omnia intra trimestre spatium expediri posse, nec ad solam literarum intimationem tantum tempus requiri; ad correctionem textuum quoque

non, nisi quando aliud non superest remedium, perveniendum esse, elegi credere, verbum, *convenire*, improprie, vel etiam non satis convenienter ad puræ latinitatis leges, positum fuisse, vel ex correctionibus, minorem admittere, & pro, *convenire*, substituere, *pervenire*. Quo admisso, totam enunciationem non simpliciter, ut verbis facta, accipio, sed literas pervenire commode, & cum hoc effectu intelligo, ut illis, in tempore satisfieri, ab Electoribus possit. Hanc mentem Caroli IV. fuisse, nemo dubitare debet, nec aliter è Saxone, & sociis acceptam, subjecta ratione, *unus, aut alter, tempore* (angustiori puta) *excludatur*, satis demonstrat. Cæterum, quod abbreviationem, vel extensionem termini attinet, neutrum in solius Moguntini arbitrio versari, sed in consensu omnium
54. Electorum, omninò mihi persuadeo. Arumæus quidem (*discursu* I. *ad Auream Bullam thes.* 31. *pag.* 67.) credit, arbitrium justæ causæ, non ad solum Moguntinum pertinere, sed eundem, si periculum tale emerserit, quod moram longiorem non ferat, ad Palatinum & Saxonem, Imperii Vicarios, sese remittere debere, iisque in consilium vocatis, de eo, & an tale sit, statuere licere, ne, si contrarium dixeris, in arbitrio Moguntini sit, eos Vicarios prætensione periculi dejicere, quod ipsi, tanquam inferiori (nam tempore Vicariatus Imperatoris vice funguntur) permitti non debeat. Inferiorem enim in superiorem judicium exercere, multo minus superioritatis jure eum exuere, haud posse (*l.* 4. *ff. de recept. arbitr. l. judicium. ff. de judic.*) nec justi possessoris beneficium alterius voluntati subjacere debere, (*c.* 2. *de concess. præbend. in* 6.) Verum,
55. hæc Arumæi traditio multis modis defectuosa est. Ad quæstionem generalem, qualem nos nobis decidendam proposuimus (nempe, an Moguntinus, quando Rex Romanorum, vacante Imperio vel vivo adhuc Cæsare, eligendus est, omnium Electorum, vel nonnullorum saltem consensu, terminum electionis, à lege Carolina præscriptum, abbreviare, aut protrahere possit?) Arumæi responsio particularis est, ad unicum casum vacantis Imperii, & ad solam abbreviationem termini pertinens. Accedit, quod nec illo quidem casu tres Electores, tanquam numero minores, si cum quatuor reliquis conferantur, majori numero onus, quod in anticipatione temporis vertitur, imponere possint. Uti nec admittendum est, legis communis restrictionem, vel extensionem, paucis adscribere, contra, præsertim in re collegium aliquod concernente receptam regulam, *quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari.* Detur vero, quod Palatini, & Saxonis interesse, maximum præ reliquis sit, attamen non solum est, nec tale, quod cæterorum Electorum interesse planè absorbeat. Si solus Moguntinus terminum abbreviare niteretur, ratio Arumæi, quod majoris jus minoris dispositioni non subjaceat, militaret; at ubi reliquis quoque Electoribus cum Moguntino, atque ita majori Electorum parti, placuerit, terminum, justis ex causis, abbreviare, dissentiant licet Palatinus, & Saxo, ac

xo, ac allegent, se Imperatorem repræsentare, & majores esse reliquis Electoribus, ne hilum tamen proficient. Collegium enim Electorale, vel quod idem in effectu, major collegarum pars, (*arg.* §. 4. *cap.* 2. *Aur. Bull.*) ut potestatem habet, justam ob causam abbreviandi terminum administrationis Imperatoris, hoc est, eum à solio deponendi, ita quoque ex justis causis potestatem habet abbreviandi tempus Vicariatus Palatini ac Saxonis. Scilicet, cum Collegium Electorale his in negotiis repræsentet majestatem realem, & totam Imperii universitatem, non minus supra vicarios est, quam ipsum Imperatorem. Aurea Bulla (*cap.* 5.) nos docet, vicariam provisionem Palatini, & Saxonis, tunc cessare, quando Rex Romanorum electus, & ad ejus manus Imperium pervenit. Docet eadem, quod si major numerus Electorum, aliquem in Regem Romanorum elegerit, is perinde haberi, & reputari debeat, ac si foret ab Electoribus omnibus, nemine discrepante, electus. Ergò, sive intra trimestre, sive ante, talis electio facta sit, frustra Palatinus, & Saxo vicariatum continuare tentabunt, postquam Imperium non amplius vacans est, sed novo capite dotatum: Frustra ad legem, quæ de tribus mensibus loquitur, provocabunt; nam supra illam alia est, quæ cæteris Electoribus patrocinium præbet, nempe illa, qua statuitur, salutem Imperii, ejusve populi, supremam legem esse. Hæc eadem lex, & altero casu quoque, quo Imperatori, vel Regi Romanorum adhuc in vivis existenti, Romanorum Rex adjungitur, cæteras omnes vincit, quæcunque de certo termino loquuntur. Speciale, & notabile exemplum nobis ob oculos ponit dictum Protocollum electionis Maximiliani I. (*quod reperitur apud Goldastum* in Politischen Reichs- 56.
händeln/ *part.* 1 *num.* 4. *pag.* 3. *& seqq.*) Cum enim tunc in Comitiis, quæ Francofurti celebrantur, anno MCCCCLXXXVI. Electores (excepto Bohemo) præsentes essent, ipsisque placeret Maximilianum eligere in Regem Romanorum, Moguntinus illis literas citationis, datas die Lunæ, qui erat decimus tertius Februarii, prædicti anni, insinuari fecit; quibus eos compellabat, ut sequenti die Jovis, hoc est, decimo sexto eiusdem mensis die, ad incipiendum, atque perficiendum electionis actum, comparerent. Unde manifestum evadit, ordinarium trimenstruum spatium fuisse tunc in totidem dies conversum, Electorum, qui præsentes erant, consensu: quod inde facilius fieri potuit, quoniam causa trimenstrui spatii, qui est, ut Electores habeant sufficiens tempus ad comparendum, cessabat; jam dum enim, ut diximus, in loco, ubi electio ordinariè fieri debet, præsentes erant. *Decima quinta*, legalis est, & in Au- 57.
rea Bulla (*dict. capitulo* 1. §. *finali*) fundata; haudquaquam tamen eius ponderis, ut si à Francofurtensibus minus exactè observata, fuerit, totus proinde electionis actus nullitatis accusari possit, debeatve, nisi aliud

concurrat

58. concurrat. Cum, post Maximiliani I. mortem, Electores Francofurti, ele-
ctionis negotium tractarent, Fridericus Comes Palatinus, mutata veste, oppi-
dum intravit, & clanculum fratrem, atque Electores reliquos convenit. (*Hu-
bert. Thomas Leodius de vita Frider. II. Palat. lib. 5. annal. pag. 76.*) Hic, non
tantum culpa eorum notam meretur, qui eum intromiserunt, sed etiam Ele-
59. ctorum, qui eundem admiserunt ad colloquium. *Decima sexta,* pendet à pri-
orum approbatione, & regulis communibus, ad actum nulliter cœptum ne-
minem cogi comparere, nec eidem interesse: Irritum esse, quod contra leges
agitur, nullum esse quod contra formam à lege præscriptam agitur. *Decima*
60. *septima*, & sequentes, non ad electionem Romanorum Regis pertinent, sed
tanquam appendices communes, Cæsari & Romanorum Regi præscribuntur,
pro norma actionum. Quæ insignia Electorum, & officia vult ubicunque,
etiam extra Germaniam, exerceri per Electores, aut ipsorum legatos, (quo
nomine etiam illis substitutos officiales intelligo) ut non ratione, ita nec exce-
61. ptione caret, sicut ex aurea Bulla (*cap. 29. §. item dabit.*) cognoscitur. *Decima
octava* adeo placuit, ut consimilis fere postea in Capitulationem Ferdinandi
62. (*artic. 27.*) & subsequentium Cæsarum, relata fuerit. *Decima nona,* de admit-
tendis exterorum Regum atque Principum legatis, ut in Imperii conventibus
63. audiantur, fulcitur humanitatis lege. *Vigesima* continetur Carolinæ capitu-
64 lationis articulo xv. *Vigesima prima* admonitio est, de servandis promissis,
65. & contrariis ad regulam revocandis. Ultima, aut superflua est, aut potius
ab ipsis Electoribus Regi Romanorum præscribenda, quam ab Imperatore.
Superflua ideo, quia rationi minimè conveniens est, ut adjunctus majorem
potestatem sibi arroget, quam illi competit, cui adjungitur. In majorem ta-
men securitatem, videmus, aliis Regibus Romanorum, nondum vacante Im-
perio electis, ab Electoribus capitulationem quoque præscriptam, atque ita,
quod tempore Ferdinandi eousque dilatum fuerat, donec Carolus V. renunci-
averat Imperio, cœpit postea cum ipsa electione expediri.

Wappens.

1. *Differentia insignium Imperatoris, & Regis Romanorum.*
2. *Cuius origo ignoratur.*
3. *De origine bicipitis aquilæ variæ opiniones.*
4. *An biceps aquila significet duplex Imperium?*
5. *Blosii Palladii explicatio reiicitur.*
6. *Alia explicatio.*
7. 8. *Quæ & ipsa reiicitur.*
9. *Autoris coniectura.*
10. *Nonnulla de aquila unicipite.*
11. *Et de ratione differentiæ.*

Fortaßis

FOrtasse legi debebat. Namens und Wesens; aut si omnino nomen, Wappens / retineri debet, ignorandum non est, insignia Regis Romanorum differre ab illis, quibus utitur Imperator: hic enim bicipitem, Rex vero unicipitem aquilam habere dicitur. (*Freher. ad Petr. de Andlo libr. 2. cap. 5. Vlysses Aldrovandus ornitholog. volum. 1. pag. 81.*) Quando vero primum mos iste cœperit, me nescire ingenue fateor. Nec memini quoque, ullam le- 2.
gem Imperii, vel Pontificis, hanc insignium differentiam injungere, stabilire, vel confirmare. Pleraque, insignia hæc quæ attinent, opinione, vel traditione incerta constant. Ubi de Imperiali bicipite, (ut vulgo creditur) sermo instituitur, tam absona à vero referri videas, ut, si indignari nolis, 3.
commiseratione saltem ducaris, necesse sit. Antiquam alii faciunt, & à Germanis usurpatam, post Varianam cladem; alii ejus ortum, ad tempus, quando Imperium in Orientale, & Occidentale divisum, referunt: utrique male, (*ut docui de jure publ. lib. 1. cap. ult. num. 11. & seqq. ac in additionibus ad eundem locum.*) Recentem, & ante Carolum V. inusitatam, idque omnia literarum typaria sigilla testari, hyperbolice asseverat Michael Beuterus (*in animadvers. historic. cap. 11. pag. 157.*) Ego, ex non paucis, quæ vidi, sigillis, numis, atque epitaphiis, contrarium, & hoc deprehendi, variatum fuisse, &, ut conjicio, unicuique voluntatem suam pro ratione stetisse. Non minor, in explicanda ratione bicipitii, incertitudo, & variatio surgit. Sunt, qui eodem 4.
Orientale, & Occidentale, atque adeo duplex Imperium significari tradant. Sed illi me erudiant velim, quid Romanogermanico Imperio rei sit cum O- 5.
rientali, quidve fuerit, & cur illud aquilæ Orientalis capite superbire præsumserit, cujus ne caudam quidem unquam rite possedit? Blosius Paladius, Romanus, mysterium nobis pandit, versiculis à Castaldo (*in tr. de Imper. quæst. 79.*) & à me, *de jure publico* (*lib. 1. cap. 14. num. 4.*) annotatis. Sed explodi merito hic vates debet, qui insigniis licentiam assignat, aliena pro propriis habere, & aquilam tam insipide loquacem facit, ut prædam, quam sperat, certam suis spondeat pullis. Novimus nos, inter spem & rem multum interesse; & novisse tu aquila potes, multa accidisse, ut non ceperis quæ persequi multoties constituisti. Tua hodie ætas, ac viribus plus nimium indies deficiens corpus, satis te admonent, tempus esse, ut frustraneam spem prædæ Orientalis nunc tandem deponas, & omni studio caveas falcatæ Orientalis lunæ iram. Occasum, quem Cæsaris esse dicis, nosti nunquam fuisse integre; quantum habuisti, eo usque tuum fuit, donec tua custodia coërcuisti. Quod reliquum est, tuum, donec custodia meliori, quam hactenus factum, coërcueris; Id ni feceris, immutare cautum cogeris, & dicere, pro est, & erit; fuit, non erit. Ex illis, qui Carolum V. patrem bicipitis aquilæ effingunt, alii, 6.
ut observavit Mutius Surgens (*in annotat. ad M. Anton. Surgentis tractatum*

de præfecto prætorio, sive Neapoli illustrata, libr. 1. cap. 22. num. 12. pag. 197.) causam eam autumant, quod cum esset Rex Hispaniæ, cujus insigne dicunt esse aquilam, & electus in Imperatorem, qui item aquila insignitur, duo illa insignia in unum conserere voluisse, eo modo præsagiendo, imperium ita cum
7. sua serenissima stirpe concorporatum, ut nunquam sit timenda divisio. Verum, ut præsuppositum falsum; ita non minus facti, quæ redditur, ratio est. De illo jam antea diximus, de hac vero perpendendum, Regem Hispaniæ, propter varia regna, quæ in Hispania possidet, variarum rerum effigies in insigniis suis junctim ferre: cujus itaque Regni aquila insigne sit, speciatim debebant exprimere nostri isti interpretes. Quod si ex insigniis Hispanicis unum cum Imperatorio conjungendum fuisset, Regni Castiliani, tanquam in ordine primi, & præcipui, insignia eligi præ reliquis omnibus debuissent: Sed illa castrum, vel castellum, repræsentant. Quod si vero Carolus aquilam, insigne, tanquam aquilæ Imperiali similem, vel convenientem, ex omnibus elegisset, & utramque conjunxisset, non posset dici, aquilam factam esse bicipitem, sed concorporatas esse aquilas, & unamquamque suum caput, distinctum ab altero, erigere. Talis autem forma aquilæ Romanæ non est, sed est unica, cum duobus capitibus des Reichs und Kayserlicher Adler ist mit zweyen Köpffen. (Kayser Ferdinandi I. Müntzordnung *de anno 1559.* §. Wo
8. aber vorgestelte/ *in corpore recessuum Imperii, p. 534.*) Porro nec Imperium cum stirpe Caroli, ut Regis Hispaniæ, unquam concorporatum, & si dicatur concorporatum cum domo Austriaca: debuisset Carolus, ad significandum, quod interpretes velle retulimus, domus Austriacæ insigne aliquod cum Imperiali aquila connectere, non autem Hispanicum. Germaniæ Principes confœderati, qui actiones Caroli satis accurate observarunt, & publicis accusarunt literis, ad hanc conjunctionem, tanquam contra morem, & libertatem Imperii factam, nunquam tacuissent, sed ut signum affectatæ successionis hæreditariæ in Imperio, cum cæteris, ei exprobrare non supersedissent. Ipsorum itaque taciturnitas magnum argumentum est, rei non sic, ut nonnulli volunt, gestæ. Fuisset etiam Caroli conatus contrarius articulo XXVIII. capitulationis, in quam juravit Electoribus, & Imperio. Hoc tantum licuit Carolo, quod cæteris ante ipsum, & post electis Imperatoribus in usu fuisse deprehendimus, ut insignia sua gentilitia, formæ minoris scuti inserta aqui-
9. læ Imperialis pectori adponerent. Denique, cum multo ante Carolum V. biceps aquila in usu fuerit, nec tamen fortuito, & sine causa à nonnullis Imperatoribus usurpata dici debeat, vitio mihi verti non poterit, si in re antiqua, & obscura, conjectura utor innocenri. Dicam ergo, aquilam Imperii, eadem licentia bicipitem esse, qua Janus olim bifrons fictus, & pictus fuit: denotari autem duobus illis capitibus pervigilium, quod ab utroque latere fieri debet,

debet, pro salute Imperii; & promtitudinem defendendi, tam ipsum pectus, quam tergum Imperii, & latera universa. Atque hæc de bicipite; restat, ut & 10.
de unicipite aquila, quam Regi Romanorum assignant, videamus. Ante omnia & primum determinari debet, quonam sensu Rex Romanorum hic intelligi debeat, an de illo, qui vacante Imperio in Regem Romanorum electus, sed à Pontifice nondum in Imperatorem coronatus est; an vero de illo, qui nondum vacante Imperio electus? Si in antiqua inquirimus tempora, exempla se nobis offerunt, quibus docemur, aliquando etiam à Pontifice coronatos, non minus, quam nonnullos ab eo non coronatos, unicipite aquila usos fuisse. Posteaquam vero biceps aquila consuetudine, vel usu, invaluit ordinaria fieri, attributa ea illis fuit, qui vacante Imperio Reges Romanorum electi, qua etiam statim post electionem usi sunt, tam ante, quam post, quam coronam Imperialem à Romano Pontifice susceperunt, vel non susceperunt. Uniceps vero aquila illi remansit, qui non vacante Imperio Rex Romanorum electus est. Hinc, cum illum, qui vacanti Imperio præficitur, electum Imperatorem dicere moris sit, aquila biceps nomen accepit, des Kayserlichen Adlers; quo respectu, uniceps dici debebit, Königlicher Adler. Difficulter autem vera, & alia ratio dari potest, cur 11.
Regia illa aquila dissimilis sit Imperatoriæ, quam ut differentia aliqua constitueretur inter insignia eorum, qui nomine, dignitate, potestate, curaque dissimiles sunt; faciliusque, ex inspectione sigilli constaret, Imperatorisne electi, an vero Regis Romanorum sint literæ, & instrumenta.

Etliche Jahr hero beladen gewesen.

Scilicet ab anno MDXXXI. usque ad annum MDLVIII.

Aus hochbeweglichen Vrsachen.

Causæ impellentes Carolum V. ut Imperio sese abdicaret, speciatim omnes hic non recensentur, sed præcipuæ tantum. In R. A. zu Augspurg anno MDLIX. (*in pr. pag. 519.*) duæ, hic vero tres enumerantur, quanquam tertia secundæ effectus potius, quam separata causa, dici potest.

Obligenden Alters.

Natus erat Carolus anno Domini MD. ergo quando abdicabat Imperium, erat adhuc sexaginario minor. Cum vero non nisi completa ætas septuaginta annorum, à tutela & cura suscipienda excuset, (*l. unic. C. qui ætate l. 2. in princip. ff. de excusat. tutor.* §. 13. *Institut. eodem titul.*) videtur haud licuisse Carolo susceptam Imperii tutelam deponere. Verum consensus,

 vel

vel ratihabitio Electorum, id licitum fecit, quod jura privata pro illicito habent. Et magna diversitatis ratio est, inter tutelam curamque pupillorum privatæ domus, ac tutelam aut curam totius Imperii publicam. Illis, etiam sexagenario major, facilius sufficiens erit, quam diffusæ administrationi Reipublicæ, quæ pro patrimonio habet haud exiguam orbis terreni partem, & tot fere hostes quot vicinos numerat. Videntur quoque ipsi Romani, quando *sexagenarium de ponte*, communi proverbio dixerunt, eum à publicis consiliis removisse, quem ad privata admittebant. Quod vero sexagenario non permittebant arrogare sibi filium, id non inde erat, quasi filium paterna cura non posset amplius regere, sed quod, (*ut habet l. 15. §. 2. ff. de adopt. & emancipiat.*) magis liberorum creationi studere ipse debeat: at hoc ad vires corporis, non animi pertinet. Quamquam etiam legi Papiæ Poppææ visum fuerit, sexagenario nuptias interdicere, quasi ab illo soboles vix speranda (*Balduin. de L. Pap. pag. 62.*) attamen postea illud mutatum fuisse apparet, (*ex l. sancimus 27. C. de nuptiis.*) Sed ut ad ætatem Regum, atque Principum revertamur, hoc quidem illis à lege indulgeri videmus, certis in locis, ut ante communem terminum privatæ ætatis legitimæ pro majoribus habeantur, atque ad rerum gubernacula admittantur; sed, ne tardius quam alii senescant, id lege nulla eis concedi potuit. Ac cum ad negotiorum molem, aliaque, senectutem, & corporis atque animi, promoventia, citius admoveantur, mirum non est, eos etiam citius labori amplius ferundo impares reddi, quam alios.

Immerwärenden Leibs Schwachheit.

Perpetua valetudine tentus, tutelæ, seu curæ, excusationem habet. (*l. un. C. qui morbo.*)

Augenscheinlicher Unvermöglichkeit.

Recenset etiam Carolus hæc omnia, in literis ad Joannem Osnabruccensem, Cameræ Imperialis Spirensis Præsidem, atque Assessores, de XXVII. Augusti anno MDLVI. in pr. (*apud Goldast. inter constit. Imp. pag. 200.*) ibi: maxime vero propter extremam decursamque ætatem, perpetuam, indiesque crescentem molestissimam infirmitatem, qua summopere afflicti, attenuati, exhausti, & omnibus corporis viribus debilitati sumus. Fuisse autem arthritidis morbum Carolo familiarem, docet Thuanus.

Sohns.

Intelligit Philippum, Caroli filium, natum anno Christi MDXXVII.

Königlichen Würde zu Hispanien.

Vide me in *Additionibus ad lib. 3. de jur. publ. c. 2. n. 3.*

Und Engelland.

Philippus II. Hispaniarum Rex, Mariam, Henrici VIII. Regis Angliæ Filiam, in uxorem duxit, anno Christi MDLIV. indeque titulo Regis Angliæ sese exornare cœpit. De hoc matrimonio licentia Gallica ita scribit Silhon (*en son Ministre d'Estat part. 1. livr. 3. discours 4. pag. 547.*) (*Philippe II. pensa incorporer l'Angleterre à l'Espagne, par le mariage de Marie, sa premiere femme, qui en estoit Royne. Mais les jugemens de Dieu supplanterent en cela prudence des hommes, & il permit, que cette Princesse mourut sans enfans, ou pour ne laisser trop accroistre une puissance, qui devoit estre fatale à la liberté des Nations Chrestiennes; ou pour punir les iniquités des Anglois, & cette lasche complaisance, avec laquelle ils avoient receu le schisme, que Henry VIII. introduisit parmi eux, & applaudi aux passions de ce Prince, qui aima mieux quitter l'Eglise, que se separer d'une concubine.*) Philippus II. contendebat Hispaniæ suæ adjungere Angliam, per matrimonium, quod contraxit cum prima sua conjuge Maria, quæ illius erat Regina. Verum, divina judicia hic supplantaverunt humanam prudentiam, permittendo, ut Regina ista moreretur sine liberis; vel, ne nimium augesceret potentia illa, quæ futura erat fatalis libertati nationum Christianarum; vel ut punerentur iniquitates Anglorum, & ignavum illud obsequium, quo acceptaverant schisma, ab Henrico VIII. introductum, & applausum dederant affectibus illius Principis, qui maluit Ecclesiæ valedicere, quam concubinæ suæ. Hæc Gallus cantat, voce, pro more, satis ferox, at in eo apertissime aberrans à vero, quando Philippo pro prima conjuge adscribit Mariam, Angliæ Reginam, quæ fuit secunda. Prima autem fuit, Maria, Johannis Regis Portugalliæ filia. (*Octavius de Strada de vitis Impp. pag. 492. Sleidan. lib. 15. Comm.*)

Hispanische Königreich begeben.

1. *Carolus in Hispaniam perveniens Deo agit gratias.*
2. *Sermo Caroli.*
3. *Secedit in monasterium S. Iusti.*
4. *Ejus exercitia pietatis.*
5. *Oratio Christiana.*
6. *Mors.*
7. *Censura Coquillii.*
8. *Excusatio Caroli.*

CArolus, postquam anno MDLVI. secundis ventis in portum Laredi, 1.
quod est Cantabriæ oppidum, applicuisset, primumque descendisset in terram, in genua procidens, dicitur DEO gratias egisse, quod sub finem vitæ suæ, divina clementia sibi concessum esset, in eam provinciam, altricem non minus victoriarum, quam corporis pervenire, eique provinciæ, in tot beneficiorum remunerationem, ossa sua se largiturum promisisse. Orationem illam, sermone Hispanico à Carolo ita dictam, annotavit Flori-

mond de Remond, (*de la naiſſance de l'hereſie livr. 5. chap. 5. p. 549. n. 4.*) (*Garda*
2. *te Dios, o madre muy querida, y deſſerida, anſi como deſnudo yo ſali de la barriqua de my madre, aſſi deſnudo yo bueluo à ti, como à my ſegonda madre, y por ſalcrdoni gracias de muchos mericimientos, de los quales abeis uſado hazia mi, no podendo otra coſa mas por agora, yo os doy eſto mio cuerpo doliente, y eſſos mis hueſſos floxos y canſados.*) DEUS te ſervet, ô mater cariſſima, nudus ut ex ventre matris meæ perveni in lucem, nudus ita redeo ad te, tanquam ad ſecundam meam matrem, atq; in ſymbolum gratitudinis beneficiorum cauſa, quorum multa à te accepi, poſtquam nunc aliud non habeo quod offeram, tibi dono hoc corpus meum morbis
3. occupatum, & hæc oſſa debilia. Seceſſit deinde in cœnobium S. Juſti, quod in deſerto Extremaduræ eſt, in quo (*ut Zenocarus in ejus vita tradit*) ita ſe continebat, ut divinis cogitationibus in ſolitudine optime vacaret, magna continentia vitæ, magna morum temperantia, magnaque cibi vinique abſtinentia: duodecim tantum homines intra domeſticos parietes habebat, equum unum. Ad colloquium admittebat fere nullos; Ipſe non aliter ſe, quam Carolum appellabat, non Imperatorem. Dicebat ſe inutilem mundo, inutilem DEO eſſe in hac vita, itaque rogare & optare ſe, ut in vita æterna
4. DEI laudibus inſervire poſſet. Sæpe pro concordia Eccleſiæ DEUM rogabat; in manus tuas Domine, inquiens, tradi Eccleſiam tuam. Sæpe errores ſuos publice ingemiſcens, lamentabatur, ac ex tot annis, quos vixiſſet,
5. nunquam unum diem DEO (prout dicebat) ſerviiſſe. Addit Thuanus: toto pectore in DEUM revolutum, ſic fuiſſe ratiocinatum; ſe quidem indignum eſſe, qui propriis meritis regnum cœlorum obtineret, ſed dominum DEUM ſuum, qui illud duplici jure obtineat, & patris hæreditate, & paſſionis merito altero contentum eſſe, alterum ſibi donare, ex cujus dono illud ſibi merito, vindicet, hacque fiducia fretus minime confundatur; neque enim oleum miſericordiæ niſi in vaſe fiduciæ poni: hanc hominis fiduciam eſſe à ſe deficientis, & innitentis domino ſuo: alioqui propriis meritis fidere, non fidei, ſed perfidiæ eſſe. Peccata remitti per DEI indulgentiam, ideoq; credere nos debere, peccata deleri non poſſe, niſi ab eo, cui ſoli peccavimus, & in quem
6. peccatum non cadit, per quem ſolum nobis peccata condonantur. Crucifixi Chriſti demum imaginem, per multos dies, ulnis, oculis, oreque complexus, ſeptimo poſt translationem Imperii menſe, (anno MDLVIII. præſente Archiepiſcopo Toletano, omnibus ſacris chariſmatibus, & ſacramentis Eccleſiæ imbutus, maximam lacrymarum vim effundens, expiravit, ac ad cœlites animam remiſit, menſe Septembris, hoc eſt, Imperii ſui anno XL. ac quadrageſimo anni die, poſtquam ſuſcepit Imperium; vitæ autem ſuæ LVIII. antequam autem expiraret, poſt ſacram unctionem, etſi antea corpus Domini acceperat, iterum illud guſtare voluit, inquiens, in me manes,

manes, ego in te maneam. Cæterum melius fecisse Carolum, scribit Coquille (*en l'histore du pays & Duché de Nivernois pag. 147.*) si non tunc demum, postquam fortunam plane novercam habebat, monasterium ingressus fuisset, sed (*alors, que sa prosperité duroit encores*,) tunc quando adhuc in prosperitate vivebat. At si quid in hoc, vel alio, ab eo peccatum, (*& s'il a esté pecheur, il a esté penitent, & a lavé sa faute avec les larmes de trois ans, qu'il versa en la retraitte, qu'il fit du monde, avant que la mort l'en retirast.*) & si fuit peccator, fuit etiam penitens, ac abluit immunditiem, lacrymis triennii spatio fusis in illo secessu, quem ante obitum suum à mundo fecerat. Ita benignius, terminum vero nonnihil extendens, Silhon (*en son Ministre d'Estat part. 1. livr. 2. disc. 15. pag. 460.*) 7. 8.

Erbkönigreich / Fürstenthumb und Land.

Carolus tenebat duplicia bona, quorum alia erant patrimonialia, & hereditaria, quæ concessit filio Philippo: alia, & diversa ab his, erant illa, quæ habebat tanquam electus Imperator: hæc, Electorum consensu, resinavit Ferdinando fratri, Regi Romanorum.

Ubergeben und zugestellet.

Carolus in filium Philippum cessionibus variis liberalis fuit. De prioribus, quando Ducatum Mediolanensem, (& si recte memini, etiam Regnum Neapolitanum) abdicavit, non attinet hic dicere; cæteras ad tres actus refero, quorum duo in Belgio, tertius in Hispania, celebrati. Primum in Belgio ita peractum narrat Michael Aitsinger (*de Leone Belgico pag. 26. b.*) sub finem Augusti; Philippus ex Anglia divertens in Belgium, ad Cæsarem parentem venit Bruxellam, maximo cum Procerum comitatu, ubi VIII. Cal. Novembr. Carolus eidem Philippo filio, evocatis ad se legatis provinciarum, Dominiorum, & civitatum Burgundicæ domus, potestatem regendi & gubernandi terras ipsi subjectas, ultro tradidit, enarrans tum ad eos qui aderant, labores suos, & regni curas, idq; viva voce (lingua gallica, sed ex scripto, ut memoriam sublevaret, peroravit: ita Thuanus,) & valde oratorie, graviter, & copiose. Finita oratione, Principis Auriaci humeris se sustentans, ex conspectu amplissimi theatri abscessit. Atque hæc gesta sunt anno MDLV. XXV. die Octobris, (*ut cessionis literæ indicant apud Goldast. constit. Imper. pag. 199. & seq.*) Alterum in Belgio peractum, mense uno post primum, eodem anno LVI. Thuanus describens, ait; in eodem loco, coram vicariis ac regnorum & provinciarum suarum rectoribus, quos ob id evocarat, Carolus, Hispania, Sardinia, Gymnesiis insulis, Americæ, ac novi orbis dominatu, filio Philippo cedit, servata tantum, ubi ad locum destinatũ pervenisset, C. aureorum millium pensione, qua se ac familiam alere posset, Tertium in Hispania,

ritu

ritu ſolemni, anno LVI. hæc ceremonia: Iis in civitatibus, quæ jus publici conſilii habent, feciales duo, gentilitiis Regni inſignibus, ac veſtibus induti, in ſuggeſtu ad id parato, ſtantes inter ſe adverſi, de more alter dat, alter accipit ſceptrum, enſem & galeam, conceptisque verbis prior ſic infit; Quod felix fortunatumque ſit univerſæ Hiſpaniæ, ac cæteris provinciis, Carolus V. Imperator, Hiſpaniarum Rex legitimo jure factus, ſponte, libentique animo ſe omni poteſtate abdicat, Regemque eſſe jubet, ac hæredem ſuum inſtituit, Philippum filium, ita, ut in illum omnia jura regnandi, poſſidendi, atque in alios transferendi translata ſint, ritu legeque antiqua, & eo jure translata, quo jure optimo omnia publica, & privata transferri ſolent. Quibus dictis & traditis, quæ reſtabant, inſignibus ille diſcedit, ſtatimque alter accepto ſceptro, enſe & galea, populum ſolus alloquitur, ſpondetque, Regis nomine, omnia facturum eum, quæ ad Regni, & populorum incolumitatem pertinent. (*Thuanus lib. 17. hiſtor.*)

Zu endlicher Reſignation.

Finalis, & ultima hæc dicitur reſignatio, reſpectu illius, qua Carolus edicto, Sudburgi in Zelandia, VII. die Septembr. anno Domini MDLVI. dato, Ferdinando fratri adminiſtrationem Imperii ceſſit. Licet enim tunc vera ceſſio, reſignatio aut translatio adminiſtrationis Imperii, non fuerit facta; attamen eo nomine appellata fuit, (*ut apud Goldaſt. inter conſtit. Imper. p. 201. legimus.*) Quod autem potius mandatum cum libera, Imperii negotia adminiſtrādi, tractandiq; fuerit, ex verbis ipſis edicti colligere licet. Poſtquā enim, dixit, ſe, ut primum venti ſecundi afflaverint, in Hiſpaniam trajecturum, addit; unde cum propter talē abſentiam, adminiſtratio ſacri Imperii ad Sereniſſimum & Potentiſſimum Principem, Ferdinandum Regem Romanorum &c ut legitime electum Romanorum Regem, & poſt nos in ea absq; ulla contradictione proximū ſucceſſorem, pertineat, eiq; ſæpius multo retroactis annis in noſtra abſentia, nomine noſtro, magna fide præfuerit, ſuſtinendo vere fraterna atq; benevola ſollicitudine, graviſſimū Imperii adminiſtrationis onus: Ideo, ne Reſpublica Chriſtiana, maxime ſacrū Imperium, nobis procul abſentibus, aliquod detrimentum (id quod Deus avertat) patiatur, & quo prædictus noſter frater, Rex Romanorum, negotia Imperii majori autoritate tractare poſſit, volumus & conſtituimus, ut, tanquam Rex Romanorum, per ſe abſolute, citra noſtram tractationem, habeat poteſtatem faciendi, tractandi, & mandandi, quæcunq; ad dignitatem, cōmodum & augmentum ſacri Imperii neceſſaria, & opportuna videbuntur, in modum, quo nos, ut Imperator & Rex Romanorum, faceremus. Et ſane, nihil magis in votis habuimus, & expetivimus, quam ante inſtitutam profectionem, in civitate noſtra Imperiali Ratiſpona, comparere, & vobiscum (intelligit Satus) Imperii negotia

negotia publica deliberata ad exoptatum finem deducere, sacrique Imperii regimen præfato Regi Romanorum, fratri nostro dilecto, in publico conventu committere, cum dispositione, ut ipse ei nomine nostro præesset, & commonitione ad præstandam illi debitam obedientiam, sed invalitudo nostra, nota cuilibet, passa non est, ut itineri tam longo, & maxime terrestri, nos committeremus, præterquam, quod maximè inconsultum est visum, negligere occasionem, quæ hoc tempore navigationi quam maximè commoda esse solet. Quare cum ad indicta comitia personaliter non venerimus, nec, quod in votis nostris erat, alias susceptas rationes ad constitutum & exoptatum finem perduxerimus, ad minus voluimus dilectioni & devotioni vestræ, vobisque hoc edicto institutum animi nostri patefacere, & expresse vobis universis, & singulis, mandare atque injungere, de potestate Imperiali, tenore præsentium, sub gravissima indignatione & pœna, ut quemadmodum dictum est, fidelitatem & obedientiam Regi Rom. præstetis, & eum vice, ac nomine nostro, in omnibus edictis, mandatis, & actionibus revereamini, nec ei in re ulla repugnetis, sed eum omni cultu prosequamini, non secus ac nos in Imperio existentes, observaturi essetis &c.

Bottschafft.

Dict. R. A. zu Augspurg de anno M D LIX. in pr. (*p.519.*) exprimitur cum prædicato, Ansehenliche Bottschafft. Erant autem in ista legatione capita, non duo tantum, qui hic nominantur, sed etiam eum iisdem Wolffgang. Hallerus, Carolo ab epistolis, ut Thuanus docet, monetque idem (*ad annum* LVI.) hos, nonnisi biennio post acceptum mandatum, ad Electores se contulisse.

Lehrern der Rechten.

Doctorem juris. Fuit autem hic Georgius Sigismundus Seldius, Augustanus, Jureconsultus peritissimus, consiliarius & procancellarius trium Imperatorum, Caroli V. Ferdinandi I. & Maximiliani II. à quo, venationi indulgente, cum anno M D LXV. die XXVI. Maii, Vienna evocatus esset, & vesperi domum properaret, incitatis cursu equis è cursu desiliens, lapsu tam graviter læsus est, ut eadem hora expirarit. (*Bucholcer. ind. chronol. ad ann.* LXV. *p. m. 613.*) Carolum V. Seldio nostro aliquando lychnum prætulisse, ne in tenebris damnum incurreret, fama est. Cum enim Seldius à Ferdinando ad Carolum, tunc Flissingæ, in Selandia, opportunitatem venti expectantem, quo in Hispaniam navigaret, ablegatus, & sermo inter eosdem, certa die, adultam usque in noctem protractus fuisset, tandemque Carolus nolæ signo suos ad præferendam facem abeunti Seldio frustra vocasset, quoniam omnes vel cubitum, vel alio concesserant, Carolus ipse, arrepto Cereo, Seldium, quamvis reluctantem, per scalas deduxisse dicitur, atque digredienti dixisse: Seldi, olim meminisse te velim, eum Imperatorem, qui tot satellitibus quondam stipatus, imò tot legionibus cinctus fuerat, jam solitarium relinqui, & à

domesticis quoque deseri, eumque, cui tot annos tu servieras, jam tibi servire, ac cereum præferre. (*ex Casp. Ens lib.* 1. *Epidropid. Arumæus disc.* 2. *ad Aur. Bull. thes.* 14. *pag.* 99.)

Zu Uns.

Misit Carolus legatos, & procuratores suos, ad Ferdinandum & cæteros Electores. Quoniam autem Ferdinandus, non solum erat Rex Romanorum, verum etiam Rex Bohemiæ, atque eo respectu etiam Elector, quæri potest, an Carolus ad eum, utriusque illius respectu intuitu, legatos destinaverit, atque ille huic actui interfuerit, non solum ut Rex Romanorum, sed etiam ut Elector? Notum est, Bohemum ad Electionem Imperatoris, vel Regis Romanorum vocari, ad cætera non æquè; unde credibile fieri poterat, eum nec ad hunc actum, ubi de deponendo, & cedendo Imperio agebatur, vocatum fuisse. Et cum semel eligendo Ferdinandum in Regem Romanorum simul successorem Carolo in Imperio, casu eveniente, voce sua approbaverat, nova approbatione eius hic opus non erat.

Credentz.

Credentz-brieffe/ vel Creditiv/ sunt literæ, quibus ille, qui legatum ad alium mittit, petit, ut eundem velit benigne audire, & eius verbis eandem fidem attribuere, ac si ipse mittens præsens ea loqueretur. His literis legitimatur persona legati, nec regulariter ad dicendum (vocant audientiam,) admittitur, nisi traditio earum præcesserit.

Instruction.

Instructionis nomine venit mandatum, quod tam mandantis, quam mandatarii, hoc est, legantis & legati gratia, in literas refertur, quibus continetur, quid, & quomodo id legatus expedire debeat.

Obangeregt Römisch Kaiserthumb / 2c.

1. *Persona resignans.*
2. *Res quæ resignatur.*
3. *Cui facta resignatio?*
4. *Acceptatio rei resignatæ.*
5. *Liceatne resignare magistratum, Regium vel Imperialem? Rationes negativæ.*
6. 9. *Rationes affirmativæ.*
7. *Exempla eorum qui eiurarunt Pontificatum.*
8. *Et aliorum, qui Imperatorium munus.*
10. 11. 12. 13. 15. *Respondetur ad rationes negativas.*
14. *Historia de Imp. Henrico II.*
16. *Quas ob causas liceat resignare Imperium?*
17. *Distinctio.*
18. *Ovidii locus.*
19. *Ad quem pertineat examinatio causarum, & earum approbatio, vel reprobatio.*
20. *In cuius manus resignari debeat Imperium, & an in Pontificis?*
21. *Ferdinandi legatio ad Pontificem.*
22. *Pontificis responsio.*
23. *Azorii relatio vitiosa.*
24. *Autoris opinio.*
25. *Quæ firmatur rationibus.*
26. *Pontifex abutitur clavibus.*
27. *Unde habeat claves terreni Imperii.*
28. *Quo sensu dicatur, Clementem VII. ratam habuisse actionem Ferdinandi.*

29. *Exami-*

29. *Examinatur ratio Pontificis, cur omnia quæ Francofurti acta, rescindi debere voluit.*
30. *Quid maiores nostri Pontifici submiserint?*
31. *Pontificis in nos nulla est potestas.*
32. *Obiicit nobis hæresin.*
33. *Sed male.*
34. *Romanenses sunt Athei*
35. *Imperium sacrum erit quousq; Christianum, licet non sit Romanocatholicum.*
36. *Ferdinando non opus fuit pœnitentia.*
37. *Nec debuit se purgare coram Pontifice.*
38. *Aut petere veniam.*
39. *Nec renunciare illis, quæ acta erant Francofurti.*
40. *Nec eiurationem Caroli exhibere Pontifici.*
41. *Caroli mandatum non fuisse defectuosum.*

IN toto hoc negotio quatuor potissimum consideranda sunt. *Primo* loco est 1.
persona resignans, de qua jam dictum. *Secundo* res, quæ resignatur. De ea 2.
hic dicitur, quod facta sit resignatio omnimoda, & totalis, sempiterna, & irrevocabilis, Imperii Romani, hoc est, eius juris, quod resignans in illud habuit, & exercuit. (Nempe (1.) juris & potestatis administrandi Imperium. (2.) tituli nominis, & dignitatis Imperialis. (3.) Sceptri & coronæ.) *Tertio* per- 3.
sona, cui facta resignatio, ac quorum consensu, & quibus præsentibus. Ad hoc pertinet relatio illa, quod resignatio facta fuerit Ferdinando, Regi Romanorum, præsentibus, & consentientibus Electoribus. *Quartum* est, acceptatio 4.
rei resignatæ. Quoniam autem singula capita quæstiones particulares continent, de illis nonnihil videbimus.

Ad *primum* caput referri debet quæstio generalis: *Liceatne magistratum* 5.
Regium, vel Imperialem, semel susceptum, &, vel medio successionis, aut electionis, apprehensum, resignare? Pro *negativa* facere videtur (1.) quod eiusmodi abdicatio nulla lege permittatur. (2.) quod, *arg. l ult. C. de defensor. civitat. l. pen. ff. de offic. præsid.* videatur prohiberi. (3.) quod cum Imperat. Henricus II. A. C. MXIX. Argentoratum concessisset, à Statibus Imperii, eius conatui contradictũ, ac ad administrationem Imperii revocatus fuerit. (*Schadæus in descript. summi Argentinens. templi c.2 p.11.*) (4.) Cumq; idem Imp. Henricus, Abbati Richardo Virdunensi professionem fecisset, & eius consilio se totum submisisset, volens apud S. Victorem monachus fieri; Abbas, in virtute obedientiæ ei injunxerit, ne Imperium dimitteret, quam diu viveret, & ita eum ad imperandum remiserit, (*ut legimus in magno chronico Belgico à Ioh. Pistorio edito inter rer. German. veteres scriptores sex pag. 96.*) *Affirmativæ* patrocinantur, (1.) Quod nulla 6.
lege eiusmodi resignatio fieri prohibeatur. (2.) Mandatarium suscepto mandato renunciare posse. (*l.22. §. fin. ff. mandati. §. 11. Instit. eod. tit.*) Tutorem posse deponere tutelam quam suscepit. (*l. 40. ff. de excusat. tutor.*) (3.) In regno hereditario vel successorio, renunciationi, vel abdicationi locum esse. (*Hugo Grotius de Iur. B. & P. lib. 2. c. 7. n. 26.*) Qua potestate Franciscum I. Regem Galliæ, cum captivus in Hispania à Carolo V. Imperatore, & Rege Hispaniæ

detineretur, uti voluisse, & Delphino Galliæ, h. e. filio suo primogenito, regni administrationem resignare, ex historicis constat. (4.) Autoritas aliorum sapientum, atque exemplorum multitudo. Nihil prohibet, (ait P. Greg. Tholosan. *de Republ. lib.* 26. *c.* 3. *n.* 10.) quo minus electi ad Principatum, vel in principatu jam constituti, possint recusare, vel deponere ipsum, sive sit pontificatus summus. (*c.* 1. *de renunc. in* 6.) sive Imperium, sive regnum, sive alius principatus, & electione, vel successione delatus, vel alio modo quæsitus: invito enim beneficium non datur, & sui juris renunciatio cuique permissa. Sic Cœlestinus V. eiuravit Papatum, cui successit Marcellus; item Clemens, cui successit Linus, & eo mortuo Cletus, & rursum eo mortuo Clemens. Thuanus (*in histor. ad annum* CIƆ IƆ LV.) ubi de Caroli V. consilio agit, non deerant, inquit, exempla illustrium virorum, qui in eodem fastigio constituti, eandem vitæ clausulam fecerant, quæ in ea deliberatione hærenti occurrebant; atque in primis Diocletioni, (longè optimi Principis, si eas excipias, quæ ille gentilium errore deceptus, in Christianos peccavit) qui post administratum virtute summa ac prudentia, totos viginti annos, Imperium, Nicomediæ cum Maximiano collega, eo se abdicavit, anno Christi CCC VIII. & Salonæ, in Dalmatia, vitam hortorum cultu oblectans, privatus transegit. Deinceps, scisso Imperio Anastasius II. & mox Theodosius III. Christiani, deposito Imperio in monasterio vitam finierunt. Isacius item Comnenas, qui Michaëlem Stratiotam imperio dejecit, sive spectro territus, ex quo letalem morbum contraxerat, sive ut adfectati imperii invidiam declinaret, mortua coniuge, Constantino Duce imperio cessit, & in Studiense, sive Anthemii cœnobium, à se ædificatum, tonsa coma, à quâ nobilissimæ familiæ nomen, sponte transiit. Michaël item, Rangabe dictus, in Insula Proto, post gestum duos annos Imperium, consenuit, & post eum Michaël Ducæ filius, cum Imperium sex annos, & totidem menses tenuisset, in Studii secessum trusus est, cui Nicephorus Botoniates successit, qui rursus Comnenorum factione pulsus, abjectis purpureis calceis, Peribleptæ monasterium, cuius post Romanum Argyrum alter conditor vocabatur, ingressus est, comaque rasa ac mutata veste monasticam lacernam sumsit. Denique Manuel Comnenus, postquam Imperium XXXVIII. annos administravit, lacernam Ciliciam sumsit, & in ea expiravit: & post eum Joannes Cantacuzenus, Joannis Palæologi in Imperio consors, dignitatem postremo deposuit, & vitæ quod supererat, privatus exegit. Sed plerique ex iis inviti & accepta fide, nihil incommodi aut injuriæ passuros, se Imperio abdicarunt. Verum inter omnes maximè memorabile Lotarii, Ludovici Pii filii factum fuit, qui cum Ludovicum filium Imperii consortem ascivisset, decimo quinto anno post in Prumiense cœnobium, à se constructum, & amplissimis possessionibus dotatum, anno Christi IƆCCCLV. sponte concessit. (5.) Accedit, quod generaliter consideran-

considerandum proponit Charles Loyseau (*du droict des offices livre 5. ch. 3. n. 7. pag. 744.) que qui osteroit à l'officier le pouvoir de resigner son office, il le tiendroit attaché, & cloué à iceluy, comme un forçat à son navire, & partant le rendroit serf, ou dumoins ascriptice, au lieu qu'il a commandement sur les libres.*) Quicunq; negat ei, qui officium gerit, potentiam illud resignandi, idem eundem officio alligat, eo modo quo condemnatus ad triremes accedit, atq; ita eum servituti subjicit, vel saltem facit adscriptitium, cum tamen in libros homines potestatem exerceat. Atq; hanc affirmativam dum ego quoq; amplector, negativas rationes ita
refello. (1.) Aut lex intelligitur, de lege generali gentium, aut de speciali ali- 10.
cuius tantum gentis, quæ illi civilis est. Leges generales gentium, ex communi ratione profluunt, & usum pro scriptura habent. Has resignationem administrationis Imperii, vel Regni, prohibere, nullibi reperio, permittere autem credo firmiter, ubi salus populi illam approbat. Leges cujusq; gentis singulatim excutere, operosum nimis foret, quantum ex illis mihi notæ, nulla est, quæ resignationem prohibeat; quamquam non omnem admittunt. Quod jus nostrum civile attinet, pro regula habetur, *quod prohibitum non est, permissum esse*
censeri. Nec nobis obstat l. ult. C. defensor. civit. quippe, abdicationem gene- 11.
raliter non prohibet, sed illam tantum, quæ fit non observatis observandis. Dispositio clara est, & verba, *nulli licere, nisi &c.* satis demonstrant, quid Impe-
rator velit. Dicta l. pen. ff. de offic. præsidis, loquitur de legato Cæsaris, non 12.
de ipso Cæsare; sed quis dubitet, si par utriusq; causa esse debeat, legatum consentiente Cæsare abdicare se munere posse, & Cæsarem consentientibus illis, penes quos maiestas realis residet, administrationem Imperii resignare posse.
(3.) Exemplum Henrici II. docet, illam abdicationem non placuisse Statibus, 13.
sed non probat, nullam iis placere debere. Historia diversimodè à diversis
enarratur. Si Mutio credimus (*lib. 14. Chron. German. apud Pistor. tom. 2. hi-* 14.
stor. German. p. 109.) Henricus II. cum forte Argentinæ esset aliquando, ceremoniæque & preces sacerdotum illi arriderent, consors eorum regulæ, ut sic loquamur, factus est, sed instituta pro sacerdote, viro probæ vitæ, præbenda, qui Regis, in sacris, esset vicarius, ipse discessit, avocatus publicis Imperii negotiis. Ea præbenda Argentinæ ad Mutii usque ætatem vocata est Regalis.
(4.) Quod Abbas Virdunensis suasit Henrico II. regulam non constituit; non 15.
enim hoc voluit Abbas, nulli planè licere dimittere à se Imperium, sed Henrico non expedire, nec convenire, ut illud dimitteret. II. Quæstio est; *Quas* 16.
ob causas liceat resignare Regnum, vel Imperium? Videbatur hic solum arbitrium, vel solam voluntatem eius sufficere debere, qui quod accepit, reddere vult, vel quod habet, delinquere constituit. Verum cum diverso jure regna, & Imperia teneant Reges, & Imperatores, non una ad omnia quadrat responsio.
Si regnum est hereditarium, & patrimoniale, magis in abdicando ad volunta- 17.
tem abdicantis, quam ad examen causæ respiciendum erit. Si est electitium

 purè,

pure, magisque aristocraticum, quam monarchicum, potissimum ad approbationem, vel reprobationem causæ advertendum. Quemadmodum enim in illis, initio, si necessitas id suadeat, invitus ad gubernacula rerum trahi potest, (*arg. l. si quis 9. & l. honor 14. §. fin. de mun. & honor. Tholosanus de republ. lib. 4. c. 5. n. 4.*) ita etiam invito, ob salutem publicam, imponi potest, ut in administratione, & cura perseveret, postquam preces & admonitiones admittere recusaverit.
18. Egregiè ad casum nostrum, si sensum potius, & applicationem, quam verba spectemus, facit Ovidius (*lib. 2. metamorph. v. 393.*) quando Solem, post interitum Phaëtontis, de abdicando vel derelinquendo officio cogitantem, introducit, additque;

Circumstant omnia Solem
Numina, neve velit tenebras inducere rebus,
Supplice voce rogant; missos quoq; Iuppiter ignes
Excusat, precibus minas regaliter addit.

19. Hoc autem generaliter in Imperio nostro, aliisq; Regnis, quorum status huic similis, tenendum est, causas abdicationis proponi ab abdicante, examinari ab Electoribus, deniq; ab iisdem easdem vel approbari, vel reprobari debere, quod quidem in ordine ultimum, in effectu autem potissimum est: Nam ab hoc solo dependet cardo totius negotii. Proponit abdicaturus, Electores disponunt, non solum eo casu, ubi causæ legitimæ fuerunt propositæ, sed etiam ubi frivolæ. Ut enim, ubi Imperator ætate, morbove administrationi Imperii sufficiens amplius non existit, statim Electores in abdicationem consentiant, necessarium non est: nam si utilius Imperio, aut decentius videatur, administrationis onere tantum sublevari abdicaturientem, Rex Romanorum ei adjungi poterit; aut, si jam tum eum sibi adjunctum habeat, nec aliud abdicationem petitam impediat, approbari poterit ut fiat: quemadmodum etiam, in vicem ejus Imperio aliud caput eligi debet, si abdicationi locus datur, casu eo, quo adjunctum nullum habet. Poterit tamen evenire, ut etiam causa, vel non vera, vel non magni momenti, ab Electoribus acceptetur, si videant Imperio decorum & utile esse, ut abdicatio fiat. Quo casu, postquam abdicaturiens, eam, ut sufficientem allegavit, volenti nulla fiet injuria, si pro tali habeatur, & quod petiit obtineat.
20. III. quæstio in eo occupatur, *in cuius manus resignari debeat Imperium Romanogermanicum?* Tholosanus (*d. lib. 26. de Republ. c. 3. n. 10.*) audacter scribit; renunciat summus Pontifex coram collegio Cardinalium, Imperator vero debet renunciare in manibus Papæ, qui sibi superior est, non in manibus Electorum. Eandem ob causam, aliasq; Paulus IV. abdicationem Caroli V. improbasse, ex historiis
21. istius temporis constat. Rem ita gestam narrat Thuanus (*in histor. ad ann.* CIↃ IↃ LVIII.) Ferdinandus, ut antiquam, erga sedem Romanam, officio consueto, observantiam, testaretur, Martinum Gusmanum, supremum Camerarium, ad Pontificem mittit, qui eum de Caroli fratris abdicatione, & inauguratione

tione

tione in Auguſtum ſua, qui jam Roman. Rex creatus eſſet , plenius edoceret, mandata eius erant, ut Cæſarem erga Pontificem, & S. S. eo animo affectum, quo maiores ſui Eccleſiæ R. & omnium aliarum præcipui patroni, tutores ac defenſores, etiam duriſſimis temporibus, extitiſſent, obedientiam ſolitam præſtare paratum oſtenderet, adderetq; non prætermiſſurum Cæſarem, ut primo quoq; tempore, veteri ac recepto more, de coronatione ſua honorificam legationem ad Pontificem ac S. S. adornaret. Hæc mandata, etſi hujusmodi erant, ut plenam amicitiæ, ac obſervantiæ fidem facerent, & proinde benignè à Pontifice audiri, obviaque humanitate admitti deberent, tamen, ob recentes cum Auſtriacis ſimultates, nondum ultima pacificatione bene compoſitas, moroſus Senex, qui legationis cauſas antea ſubdoratus eſſet, non audito Gusmano, purpuratis patribus hæc diſcutienda proponit, annon Gusmanus, qui ſe à ſereniſſimo Dn. ſuo Ferdinando, ad ſe, & S. S. miſſum dicit, docere debeat, quid Carolus V. cum fra- 22.
tre egerit, quidve Ferdinandus viciſſim pepigerit, tum quibus conditionibus renunciationem à Carolo factam acceptaverit: rurſus, poſtquam iis omnibus ſatisfecerit, an inauguratio Ferdinandi, ſine Pontif. ac S. S. conſenſu facta, ritè ac legitimè facta cenſeri debeat, vel alias ob cauſas non ſubſiſtat? Cardinales ad id delecti, ad Pontif. nutum pronunciare ſoliti, & alioqui amplificandæ Pontificiæ potentiæ ſupra modum ſtudioſi, poſt præfationem, qua cauſæ, variis difficultatibus implicatæ magnitudinē multis verbis extollunt, reſpondent: neceſſe eſſe, ut publicis documentis demonſtretur, quomodo per eiurationem, ſive ceſſionē Caroli, Imperatoria dignitas vacaverit: rurſus, quo jure Ferdinandus in eam ſucceſſerit: interea non debere admitti ipſius Oratorem, antequam conſtet, an Carolus, qui ceſſerit legitimè dignitate ſolutus ſit, ut is, qui ſucceſſerit, legitimè ſucceſſiſſe dici poſſit. Ad hæc addunt, acta Francofurti nullius eſſe momenti, cum non intervenerit in iis S. S. autoritas, & Chriſti vicarii, cui claves, cœleſtis & terreni Imperii, creditæ ſint, ſine quibus nec Carolus legitimè Imperio ſolutus, nec Ferdinandus rectè in Imperium ſucceſſiſſe dici queat. Nam quamvis Ferdinandus olim Rex Romanorum Coloniæ creatus fuerit, remq; Clemens VII. ratam habuerit; tamen ut ſuccedat, neceſſe eſſe, ut vacet Imperium, quod non niſi morte, eiératione, aut privatione fieri poſſit: quæ duo poſtrema ad ſolum Pontificem, nec alium, & S. S. pertineant. eſſe & illud in cauſa, cur omnia Francofurti acta reſcindi debeant, quod ab hominibus pravitate hæretica infectis, geſta ſint, qui omnem gratiam, & poteſtatem amiſerint, quam habebant, cum nondum à R. Eccleſia defeciſſent. ob id, & ut ad purgandum ſe judicio ſiſtat, Ferdinando opus eſſe pœnitentia; nec vero dubitare eum debere, quin veniam à miti patre facile conſequatur. Itaq; mittendum ab illo procuratorem, cum plenis mandatis, quibus declaret, ſe iis, quæ Francofurti acta ſunt, ut nullius momenti, renunciare, remq; omnem Pontificis arbitrio permittere, qui inaugurationem, quamvis non ritè factam, plena poteſtate confirmet: mandatum inſuper

ſuper

ſuper Caroli,quo Imperium eieret, coram Pontifice produci debere: quodlicet ad VII viros tantum dirigatur, tamen defectum hunc abunde ab eo, qui plenam poteſtatem in huiusmodi habeat, ſuppleri,&ad Pontificem ipſum extendi poſſe. Secundum hæc, Pontifex, inſtanti Gusmano, ut admitteretur, reſpondit, quoniam Carolus apud nullum, niſi ſe, Cæſaream dignitatem eierare, nec Ferdinandus eam citra conſenſum ſuum accipere potuerit, ipſum intra tres menſes, iis, quæ à Cardinalibus propoſita ſint, ſatisfacere debere; interea ipſum Guſmanū minimè admitti poſſe. Ubi verò de Pontificis voluntate, Ferdinandus ex literis Gusmani cognovit, continuò reſcribit, mandatq;, ut niſi poſt triduum, à mandato accepto, à Pontifice admittatur, ipſe, rebus compoſitis, Roma diſcedat, denunciatione ante facta, ſe, quando à Cæſare ad Pontificem ſit legatus, ut ei, more majorum ſuorum, filialem honorem exhibeat, nec tam longo tempore, non absq; Cæſareæ Majeſtatis imminutione, ad mandata exequenda admitti potuerit, Roma diſcedere, ut Cæſarem de iis, quæ in hoc negotio intervenerunt, certiorem faciat: qui mox re cum Septemviris deliberata, id facturus ſit, quod Imperiali dignitati convenire videbitur. Inſtante igitur Guſmano ut admitteretur, quod niſi fieret, mandatum habere à Cæſare, ut quamprimum Roma diſcederet, tandem, non publicè, ſed privatim, tanquam legatus Cæſareus, non enim aliter voluit, auditus eſt, coram VII. Cardinalibus. Ibi Pontifex ob cauſæ gravitatem prolixe ſe excuſat, quod non prius petitioni eius ſatisfecerit; cum vero ſatis temporis ſibi non fuerit, ut Capita à Cardinalibus propoſita expendere potuerit, neq; ipſi legato vacet, ut diutius Romæ commoretur, licere ipſi, cum volet abire: ſe verò quamprimum ad Cæſaream Majeſtatem, (ita Carolum, etiam poſt eieratum Imperium; vocabat) legatum miſſurum. Quibus dictis, cum Guſmanus, quid de proteſtatione facienda in mandatis haberet, indicaſſet, Pontifex reſpondit, id ſibi probari, & tum ſibi, tum Cæſareæ Maieſtati bono ceſſurum. Itaq; proteſtatione, ſicuti juſſus erat, facta, ac ſalute amicis dicta, Gusmanus ab urbe diſcedit. Mortuo dein Paulo IV. Imperatoriam dignitatem à Cæſare in Ferdinandum fratrem translatam, ratam habuit, & eius, tanquam legitimi Im-
23. peratoris, legatos honorificè Romæ excepit. Hæc ita Thuanus. Azorius verò, (*part.2. inſtit. moral. lib.10. c.p.9 pag.1056. allegans Lancellotum in templo omn. judic. lib.1. c.1. c.2 quæſt.6. n.12.*) poſtquam dixit, Paulum IV. abdicationem Caroli V. Imp. nullam jure communi fuiſſe, judicaſſe perhiberi, cum fieri debuiſſet coram ipſo, vel autoritate & conſenſu ipſius; annectit: Sed poſtea eam, ad juris formulam redactam, approbaſſe. Qua narratione, duo falſa pro veris ſuggeſſit; nec enim ad prætenſam à Pontifice juris formulam, abdicatione ſemel coram Electoribus facta, unquam poſtea redacta fuit, nec eam Paulus IV. unquā
24. approbavit. Mihi videtur, reſignationem Imperii nullo caſu in manus Potificis, aut non aliter, quam illo conſentiente, fieri debere, reſignantem quidem, quid in animo habeat, vel quid fecerit, & illos, quibus reſignatum, quid geſtum

fuerit,

fuerit, Pontifici intimare posse, sed ad id faciendum nullo jure teneri. Constat, Electores potestatem eligendi Imperatorem ab universitate Imperii habere, non à Pontifice. Constat, eosdem propterea, quando de eligendo Romanor. Rege juramentum deponunt, jurare per fidem, qua Deo, & sacro Rom. Imperio sunt adstricti, (*A.B.c.2. §.2.*) non, qua Romano Pontifici, cui, Imperii respectu, nullo juramento devincti sunt, nec unquam fuerunt. Constat quoq;, Electores eligere Cæsarem, nomine universitatis Imperii, quam hoc in actu repræsentant, non nomine Pontificis. Nec ignotum est, Electores electo dare pote- 25.
statem administrandi Imperium, & ipsum mittere in possessionem Regni (*d.c.2. §.5.*) solius universitatis prædictæ nomine, non autem Pontificis. Ex quibus omnibus immediatè sequitur, administrationem nomine universitatis, sub titulo Imperatoris vel Regis fieri, non nomine Pontificis. Itaq; si Imperator hanc administrationem abdicare velit, rationis sanæ præceptum est, ut eam reddat, & resignet illis, à quibus eam accepit. Ut enim ipsi ab universitate potestatem dandi, mandandi conferendive, habuerunt, ita etiam recipiendi, quod retrotraditur, habent. Mandatarius renuncians mandato, hoc agit ad mandantem; administrator cedit administrationem illi, à quo eandem susceperat, vel cuius nomine; & ita in reliquis omnibus, ubi aliena in nos suscepimus: sic enim redire debet ad dominum quod fuit ante suum. Deridicula itaque Pontificis erit vanitas, cum sibi retrotradi vult, quod non extradidit; sibi remitti, quod non commisit; sibi renunciari, quod non nunciavit. Et frustra, si ullibi, certe omnium maxime in hoc negotio, claves cœlestis, ac terreni Imperii, 26.
sibi creditas nugatur Pontifex. Si quas à Christo accepit unquam, iis hactenus adeo perverse, & contra conferentis mentem usus fuit, ut nemo dubitare debeat, Christum seras mutasse, ne amplius Simoniacis manibus nimium licentiosa potentia reserandi, aperiendi vel occludendi, superfit. Terreni Imperii claves unde habeat Pontifex, à me si quæras, à Vulcano quodam habere re- 27.
spondeo, qui, cum diu in officina inferni laborasset, tandem, ad instantiam Erinnyos, adulterinas has claves cudit, & dono misit Romam; ubi avide ab illis receptæ, qui ambitioni, quam religioni Christianæ tunc magis erant dediti. Ut primum vero terreni Imperii domini, vel usufructuarii, aut custodes perceperunt, his instrumentis securitatis publicæ portas insidiose peti, oppessularunt ostia, & aliquando, ea perrumpere tentantes, castigatione repulerunt, qua solemus uti in illos, qui nobis vim faciunt. Moderno statu rerum, Imperator, Reges, Principes, atq; Respublicæ, has claves rident, & nisi claviger ipse, ferrum ferro defendere didicisset, jamdudum fabulæ finis fuisset. Habet ergo adhuc fabulæ actor, adulterinum illud donum, sed à toto quasi mundo infami elogio damnatum. Clementem VII. electionem Ferdinandi in Regem 28.
Rom. ratam habuisse, impropriè dicitur; ratihabitio enim, si propriè accipiatur, Pontifici nulla in electionem factam competit; si impropriè, quando

dicitur ratum habere, quod ratum per se est, ratum agnoscere, nec habere contradicendi causas; potuit, eo sensu, Pontifex electionem ratam habuisse, quo etiam rata habita fuit ab omnibus aliis, quibus nullo jure examen electionis, ab Electoribus factæ, competiit, sed qui sola libertate ingenii, & rationis applicatione, usi fuerunt. Hoc sensu autem si quæ rata habemus, ea à nostro applausu firmitatem legalem non accipiunt, &, si rata non habemus, irrita ideo
29. non fiunt. Omnia quæ Francofurti acta, rescindi debere, tanquam ab hæreticis, qui omnem potestatem & gratiam propter hæresin amiserint, enorme postulatum, & injuriosa relatio est. Numeremus personas, quæ ad acta Francofurtensia, h. e. ad resignationem, eius approbationem, & acceptationem, operam contulere. Resignatus erat Carolus V. Imp. & Rex Catholicus: resignationem eius nomine faciebant, Princeps Arausiensis, Seldius, & Haletus, Catholici Romani omnes. Electores approbabant resignationem, & eam acceptabat illorum consensu Ferdinandus, Rex Rom. erat vero hic Catholicæ religioni addictus, ut & tres Electores ecclesiastici, quibus Ferdinandus, ut Rex Bohemiæ Elector pro quarto accenseri poterit, si debuit. Ponamus nunc, (sed in præjudicium ullius concedamus minimè) nonnullos ex Electoribus secularibus, vel etiam omnes illos, solo Bohemo excepto fuisse hæreticos; actus tamen à toto collegio celebratus inde rescindendus minimè erat, tum major pars adhuc sana, & propter minoris partis prætensam inhabilitatem, jure suo privari non debebat. Si enim invalidum, & nullum fuit votum secularium Electorum, inde solum, quia hæretici, omnino dicendum est, vota Electorum Catholicorum mansisse valida, atque ita negotium ipsum validum, tanquam à maiori parte collegii, quæ sana, & jus suum exercendi habilis, confecta. Deinde, actus ille, qui tunc celebratus, à politico Imperii Romano germanici jure dependebat, quod Germani, non tanquam Catholici Romani, sed ceu libera gens, jure proprio, & in communi gentium Senatu usitato, habebant: Unde, examen actus ad Pontificem non spectabat, tanquam Catholicæ Romanæ religioni præpositum; quo tamen solo titulo hic partes suas agere annixus est. Multo minus autem ad eum spectabat, Regnum liberum in politia sua turbare, quod nunquam Romæ libertatem submisit, nec ab ea præcepta accipere debuit, sed
30. dare, politeuma quantum concernit. Negari non potest, multos ex majoribus nostris persuasione inductos fuisse, ut animæ curam Romano Pontifici submitterent; sed quod libertatis suæ arbitrium eidem commiserint, masculæ eorum fortitudini contrarium fuit, & nomini Germanorum, Francorum, Alemanno-
31. rumque plane non conveniens, nec unquam factum. Et verò, quod de animæ cura diximus, non alios obligare potuit, nec adhuc obligat, quam illos, qui æquali persuasione, cum maioribus suis laborant. Si, qui in contrarium abierunt, testamentum patris, fratrisque nostræ cœlestis, pro cynosura fidei habent, & traditiones, maxime vero, quæ testamentis illis contrariæ, accipere recusant,

recuſant, indeque vagæ Catholicæ religioni adhæreſcere ſuperſederunt, in illos Rom. Pontifex juris arbitrium non obtinet, cuius jurisdictionem nunquam prorogarunt. Concilium liberum, & quod Chriſtianam caritatem, (quæ ſine vero DEI amore & timore eſſe nequit) magis, quam obſtinatam ventris crumenæque curam, pro obiecto habeat, nemo, qui Chriſto Salvatori nomen addixit, ſubterfugere conabitur: Antequam autem eo pervenerimus, & legitimè, potiſſimum, juxta teſtamentorum diſpoſitionem verba ſenſumque, cuncta fuerint diſcuſſa, peſſimi res exempli erit, pro condemnatis eos habere, qui judicium Catholico-chriſtianum non ſubterfugerunt unquam, judicio autem Romano-catholico ſe ſubjicere, nunquam voluerunt. Sed, ut ad reſignationem revertar, res agebatur inter eos, qui ſolemni transactione, & placito comitiali, confirmaverant unicuique dignitatem, jus, cenſum, famam, bona, ſecuritatem corporis & animi, in Imperio, vel Catholicam Romanam, vel Auguſtæ à noſtratibus exhibitam confeſſionem, ſequeretur, ſalvam fore. Ergò, in Imperii negotiis perficiendis, nulla lis illis moveri poterat, nec à Germanis, nec ab aliis, & ne quidem à Pontifice ipſo. Quoniam enim illi, qui notoriè hæ- 32.
retici ſunt, fœderati Imperii fieri poſſunt, & honorantur, prout viſum fuit Imperatori (*in l. Manichæ. 12. C. de hæretic.*) quidni, qui iamdum membra Imperii ſunt, & de hæreſi, legali modo nondum convicti, honorari debent, prout corpori viſum. Si à Pontificis ſententia dependet, hæreticum declarare, prope- 33.
diem totus ille mundus hæreticus audiet, qui Chriſtiana libertate utitur, & jugum ſervitutis Rom. ſubire recuſat. At melius eſt, noſtrates hæreticos dici ab 34.
illis, qui athei ſunt, quam fratres eſſe iniquitatis Romanæ, à qua optima Germaniæ pars, & in illa quoque ii, qui Catholicorum nomine utuntur, abhorret.
Perdurabit Imperium ſacrum eſſe, quousque Chriſtianum erit, licet Romano- 35.
catholicum non ſit: & maieſtate ſua clarum erit, quousque liberum. Ferdinando opus fuiſſe pœnitentia, quod reſignatum ſuſceperit Imperium, ſine con- 36.
ſenſu Pontificis, non magis verum eſt, quam ſi dicamus, electum in Romanorum Regem, ubi mortuo Cæſare, ſine conſenſu Pontificis adminiſtrationem Imperii ſuſcipit, pœnitentia opus habere. Qui non peccavit, pœnitentia opus non habet. Non peccat autem is, qui ad hoc ab illis electus eſt, quibus jus eligendi ab univerſitate datum, ut vacante Imperio ſubintret in locum abeuntis, ſi ius, quod per electionem nactus fuit, exerceat, caſu emergente. Ad purgandum, ſe ut judicio ſiſteret Ferdinandus, ineptum dictu, & injuſtum quo- 37.
que, ſi mentem Cardinalium perpendimus, quæ erat, ut coram Pontifice ſe ſiſteret. Præterea, patris veniam ſperare, vel petere, quid opus, ubi nulla præ- 38.
ceſſit offenſio? Si filius patris venia opus habet, ubi ſibi juſta oblata, ritè accipit, deterior eius longè notabitur eſſe hac in parte conditio, quam mediaſtini. Quamquam & ipſa fictio, quæ patrem conſtituit Papam, & filium Imperatorem, ut plurimum fictam quoque affectionem producit, cui fidere tuto

39. non liceat. Purpuratis consiliariis placebat, ut Ferdinandus, misso procuratore ad Pontificem, cum plenis mandatis, declararet, se iis, quæ Francofurti acta, ut nullius momenti renunciare, atque rem omnem Pontificis arbitrio permittere. Sed infruniti erant illi, qui volebant, Ferdinandum, quæ juste acquisiverat, in gratiam Pontificis deponere, &, quod consensu Electorum obtinuerat, in Imperii, propriamque suam ignominiam, submittere affectatæ eius dispositioni, cui à Germanis rectè occlamatur; quoad te, liberas ædes habemus,

40 liberumque Imperium. Quod de producendo mandato Carolinæ eiurationis addebatur, & illud, licet ad Septemviros tantum directum, tamen defectum illum abunde à Pontifice, qui plenam potestatem in hujusmodi rebus habeat, suppleri, & extendi posse; impudentissimi consilii syrma est. Noverat Pontifex, Carolum eiurasse Imperium, aut non noverat. Si noverat, quid opus mandatum Caroli exhiberi? Si non noverat, debebat audire legatum, à quo, quid Francofurti actum, percipere poterat. Mandatum illud ad Electores directum erat, à quibus id licebat petere Pontifici, & periculum facere, an mitterent. Credo autem, pro responso laturum laconismum, tua nil interest.

41. Defectuosum, porro, mandatum illud, nullo modo dicere licuit inde, quod ad solos Electores, non etiam ad Pontificem directum fuerat: Non enim ad alios, quam qui negotium electionis, & successionis, nomine Imperii sibi commendatum habent, dirigi dedebat, quo in Pontifici nullas partes esse, notissimum est: ut plane inter delirantium paradoxa referendum sit, Pontificem in eiusmodi rebus plenam potestatem habere. Ad Pontificem mandatum illud extendi potuisse, credo; non debuisse, certus sum. Revera id nemo præter Carolum, extendere potuit; qui si extensio talis necessaria, postquam mundo valedicere, & de æterna salute unicè cogitare anhelabat, non ausus fuisset, Pontificem de gravi offensione lacessere. Fictione satis larga, Pontifex ad se extendere mandatum potuisset, sed fictio non suffecisset una. Fictum erat, eiurationem Imperii ad Pontificem quoque attinere: Ita hic omnia ficta, nihil veri. An Pontifex ad Carolum, huius negotii causa, legatum postea miserit, ut se facturum Gusmano dixerat, nescio; hoc autem sufficit, acta Francofurti non fuisse rescissa, nec debuisse rescindi.

Wie Ihre Liebd/ und Kaiserl. Majest. dasselbig biß dahero getragen/ ꝛc.

Non hic omnia enumerantur, quæ Cæsari in Imperio competentia sunt, pleraque tantum, & ea, quæ maioris sunt momenti. Primum est, jus, potestas, ac facultas regendi & administrandi Imperium, scilicet, non pro arbitrio, sed secundum capitulationem, & alias Imperii leges. Secundo loco ponitur nomen, & titulus, qui est, vel Regis Romanorum, vel Imperatoris electi. Nam, quod coronati Imperatoris nomē attinet, illud Electores electo non conferunt;

unde

unde is, qui à Pontifice in Imperatorem coronatus fuit, potest quidem, vel in manus Electorum resignare ea, quæ ab his habuit, vel illa, eorum consensu, cedere Regi Romanorum, at quæ à Pontifice habet, frustra his resignat, vel huic cedit, citra consensum Pontificis. Tertium est dignitas. Quartum insigne potestatis nempe sceptrum; & dignitatis, corona. (Corona illa est Aquisgranensis, (*ut appellatur in A. B. c. 26. §. 4.*) non Romana, eadem ex ratione, quam modo adduximus. Quod satis cognitum fuisse Ferdinando, & Electoribus ex capitulationis nostræ articulo XXVII. inclarescit.) Omissa autem sunt, compendia, & reditus ab Imperio ad Imperatorem pertinentes, nisi sub jure administrandi comprehendantur. Omissa etiam insignia alia, gladius, pomum, vel globus mundi, nec non aquila biceps: quæ tamen omnia Carolum à se abdicasse credibile fit.

Gänzlich/Vollkomlich.

1. *Carolus multa à Ferdinando & Maximiliano petit, sed nihil impetrat, ut refert Thuanus.*
2. *Discursus Silhonii in lingua Gallica.*
3. *In Latina.*
4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. *Scatet iniuriis, & figmentis.*
11. 12. *Silhon improbat transactionem Passaviensem.*
13. *Exculpatio Protestantium.*

OMnino, & totaliter resignavit Carolus ea, quæ ab Electoribus electus Imperator habuit, nihil excipiens. Sed fecit hoc demum tunc, postquam 1. ante sæpius, (*ut Thuanus in historiis ad annum* CIↃ IↃ LV. *annotavit,*) cum Ferdinando, fratre egerat, si qua ratione ei, & Maximiliano, Ferdinandi filio, persuadere posset, ut Imperium, accepta idonea compensatione, Philippo Regi Hispaniarum (Caroli gnato) restitueret: cum id impetrare non posset, illud postremo petierat, ut saltem eum Imperii, per Italiam & Belgium, cum plena patestate, vicarium constitueret: sed neque illi assensere, quod dicerent tantum de Cæsarea dignitate, ac maiestate, quam integram, & illibatam, tueri recepissent, discessurum, quantum ex eo alteri concessissent. Itaque Cæsar, qui nihil ab iis obtineri cerneret, legatos ad fratrem, eo tempore Oeniponte agentem, miserat, per quos eum, de instituto suo certiorem factum, ad capessendam Imperii administrationem cohortabatur, rogabatque, ut Philippum filium Germanis Principibus, ac Civitatum ordinibus conciliaret, & commendaret. Ita Thuanus; sed quæ de Maximiliano habet non satis accuratè, cætera modestior, civilior, & humanior, in referendo Caroli conatu, quam eius civis 2. Silhon, qui (*en son Ministre d'Estat part. 2. discours 5. p. m. 509.*) ita discurrit: *La plus grande supercherie, que la fortune ait faite à Charles, est, qu'il a veu de son vivant l'Empire sortir de sa maison, & passer à celle de son cadet: qu'il a veu faire cette bresche, sans l'avoir pû empescher, & a veu sa puissance, & son credit, travailler inutilement pour la refaire. L'inclination des Allemands, de n'avoir point d'Empereur, qui ne fust de leur Nation, & le besoing qu'il avoit d'eux aux guerres, qu'il avoit sur les bras, l'obligerent à consentir, que son frere fust nommé Roy des Romains.*

Il y consentit certes, se promettant, de faire en sorte, avec le temps, ou que Ferdinand en donneroit la demission, en faveur de son fils, ou de faire nommer son fils Roy des Romains, en cedant l'Empire à son frere. Mais Ferdinand, qui n'avoit rien oublié pour s'eslever à cette dignité, qui avoit esté pour ce suiet complaisant aux Allemans. au preiudice mesme de sa conscience, & qui s'estoit veu reprocher à Rome, en la personne de ses Ambassadeurs, qu'il s'estoit fait passage à l'Empire, par le mespris de la religion, & par les iniures, qu'il avoit souffert luy estre faites, n'avoit garde se demettre volontairement d'une chose, qu'il avoit si cherement acheptée: & il avoit trop de passion pour son fils, pour luy preferer son neveu, en la plus haute dignité au Christianisme. De sorte que l'Empereur ayant envoyé sans effect, avant sa retraite, la Reyne de Hongrie sa sœur, vers Ferdinand, & vers Maximilian son fils, pour obtenir, ou une demission de la Royauté des Romains, ou une substitution à la mesme Royauté, en faveur de son fils Philippe, acquiesca à ce, qu'il ne pouvoit eviter, suivit la force de la destinée, qui l'eust entraisne, & remit l'Empire à son frere, qu'il n'avoit pu faire tomber en la personne de son successeur.)

3. Maxima contumelia, qua fortuna affecit Carolum, est illa, quod Imperium, adhuc se vivo à sua discedere domo vidit, & transire ad fratrem minorem natu: quod vidit hanc ruinam fieri, nec potuit eam impedire, ac sensit potentiam & autoritatem suam in vanum occupari, circa reparationem damni. Germanorum resolutio, quæ nolebat ad Imperium admittere quenquam, qui non fuisset suæ nationis, nec non, quia eorum ope in bellis, quibus implicatus erat, opus habebat, illum ducebant eo, ut consentiret fratrem fieri Regem Romanorum. Consensit certè, sed ea intentione, ut sequenti tempore Ferdinando persuaderet, vel deponeret Imperium in favorem filii Philippi, vel, si ipse fratri cederet Imperium, Philippus constitueretur Rex Romanorum. At Ferdinandus, qui omnem impenderat operam, quo ad hanc dignitatem ascenderet; qui, ut eam consequeretur, maxime indulgens fuerat Germanis, etiam cum jactura conscientiæ, adeo ut Romæ legatis suis objiceretur, quod aditum sibi præparasset ad Imperium contemtu religionis, & tolerando injurias sibi illatas, nolebat sponte à se abdicare rem, quam tam care comparaverat, malebatque filio suo conferri summam illam dignitatem Christiani orbis, quam nepoti ex fratre. Hinc postquam Carolus, ante discessum suum ex Germania, frustra per sororem, Reginam Hungariæ, solicitavisset Ferdinandum, & Maximilianum, huius filium, ut, vel Romani Regis dignitatem resignaret, in favorem Philippi, vel, ut eum substituti nomine ad eandem admitteret, tandem acquievit, & fortunæ commisit, quod declinare, vel emendare non licebat, Imperium resignans fratri, quod filio conferri unicè in votis habuerat.

4. Verumenimverò, ubi accuratius hanc Silhonii relationem expendimus, deprehendere datur, eam injuriosam magis, quam

quam veram esse. Quod Ferdinandus in Regem Romanorum electus fuit, id Carolo autore, promotoreque, adeoque ex proposito, & libera voluntate, non verò injuria fortunæ factum. Voluit Carolus sibi adjungi Regem Romanorum, causasque Electoribus exposuit. Illi, re perpensa, consenserunt, ut Caroli petitis satisfieret. Voluit Carolus, suasorque fuit, ut Ferdinandus frater in Regem Romanorum eligeretur: Clare enim (*ut apud Sleidan. ad finem lib. 7. Commentar. legimus*) dixit, qui ad provinciam eam magis idoneus fratre suo Ferdinando sit, nullum se novisse alium. Elegerunt ergò eundem Electores, ad instantiam Caroli. Unde satis innotescit, falsum esse, Carolum non potuisse impedire, quo minus Ferdinandus eligeretur. Certe, ut tunc rerum status erat, nisi Carolus petiisset sibi adjungi Regem Romanorum, Electores Regem Romanorum nullum eligissent. Et, si rectè capio Sleidanum, (*allegato loco*) ne quidem rogati Electores statim assenserunt, ut Rex Romanorum eligeretur, at Cæsarem orarunt, ne Germaniam desereret, sed in ea sibi domicilium ac sedem collocaret. Cum autem in sententia sua Carolus persisteret, demum, collatis consiliis, fecerunt, quod ille petierat. Perquam igitur ineptum est, enarrare causas, quæ Carolum moverint, ut consentiret in rem, cuius ipsemet autor extitit. An Carolus secum tunc a- 5.
nimo constituerit, filium suum ad Imperium aliquando promovere, haud facile dixerim: in id propendeo magis, ut propter teneram illius ætatem, qui anno M. D. XXXI. quando Ferdinandus Rex Romanorum electus fuit, trimulus erat, de ea re Carolum serio tunc cogitavisse, vix credam. Postea autem, de hoc non cogitavisse tantum, sed & summo studio, ut propositum sibi finem attingeret, allaborasse certum est. Quid Regina Hungariæ egerit, 6.
mihi haud notum; ab Aitsingero autem (*in Descriptione Leonis Belgici fol. 26. b.*) intellexi, in Augustanis comitiis anno M. D. LI. actum fuisse, in præsentia Philippi, qui eo advenerat, à Cæsare Carolo cum Ferdinando fratre, de Philippo in Imperii successionem admittendo. Ferdinandum autem consensum Comitiorum, filiorumque suorum, & præsertim Maximiliani, Regis Bohemiæ designati, dignitatem prætendisse. In evomendis injuriis con- 7.
tra Ferdinandum adeo præceps est Silhonius, ut non solum tempora confundat, verum etiam falsa pro veris eructare non vereatur. Nimium indulgendo Germanis, etiam cum læsione conscientiæ, Ferdinandum sibi aditum ad dignitatem Regis Romanorum paravisse, vagum est; determinari debuisset, in quo negotio hoc fecerit, & ubi. Sed hic Silhonius plebem imitatur, quæ multa dicit, pauca probat, & de aliorum conscientia judicare amat, suæ vel temeratrix, vel contemtrix. Antequam in Regem Romanorum, Carolo fratre promotore, evectus fuerat, nihil in gratiam Germano-

rum

rum egit, quod egregium dici poſſit, nihil in religione, vel politicis, quo conſcientiam lædere videri potuiſſet. Quam acceptus vero Germanis tunc fuerit, ex eo ſatis conſtat, quod magna eorum pars eius eiectioni ſe oppoſuerit, & inter illos non modo proteſtantium religioni addicti, ſed etiam Catholici
8. Romani aliquot. Quod Romæ legatis Ferdinandi obiectum narrat Silhonius, ſi unquam factum, intelligi de alio vix poterit, quam de transactione Paſſavienſi, anno M. D. LII. & pace religionis Auguſtæ anno M. D. LV. in comitiis, facta. Utraque autem, longè poſt quam in Regem Romanorum electus fuerat, facta, ut inde dici haud poſſit, hac complacentia Ferdinandum
9. emiſſe Imperium. Idem dici debet de iniuriis, quas devoraſſe dicitur. Arbitror enim de illis hoc accipi, quando eius electio in Regem Romanorum oppugnata, & longo tempore pro nulla à multis habita fuit. At vero has tolerando non pervenit ad Imperium, ſed poſtquam pervenerat, ſuſtinuit, ma-
10. ſculè tamen, & magno ſpiritu. Quæ Romæ eius legato Gusmano obiecta fuerunt, ſupra ex Thuano audivimus; ſed ſi ad illa Silhonius reſpexit, errat in tempore, & in re ipſa. Quod ſi verò de aliis legatis loquitur, quos velit
11. non percipio. Transactionem Paſſavienſem quod attinet, illam quidem (*d. tractatu ſuo du Miniſtre d' Eſtat part. 1. livr. 2. diſc. 5. p. 461. & ſeq*) nominat (*une paix iniurieuſe à la religion, & peu digne de l' Empire*) pacem injurioſam in re-
12. ligionem, & minus dignam Imperio; ſed paulo poſt (*livr. 3. diſc. 6. p. 595.*) propoſitionem conditione emendans, ait, (*qu' elle euſt eſté honteuſe à l' Empire, ſi la neceſſité ne l' euſt pluſtoſt faite, que l' inclination de l' Empereur.*) quod ignominioſa fuiſſet Imperio, niſi neceſſitas eam potius condidiſſet, quam voluntas Imperatoris. Atque hoc etiam pro Ferdinando allegari poteſt: quamquam nec judicium, vel Romanum, vel Silhonianum, de pace religionis, ſine
13. affectu, & incorruptum eſt, ut alibi deduxi. Qui tabulas utriusque teſtamenti paterni, & fraterni ſolas admittit, alienas traditiones rejicit, ex collatione textuum, ſenſum, atque interpretationem eruit, is nulli facit iniuriam, ſed jure ſuo utitur. Injurius autem ille eſt, qui nos impedire conatur, ne jure noſtro utamur, ſed vult, ut idem dicamus, credamus, agamus, quod ſibi videtur. Si libertas corporis res inæſtimabilis eſt, ſicut dicitur, ingenii & conſcientiæ libertas non minus, ſed magis talis erit, cum animam concernat, quæ uti corpus nobilitate longiſſimè antecedit, ita eius curam præ altero agere merito debemus.

Mit Vorwiſſen/Bewilligung.

Huc pertinet, quod ſcribit Guilelmus Zenocarus à Scavvenberg. (*de vita & reb. geſt. Caroli V. lib. 5. p. 293.*) Carolus Cæſar veteribus innixus conſiliis, ſummo ſtudio à Germanicis Principibus Septemviris, frequenter etiam atque etiam petebat, ut ſeſe Imperii faſces deponere paterentur. Erat autem tunc adhuc Francofurti in Germania. Diu deliberarunt Principes

cipes, & quamvis jam antea gravissime, constantissimeque, pluribus, variisque comitiis ea de re habitis, renuissent se facturos, tandem septennio elapso (postquam de translatione Imperii cum illis primum Cæsar, & Maria Pannonica Regina, Augustæ in Comitiis egissent) assenserunt. Hæc ille ex parte tamen erroneè, si Carolum Francofurti fuisse arbitratur, quando deposuit Imperium.

Uns auffzutragen und resigniren.

At supra diximus, resignationem Imperii fieri debere in manus Electorum; hic autem dicitur, Carolum legatis suis mandasse, ut Ferdinando Romanorum Regi resignarent, quod etiam ita factum constat (*ex pr.* R. A. zu Augspurg *de anno* M. D. LIX.) Ut hac conveniunt? Rectè omnino. Regula est, resignationem Imperii fieri debere in manus Electorum; limitatio est, posse aliquando etiam fieri in manus alterius, si Electores in id consentiant, ut in casu nostro. Resignans Imperium, aut solus administrationi eius præfuit, aut parastatem habuit Regem Romanorum. Illo casu, resignatione incipit Imperium vacare, non aliter, ac si Cæsar esset morte sublatus. Itaque cum vacante Imperio, proviso eius pertineat ad Palatinum Comitem & Ducem Saxoniæ, Electores, videbatur dicendum, sufficere resignationem fieri in manus provisorum, nec opus esse, ut fiat toti Collegio. Verum, res aliter se habet. A lege enim Vicarii nostri provisionem tenent, non à resignatione hominis; quamquam etiam eo casu vicariatui locus datur. Resignat merito Imperium illis Cæsar, à quibus id accepit; qui si accipiant, ad legis dispositionem revertuntur omnia, & quilibet Electorum id agere potest, quod lex ei commisit. Si resignans Regem Romanorum sibi adiunctum habuit, & tempore resignationis adhuc habet, Imperium cum consensu Electorum resignat, vel in manus eorum, vel in manus Regis Romanorum, quæ resignatio abbreviat actum: nam si resignatio fieret in manus Electorum, ab his resignatum committi postea deberet Romanorum Regi, & quod uno actu expediri poterat, in duos diffunderetur. Credendum autem est, Electores in hoc casu resignationis non dissensuros, ut brevi manu res peragatur. Cum enim semel Regem Romanorum Cæsari adiunxerunt, id factum ab ipsis est, cum spe successionis in potestatem ab Imperio divertentis, sive id fiat necessario, ut morte, vel depositione; vel voluntarie, resignatione. Hanc eandem ob rationem, resignationem Ferdinando factam fuisse, ipsemet in principio d. R. A. zu Augspurg de anno M. D. LIX. (*pag. 519.*) nos docet, verbis; Uns/ als hiebevorn erwöhlten / bestättigten/ und gekrönten Römischen König/ auch Ihrer Liebden / und Kaiserl. Majest. im Fall der Erledigung des Kaiserthumbs/ unzweiffentlichen rechten Successori, und erwöhlten Römischen Kaiser/ mit Vorwissen jetztgedachter des H. Reichs Churfürsten/ verlassen/ resignirt und übergeben.

Fürsten und Stände.

Et hic solum mentio Electorum, Principum, & Statuum Imperii, idem autem fieri quoque, ex paritate rationis, debuit, & sine dubio factum, etiam in cæteris, qui quidem Imperii Status non erant, feuda tamen sua immediatè ab Imperio recognoscebant.

Als Römischen Kaiser zugethan.

1. *Status Imperatori & Imperio iurant fidelitatem.*
2. *Imperatori obligantur respectu Imperij.*
3. *Quousq; duret hæc obligatio.*
4. *An quis Imperio fidelis esse possit, & oppugnare tamen Imperatorem.*

1. STatus, atque membra Imperii immediata, Imperatori fidelitatem & subjectionem debent, & debent eandem quoque Imperio, unde, uno eodemque actu, ac juramento promittunt, dem Kaiser und dem Reich/ treu/ hold/ gehorsam zu seyn/ (*Waremund. ab Ehrenb. lib. 2. de fœder. cap. 1. num. 162.*) quod Imperatores ipsi innuunt, quando illis mandant hoc vel illud agere aut observare, bey den Pflichten/ Eyden und Gehorsam/ so sie dem Kaiser und dem Reich gethan. (Ordnung deß Landfriedens zu Wormbs auffgericht *anno* M.D.XXI. *tit.* Wie der Landfrieden zu halten/ *p.* 125. *& passim per recessus, aliaq; Imperii acta.*)

2. Promissio, quæ fit Imperatori, eidem præstatur respectu Imperii, cuius administrator est, von des Reichs wegen. (*d.* Ordnung deß Land-friedens/ *tit.* welche umb Friedenbruchs willen ꝛc. *p.* 130. *& circa f. ordin.* §. darauff befehlen/ *p.* 131. *vide me de jure publ. lib.* 1. *c.* 10. *n. ult. & adde* den Kaiserlichen Land-frieden zu Augspurg *anno* M. D. XLVIII. auffgericht § und gebieten darauff/ *pag.* 365.)

3. Quamdiu ergò Imperio, ut decet, dignè & fideliter præest, huius juramenti observatio, & effectus in integro est, & permanet. Si autem deponat Imperium, vel ab Imperio ritè deponatur, istius juramenti obligatio evanescit. Quemadmodum etiam, ubi nondum depositus, sed deponi meretur, obligatio quo Imperio obstringuntur Status, certo casu facit cessare obligationem, qua sunt obstricti Imperatori, & in concurrentia utriusque obligationis, primæ partes

4. semper Imperio debentur. Hinc fieri potest, ut quis fidelis sit, maneatq; Imperio, Imperatori autem amplius fidelis non sit, (*vide me de jure publ. lib.* 2. *c.* 9. *n.* 68.) Verum quando eo deveniendum est, securius erit, si causa deducta & cognita, id fiat potius ab universis, vel majori Statuum numero, quam paucis; ne hoc prætextu rebellioni color quæratur potius, quam saluti Imperii consulatur. Quod si tamen major pars, odio in minorem, adhuc Imperatori adhæreat, minor, dum vel Imperio, vel sibi vim fieri manifesto deprehendit, conscientia securus est, si armis se tueatur. Hoc pro clypeo opponunt Carolo V. Principes protestantes ab eo proscripti (*apud Sleidan. Comment. lib.* 18. *f. m.* 305. *& seqq.*)

Gänzlich zu erlassen.

Remittitur aliquando juramentum, saltem quoad certum actum,

(R. A. zu Trier und Cölln *de anno* M. D. XII. *tit.* der Räht Eyd. § auch haben Wir/ *p.* 86.) quæ suspensio potius dici debet, eo enim actu finito, non novum juramentum illi præstatur, qui præstitum suspendit, sed causa sublata, suspensio cessat, & antea præstitum juramentum iterum observari debet. Hic autem, Caroli V. nomine plenaria remissio facta est, & fieri jure potuit. Ubi enim juramentum spectat alicuius utilitatem, atque is eam nolit, non tenebitur, qui juravit, sicut nec tenebitur, si cesset qualitas, sub qua alicui juravit, ut si magistratus desinat esse magistratus. *Hugo Grotius de jure belli & pacis lib.* 2. *c.* 13. *n.* 18. *Gail. lib.* 1. *obs.* 24. *n.* 1. *& lib.* 2. *de pace publ. cap.* 4. *n.* 13.) Dicunt alii, quando homo promissionem remittit, Deum quoque, cui juratum fuit, eam censeri remittere. (*c.* 1. *c. Sicut.* 28. *de jureiur.*) quod cum distinctione admitto. Pontificem verò, subditos alienos, vel vasallos, à juramento fidelitatis & subjectionis absolvere posse, (*ut vult can. nos Sanctorum, can. fin.* 15. *q.* 6. *c. ult. de hæretic. c. ad Apostol. de sent. & de re jud. in* 6.) credat Judæus apella. (*vide Arnis. de jur. majest. lib.* 2. *c.* 6. *n* 7. *pag.* 281. *& seqq.*)

Damit an Uns zu weisen.

Hoc est, ut juramento, quod Carolo præstiterant, soluti, novum Ferdinando præstarent. Quod ab Electoribus Francofurti, statim post cessionem, & ipso die lætitiæ publicæ inaugurationis, factum est. Erigitur (*inquit Thuanus in histor. ad annum* CIↃ. IↃ. LVIII.) in foro tabernaculum ligneum, ad quod per gradus ascendebatur, stragulis, ac tapetibus aureis, & holosericis instratum, quo Ferdinandus, die condicta, Imperialibus ornamentis amictus, magno stipatu venit, solioque præparato consedit. Ibi Septemviri postquam agminatim concitato cursu, magna equitum turba comitante, & prælatis de more vexillis, ter circa Imperatoriam sellam equitaverant, magno clangore interea tubicinibus Ferdinandi, & Septemvirorum concinentibus, ex equis desiliunt, ordineque sedentem Cæsarem adeunt, & in genua provoluti, jurejurando fidem addicunt. Hinc patet, eos antea Ferdinando non jurasse, nam si ut Regi Romanorum, & futuro successori Caroli in Imperio, statim ubi ad hoc electus, jurassent, novo non fuisset opus juramento, & suffecisset pro submissione gratulatio, cum reverentia.

Zu Franckfurt.

Hoc exemplo videtur dicendum esse, ut Francofurti Regi Romanorum electione traditur Imperium, (*A.B. c.* 28. § 5.) ita etiam ibidem illud ab eodem resignari debere: Sic ut idem locus qui electioni, etiam resignationi conveniat. Ego tamen hic nihil definio.

Auff ihre gethane Werbung/ und Aufftrag.

Ad resignationem non sufficit interna voluntas, sed requiruntur verba, vel literæ, vel præterea externi cuiusdam signi traditio, ubi usus id introduxit.

Genehmhaltung.

Sequitur nunc acceptatio, sine qua resignatio fuisset manca, & sine effectu. In acceptatione autem considerari debent, partes Electorum, & Ferdinandi, separatim. Ad Electorum partes refero (1.) Approbationem resignationis: Nisi enim hoc fecissent, frustra eam acceptasset, vel ut rectius dicam, non potuisset acceptare Ferdinandus. Unde hoc se potissimum, ad acceptationem permovisse, ipsemet in textu nostro fatetur, verbo zuvorderst. (2.) Consilium quod dederunt Ferdinando, ut acceptaret resignatione sibi oblatum Imperium. (3.) Consensum, ut acceptare liceret. (4.) Preces, ut acceptaret. Harum quidem in capitulatione non facta fuit mentio, sed, quod in illa omissum, suppleri debet ex d. R. A. zu Augspurg de anno MDLIX. (*inpr. p. 519.*)

Frey.

Consilium, quod Electores dederunt, liberum fuisse ideo dicitur, quod neque à Carolo resignante, neque Ferdinando, ut tale consilium darent, minis, persuasioneve inducti fuerunt; sed solo affectu in utilitatem Imperii.

Mündlich.

Sufficit, oretenus consilium dedisse; non denegassent tamen scripto, vel dare, vel datum attestari, si id petitum, aut opus visum.

Rahr.

Consilium hoc, ut & pleraque alia, quæ ex officio Imperatori dant Electores, non purum est consilium, quod sequi liceat, vel non, qualia sunt consiliariorum salario conductorum, sed est consilium, quod observare omnino debet Imperator.

Administration.

Imperatorem esse administratorem Imperii, certum & sine controversia est; Sed an suo id administret nomine disputatur, (*vide me de jure publ. lib. 1. c. 10. n. 37.*)

Beladen.

Hoc pertinet ad partes Ferdinandi, qui cessionem & resignationem acceptavit, ac administrationem Imperii in se suscepit. Licet autem hic nihil exprimatur aliud, quam administratio, & regimen Imperii; attamen cum in resignatione mentio etiam facta tituli, nominis & dignitatis Imperialis, sceptri quoque & coronæ, ea simul, atque ita omne, quod resignabatur, acceptasse Ferdinandum, certum est, & probatur (d. R. A. zu Augspurg de anno MDLIX. *inpr. p. 519. ibi*: Uns mit der Bürde der administration und Verwaltung des H. Reichs / auch anhangender Dignität / Hoheit / Regierung / Titul / Scepter und Cron des Römischen Kaiserthumbs / im Nahmen des Allerhöchsten beladen.) Cæterum, si coronam Imperii pro illa acceperimus, quæ Romæ datur, eam Ferdinandus materialiter quidem, ut Carolo Bononiæ imposita fuerat

(si eam

(si eam illi tunc cessit) ab eodem accipere potuit, sed non unctionem, consecrationem, & reliqua quæ in coronatione ista personalia sunt, & communicari nequeunt. Unde, cum Ferdinandus hac ipsa capitulatione artic. XXVII. promiserit, studiose curaturum, quo coronam Imperialem consequatur, in id propendeo, verba, sceptrum, & coronam, non de materia, sed figuratè, pro eo, quod illis denotatur, intelligi debere, nempe pro potentia, & dignitate.

Demnach.

Ergo, ante resignationem hanc, Ferdinando capitulatio talis, qualis subsequentibus Regibus Romanorum, Cæsari vivo adjunctis, hucusque præscribi moris fuit, non fuit præscripta. Quod notabile est, & fortassis inde, quia tunc temporis, quando Ferdinandus in Regem Romanorum electus, visum fuit Electoribus nova capitulatione opus haud esse, cum juris communis, & rationis sit, eum, qui Cæsaris partes, quantum illi ab eodem conceditur, subit, non posse habere, vel exercere majorem potestatem, quam Cæsar ipse habet. Cum igitur cancelli, & limites potestatis, capitulatione Carolo præscripti erant, iidem etiam in effectu videbantur tunc attinere Ferdinandum. Postquam autem Carolina capitulatio, resignato ab eodem Imperio, vires suas amiserat, necessarium fuit aliam Ferdinando præscribere, qui tunc Imperium solus administrare, tanquam summum caput, aggrediebatur: nam hoc respectu, Carolina ad ipsum non pertinebat. Hæc vero, quæ illi præscripta, in plerisque cum Carolina convenit, pauca omissa, pauca addita, ut nunc per singulos articulos videbimus.

AD ARTICULUM I.

Unserer Würde.

In Carolina erat, solcher Königlichen Würde.

Schutz und Schirm.

Schutz/ in Carolina non legitur.

Christliche.

Est nova additio; in Carolina solum Ecclesiæ nomen, sine alio epitheto, exprimitur.

AD ARTICULUM II.

Vorgemachte.

In Carolina dicitur, Vorgemeldte.

In Religion und profan Sachen/ ꝛc.

Credo hic aliquid omissum, & legi debere, Satzung / vel, Friede in Religion &c. quod novum est, & merito huic articulo, propter convenientiam ac cohærentiam materiæ, inseri debuit. Quando Carolo capitulatio præscribebatur, religionis adhuc unius in Imperio publicum exercitium erat, sed postea, cum multi Imperii Status Catholicæ Romanæ religioni re-

pudium mitterent, & aliam, quæ tunc Lutherana, propter Lutherum, qui abusus & errores Pontificios palam luci exposuerat, & articulos religionis Christianæ ex sacris literis proposuerat, susciperent, foverent atque tuerentur, motus maximi, dissidia, bellaque in Imperio orta sunt, & de eius salute planè actum fuisset, nisi postquam temporaria remedia non suffecerant, perpetua, & eo usque, donec negotium religionis componatur, duratura pax, primum Passavii, quæ nomine transactionis vulgo insignitur, anno M. D. LII. postea, in Augustanis Comitiis anno M. D. LV. stabiliri cœpisset. Ad cuius observantiam, hoc articulo capitulationis suæ, se obligat Ferdinandus. Quamvis autem hoc præsidium religionis multorum insidiis hactenus tentatum fuerit, constitit tamen, licet ægre, hucusque humanis sustentatum consiliis, & stabit, donec impleta peccatorum nostrorum mensura, justo DEI judicio tandem, velut omnium mortalium opera, collabetur, (juxta vaticinium Anton. Fabri *de regenda relig. in Rebuspubl. libr.* 1. *cap.* 16. *num.* 7.)

Den Landfrieden.

In Carolina audit, der Königliche Landfrieden: Causam ibidem exposui.

Auff jüngst zu Augspurg im fünff und fünffzigsten Jahr/ ꝛc.

Vocabulum jüngst/ aut refertur ad tempus, aut ad ipsa comitia. Si ad tempus, hoc significat, ante exiguum tempus, vel paucos annos, id factum fuisse, (*quo sensu usurpatur in d.* R. A. zu Regenspurg *de an.* M. D. LIX. §. auff daß dann/ *in f. p.* 515.) si ad comitia, illud in novissimis ac recentissimis Augustæ habitis Comitiis, factum fuisse, (*quo sensu etiam legitur* in R. A. zu Speir *de Anno* M. D. XLII. §. und zu mehrer Richtigmachung/ *pag.* 279. *ubi* Jüngster Reichstag zu Regenspurg/ dicuntur Comitia, quæ ibidem habita anno M. D. XLI. inter quæ & subsequentia, de dicto anno XLII. nulla reperiuntur intermedia.) Uterque sensus ad tempus, quo scripta fuit hæc capitulatio, accommodari potest, Inter enim annum M. D. LV. & annum M. D. LVIII. non longum interstitium est, & quod in illo factum, in hoc adhuc recens fuit. Quemadmodum etiam inter comitia Augustæ habita, anno LV. & capitulationem datam anno LVIII. nulla Augustæ recentius comitia celebrata fuerant, quam antedicta. At, postquam alia, & varia, tempori insequenti ibidem habita fuerunt, & multorum annorum intervallum accessit, satis largè, successivè ad nostra usque tempora verbum, jüngst/ in capitulationibus usurpatum fuisse videtur. Usurpatum autem legas, in capitulatione Rudolphi articulo II. facta anno M. D. LXXV. Matthiæ de anno M. DC. XII. articulo II. Ferdinandi II. de an. M. DC. XIX. art. III. Ferdinandi III. de an. MDCXXXVI. artic. II. Observo quidem in R. A. zu Augspurg anno M. D. LXVI. §. alsdann in fernern/ *p.* 557. jüngst/ etiam illud factum dici, quod anno M. D. XLVIII.

factum

factum erat; sed inter octodecim annos, & quinquaginta & plures, magnum est discrimen. De jure civili id non diu factum dicitur, certo in casu, quod contegit ante annos decem. (*l.16. §.3. ff. qui & à quibus manum.*)

Durch Uns/ an statt der Römischen Käiserlichen Majestät. rc.

Dict. R. A. zu Augspurg *de anno* M. D. LV. §. Damit aber derselbig/ *p.*397.

Auch für Uns selbst.

1. *Phrasis*, auch für uns selbst / *Ferdinando fuit familiaris.*
2. 3. *Conjectura, cur hac tam frequenter uti voluerit.*
4. *Variavit tamen aliquoties.*
5. *Nam & aliquando solo Cæsaris nomine ac potestate, usus fuit.*
6. *Aliquando solum suo nomine proprio,*
7. *Objectio.*
8. *Paurmeisterus Ferdinandum arguit jactationis.*
9. 10. *Responsio.*
11. *Sinoldi distinctio proponitur.*
12 13. *Examinatur.*
14. 15. 16. 17. 18. *Opinio Autoris.*
19. *Imperator aliquando Regi Romanorum adjungit commissarios,*

TAnquam Rex Romanorum, quæ loquendi formula Ferdinando perquam 1. fuit frequens (R. A. zu Speier *anno* M. D. XLII. §. so hat dem allem nach/ *pag.* 263. §. und damit solches/ *pag.* 265. §. und damit/ *pag.* 270. §. damit auch/ *pag.* 271. §. würde sich aber/ *pag.* 275. §. und zu desto stattlicher/ *p.* 276. §. und daß auch/ *pag.* 277. §. solches alles/ *pag.* 279. R. A. zu Nürnberg *de anno* M. D. XLII. *in pr. p.* 283. §. und damit aber/ *pag.* 286. §. wiewol Wir auch / *pag.* 288. §. und damit/ §. Wir und die Kaiserliche/ §. solches alles / *pag.* 289. *d.* R. A. zu Augspurg/ *de anno* M. D. LV. §. so sich dann *pag.* 406. §. und nach dem / *pag.* 414. §. solches/ *pag.* 416. *Ordinatio Cameræ de d. anno* M. D. LV. *in procem. & part.* 3. *tit.* 54. §. solches alles/ R. A. zu Regenspurg/ *de ann.* M. D. LVII. §. und aber diß Werck *p.* 506. R. A. zu Speier/ *ann.* M D. LVII. §. daß Wir demnach/ *p.* 510. *&c.*) Fortassis tan- 2. ta reiteratio Ferdinando oblectamento fuit, quo, vel carperet, vel pungeret eos, qui, (*ut ap. Sleidan. legimus lib.* 8. *commentar. fol. m.* 124 *b.*) affirmabant, quamdiu Cæsar, aut in vita superstit, aut sit intra fines Imperii, omnem esse penes ipsum potestatem; absente autem illo, rei summam ad Ferdinandum quidem venire, sed tanquam nomine, & loco Cæsaris: Vel, voluit stomachum movere Saxoni & 3. sociis ejus, qui pro conditione urgebant, ne Romanorum Rex, vivo Cæsare creatus, suo, sed Cæsaris tantum nomine, Rempublicam administraret. Quicquid vero placeat pro Ferdinando dicere, certum est eum variasse, & potesta- 4. tem suam tripliciter, vel exercuisse vel exercere voluisse. *Semel*, quando, ut modo audivimus, nomine Cæsaris, & suo proprio egit. *Secundo*, quando Cæ- 5. saris solum nomine (R. A. zu Speier *anno* M. D. XLII. §. und damit die Zeit/ *pag.* 278. R. A. zu Augspurg *de anno* M. D. LV. §. und wiewol / *p.* 415. R. A. zu Regenspurg *de anno* M. D. LVII. §. darumb auch/ *p.* 496. *Tertio*, quando suo 6. solum

ſolum nomine (R. A. zu Speier *de anno* M DXLII. §. Demnach haben wir/ *&* §. *ſeq. p.* 270. §. die Kaiſerliche Majeſtät *p.* 275. *d. Ordin. Cameræ part.* 1. *tit.* 1. §. nemlich/ *tit.* 3. §. deßgleichen.) Sed cur ita variè, ac non uno modo? jurene
7. an ſecus? Contra primum facere videtur, non ſolum quod ex Sleidano adduximus, ſed præterea quoque, quod ex ſubſequentium Romanorum Regum, qui Cæſari adjuncti fuerunt, capitulationibus depromi poteſt. Articulus xv. Maximilianeæ ita ſonat, Wir ſollen/ und wollen Uns auch keiner Regierung/ noch adminiſtration im Reich/ weiter / oder anders unterziehen / dann ſo viel Uns deſſen Kaiſerliche Majeſtät vergönnet. Simile legitur in Rudolphi II. artic. XXXII. & Ferdinandi III. artic. XLIX. Quod ſi itaque à Cæſaris, non legis voluntate, vel commiſſione, poteſtatem ſuam habet Romanorum ille Rex, dicendum videtur, eum, ut ab alieno arbitrio dependentem, alieno jure, & nomine ſolum id agere poſſe, quod agi ei conceſſum, vel mandatum fuit,
8. (*arg. l.* 1. §. 1. *ff. de officio eius cui mand. eſt juriſdict.*) Ac Maximilianum II. & Rudolphum II. Reges Romanos, ante mortem Imperatoris ſuo jure quicquam uſurpaſſe nuſquam relatum eſſe, annotavit Pauermeiſterus (*de juriſdict. Imper. Romani lib.* 2. *c.* 5. *n* 16.) & Ferdinandum contraria aſſerentem jactatio-
9. nis inſimulat: quod durum dictu eſt. Si tunc, quando Ferdinandus in Regem Romanorum electus fuit, capitulatio ei præſcripta ſimul fuiſſet, ea nobis pro norma foret, ad quam eius actiones revocandæ: verum, cum aliunde non liceat cognoſcere, quibus conditionibus, quave cum poteſtate, Rex Romanorum factus ſit, excepto hoc unico, quod legitur in decreto electionis, (*apud Goldaſt. part.* 2. der Reichsſaß. *p.* 232. §. 19.) daß durch dieſe Wahl der Kaiſerl. Majeſtät Würde/ Hoheit und Gewalt/ nicht geringert/ noch verletzet ſeyn ſolle; ad probabilia deveniendum eſt. Hæc ſi admoventur, credibile fieri puto, Ferdinandum in hac parte extra culpam eſſe. Niſi enim poteſtatem Cæſaris, & ſuo nomine agendi, ab Electoribus accepiſſet, vel ab ipſo Cæſare, non opus fuiſſet, Saxonem & ſocios, conditionem contrariam urgere. Et niſi hoc ei licuiſſet, quis credat, Electores paſſuros fuiſſe æquo animo, fieri illud, quod toties fecit, atque ad hæc tacere voluiſſe, ubi non proteſtatione modo, ſed correctione alia opus fuiſſet? Quis credat, tacentibus Electoribus, vel ipſum Cæſarem hoc approbaturum fuiſſe? Itaque ſi jure ſibi conceſſo uſus fuit
10. Ferdinandus, notam non incurrit. Quod Maximiliano, Rudolpho, & Ferdinando poſtea præſcriptum, illis obſervandum fuit, quibus præſcriptum, ac ſi illi, vel non tantam poteſtatem ab Electoribus, vel Imperatore acceperunt, quantam Ferdinandus; vel ſponte ſua, in reverentiam parentum, quorum adhuc durante Imperio electi, poteſtatem non exercuerunt, ut potuiſſent, quid hoc ad Ferdinandum? Certè, capitulationum adductarum tenor, non diſponit de eo, quod in quæſtione eſt. De tempore loquitur & caſu,

quo

quo, & quando Regis Romanorum poteſtas in exercitio eſſe incipiat, non autem cuius nomine tunc exerceri debeat. At, dato, ſtrictè verbis inhærendum eſſe, dici poterit, quoniam Rex ille Romanorum, ab Electoribus in partem ſollicitudinis Imperatori adjunctus, ſed ita, ut nihil aliud, aliove modo, facere poſſit, debeatve, quam quod illi ab Imperatore permittitur, was und wie es ihm vergönnet wird; dependet ab Imperatore quoque, an ei permittere velit, ut agenda peragat utriusque, vel unius ſolum nomine. Sinoldus (*in colleg.* 11.
publ. de ſtatu rei Romanæ diſput. 5. theſ. 3. lit. b. pag. 217. *& ſeq.*) poſtquam dixit, Imperatorem præſentem, & non impeditum, ſuo nomine ſolum adminiſtrare Imperium, Regem Romanorum autem, vivo Imperatore, eoque impedito, vel abſente, ſuo nomine gubernare, ſed quæſtionis, an etiam ſolum ſuo nomine; diſtinctione negotium expedire aggreditur, & caſus proponit: Unum, quando Rex Romanorum ab Imperatore mandatum habet; alterum, quando mandatum ab Imperatore nullum habet. Quando mandatum nullum habet, hoc caſu, Regem Romanorum ſuo tantum, & proprio nomine adminiſtrandi jus habere: ubi autem mandatum habet, eo caſu, Imperatoris, & ſuo nomine adminiſtrare. Verum in hac diſtinctione deſidero, quod duos tantum 12.
expediat caſus, de tertio, nempe quando ſolius Imperatoris nomine Rex Romanorum adminiſtrat, muta omnino ſit. Deinde, nuda elocatur, non addita dote rationis, cur hoc, vel illud ita ſe habeat. Denique, articulis capitula- 13.
tionum, paulo ante memoratum, ut & R. A. zu Regenſpurg de anno M. D. LVII. (ubi §. und aber/ *p.* 496. Ferdinandus Imperatoris mandatum agnoſcit, & nihilominus *in* §. So haben *p* 497. So ſetzen *p.* 499 §. So haben *p.* 505. §. dieſen Mängeln / *pag.* 506. ſuo, non addito Imperatoris, nomine omnia agit, & commiſſarium, qui eius nomine ſolo agat, conſtituit, §. damit dann/ *d. pag.* 497.) contraria eſt, nec allegatis locis receſſuum Imperii omnibus æque conveniens: priores illi defectus probatione alia non egent, tertius capitulationum inſpectione probatur: Quarum diſpoſitio generalis eſt, & generaliter ita intelligi debet, nullo caſu, ſive Imperator præſens, ſive abſens, ſive impeditus ſit, ſive non, Regi Romanorum licere adminiſtrationi ſe immiſcere aliter, quam quando, & quousque hoc illi ab Imperatore conceditur, vel permittitur, ſo viel ihm vergönnet und zugelaſſen wird. Imperatorii muneris eſt, adminiſtrare Imperium, &, ſive ipſe, vel propter impedimentum, vel abſentiam, illud adminiſtrare nequeat, Regi Romanorum (loquimur de eo caſu, quo talis Imperatori in ſubſidium datus fuit) mandare adminiſtrationem. Itaque cum Imperator, ut quilibet alius, præſumatur ſemper officio, & obligationi ſuæ ſatisfacere, non licebit tam facile caſum fingere, quo impedito, & abſente Imperatore, Rex Romanorum ſine mandato & commiſſione adminiſtrandi ſit. Hoc

enim Imperatori dedecorum esset, & contrarium officio eius. Quod si vero omnino contingeret, eum, neglecta Imperii cura, nihil mandare, Regi Romanorum incumbet, petere, ut sibi permittat administrationem; horsum enim verbum, ʒulaſſen/ commode trahi potest. Hoc si facere, vel neget, vel supersedeat, & detrimentosa Imperio mora, vel repulsa illa futura sit, Electoribus renunciari hoc à Rege Romanorum debet, qui utilitati publicæ, sine dubio, consulent, prout ipsis visum fuerit commodius; vel plane ei assignando administrationem, & deponendo Imperatorem, vel assignando eandem, quousque Imperator absens vel impeditus est. Quoniam enim Romanorum Rex juramento se obligavit, se aliter Imperium non administraturum, quam permittente Cæsare, non permittente illo ei hoc non licet; juramentum autem, ab aliis ei remitti non potest, si utilitas vel necessitas Imperii id postulet, quam ab Electoribus, quibus juravit. Nec Imperator interesse suum hic urgere poterit, quoniam, nec sponte, nec rogatus fecit quod debuit; quo casu eius interesse, vel extinctum est, vel publico cedere debet. Porro, si, quando Imperator administrationem Imperii Romanorum Regi defert, atque commendat indistinctè, tunc Rex Romanorum Imperatoris, & suo nomine administrare potest, quid sentiendum erit de Caroli V. edicto, quod supra ex Goldasto (*inter Constit. Imper. pag.* 201.) allegavimus, in quo expresse dicitur; Ferdinandum sæpius multis retroactis annis, in absentia Caroli, nomine eius, Imperio præfuisse; & iterum, voluisse se in Comitiis regimen Imperii Ferdinando committere, cum dispositione, ut ipse ei nomine suo (Caroli) præesset; & rursus non procul à fine, ubi mandat Statibus, atque Imperii membris, ut Ferdinando Regi Romanorum fidelitatem, & obedientiam præstent, & eum, vice, ac nomine suo, (Cæsaris) in omnibus edictis, mandatis & actionibus revereantur, nec ei in re ulla repugnent, sed eum omni cultu prosequantur, non
14. secus, ac se (Cæsarem) in Imperio existentem observaturi essent. Ego, quo omnia plana sint, & sine contradictione, puto rectè dici posse, Regem Romanorum non posse administrare Imperium, vel particulariter, vel generaliter, nisi quando ei administratio ab Imperatore, (vel si hoc negligat ille, ab Electoribus) mandatur, vel permittitur. Hoc ubi factum, administrationem, & quicquid ex concessione agit, peragere posse nomine Imperatoris, & suo.
15. Nomine quidem Imperatoris, quia ab illo mandatum habet, vel permissionem agendi nactus est, ut hoc nomine rem conficiat. Nomen autem suum addere potest, quia non mandatam solum potestatem habet (qua illi utuntur, qui nihil habent proprii, (*l.* 1. §. 1. *ff. de offic. eius cui mandata est jurisdict.*) sed etiam propriam, quam nactus est tunc, quando ab Electoribus in Regem Romanorum electus fuit, ita tamen, ut eam prius exercere nequeat, nisi ab Imperatore ad negotia conficienda vocatus fuerit, vel ab Imperatore, ut hoc vel illud

illud agat, obtinuerit licentiam. Quamdiu Imperatoris potestas in actu & operatione est, potestas Regis Romanorum quiescit; quando autem Imperatoris potestas quiescere vult, excitat potestatem Regis, quæ pervigilium utriusque nomine & autoritate suscipit, & conficit. Nec verò inauditum, vel 16.
absonum est; ut, qui mandatum suscipit, incipiat etiam tunc aliquid proprii exercere. Exemplo nobis esse potest legatus proconsulis, qui nihil proprium habet, nisi à proconsule ei mandata fuerit jurisdictio, (*l. 13. ff. de offic. proconsul. & legati.*) Ubi autem ea ei semel mandata est, incipit etiam propria alia exercere, quæ ei competunt ex dispositione legis, atque ita aliunde quam à mandato proconsulis. (*l. 1. §. 1. ff. de tutor. & curator. datis &c. Wesenbec. in paratitl. ad tit. de officio eius cui mandata est jurisdict.*) Sic, licet Rex Romanorum propriam potestatem habeat, eius tamen usum prius non habet, quam si mandata ab Imperatore ei fuerit administratio Imperii. Hic itaque agendi modus 17.
nomine Imperatoris, & nomine Regis simul, juris est: alter quando Rex Romanorum solo nomine Imperatoris negotia conficit, civilitatis est, vel reverentiæ, quam sponte, nullo jure coactus, exerceat. Quemadmodum autem 18.
quilibet jure suo uti potest, si velit, & eo non uti, si nolit; ita etiam Rex Romanorum: nec quicquam enim sic in Imperii utilitatem peccat, quæ salva est, sive nomine Imperatoris & suo, sive nomine Imperatoris solo, administrationi manus adhibeat. Idem quoque dicendum de Imperatore, cui liberum est, an mandare velit, vel permittere Regi Romanorum, ut is suo solum nomine rem peragat, Imperatorio omisso. Quemadmodum etiam hoc, nonnullis in 19.
actibus, Imperatori licere deprehendimus, ut Regi Romanorum alios commissarios, suo nomine adjungat. (R. A. zu Speier/ *de anno* 1542. §. so hat dem allen nach/ *p.* 262. §. damit auch solcher/ *p.* 271. des zu Urkund / *p.* 280. R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542. *in pr. p.* 283. als nun/ *p.* 284. §. dieweil aber/ *p.* 287. §. solches alles *p.* 289. R. A. zu Wormbs/ *anno* 1545. §. wie dann auch/ *p.* 309.)

Auffgericht/ angenommen/ verabscheidet.

Calumnia mera est, transactionem Passaviensem vi extortam fuisse. (*vide me in jur. publ. lib. 1. c. 13. n. 19. & seqq.*) Perturbatus, & ad interitum vergens Imperii status, suasit, ut fieret, cuius gratia etiam in eandem consensisse Carolum, ex literis ipsius patet, cuius tenor, quantum ad præsens negotium facit, hic est: Wiewol Wir die Notel des Vertrags/ in den meisten ansehnlichen Puncten/ also befunden/ daß dieselben nicht allein Uns/ und dem Reich/ sondern auch etlichen sonderbahren Ständen / und Personen / so sie betreffen möchte / etwas hochbedencklichen und beschwerlich / also daß wir dieselbe/ dermassen / wie sie gestellet/ anfänglich nicht annehmen/ sondern viel lieber

die gantze Handlung darob zerschlagen lassen wollen / wie wir solches in unser Widerschrifft an/ ꝛc. Römischen König/ lauter angezeigt und zu erkennen geben; Nichts desto weniger aber/ dieweil wir folgends / zum theil von Jhrer Ld. selbst persönlich/ und dann auch von den Churfürstlichen Gesandten/ der erscheinenden Fürsten/und der abwesenden Bottschafften/durch Schreiben/auff das brüderlichste/ freundlichst/ und unterthänigst vermahnet/ ersucht und gebetten worden/ uns hierinnen/ als ein milter/ friedliebender Kaiser/ zu erzeigen / der hohen mercklichen Gefährligkeit dieser vorstehenden Läufft/ und Zeit / etwas nachzugeben; auch also von der mehrern Beschwerung wegen/ so auß dieser Kriegshandlung zu gewarten/ den wenigern/ aus Lieb des Frieds nachzusehen; so haben wir auff das letzt fürnemlich angesehen / und bedacht/ ob wir wol / auff vorgehende Gnad deß Allmächtigen / mit Hülff / Raht und Zuthun unserer gehorsamen Stände / und getrewen Unterthanen/ uns gantz wol getrösten / zu aller nohtwendigen Gegenwehr / über die Vorbereitung / so wir allbereit schon gethan/ stattlich zu schicken / und bereit zu machen; Noch dannoch / und darmit das Reich Teutscher Nation / einmahl wieder zu Fried und Ruhe gesetzt/ auch dieses hochbeschwerlichen Lasts / so demselben auß solcher Kriegsübung bißhero obgelegen/ erlediget / und also dardurch das endlich / eusserste Verderben / so darauff gestanden/ fürkommen / auch darneben den Türcken / und andern der gantzen Christenheit / und des Reichs Widerwertigen / ihrem Muhtwillen gegen demselben zu vollbringen / abgeschnitten / und bey dem allen die Vergiessung Christliches Bluts / Verhörung und Verwüstung Land und Leuten/ Jammer/ Noht/ Elend/ Verderben und Sterben der armen Unschuldigen verhütet / und letzlich die innerlichen Betrangnisse / wider die außländische Feind / und Betrüber des gemeinen Friedens / desto stattlicher gewendet; So will uns in diesem Fall/ von gemeinen Friedens wegen/ nicht allein / als einem Christlichen Kaiser / und Haupt wol gebühren/ sondern die unvermeidliche Nohtdurfft / zum theil erfordert es/ von unserem vorigen/ gleichwol gegründeten Vorhaben / zu weichen/ auch Jhr Ld. ꝛc. und anderer Unterhändler rähtlichem Bedencken / Vermahnen/ Bitt und Begehren endlich statt zu geben. Dem allen nach/ ꝛc. Eadem transactione, inter alia cautum erat, ut intra semestre comitia negotii religionis causa haberentur, quæ cum Ulmam indicta die XVI. Augusti an. M. D. LIII. nec habita tamen, sed dilata quoque aliquoties fuissent, tandem Augustæ celebrata fuerunt, anno M. D. LV. in quibus quod Passavii conclusum; confirmatum, plenius declaratum, auctumque ex parte fuit, ut recessu illorum comitiorum patet.

Verbessert worden.

Vide R. A. de dicto anno 1555. §. wiewol / p. 398. quod etiam postea factum in aliis comitiis. (R. A. zu Augspurg/ *de anno* 1559. §. so haben / *& seqq.*

pag.

pag. 251. R. A. zu Wormbs/ *anno* 1564. und obwol/ *& seqq. p.* 547. *& seqq.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. §. alsdann/ *& seqq. pag.* 557. Policey-Ordnung/ *anno* 1577. zu Franckfurt auffgericht/ *tit.* 7. *pag.* 679. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1594. §. was und so viel/ *p.* 713.

Nicht zu wider.

Nempe, ut legimus in d. R. A. de anno 1555. (*pag.* 400. §. und soll) soll alles das in hievorigen Reichs Abschieden/ Ordnungen/ oder sonst begriffen/ und versehen/ so diesem Friedstand/ in allem seinem Begriff/ Articuln und Puncten/ zu wider seyn/ oder verstanden werden möchte/ demselbigen nichts benehmen/ derogiren/ noch abbrechen/ auch dagegen keine declaration, oder etwas anders/ so denselben verhindern/ oder verändern möcht/ nicht gegeben/ erlangt/ noch angenommen; oder/ ob es schon gegeben/ erlangt und angenommen würde/ dannoch von Unwürden/ und Unkräfften seyn/ und darauff/ weder in/ noch ausser Rechtens/ nichts gehandelt noch gesprochen werden. Ex quo fundamento nonnulli edictum Ferdinandi II. über etliche erledigte Reichs-gravamina, evulgatum anno M. DC. XXIX. die VI. Martii, oppugnare ausi sunt, bene, an male, alibi videbimus. Illud certum teneo, quousque disparitas religionis in Imperio viguit, nullum edictum unquam à quoquam Imperatorum promulgatum fuisse, quod Imperium in tam præsentissimum ruinæ periculum adduxerit, quam hoc ipsum. Dum enim morbum Germaniæ, jam tunc nimium acutum, in acutissimum promovisset exteri Medici advolarunt, ut fieri solet in desperatis Regnorum morbis, qui evacuationibus venarum atque membrorum sectionibus, ac partim ustionibus variis, corpus, olim maiestuosum, & robustum, adeo debile & exangue reddiderunt, ut vix cutem & spiritum trahere videatur. Magno tamen ægrotum affecerunt beneficio; quippe, cum furibundus in αὐτοχειρίαν properaret, sufflaminarunt conatum; & cum nunc, accepto sostro, partim domestici, partim vicini facti, aliam vitam, aliamq; diætam reconvalescenti suaserint, sperandum recidivam procul esse.

AD ARTICULUM III.

Est hic in Carolina quartus. Tertius enim in illa, de institutione Regimenti disponit; quod, ubi postea crescente Caroli autoritate, & potentia in desuetudinem abiit, (*Paurmeister. de Iurisdict. Imper. Rom. lib.* 2. *c.* 1. *n.* 14.) simul totus ille articulus concidit, nec subsequentibus capitulationibus inseri debuit.

Reich.

1. 2. 3. *Vocabulum* Reich *tripliciter in constitutionibus accipitur, secundum Paurmeisterū.*	6. Reich/ *significat etiam divitem.*
4. 5. *Paurmeisteri tradita examinantur.*	7. *Iocus.*
	8. *Romani Imperii varia significatio.*

1. MOnet Paurmeisterus (*d. lib. 2. c. ult. n. 20.*) vocem Reich in constitutionibus Imperii, tribus (ita enim legendum, non duobus) modis accipi. *Primo*, pro ipsis personis ἀρχόντων, sive collegio principum & ordinum (*Constitution* des Königlichen Land-friedens *Maximiliani anno* 1495. zu Wormbs auffgericht/ *in pr. vers.* darzu sie auch/ *tit.* was mit dem gemeinen Pfenning erobert wird/ soll dem Reich bleiben/ in Handhabung des Friedens *dicto anno* zu Wormbs auffgericht *in corpore Recessuum Imperii p. 27. Decreto Augustano anno* 1500. *tit.* Ob sich jemand an das Reich ergeben wolte/ *pag. 63. item*, Ob sich jemand an das Reich ergeben/ oder sich dem Reich zinßbar machen wolte/ soll der Hauptmann denselben annemmen/ und sich der Maß/ oder Gedings solches annehmens an des Reichs Regiment erlernen. *Eodem decreto tit.* Wieviel Pferd das Reich dem Hauptmann halten soll. *tit.* Wieviel Trabanten das Reich dem Hauptmann halten soll. *tit.* Wieviel Wägen das Reich dem Hauptmann halten soll/ *d. pag. 63.* decreto Ratisponensi anno M. D. XLI. R. A. *pag. 258.* §. damit nun solches/ *in verbis*, sich in Kriegs-händlen wider Uns und das Reich keines wegs gebrauchen zu lassen. *Decreto Augustano anno* 1548. Reichs Abschied *pag. 325.* §. Wiewol auch in der Erinnerungs Handlung/ *vers.* derwegen/ *in verbis*, daß solche newe Grafen und Herren nicht immediatè Glieder und Stände des H. Reichs gewesen. *Decreto Spirensi anno* 1544. Reichs Abschied *p. 305.* §. doch sollen/ *in verbis*, die Geistlichen Fürsten und Stände dem
2. Reich ohne Mittel unterworffen.) *Secundo*, pro officio & dignitate Imperatoria (der Königliche Landfriede zu Wormbs *anno* 1495. auffgericht *in pr. vers.* als Wir hievor zu der Höhe und Last des Heiligen Römischen Reichs erwöhlet.
3. *Tertio*, pro territorio Imperii. *d. princ. vers.* als wir/ *in verbis*, also daß sie ihre Macht und Herrschung biß an die Grentzen Teutscher Nation/und deß Heiligen Reichs erstrecket. *Decreto Erphordiano anno* 1567. Reichs Abschied *pag. 603.* §. Wir haben/ *in verbis*, des Königs zu Polen/ beschehenes Suchen/ die Narvische
4. *navigation* und Schiffung auß dem Reich nach der Moscaw.) Verum, quicunque hæc Paurmeisteri tradita, exactius examinare voluerit, inveniet, non omnia censuram effugere posse. Exempli loco sit, quando Reich/ officium & dignitatem Imperatoris significare, probare nititur, auß dem Königlichen Land-frieden/ ubi tamen non vox, Reich/ hoc significat (de quo quæstio est, quid illud, sine additione alterius prædicati significet) sed verba Höhe und
5. Last. Item in tertio, ubi iterum vocabulum, Reich/ non denotat territorium, sed id vox Grentzen exprimit. Verum esset, quod intendit, si ita legeretur, daß sie ihre Macht und Herrschung biß an die Teutsche Nation/
6. und das Heilige Reich erstrecket. In vernacula nostra, vox, Reich/ significat, non modo Imperium vel Regnum, sed etiam divitem; ut in phrasi Reich seyn/ rc. unde non nemo affirmavit, prout hodie rerum facies est, non

non amplius dici debere, das Römische Reich/ sed der Römische Arm. Jo- 7.
cus, ut vides, ex utriusque vocabuli diversis significationibus formatur. Nam Arm/ in vernacula nostra significat brachium, & alio sensu, pauperem, ut Arm seyn: pauperem esse, &c. Cæterum, ut ad Paurmeisterum redeam, tradit ille 8.
(*d.lib. 2. cap. 1. n.2.*) Romanum Imperium in Latina lingua variè accipi, aliquando κατὰ μετωνυμίαν subiecti, pro territorio, & locis, ad quæ Reipubl. Romanæ potentia porrecta est: eodem tropo interdum pro ἀρχομένοις, sive hominibus Imperio subditis, usurpari. Interdum, pro ipsa potestate, sive κυρία vel ἀρχῇ πολιτικῇ. Aliquando pro personis, ac civibus omnibus Imperii, tam ἀρχόντων, quam ἀρχομένων. Frequentius verò, pro civibus propriè acceptis, sive personis ἀρχόντων.

Irrung.

Noviter hoc vocabulum contextui insertum, in Carolina enim non habetur.

Als erwöhlter Römischer Kaiser.

In Carolina legimus, als Römischer König. Et verum est, Ferdinandum, quando eligebatur, fuisse electum in Regem Romanorum (habebat enim Imperium tunc Imperatorem) non autem in Imperatorem, cum spe tamen, & jure promotionis futuræ secundum casus contingentiam.

AD ARTICULUM IV.

Convenit cum articulo quinto Carolino, tantum variat in connexione. In illo legitur, zu Ihrer und des H. Reichs Nohtdurfft; in præsenti nostro verò, des H. Reichs/ und zu Ihrer Nohtdurfft.

AD ARTICULUM V.

Convenit cum Carolino sexto, unicum hoc si excipias, quod ibi scribitur; in künfftigen Zeiten/ hic in künfftiger Zeit: eiusmodi tamen differentiæ nullius sunt momenti, unde in sequentibus, si, tanquam leves, eas annotare supersedeo, veniam mihi dabis, lector benevole.

AD ARTICULUM VI.

In realibus eadem habet, quæ Carolinus septimus; verba pauca aliter exprimit.

AD ARTICULUM VII.

Convenit plane cum Carolino octavo, nisi quod unica vice vocabulo, oder/ abundat.

AD ARTICULUM VIII.

Nullum est discrimen inter hunc nostrum, & Carolinum nonum, paucis exceptis syllabis.

AD ARTICVLVM IX.

Convenit cum Carolino decimo.

AD ARTICVLVM X.

Concordat cum Carolino undecimo.

AD ARTICVLVM XI.

Convenit cum Carolino duodecimo.

AD ARTICVLVM XII.

Convenit, in realibus, cum Carolino decimo tertio.

AD ARTICVLVM XIII.

Concordat cum Carolino decimo quarto.

AD ARTICVLVM XIV.

Concordat cum Carolino decimo quinto.

AD ARTICVLVM XV.

Reservation.

In Carolino decimo sexto articulo legitur, Reformation, sed credo ex hoc nostro debere corrigi, & substitui, reservation.

Churfürsten und anderer Ständ.

In prædicto articulo Carolino, dicitur, Churfürsten/ Fürsten und anderer Ständ.

Jedoch was Beschwerung.

Hæc, usque ad finem articuli, nova sunt, nec in Carolino extant.

Gehabten Handlung zu Augspurg.

Vide R. A. zu Augspurg/ de anno 1530. §. als auch Teutscher Nation/ *pag.* 208.

AD ARTICVLVM XVI.

Verbis parumper differt ab articulo Carolino decimo septimo, re planè convenit.

AD ARTICVLVM XVII.

Concordat ex asse cum Carolino decimo octavo.

AD ARTICVLVM XVIII.

Concordat cum Carolino decimo nono.

AD ARTICVLVM XIX.

Das Jhme.

Adde, solche/ ut sensus fiat clarior.

Geschmälert/ genommen.

In Carolino vigesimo habetur, geschmälert/ gemindert/ genommen/ in realibus convenientia inter utrumque articulum est.

AD ARTICVLVM XX.

Convenit cum Carolino vigesimo primo.

AD

AD ARTICULUM XXI.

Nach Außweisung.

Additio nova, quæ in Carolina non est, nec in illam referri potuit, utpote res nondum existens.

Cammergerichtsordnung.

Vide ordinationem Cameræ (*part.2.tit.9.*)

Doch dem Beschädigten.

Additio nova, cujus fundamentum reperitur in der Ordnung des Landfriedens zu Wormbs anno 1521. auffgericht (*tit.* die Poen aller Friedbrecher/ *p.125.*) & in Kaiserlichen Landfrieden zu Augspurg anno 1548. auffgericht (*tit.* die Poen der Friedbrecher/ *inf.p.355*)

AD ARTICULUM XXII. XXIII. XXIV.

Convenit cum Carolinis, vigesimo tertio, quarto, quinto.

AD ARTICULUM XXV.

Convenit cum Carolino vigesimo septimo; vigesimus sextus autem, istius capitulationis, in hac nostra omissus propterea fuit, quia à Caroli V. electione, usque ad resignationem & acceptationem, Imperium nunquam vacavit. Cæterum, quæ cura Ferdinando fuerit, rem monetariam ad normam debitam revocare, demonstrare ejusdem Müntzordnung/ de anno 1559. zu Augspurg auffgericht und beschlossen (*in corpore recessuum Imperii p. 1533. & seqq.*) quæ postea variis observationibus aucta & in nonnullis correcta fuit, (*vide infra capitul. Rudolphi II. artic.* XXVIII.)

AD ARTICULUM XXVI.

Auch Vicariat.

Hoc in Carolino vigesimo octavo, qui alias ratione scopi cum nostro præsente articulo convenit, non extat.

Päpstliche Recht.

Non pertinent hæc verba ad vicariatum, sed ad electionem, idque patet ex collatione hujus articuli cum Carolino vigesimo octavo.

AD ARTICULUM XXVII.

Conjunguntur hic, quæ in Carolino articulo vigesimo nono, & trigesimo, separatim exhibentur. Omittuntur tamen nonnulla, quæ Carolo præscripta, qualia erant, ut ipse se in Germaniam conferret, ut coronam Regis Romanorum ibidem susciperet, ut in Germania resideret, quantum possibile. Hæc Ferdinando præscribenda non fuerunt, cum jamdum in Germania degeret, & in Regem Romanorum coronatus fuerat, &c.

Zuerlangen.

Pius V. Pontifex Ferdinandum nostrum per legatos acerbe increpuit, quod Imperialem coronam à se non haberet, quam antea Carolus frater accipere non dubitarat: ac jam illum, interdictionis sacrorum metu, ad id coëgisset, nisi Philippi propinqui, & Caroli Francorum Regibus, precibus placatus fuisset. (*Ita Bodinus lib. 1. de Republ. cap. 9. pag. 184.*) Constat autem, Ferdinandum coronam Imperialem à Pontifice nec postea quoque unquam suscepisse.

Vnd alle und jede Churfürsten.

Hoc noviter additum, & in Carolina capitulatione non legitur.

AD ARTICVLVM XXVIII.

Convenit in substantialibus cum Carolino trigesimo primo. Cæterum, in vicem Regis Romanorum, & Regiæ dignitatis &c. quibus locutionibus Carolinis utitur, hic ponuntur, electus Romanorum Imperator, & Imperatoria dignitas.

AD ARTICVLVM XXIX.

Den obgeregten Frieden/ in Religion und profan Sachen/ auch den Landfrieden/ und Handhabung desselben.

Est nova additio, dependens ab articulo secundo hujus capitulationis, quem vide, si lubet.

Ichtes Beschwerliches außgehen lassen.

In Carolino trigesimo secundo habetur, Ichts beschwerliches / unerhörter Sachen außgehen lassen. Hic unerhörter Sachen omissum, & recte, meo judicio.

Deßgleichen auch.

Hoc novum additamentum est, usque ad finem articuli se extendens.

Von einiger hohen Obrigkeit.

His verbis Papa Romanus intelligitur, aut nescio, quem tangant, (*vide infr. capitul. Ferd. II. art. 38. verb.* nichts erlangen.)

AD ARTICVLVM XXX.

Convenit omnino in substantialibus cum Carolino trigesimo tertio.

AD ARTICVLVM XXXI.

Ferdinandus computat annos Imperii Romani, à tempore electionis factæ, non à tempore resignationis.

CAPITU-

CAPITVLATIO MAXIMILIANI II.

WJR Maximilian der Ander / von GOttes Gnaden Römischer König / bekennen offentlich mit diesem Brieff / und thun kund allermänniglich; Als Wir auß Schickung des Allmächtigen in kurtz vergangenen Tagen / durch die ordentliche Wahl der Ehrwürdigen / und Hochgebornen / Daniel zu Maintz / rc. Unserer lieben Neven / Oheimen und Churfürsten / zu der Ehr und Würde des Röm. Königl. Namens und Gewalts erhoben / erhöhet und gesetzt seyn / der Wir uns auch Gott zu Lob / dem Heil. Reich zu Ehren / und der Christenheit und Teutscher Nation / auch gemeines Nutzens willen / beladen / daß Wir uns demnach auß freyem gnädigen Willen / mit denselben Unsern lieben Freunden / Neven / Oheimen und Churfürsten dieser nachfolgenden Artickul / geding und pactsweiß vereiniget / vertragen / die angenommen / bewilliget / und zu halten zugesagt haben / alles wissentlich und in krafft dieses Brieffs.

1. Zum ersten / daß Wir in Zeit solcher unser Cron / Würde / Ampts und Regierung / die Christenheit / und den Stul zu Rom / auch Päpstl. Heiligk. und die Christliche Kirchen / als derselben Advocat / in gutem Befehl / Schutz und Schirm haben / darzu insonderheit in dem Heil. Reich / Fried / Recht und Einigkeit pflantzen / auffrichten und verfügen sollen und wollen / daß die Justitia ihren gebührlichen Gang / dem Armen und Reichen / gewinnen und haben / auch gehalten / und denselben Ordnungen / auch Freyheiten und alten löblichen Herkommen nach / gerichtet werden soll.

2. Gleichwol so viel diesen / auch den nachfolgenden Artickel gegenwärtiger Obligation, anfahende / das sollen und wollen Wir mit Ihr der Churfürsten rc. belangend / haben vorgemeldte unsere liebe Oheimen / die Weltlichen Churfürsten / sich außtrücklich gegen Uns erclärt / was daselbst von dem Stul zu Rom / auch der Päpstl. Heiligkeit für Meldung beschicht / das Ihre Liebden darein nicht wollen bewilligen / noch Uns damit verbunden haben.

3. Wir lassen auch zu / daß die gedachten sechs Churfürsten je zu Zeiten / nach vermög der Gulden Bull und ihrer Gelegenheit / zu des heiligen Reichs und ihrer Nohtdurfft / auch so sie beschwerlich Obligen haben / zusammen kommen mögen / dasselbe zu bedencken und berahtschlagen / daß Wir auch nicht verhindern noch irren / und derhalben kein Ungnad oder Widerwillen gegen Ihnen / samptlich / noch sonderlich / schöpffen und empfahen / sondern Uns in deme / und andern / der Gulden Bull gemäß gnädiglich und unverweißlich halten sollen und wollen.

4. Wir sollen und wollen auch darzu für Uns selbst/als erwöhlter Röm. König/in des Reichs Händeln auch kein Bündnuß oder einigung mit frembden Nationen / noch sonst im Reich machen/ Wir haben dann die sechs Churfürsten deßhalben an gelegene Mahlstatt zu zimlicher Zeit erfordert/ und Ihren Willen/samtlich/oder des mehrerntheils auß Ihnen/in solchem erlangt.

5. Was auch die Zeit her/einem jeden Churfürsten / Fürsten/ Herren und andern/ oder dero Voreltern/ oder Vorfahren/ geistlichen oder weltlichen Stands/dergestalt ohne Recht gewaltiglich genommen oder abgetrungen/ sollen und wollen Wir/der Billigkeit wie sichs in Rechten gebührt/ wider zu dem Seinen verhelffen/bey solchen auch/ so viel er Recht hat/ handhaben/ schützen und schirmen/ohne alle Verhinderung/auffhalt oder Saumnus.

6. Zu dem und insonderheit sollen und wollen Wir dem H. Reich/ und desselben zugehörenden/nicht allein ohne Wissen/Willen und Zulassen gemeldter Churfürsten/ nichts hingeben/ verschreiben/ verpfänden/ versetzen/ noch in andere Wege vereussern oder beschweren/sondern auch Uns auffs höchste bearbeiten/und allen möglichen Fleiß/und Arbeit fürwenden/ das jenige/ so davon kommen / als verfallen Fürstenthumb / und Herrschafften/ und andere auch confiscirte und unconfiscirte merckliche Güter/die zum Theil in anderer frembder Nationen Hände ungebührlicher Weiß gewachsen/ zum förderlichsten wider darzubringen / zueignen/ auch darbey bleiben lassen / und in diesem mit Raht / Hülff und Beystand der sechs Churfürsten / der andern Fürsten und Stände/jederzeit an die Hand nehmen/was durch Uns und Sie vor rahtsam angesehen wird.

7. Und ob wir selbst/ oder die unsern/etwas/ daß dem Reich zuständig und nicht verlihen / noch mit einem rechtmässigen Titul bekommen were / oder würde/innen hätten/das sollen und wollen Wir/ bey unsern schuldigen und gethanen Pflichten / demselben Reich wider zu handen wenden/ zustellen und folgen lassen. Wir sollen und wollen auch kein Gezänck noch Krieg/in oder ausserhalb des Reichs / noch einig frembd Kriegsvolck ins Reich führen / ohne Vorwissen/Rath und Bewilligung des Reichs Ständen/ zum wenigsten der sechs Churfürsten ; Defensive mögen Wir uns aller Hülff gebrauchen.

8. Wir sollen und wollen auch unser Königliche und des Reichs Aempter am Hoff / mit keiner andern Nation / dann gebornen Teutschen/ die nicht nider Stands noch Wesens/sondern Namhafftig/Fürsten/Graven/Herren/ von Adel/ und sonst dapfferes und guten Herkommens/hohen Personen/ besetzen/ auch die Churfürsten und Stände/ von ihren ordentlichen Richtern nicht tringen/ erfordern noch scheiden.

9. Da auch jemand umb Zolls Begnadigung/oder Erhöhung der alten Zöllen/ bey Uns ansuchen würde/so sollen und wollen Wir Ihme keine Vertröstung

tröffung noch Verschreibung an die Churfürsten gehen/ oder außgeben lassen/ auch gantz und gar nicht gestatten/ daß einiger Stand des Reichs solcher Zoll-steigerung sich gebrauche.

10. Wir sollen und wollē auch die Churfürsten und Stände des Reichs nicht selbst vergewaltigen/ solches auch nicht schaffen/ noch andern zu thun verhengen; Sondern wo Wir/ oder jemand anders/ zu ihnen allen oder einem insonderheit zu sprechen hätten/ oder eine Forderung fürnemen/ dieselben sampt und sonders/ Auffruhr/ Zwitracht und andere Unruhe im H. Reich zuverhüten/ auch Fried und Einigkeit zu erhalten/ zur Verhör und gebührlichen Recht stellen und kommen lassen/ und mit nichten gestatten in den oder andern Sachen/ in was Schein/ oder was Namen es geschehen möge/ darin sie ordentlich Recht leiden mögen/ oder das urbietig seyn/ mit Raub/ Name/ Krieg/ oder anderer gestalt zu beschädigen oder zu überfallen.

11. Wir sollen und wollen auch vorkommen/ und keines wegs gestatten/ daß nun hinvor hohes oder nidrigen Stands/ Churfürst oder andere/ ohne Ursach/ auch unverhört in die Acht oder Oberacht gethan/ bracht und erklärt werden/ sondern in solchem ordenlicher Proceß und des H. Röm. Reichs vorauffgesetzte Satzung/ nach Außweisung des H. Reichs in bemeldtem fünff und fünfftzigsten Jahr reformirter Cammergerichts Ordnung in dem gehalten und volzogen werden/ doch dem Beschädigten sein Gegenwehr/ vermög des Landfriedens/ unabbrüchig.

12. Wann auch Lehen dem Reich eröffnet/ so etwas mercklichs tragen/ die sollen und wollen Wir ferner niemand leihen/ sondern zu erhaltung unsers Reichs nachkommenden König und Kayser/ behalten und incorporiren/ biß so lang das Reich wider zu Wesen kommet.

13. So Wir auch mit Raht der Churfürsten und Stände des Reichs/ etwas gewonnen/ dasselbig sollen und wollen Wir alles dem Reich zuwenden.

14. Da Wir aber ohne der Churfürsten und anderer Ständ Wissen und Willen etwas vornemen/ darin sollen sie Uns zu helffen unverbunden seyn/ und Wir nichts desto weniger das jenige/ so Wir erobert/ dem Reich wider zustellen. Insonderheit sollen und wollen Wir uns keiner Succession und Erbschafft des Reichs unterwinden/ noch in solcher gestalt unterzihen/ oder darnach trachten auff Uns selbst/ oder auff unsere Erben und Nachkommen/ unterstehen zu wenden/ sondern Wir/ dergleichen unsere Kinder/ Erben und Nachkommen/ die gemeldten Churfürsten/ zu jeglicher Zeit bey ihrer Wahl auch Vicariat/ wie herkommen/ die Guldene Bull und andere Reichs-Constitutiones vermögen/ so es zu Fällen kommen/ die Nothdurfft und Gelegenheit erfordern würde/ auch bey ihrem gesonderten Raht/ in Sachen das Heilige Reich betreffend/ geruhiglich bleiben und gantz unbeträngt lassen. Es soll

auch alles das jenige / so darwider gehandelt / nichtig seyn / und darfür gehalten werden.

15. Wir sollen und wollen auch Uns keiner Regierung noch administration im Reich weiters / oder anders unterziehen / dann so viel dessen Kaiserliche Maj. vergönnet / daß wir auch ihre Majest. die Zeit ihres Lebens an ihrer Hoheit und Würde des Kaiserthumbs kein Eintrag thun sollen.

16. Wir sollen auch in dieser unserer Zusag / der Gulden Bull / des Reichs-Ordnung / den obgeregten Frieden in Religion und profan Sachen / auch den Landfrieden / sampt Handhabung desselben / und andern Gesetzen so jetzo gemacht oder künfftiglich / durch Uns / mit ihrer der Churfürsten / auch anderer Stände des Reichs / Raht möchten auffgerichtet werden / zu wider kein Mandat / oder anders etwas beschwerliches außgehen lassen / oder zu geschehen gestatten / in einige Weiß oder Weg: Dergleichen auch für Uns selbst / wider solche Gulden Bull und des Reichs Freiheit / den Frieden in Religion und profan Sachen und Landfrieden / sampt Handhabung desselben / von einiger Obrigkeit nichts erlangen / noch auch / ob Uns etwas dergleichen auß eigener Bewegnuß gegeben were / oder würde / nicht gebrauchen.

17. Solches alles und jedes / wie obsteht / haben Wir obgemeldter Römischer König den gedachten Churfürsten / geredt / versprochen / und bey unsern Königlichen Ehren / Würden und Worten / in Namen der Warheit zugesagt / thun dasselbe auch hiemit und in Krafft dieses Brieffs / inmassen Wir dann dessen einen leiblichen Eyd zu GOtt und dem heil. Evangelio geschworen / dasselb stätt / vest und unverbrüchlich zu halten / dem treulich nachzukommen / darwider nicht zu seyn / zu thun / noch zu verhengen gethan werden / in einige Weiß oder Weg / wie die möchten erdacht werden.

18. Dessen zu Urkund haben Wir dieser Brieff sechse in gleichem laut gefertiget / und mit Unserm anhangenden Insigel besigelt / und jedem Churfürsten einen zustellen lassen / der geben ist in Unser und des H. Reichs Stadt Franckfurt am Mayn / am Tag des H. Apostels Andreæ / den letzten Tag des Monats Novembris / nach Christi unsers lieben HErrn und Seligmachers Geburt Tausend / Fünffhundert und zwey und Sechszig / Unsers Reichs des Römischen im Ersten / und Böheimischen im Vierzehenden.

Maximilian.

Ad mandatum Dn. Regis proprium

C. Lindeck.

ANNO-

ANNOTAMENTA AD CAPITULATIONEM MAXIMILIANI II.

EXhibet hanc capitulationem Goldaſtus (*part. 2.* Reichsſatzungen / *pag. 285.*) quæ mihi videtur omnium prima, quæ Regi Romanorum, vivo adhuc Imperatore electo, præſcripta fuit, in forma extenſa. Nam, ut ſupra dixi, Ferdinando talis non præſcripta; quod ſine dubio intermiſſum non fuiſſet, ſi anterioribus Regibus, hoc caſu electis, illa unquam ſic præſcripta. Eſt autem non ſolum differens à Caroli V. & Ferdinandi I. capitulationibus, ſtylum quod attinet, ſectiones articulorum, & collationem materiarum, verum etiam in ſubſtantialibus ipſis. Multa enim hic omittuntur, quæ in illis expreſſa ſunt, & hic utiliter exprimi potuiſſent. Unde, non ſemel ea mihi ſuſpecta viſa eſt, & adhuc credo, hanc copiam cum originali non convenire. Poſtquam vero hucusque aliud exemplar ex archivis obtinere haud potui, neceſſitas mihi hanc impoſuit legem, ut uterer præſenti.

AD PROOEMIVM.

In kurtzvergangenen Tagen.

SCilicet die XXIV. Novembris anni M. D. LXII, eo enim die peracta fuit electio. (Fuchs *apud Goldaſt.* in Reichshandlungen / *p. 263.*) capitulatio autem ſubſcripta ultimo ejusdem menſis die.

Ordentliche Wahl.

Actum electionis breviter deſcripſit Fuchs (*apud Goldaſtum d. pag. 263. & ſeq.*)

Zu Maintz / ꝛc.

Deficiunt hic cæterorum Electorum, tunc viventium, & cooperantium, nomina, ſuppleri autem defectus poteſt, ex Laurentii Fuchs Beſchreibung der Königlichen Würde und Magiſtrat Ampt (*apud Goldaſtum d. tr.* der Reichshandlung / *pag. 277.*) ubi Francofurti, & electioni, & coronationi Maximiliani, præter Danielem Moguntinum, adfuiſſe conſignavit, Johannem Trevirenſem, Fridericum Colonienſem, Maximilianum ipſum, ut Regem Bohemiæ, Fridericum Comitem Palatinum, Auguſtum Ducem Saxoniæ, Joachimum Marchionem Brandenburgenſem, Electores. De hoc Joachim Electore Brandenburg. narrat Cernitius (*ad eicones decem Electorum Brandenburg. è familia Burggraviorum Norimbergenſium pag. 63.*) quod, cum in itineris curſu, Francofurtum verſus, ad electionis conventum valetudine

tudine

tudine tentaretur, & ex Alberti proavi casu, qui in Maximiliani I. electione Francofurti mortem obiisset, similem de se eventum metueret, primum quidem substitisse aliquantisper dubitandum, deinde vero ubi se collegisset, excelso animo perrexisse, ac à Cæsare, cum reliquis Principibus, in occursum ipsius effuso, exceptum honorificentissime fuisse.

GOtt zu Lob.

Im Namen des Allmächtigen GOttes / seiner Göttlichen Gnaden zu Lob und Ehr / auch gemeiner Christenheit / bevorab dem Heil. Reich Teutscher Nation / dem gemeinen Vatterland / zu Auffnemen / Nutz und Wolfahrt. Ita habet Reichs Abschied zu Augspurg de anno M. D. LXVI. in principio.

Nutzen.

1. 2. 3. Imperio aliquando utile est habere Regem Romanorum.
4. Concurrentia causarum.
5. Causa, ob quam Carolus V. petiit sibi adjungi Regem Romanorum.
6. Effectus.
7. Quando Ferdinandus negotia Imperii tractarit.
8. Rationes Ferdinandi, cur Regem Romanorum sibi adjungi petiit.

1. VArias ob causas utile Imperio esse potest, habere Regem Romanorum; (1.) ut de successore certo in Imperium constet, ac incommoda inter-
2. regni evitentur. (2.) ut in absentia Imperatoris, sit, qui Imperium admini-
3. stret. (3.) ut Imperatore, morbo, aut aliis impedimentis irretito, existat, cui
4. Imperii negotia expedienda committantur. Hæ causæ aliquando concurrunt, aliquando una, vel altera tantum, tertia sola vix efficax, ut Regis Romanorum electionem requirat, nisi perpetuus & gravis morbus, talisque, ut Imperator omnino nihil, quod alicujus momenti sit, expedire valeat.
5. Quando Carolus V. suadebat Electoribus, ut Regem Romanorum eligerent, volebat, ut per suam absentiam is esset velut alterum Imperii ca-
6. put. (*Sleidan. commentar. lib. 7. circa f.*) Hinc, cum Ferdinandus ad hoc electus, in Caroli potestate fuit, ubi præsens, & impeditus, Imperii negotia per alium suo nomine expedire, nec nisi volens ea hoc casu Regi Romanorum committere; absens autem, ea Regi Romanorum committere obligatus
7. fuit: ut qui in hunc finem ei additus. Unde non facile reperies, alio, quam absentiæ casu, Carolum Ferdinando aliquod commisisse opus, nec Ferdinandum manus negotiis Imperii, ut plurimum, alio admovisse, vel voluisse admovere tempore, quam in Imperatoris absentia, testes mihi sunt R. A. zu Speier / de anno 1542. §. und dieweil *p. 263.* R. A. zu Nürnberg de anno 42. § aber nichts desto weniger / *& seq. p. 284.* R. A. zu Augspurg / de anno 1555. §. und wiewol / *& seq. p. 396. & seq.* so sich dann / *p. 406.* Kaiserlicher Landfried zu Augspurg anno 1548. auffgericht / *tit.* vom Gewalt des Cammergerichts / *pag.* 357. Ordinatio Cameræ de anno 1555. *part.* 1. *tit.* 1. §. nemblich / *tit.* 4. §. so sich

tit. 15.

tit. 55. §. weiters/ *&* §. *seq. t.* 16. §. darzu/ *tit.* 50. §. fürter/ *parte* 2. *t.* 5. §. 1. *t.* 7. *part.* 3. *art.* 48. §. und ob die/ R. A. zu Speier anno 1557. § ferner *pag.* 511. *&c.* Ratio- 8.
nes, quibus Ferdinandus I. Electoribus persuasit, ut Regem Romanorum eligerent, fuerunt, (*vide Goldast.* in Politischen Reichshändl. *part.* 1. *n.* 7. *p.* 65.) (1.) Daß er ein zimlich Alter erreicht. (2.) Je zu zeiten mit zufälligen Schwachheiten angegriffen und beladen würde. (3.) Da er nun von diesem Leben abgefordert werden solte/ und sich die Churfürsten noch keines Successoris am Reich verglichen/ so würde darauß/ bey den sorglichen und beschwerlichen Läufften/ allerley Unraht/ und Unrichtigkeit entstehen.

AD ARTICVLVM I.

Advocat.

Ergo, licet adhuc Imperator vivat, & advocatus sit Ecclesiæ Romanæ, electores huic Ecclesiæ secundum advocatum constituere possunt.

AD ARTICVLVM II.

Gleichwol so viel.

Nova hæc est additio, & primum tunc cœpit capitulationi inseri, in sequentibus autem omnibus, hucusque observata. Fuit quidem de ea antea, ubi Ferdinando capitulatio præscribebatur, nonnihil actum, sed mutationi assentiri noluit Ferdinandus. Hoc nos docet Seldius in seinem Rahtschlag von der Kaiser und Päpst Gewalt/ (*apud Goldast.* in Politischen Reichshändlen/ *part.* 5. *n.* 3. *p.* 198.) quando narrat, daß auff dem Tag zu Franckfurt/ als die resignation geschehen/ von etzlichen ansehnlichen Ständen/ Aenderung in der obligation, so den Churfürsten zu geben / des Römischen Stuls halben/ gesucht werden wollen/ Ferdinandus aber/ habe sich demselben nicht allein zum höchsten widersetzt / sondern auch mit Ruhm erhalten/ daß es dißfals bey der alten Form gelassen worden.

Anfahende/ das sollen und wollen Wir.

Nullus est articulus in tota hac capitulatione, qui ita incipiat. Quantum ex collatione huius, cum capitulatione proximè sequenti, Rudolphi II. percipere possum, verba illa non sunt initialia articuli, licet ita vocentur, sed in articulo novum quasi paragraphum incipiunt, ut ibi videbimus. Cum vero ille articulus, in hac nostra non reperiatur, ne quisquam alius de Pontifice agat, cui præsens exceptio accommodari possit, non vereor hoc nostræ capitulationis exemplar, quod à Goldasto exhibitum est, defectuosum dicere.

Die weltliche Churfürsten.

Electores seculares, (excepto Bohemiæ Rege) tunc Pontifici, & Catholicæ Romanæ Ecclesiæ valedixerant & sequebantur religionem aliam: unde postquam Pontifex eos infesto prosequeretur odio, & planè extinctos

vellet, illi hostis sui patrocinium, & defensionem Imperatori commendare, contra legem naturæ, & securitatem suam esse duxerunt.

Von dem Stul zu Rom/ auch der Päpstlichen Heiligkeit.

Hæc duo tantum, nempe, Sedem Pontificiam Romanam, & ipsum Pontificem, exceperunt Electores seculares.

Darein nicht wollen bewilligen.

Dissentiunt hac in parte Electores seculares, ab Ecclesiasticis. Hi obligant Imperatorem ad patrocinium, & defensionem Sedis Romanæ, atque Pontificis; illi ad hæc Imperatorem obligare nolunt. Itaque, si casus obtingeret, quo Imperator, vi promissionis, quam fecit Ecclesiasticis Electoribus, in Sedis Romanæ, aut Pontificis auxilium & defensionem copias educeret, illi, qui eum ad hoc faciendum obligarunt, promovere opus, mediis ad id necessariis, tenerentur, nisi vellent audire, se impedire, quod voluissent expediri. Seculares autem Electores, quotquot, tempore quo capitulatio Imperatori præscribitur, ad hoc patrocinium Imperatorem nolunt obligari, nil quicquam ad expeditionem conferre tenebuntur, ne, quem patrocinio Imperatoris indignum judicarunt, eum ipsimet defendere cogantur. Non nego tamen, ob causas aliquando contingere posse, ut è re totius Imperii sit communi auxilio Romanis succurrere, atque adeo etiam Pontifici: quo casu, non modo Electores ecclesiastici, & cæteri Imperii ordines Catholici, sed etiam Electores seculares, & omnes ordines Acatholici, in auxilium prompti esse debent, ut defendatur Roma, ac Italia, simulque Pontifex, tanquam membrum Ecclesiæ, ac Reipubl. non vero ut caput. Hunc enim respectum, apud nostræ religionis cultores exulare, notissimum est.

Noch uns damit verbunden haben.

Rationem Carpzovius (*de Capitulat. Cæsar. c. 2. num. 23.*) eam fuisse tradit, quod Principes Electores seculares non solum animadvertebant, per insertionem illius clausulæ (quæ defensionem Pontificis & Sedis Romanæ concernit) libertati maximum præjudicium inferri, dum Imperatores, vigore istius, res suas repetere, & Pontifices iniustos possessores, iisdem dejicere perpetuo prohiberentur. Sed & videbatur hæc clausula adversari transactioni Passaviensi, quæ utriusque religionis, Catholicæ & reformatæ, exercitium permittit, cum è re sit, & dignitate Pontificis, ut reformata religio funditus extirpetur. Verum, non levia sunt, quæ me movent, quo minus hic sequar ductum Carpzovii, licet eum sequi amaverit Schütze/ (*de Statu Rei Romanæ disp. 4. thes. 2. lit. a.*) *Primo*, incongrua est illatio; qui alium tenetur defendere, suum ab eo repetere nequit. Tutor enim, nomen à tuendo, & defendendo pupillo habet, (§. 2. *Instit. de tutel.*) tenetur pupillum defendere:

(*l. 30. ff.*

(*l*.30.*ff. de administr. & peric. tutor.*) propterea tamen ei prohibitum non est, à pupillo repetere id, quod sibi debetur, (*l.* 7. C. *de excus. tut. l.* 8. C. *de eo qui dare tutor.*) vel alii, cuius & ipse tutelam gerit. *Deinde*, non sine iniuria Electorum Ecclesiasticorum hæc affertur ratio. Nam si vera est, dicendum omnino venit, Electores ecclesiasticos, qui Imperatorem ad patrocinium Pontifici, & Sedi Romanæ præstandam obligant, plus favere Pontifici, eiusque sedi, quam Imperio. Res autem Imperii, à quocunque malæ fidei possessore (atque adeo non excepto Pontifice, vel Sede Romana) Imperatorem repetere debere, etiam ecclesiasticos Electores velle, constat, tam ex capitulationis nostræ præsentis articulo VI. quam omnibus reliquorum Imperatorum. *Tertio*, Electoribus secularibus visum fuisse, repugnare transactioni Passaviensi, si Imperatorem ad defensionem Sedis Romanæ, & Pontificis obligarent, mihi non fit verisimile, nec id illustri eorum prudentiæ conveniens est. Potest enim Imperator defendere Pontificem, si ipsi injuria intentetur, & non defendere, si aliis, & in specie, religionis Augustanæ sociis, vim inferre conetur. Defendere, inquam, Imperator Pontificem, & Catholicos potest, & æqualiter etiam Augustanæ religioni addictos, ita, ut utrique pacificè vivere possint, & ab aliorum injuria, vel perturbatione securi sint. Putet ergo, è re & dignitate sua esse, Pontifex, reformatam religionem funditus extirpari, & meditetur, quousque velit, hanc extirpari, modo violentas rei non admoveat manus; nam ubi hoc agere inceperit, Imperator, Augustanæ religionis ordines Imperii, contra vim externam, non minus quam internam, defendere, ut tenetur, poterit. Scilicet Pontificem defendet, si forte injustè offendetur, non autem, si ille alium, contra leges Imperii, offendere conetur.

AD ARTICVLVM III.

Nihil novi hic articulus habet, sed convenit, cum Carolino quinto, & Ferdinandi quarto.

AD ARTICVLVM IV.

Concordat cum Carolino septimo, & Ferdinandi sexto.

AD ARTICVLVM V.

Concordat cum Carolino octavo, & Ferdinandi septimo.

AD ARTICVLVM VI.

Und in diesem mit Raht/ Hülff/ ꝛc.

Nova est additio; reliqua, quæ antecedunt, conveniunt cum Carolino nono, Ferdinandi octavo. Deficit quoque hic clausula, salvo jure uniuscuiusque.

AD ARTICVLVM VII.

Concordat cum Carolino decimo, & Ferdinandi nono; excepto, quod

verba, ohne Verzug/ auff Ihr der Churfürsten Gesinnen/ quæ in illis habentur, hic omittuntur. Unde durior conditio Maximiliani fuit, quam illorum. Debuit enim, quæ ad Imperium pertinebant, restituere, motu suo, etiam non interpellatus ab Electoribus.

Wir sollen und wollen auch/ rc.

Huic paragrapho correspondens est articulus Carolinus undecimus, Ferdinandeus decimus; quamquam negari non potest, & verbis, & re plus in illis esse, quam in hoc nostro.

AD ARTICVLVM VIII.

In Carolino decimo tertio, & Ferdinandi duodecimo plura leguntur, quam in hoc nostro.

Auch die Churfürsten.

Est materia plane ad priorem non pertinens, & quæ separato articulo debuisset proponi, quemadmodum factum in Caroli decimo quinto, & Ferdinandi decimo quarto, & plenius quidem quam hic.

AD ARTICVLVM IX.

Conferri cum hoc articulo debet Carolinus decimus octavus & Ferdinandi decimus septimus, in quibus continetur ratio, cur Imperator non debeat concedere nova telonia, aut permittere, ut jam olim concessa, graviora reddantur, nisi specialis consensus Electorum interveniat.

Keine Vertröstung.

Hoc novum est, & duabus constat propositionibus. *Prima* est, non licere Regi Romanorum, alicui spem facere concessionis novi telonii, aut veteris augendi, vel meliorandi. *Secunda*, non licere Regi Romanorum, intercessionales, & commendatitias petenti, concessionem novi telonii, aut veteris augendi causa, dare ad Electores. Liberrimus enim, hæc quod attinet, Electorum debet esse consensus, & ne quidem precibus, aut intercessione Romanorum Regis, provocari. Verum enim est vetus illud verbum, *cogit rogando, qui rogat potentior.* Et consimiles preces, armatas appellat Menochius (*2. arbitrar. cas.* 461. *n.* 20.) De sensu autem §. nostri, vide etiam ea, quæ dixi supra (*ad Carolinum artic.* 18. *verba*, ohn besondern Raht/ rc.)

Gar nicht gestatten.

Generalis est dispositio; unde quærendi occasio datur, quid de illis statuendum, qui jam olim, per privilegium speciale, obtinuerunt potestatem erigendi nova telonia, vel vectigalia, & ea augendi pro libitu, quando visum, citra aliam requisitionem consensus Imperatoris, Regis Romanorum, & Electorum? Eiusmodi privilegium datum fuisse Archiduci Austriæ, nec non Marchionibus Brandeburgensibus, Burggraviis Noribergensibus, memoria teneo.

Imp-

Imperator Fridericus III. (ut inter privilegia Domus Brandeburgicæ annotatum legi) hat anno 1456. zu Neustatt / am Freytag vor St. Jacobs Tage / Churfürst Friederichen / Johann Albrechten / und Friederichen / Marggrafen zu Brandenburg / und Burggrafen zu Nürnberg / und Ihren Erben / diese Freyheit geben / daß sie hinfüro in Ihrem Churfürsten- und Fürstenthumb der Marck zu Brandenburg / der Burggraffschafft zu Nürnberg / und in Ihren Landen / wo sie die haben / und noch überkommen mögen / Ihre Zöll / die sie daselbst haben / nach Ihrem Gefallen erhöhen / und in denselben ihren Landen / wo / wann / und wie sie das gelust / Zöll von newen auffsetzen / auch auff Wein / Bier / und anders / das man in Ihren Landen gebraucht / und durch dieselbe führet / Auffschläg / nach Ihrem Gefallen machen / und nehmen / können und mögen. In confirmatione privilegiorum Austriæ Archiducum (*quam exhibui in tractatu de jure publ. lib. 5. cap. 2. p. 40.*) habetur, daß die Ertz-Hertzoge mögen in Ihren Fürstenthumben / Herrschafften und Landen / die sie haben / oder in künfftigen Zeiten gewinnen / sich aller Gewaltsam gebrauchen / mit Freyung zu geben / newe Auffschläg / Maut / Zoll / und anderer Mehrung / Ihren Nutz und Rent zu machen / und auffzusetzen / ꝛc. Mihi videtur, illos, qui olim eiusce modi privilegia legitimè nacti sunt, dispositione articuli capitulationis nostræ non impediri, quo minus eis amplius utantur. Accipienda enim illa est de conatibus illicitis, (*vide infr. capit. Rudolph. II. artic. 19.*) quibus non implicatur ille, cui privilegio suo, justè acquisito, ritè utitur. (*arg. l. 155. §. 1. ff. de reg. jur.*

AD ARTICULUM X.

Convenit in substantialibus cum Caroli vigesimo primo & Ferdinandi vigesimo.

AD ARTICULUM XI.

Convenit cum Ferdinandi articulo vigesimo primo.

AD ARTICULUM XII.

Omissa hic sunt nonnulla, quæ de eadem re exprimuntur in Ferdinandi articulo vigesimo tertio.

AD ARTICULUM XIII.

Mit Raht.

In Carolino vigesimo quinto, & Ferdinandi vigesimo quarto additur, und Hülffe / quod hic omissum: credo tamen in originali reperiri.

AD ARTICULUM XIV.

Hic, nec in Carolina, nec in Ferdinandi capitulatione, pro separato articulo, ponitur, sed est appendix articuli vigesimi quinti, & vigesimi quarti.

Insonderheit sollen ꝛc.

Credo, hic propter materiam cum priori non cohærentem, articulum

alium, & ſeparatum numerari debuiſſe: ita factum conſtat in Capitulationibus Caroli, articulo vigeſimo octavo, ac Ferdinandi vigeſimo ſexto.

Nachkommen.

In Carolina, & Ferdinandi Capitulationibus, additur, oder auff jemand anders/ quod etiam hic fieri debuiſſet, & factum credo, ac iterum copiam ab originali diſcrepare arbitror.

Guldene Bull/ und andere Reichs Conſtitutiones.

In Ferdinandi articulo vigeſimo ſexto, poſt Bull / ponitur Päpſtliche Recht/ quod hic omiſſum, non ſine ratione. Ne ſcilicet, Electores videantur Pontifici accepta ferre, quæ ab Imperio habent, & longo uſu.

AD ARTICVLVM XV.

Pertinent huc ea, quæ ſcripſi ſupra ad capitul. Ferdinandi, artic. II. verſ. Auch vor Vns ſelbſt.

AD ARTICVLVM XVI.

Conveniunt ſubſtantialia cum Ferdinandi artic. XXIX.

AD ARTICVLVM XVII.

Convenit maxima ex parte, cum illis quæ habentur in Carolino XXXI. & Ferdinandi XXVIII. Cæterum, hic ordine poſtponitur, cum in illis antecedat articulum, Wir ſollen und wollen/ rc. Sed hic rectius actum, cum clauſula ſit omnium antecedentium, quæ merito cæteris omnibus poſtponi debuit.

AD ARTICVLVM XVIII.

Convenit cum formula in præcedentibus capitulationibus uſitata.

In Vnſer und des H. Reichs Statt.

1. *Rex Romanorum eadem loquendi formula, qua Imperator utitur,* Vnſer und des Reichs Statt.
2. *Aliquando ait,* in der Kaiſerl. Majeſtät/ Vnſer und des Reichs Statt.
3. Vnſere/ und des Reichs Vnterthanen.
4. Vnſere/ und des Reichs Fürſten.
5. *Quo ſenſu hæc accipienda.*
6. *Imperatoris & Regis Romanorum convenientia, reſpectu creationis.*
7. *Reſpectu creatorum.*
8. *Reſpectu modi creandi.*
9. *Loci, ubi creantur.*
10. *Commiſſionis Imperii.*
11. *Capitulationis.*
12. *Coronationis Germanicæ.*
13. *Pompæ & feſtivitatis, poſt coronationem celebrandæ.*
14. *Celebrationis convivii poſt coronationem.*
15. *Error Sinoldi.*
16. *Explicatio capituli* XXVIII. *A. B.*
17. *Convenientia reſpectu tituli, Maieſtatis.*
18. *Reſpectu tituli,* allezeit Mehrer des Reichs.
19. *Reſpectu quo unus & alter, nominatur caput Imperii.*
20. *Reinkingii opinio proponitur.*
21. *Examinatur.*
22. *Sinoldi error.*
23. *Autor ſuum agnoſcit errorem.*
24. *Quo reſpectu Rex Romanorum caput Imperii dicatur.*

25. Rex

25. *Rex Romanorum habet Imperatorem pro capite.*
26. *Ei tribuit titulum Maiestatis.*
27. *Ab Imperatore tantum vocatur Rex Romanorum.*
28. *Vel* Liebden.
29. *Alter respectus, quo Rex Romanorum caput Imperii dicitur.*
30. *Imperatoris, & Regis Romanorum convenientia, respectu tituli Advocati Ecclesiæ Christianæ.*
31. *Respectu usus aureæ bullæ.*
32. *Ususque encausti.*
33. *Ut & vexilli Imperii.*
34. *Respectu iuris creandi Equites.*
35. *Principes, Comites, Barones & Nobiles.*
36. *Respectu iudicii de causis*, Fürstenthum ꝛc. belangend/so vom Reich zu Lehen rühren / und einem Theil gäntzlich/ oder endlich abgesprochen werden sollẽ.
37. *Respectu iuris confirmandi Academias.*
38. *Indicendi comitia.*
39. *Sigillo corroborandi recessus Imperii.*
40. *Publicandi leges.*
41. *Respectu plenitudinis potestatis.*
42. *Vindicationis inobedientiæ.*
43. *Iussus.*
44. *Percussionis banni.*
45. *Suspensionis banni.*
46. *Commutationis banni in mulctam.*
47. *Absolutionis à banno.*
48. *Respectu impositionis collectarum.*
49. *Respectu nonnullarum formularum loquendi.*
50. *Et aliarum rerum.*
51. *Imperator, & Rex Romanorum, differunt, Nomine.*
52. *Tempore, quo eliguntur.*
53. *Fine electionis.*
54. *Termino, quo Electio indicenda.*
55. *Petitione licentiæ eligendi.*
56. *Et confirmatione Electionis.*
57. *Titulo* invictissimi.
58. *Insigniorum usu.*
59. 60. *Exercitio potestatis.*
61. *Cur Imperator aliquando Regi Romanorum adiungat Commissarios.*
62. *Differunt iure administrandi Imperium.*
63. *Iudex, Assessores, aliaque Cameræ Imperialis Spirensis membra, iurant Imperatori, non autem Regi Romanorũ.*

EAdem loquendi formula hic utitur Rex Romanorum, qua uti solet Imperator. Idem quoque fecit Ferdinandus I. dum adhuc Rex Romanorum audiret, (R. A. zu Speier *anno* 1542. §. so hat dem allen nach/ *pag* 262. R. A. zu Nürnberg *de eodem anno in pr. p.* 283. *& in fin. p.* 291. R. A. zu Augspurg *de an.* 1555. *in pr.* (ubi notabilis legitur concurrentia, in Ihrer Liebden und Kaiserl. Majest. Unser und des Heiligen Reichs Statt Ulm *p.* 396.) *& in fin. p.* 419. R. A. zu Regenspurg *de ann.* 1557. §. so haben Wir Uns/ *p.* 497.) atq; non solum ubi de civitatibus Imperio sermo fuit, sed etiam ubi de omnibus Imperii subditis (R. A. zu Speier *de anno* 1542. §. hierumb und dieweil *p.* 277.) vel Imperii fidelibus (*d.* R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542. *in pr. pag.* 283.) vel de uno, aut altero Principe (*d.* R. A. zu Regenspurg *de ann.* 1557. §. damit dann/ *p.* 497.) Quæ omnia, & consimilia alia, eodem fere respectu fiunt, & intelligenda sunt, quo filius, adhuc vivente patre, quodammodo dominus dicitur, (*l.* 11. *ff. de liber. & posthum.*) scilicet, propter jus successionis. Nam uno eodemque respectu, simul & semel, unius rei dominium apud duos in solidum esse nequit, (*l.* 5. §. *ult. ff. Commodati.*) Ut autem melius intelligamus, quæ Regis Romanorum, hoc sensu dicti, cum Imperatore convenientia sit, & in quibus differant, distinctim singula, quæ mihi nunc

1. (margin) 2. 3. 4. 5.

6. nunc succurrunt, explicabo. *Primò*, conveniunt creatione: nam uterque
7. electione constituitur. *Deinde*, creatoribus: uterque enim à septem Electo-
8. ribus eligitur. *Tertio*, modo creandi: processus enim, vel solemnitates, si-
9. miles interveniunt in electione utriusque. *Quarto*, loco creationis: uterque
10. enim regulariter Francofurti eligitur. *Quinto*, commissione & commenda-
tione Imperii: utrique enim committitur Imperium, & commendatur eius
11. salus. *Sexto*, capitulatione: utrique enim, ut à Maximiliano hucusque ob-
12. servatum, præscribitur capitulatio. *Septimo*, coronatione Germanica: uter-
que enim, regulariter, coronatur Aquisgrani, æquali solemnitate, & (*Octavo*)
13. pompa in egressu, post finitam coronationem, & processu ad palatium, jactu
missilium, bovis assati, vini, panis, avenæ &c. exhibitione, vel datione in præ-
14. dam populo. *Nono*, convivii post coronationem celebratione: ubi omnia,
tam, quod mensarum structionem, servorum exhibitionem, & alia, in Aurea
Bulla præscripta, vel usu addita, attinet, paria, & similia sunt. Quod si Im-
perator ipse convivio intersit, uni mensæ ipse cum Rege Romanorum assidet;
15. quod usus, non autem dispositio aureæ Bullæ tit. xxv. (vel capit. xxviii.) ut
perperam docet Sinoldus, (*de statu rei Romanæ disput. 5. th. 2. lit. g. p. 214.*) intro-
duxit. In tota enim aurea Bulla, ut supra declaravi, ne jota quidem ullum de
Rege Romanorum, de quo nos agimus, legitur. Nec si legeretur, allegatus
16. titulus, vel capitulum, hoc probaret, cuius causa allegatur. Loquitur (1.) de
solemni curia; qualis non solum est illa, quando Rex Romanorum coronatur,
verum etiam alia, quandocunque eam Imperatorem vel Regem Romano-
rum celebrare contingit. (*A.B. cap. 7. in pr.*) (2.) De structura mensæ Impe-
rialis, vel Regiæ. (3) docet, quisnam ad istam mensam debeat collocari;
nempe, nullus alius quam Imperator, vel Rex Romanorum; ubi particula,
vel, non coniungit utrumque, sed disjunctiva est, atque idem denotat, quod,
aut. Atque ita de duplici loquitur casu; scilicet, vel de illo, quando Impe-
rialis habetur solemnis curia; vel de illo, quando Regalis habetur. Si Im-
perialis habetur, qualis est illa, quam habet is, qui Imperialibus infulis fuit
decoratus, (*c. 26. §. 4.*) mensa Imperialis sic debet aptari, ut ultra alias aulæ ta-
bulas, sive mensas, in altitudine sex pedum sit altius elevata, hanc tunc solus
Imperator occupat, & ne quidem Imperatrix ad eam admittitur, nec Electo-
res. (*d. cap. 28. §. 1. & 2.*) Si hadetur solemnis curia Regalis, quæ est, quam
habet ille, qui Imperialibus infulis nondum est decoratus, & dicitur Rex Ro-
manorum in Imperatorem promovendus, vel Rex Romanorum futurus Im-
perator, *d. c. 28. § 5.* (loquor ad mentem aureæ Bullæ) tunc Regalis mensa
ita aptari debet, ut modo dictum de Imperiali: & ad eam alius non collocari
debet, quam Rex Romanorum, non Regina, nec Electores. De duplici hoc
casu, atque distinctim, si solus Imperator præsens sit, vel si solus Rex Ro-
mano-

manorum, etiam ab illis, qui putant in aurea Bulla non tantum Regem Romanorum appellari eum, qui mortuo Imperatore electus, sed etiam illum, qui adhuc eo vivente, quasi in adjutorem electus, hanc dispositionem de mensa accipi necessario debere; inde quoque patet, quod, si Imperator una cum Rege Romanorum curiam solemnem celebraret, curia illa celebraretur Imperialis, non Imperialis & Regia, non solum propterea, quod à digniori fieri debeat appellatio, sed etiam, quod, ubi præsens, & non impeditus est Imperator, omnia fiant ejus nomine solo, non addito Regis. *Decimo*, 17.
conveniunt Imperator & Rex Romanorum in titulo majestatis: Nam utrique, ab Imperii Statibus, & subditis majestas adscribitur, & eo prædicato utitur uterque, (Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1544. §. und damit / *pag.* 298. R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. *in subscriptione p.* 331. *ibi*, Römischer Königlicher Majestät Cammerer / *& aliis Imperii actis ac scriptis infinitis.*) *Undecimo*, conveniunt in titulo, allezeit Mehrer des Reichs. Licet enim Im- 18.
perator, semper Augustus; Rex vero Augustus tantum, dicitur, *in libro de pace Constantiæ composita &c. in principio*, *qui feudalibus sanctionibus annexus reperitur*: attamen, in lingua Germanica hoc discrimen unquam observatum non memini, sed voculam allezeit / vel zu allen Zeiten / etiam in illa à Rege Romanorum usurpari, atque ab aliis tribui notum est. (R. A. zu Speier *de anno* 1542. *in pr.* R. A. zu Nürnberg *de eodem anno in pr.* Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1555. *in pr.* Cammergerichtsordnung *de anno* 1555. *in pr.* R. A. zu Regenspurg *de anno* 1557. *in pr.* Reichs Abschied zu Speier *de eodem anno in pr.*) *Duodecimo*, uterque dicitur caput Imperii. De Imperatore vide 19.
loco à me allegato de jure publ. *lib* 1. *cap.* 7. *num.* 50. *&* 51. de utroque vero conjunctim R. A. zu Augspurg de anno 155. §. und im Fall *p.* 406. Reichs Abschied zu Wormbs de anno 1564. §. so unterstunden / *p.* 507. At, quo in sen- 20.
su hoc accipiendum sit, operæ pretium est investigare. Reinking. *de regim. secul. libro* 1. *class.* 3. *cap.* 14. *num.* 47. hoc non copulative, sed alternative intelligendum esse tradit; ita, ut Imperatore absente, vel impedito, Rex Romanorum caput Imperii sit, ne alias monstrosum censeatur Imperii corpus, propter duo capita. Verum, in corporibus mysticis aliud dicendum, 21.
quam in naturalibus. In his monstrosum est, ubi unius corporis duo extant capita, in illis quandoque monstrosum non est, duo plurave habere capita, prout forma Reipublicæ id patitur. Pura monarchia, duo plurave capita non admittit; pura aristocratia ac democratia, admittunt plura, & plura quoque admittunt formæ mixtæ. Potest etiam contingere (& contingit, si vera sunt quæ ex aliis retuli *de jure publ. libr.* 2. *cap.* 2. *num.* 5.) ut naturaliter plura quidem sint capita, civiliter tamen pro uno habeantur; quo casu plurium capitum monstrositas excluditur. Fieri præterea potest, ut diverso respectu, in una familia duo dentur capita,

ac in universitate, Imperio vel Regno, etiam plura. In familia mulier dicitur caput, (*l.195.§.5.ff.d.V.S.*) & maritus quoque, vel paterfamilias, qui caput est mulieris. In Imperio nostro, respectu suorum subditorum Status
22. capita sunt, respectu Imperatoris, & totius Imperii, membra sunt. Quod à nemine negari potest, non tamen probatur (*ex* Reichs Abschied zu Nürnberg *de anno* 1524 §. weiter nach dem/*pag.*162.) ut Sinoldus (*disput.*2 *thes.*2 *lit.c.*) putat: Nam verba, Christliche Häupter/ quæ in dicto §. leguntur, non referri debent ad Status Imperii, sed illos, qui ibidem, paulo ante, dicuntur Christliche Gewält/ quorum nomine, illo in loco, veniunt exteri Principes,
23. Reges &c. Fui quidem ipsemet aliquando in alia opinione (*ut patet d. lib.* 1. *de jure publ. cap.* 7. *num.*52.) sed ubi exactiori attentione postea relegi dictum paragraphum, mutavi opinionem: & credo, si ad Imperii Status verba referenda opus fuisse, contextum aliter, vel ita formare, zuvor einen gemeinen Frieden im Heiligen Reich/ und fürnemlich zwischen dessen Christlichen
24. Häuptern/ zu machen. Vt ad propositum refertamur, certo respectu, Rex Romanorum caput dici potest, & alio, membrum; caput dicitur, aut respectu Imperatoris, aut respectu Imperii Statuum & Subditorum. Horum respectu, statim atque electus est in Regem Romanorum, caput est, & dicitur, Imperii, vel populi Christiani, in hunc enim finem eligitur, ut ex juramento patet, quod aurea Bulla Electoribus præscripsit (*cap.* 2. §. 2.) & hodie electione tali, de qua nobis sermo est, quoque præstatur. Scilicet, ut Regis nomen vanum non sit, & sterile, reverentia & honores ei debentur ab Imperii Statibus, membris & subditis, non secus ac si electus fuisset vacante Imperio. Ea enim, quæ ad dignitatem regalem pertinent, non quiescunt, vel in suspenso sunt, ut illa, quæ ad potestatem pertinent. Ita, præsente, & non impedito Imperatore, similem honorem, reverentiam, respectumque, Status & subditi Imperii, Regi nostro Romanorum defe-
25. runt, quem ei exhibent, si Imperator absens, vel impeditus est. Quando autem Imperator, & Rex ille Romanorum, considerantur inter ipsos, hic respectu Imperatoris caput non est, respectu reverentiæ & honoris, sed ipse
26. potius Imperatorem pro suo capite veneratur, dum illum dominum suum nominat & Majestatis compellat titulo (Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1542. *in pr.* §. und als nun/ §. so aber/ §. so hat/ *pag.*262. §. und dieweiln/ *pag.*263. §. und damit solches/ *pag.*265. §. also haben Wir/ *pag.*266 §. die Kaiserliche Majestät/ *pag.*275. §. hierumb *pag.*277. Reichs Abschied zu Nürnberg *de d. anno* 1542. *in pr. & in variis* §§. *subseqq. ac* §. solches alles/ *pag.* 289. Reichs Abschied zu
27. Augspurg *de anno* 1555. *in pr. &* §§. *seqq. variis ac* §. solches alles/ *pag.*416.) Ab Imperatore autem appellatur, vel simpliciter, sine alio honoris aut effectus, quatenus Romanorum Rex est, additamento, der Römische König Reichs Abschied

Abschied zu Regenspurg *de anno* 1532. §. und dann Wir/ *pag.* 229. Reichs Abschied zu Regenspurg *de anno* 1541. §. darneben/ *pag.* 250. §. als Wir aber/*p.* 251. §. darneben. §. und wiewol/ § dergestalt/ §. und zur Förderung/ *pag.* 265. ut factum à Carolo V. licet Ferdinandum, ubi nondum Rex Romanorum erat, antea titulo, Durchleuchtig (Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1530. §. demnach hat sich/ *pag.* 206.) Königliche Würden zu Hungarn und Böhmen/ (§. nach dem Churfürsten/ *pag* 207. §. dieweil/ *pag.* 208. affecisset) vel cum additione 28.
Liebden (Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1544. §. und dieweil/ *pag.* 301.) quo etiam erga Electores, aliosque Principes (quos respectu sui pro membris tantum habet, non capitibus) uti solet Imperator. Porro si in Rege Roma- 29.
norum potestatem respicimus, iterum, respectu Statuum, & subditorum Imperii, caput est, & dicitur, sine temporis distinctione, semper, sive Imperator præsens sit, vel absens, impeditus vel non impeditus. Hoc enim à tempore electionis obtinuit, ut etiam potestatis respectu, caput sit, licet non semper in actu potestatis, tamen semper in potentia. Quando Imperator est caput vigilans (*ut dicitur* in Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1570. §. nach erledigtem *pag.* 608.) Rex Romanorum est caput quiescens, (*ut capitulationis nostræ artic.* 15. *innuit.*) Denique, Imperator quoque Regem Romanorum pro concapite Imperii, respectu potestatis agnoscit, tunc, quando ei hoc, vel illud, agere commisit, vel concessit. Eo enim casu actu ipso, respectu Imperatoris, est caput vicarium, & auxiliare, vel secundarium, nach dem Kaiser im H. Reich das Obrist Haupt (ita Carolus V. in literis ad commissarios suos Augustam ad comitia anno MDLV. die IX. Junii (*vide appendic. composit. pacis lit.* D.) respectu autem Statuum, & subditorum, caput æquale cum Imperatore: nam & suo quoque nomine peragit, quæ Cæsaris nomine facit. *Decimo tertio*, uterque dicitur Advocatus Ecclesiæ Christia- 30.
næ, (*capitul. Caroli V. articul.* 1. *Ferdin. I. articul.* 1. *Maximil. II. articul.* 1. *& omnibus sequentibus articulo* 1.) *Decimo quarto*, uterque pro Sigillo utitur au- 31.
rea Bulla (*capitul Ferdinandi III. articul.* 46.) *Decimo quinto*, uterque in sub- 32.
scribendis literis uti potest encausto (*l.* 6. *C. de divers. rescript. Sinoldus d. disputat.* 5. *thes.* 4. *lit. d. pag.* 220.) *Decimo sexto*, si unus, vel alter eorum, in exer- 33.
citu præsens est, vexillum Imperii expandi potest, quod fieri non debet in eorum absentia. (Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1542. §. wann nun/ *pag.* 267. §. sonst aber *pag.* 268.) *Decimo septimo*, Rex Romanorum non minus 34.
jure proprio creat Equites, quam Imperator; ut ex descriptionibus coronationum utriusque videre licet. *Decimo octavo*, uterque facit Principes: (*ca-* 35.
pit. Ferdin. III. artic. 47) Comites, Barones (Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1548. §. wiewol auch/ *pag.* 235.) & ex textus consequentia, multo magis etiam Nobiles. *Decimo nono*, utrique reservata est cognitio, & sententiæ di- 36.
cendæ potestas, in Sachen der Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Grafschafften ꝛc.

belangend / so vom Reich zu Lehen rühren / so einem Theil gänzlich und end-
37. lich abgesprochen werden sollen. (*Ordin. Camer. part. 2. tit. 7.*) *Vigesimo*, uter-
que confirmat Academias, vel Universitates literarias (*d. Ord. Camer. part. 1.*
38. *tit. 3.* §. desgleichen sollen.) *Vigesimo primo*, uterque indicit comitia, atque in
iisdem consultat cum Statibus, de salute Imperii (R. A. zu Speier *de anno*
1542. §. so hat dem allen nach / *pag. 263.* R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542 *in pr.*)
& Moguntinus, ubi motus exorti id flagitant, vel Cæsaris, vel Regis Roma-
norum nomine, convocat Status, à lege determinatos. (R. A. zu Augspurg
39. *de anno* 1555. §. so sich dann / *p. 406.*) *Vigesimo secundo*, uterque sigillo suo ro-
borat Imperii recessus (*d.* R. A. *de anno* 1542. zu Speier §. des zu Urkund /
pag. 280. *& d.* Reichs Abschied *de eodem anno* zu Nürnberg §. des zu Urkund /
pag. 289. Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1555. §. solches alles / *pag.* 416.)
40. *Vigesimo tertio*, uterque publicat leges, & mandat ut illæ observentur. De Im-
peratoris potestate satis constat, de Regis Romanorum autem, præ cæteris
notabilis est textus, in exordio ordinationis Cameræ, ubi mandat, ut illa
constitutio observetur, als der Kaiserlichen Majestät / des Römischen Kö-
41. nigs / und des Reichs Recht und Ordnung. *Vigesimo quarto*, uterque uti-
tur plenitudine potestatis (R. A. zu Speier *de anno* 1542. §. würde sich aber /
ibi, von Römischer Kaiserlicher und Königlicher Macht und Vollkommen-
heit / *pag.* 275. §. hierumb / *p.* 277. & uterque quandoque plenitudini potestatis
renunciat. R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. solches und iedes / *pag.* 400.)
42. *Vigesimo quinto*, conjunguntur, der Kaiserlichen Majestät / des Römischen
Königs / und des Reichs schwere Ungnade / quæ illis imminet qui Imperii
sanctionibus non præstant debitam obedientiam (*d.* R. A. zu Speier *de anno*
43. 42. *d.* §. hierumb / *d. p.* 277.) *Vigesimo sexto*, copulatur quandoque in manda-
tis utrius voluntas, diciturque, daß seiner Kaiserlichen Majestät und des Rö-
44. mischen Königs ernstliche Meinung (*d.* §. hierumb / *d. p.* 277.) *Vigesimo septimo*,
uterque minitatur bannum, (*Ord. Cam. part. 2. titulo* 9. §. und ob sich *d.* Reichs
Abschied *de anno* 1555. §. und damit solches / *p.* 265.) sontes, qui id merentur, eo
percutit (Kaiserlicher Landfrieden zu Augspurg *anno* 1548. auffgericht / *tit.* von
auffgerichtem Landfrieden / §. und ob iemand / *p.* 356. *Gail. de pace publica lib. 1. c. 6.*
45. *num. 9.*) *Vigesimo octavo*, uterque suspendit bannum, (Reichs Abschied zu
46. Speier / *de anno* 1544. §. und sollen die Goßlarische / *pag.* 306.) *Vigesimo nono*,
uterque commutat bannum in mulctam pecuniariam (Kaiserlicher Land-
frieden zu Augspurg *anno* 1548. *tit.* vom Gewalt des Cammergerichts / *p.* 357.
47. *Trigesimo*, uterque absolvit à banno. (*d.* Reichs Abschied zu Speier *de anno*
1542. §. die Kaiserliche Majestät und Wir / *p.* 275. Reichs Abschied zu Speier
anno 1544. §. Wir und Unser freundlicher lieber Bruder / *pag.* 301. *d.* Kaiser-
licher Landfried zu Augspurg *anno* 1548. auffgericht / *tit.* welche umb Fried-
48. bruchs willen in die Acht kommen / *pag.* 362.) *Trigesimo primo*, uterque indi-
cit

citcollectas (*d.* Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1542. §. damit auch solcher/
pag. 271.) *Trigesimo secundo*, uterque Electores vocat Neven und Oheim / 49.
(*pr. capitul. nostræ*) reliquos Principes, seine Fürsten; subditos Imperii, seine
und des Reichs Unterthanen; civitates Imperii, seine und des Reichs Stätte:
(ut supra diximus.) *Trigesimo tertio*, multa alia, quæ potentiæ Cæsaris, & 50.
Regis Romanorum æque competunt, videre licet in capitulationibus, quæ
Regibus Romanis præscriptæ fuerunt, quorsum avidum indagatorem re-
mitto. At cum speciatim omnia exprimere, nimis longum foret, genera-
li Doctorum regula hic finio, Regem Romanorum omnia posse, quæ potest
Imperator. Posse, inquam, omnia, sed non omni tempore, ut supra dixi,
& paulo post repetam. Porro, differentiæ inter Imperatorem & Regem 51.
Romanorum potissimæ sunt; *Primo* differunt nomine: alter enim vocatur
Imperator, alter Rex: intellige, prout nunc loquimur, non ut olim alii lo-
cuti sunt, & adhuc Pontificis asseclæ loquuntur. Nam hoc loquendi mo-
do evenire potest, ut uterque nomine conveniat, quando scil. ille, cui in subsi-
diarium additur Rex Romanorum, ipse nondum à Pontifice coronatus est.
Deinde, in eo quoque non conveniunt, cum Imperatore eligatur vacante Im- 52.
perio, Rex autem Romanorum, nondum vacante Imperio. Unde etiam,
Tertio, fine electionis differunt. Nempe, Imperator ideo inter alia eligitur, 53.
ne interregnum longius protrahatur. Rex, ne interregno locus detur. Im-
perator, ut Imperium suo nomine Imperatorio solum administret; Rex, ut
nomine Imperatoris, & suo Regio administret. *Quarto*, tempore electio- 54.
ni præstituto & conventu ad electionem indicendo, atque intimatione, quæ
hanc præcedere debet. Imperatore mortuo, vel vacante Imperio, Mogun-
tinus intra terminum ab aurea Bulla, (*c.* 1. §. 18. *&* 19.) constitutum vocare de-
bet coëlectores suos ad electionem. Non vacante Imperio, ubi Rex Ro-
manorum eligendus venit, certus terminus à lege positus non est; nec Mo-
guntinus eo casu conventum electionis indicere potest, nisi id fiat expresso
consensu suorum coëlectorum; er kan ohne ausdrücklichen Willen und Ge-
heiß der sämptlichen Churfürsten den Wahltag nicht ausschreiben. Ita tradit
ipse Moguntinus, apud Londorpium (*tom.* 2. *actor. publ. lib.* 8. *tract.* 45. *pag.*
1575.) Præterea, antequam ad electionem vocentur Electores, prius conve-
nire debent, & examinare causas, an ejusmodi ponderis sint, ut Rex Ro-
manorum debeat eligi, & an hoc fieri, Imperio sit utile. Cadanensis hoc nos
docet transactio, (*apud Goldast part.* 1. der Reichssatzungen *p.* 270.) facta anno
M D XXXIV. in cujus §. XIII. constituitur, daß künfftiglich/ wann bey Leb-
zeiten eines Römischen Kaisers / oder Königs / ein Römischer König soll er-
wehlet werden alle Churfürsten zuvor zusammen bescheiden werden sollen/ dar-
von zu reden / ob Ursach gnug vorhanden / und dem Reich fürträglich / einen
Römischen König, bey Leben eines Römischen Kaisers / oder Königs / zu er-

und wann sie sich des vereinigeet/ daß alsdann / vnd nicht ehe/die Churfürsten/
vermög der guldenen Bullen/ sollen zur Königlichen Wahl erfordert / und zur
Wahl geschritten/und derselben Bullen unverrucklich in allem nachgegangen/
55. werden. *Quinto*, ubi Rex Romanorum eligendus venit, Electoris licentiam
eligendi petunt; (scil. ab Imperatore, *vide me de Iure publ. lib.* 2. *c.* 15. *num.*
30.) ubi autem vacante Imperio, Imperatór eligendus, licentia opus non est,
56. nec ab alio quoquam petenda, cum legis sufficiat jussus, ut eligant. Quod
si ad instantiam Imperatoris elegerint, electione peracta petunt, ut Impera-
tor electionem ratam habeat. Ita cum factum in electione Maximiliani I.
Imper. Frider. III. electionem confirmavit consensu suo, & addidit ob einige
Ordnung oder Satzung/ durch seine Vorfahren am Reich/ oder jemand anders
gemacht weren/ die in einige Weise wider diese (vollbrachte) Chur geseyn möch-
ten/ die hebe Er/ mit der Churfürsten Verwilligung / zu diesem mal auff/ und
wolle daß die hierinn kein Hinderung thu/ daß die hinführo zu ihren Kräfften/
auch Er / als Römischer Kaiser / bey Regierung / und aller Oberkeit/ und ge-
waltsam des Heiligen Reichs/ sein Lebtag bleiben solle. (*apud Goldast.* der Poli-
tischen Reichshändel (*part.* 1. *num.* 4. *pag.* 8.) Postquam Ferdinandus I. ad in-
stantiam Caroli V. in Regem Romanorum electus fuisset, Electores electio-
nem Imperatori significarunt petieruntque, den erwehlten / gewilligten / und
zum Römischen König versehenen / in solcher Würde / Ehren/ Titul und Na-
men anzunehmen/und darfür zu halten/ und fürter seyn würde/als Römischer
König / mit Ehren / Würden/ und Titul/ von allen Reichsständen/ und Un-
terthanen zu halten/und zu erkennen/ zu gebieten/ und zu verschaffen (*apud Gol-*
57. *dast. part.* 2. der Reisſatz. *pag.* 232. §. 14.) *Sexto*, differunt titulo invictissimi,
Unüberwindlichster / qui Imperatori attribuitur, non autem Regi Roma-
58. norum, (si credimus Sinoldo *disput.* 5. *thes.* 4. *lit. g. p.* 225.) *Septimo*, quo-
59. ad insignia, Imperator utitur aquila bicipite, Rex unicipite. *Octavo*, quo
ad exercitium potestatis, differunt in eo, quia Imperator potestatem suam
exercet nomine suo, (& Imperii,) Rex Romanorum eam exercet nomine
60. Imperatoris, (ordinarie) & suo (ac Imperii.) *Nono*, iterum respectu exer-
citii: Imperator exercet potestatem suam semper, nisi absentia, aut obsta-
culo interveniente impediatur: Rex Romanorum eam exercet, non sem-
per, sed solum modo tunc, quando hoc ei Imperator permittit, (paucis ex-
ceptis, inter quæ est Equitum creatio quando coronatur:) aut permittere
debuit. Permittere autem potest, quando impeditur; nam si vult nonnul-
la etiam hoc in casu, per commissarios expedire potest (Reichs Abschied zu
Wormbs *de anno* 1544. *in pr.*) Permittere vero debet, quando extra Impe-
rium absens est. Atque hoc casu permittere potest nonnulla, vel soli Regi
Romanorum, vel ei adjungere commissarios. Ita factum esse Carolo V.
supra

supra docuimus (*ex* Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1542. §. so hat dem/ *pag.*
262. §. damit auch/ *pag.* 271. Reichs Abschied zu Nürnberg *de eodem anno in*
princ. pag. 283. §. solches alles *pag.* 289.) Quod ne Romanorum Regis pote- 65.
stati minus conveniens esse videatur, sciendum est, id propterea factum,
daß sie dem Römischen König/ in allen fürfallenden Handlungen/ allen guten
Beystand/ von der Kaiserlichen Majestät wegen leisten sollen/ (Reichs Ab-
schied zu Augspurg *de anno* 1555. §. damit aber/ *inf. pag.* 397.) Idemque plenius
agnoscimus ex literis Caroli, datis ad commissarios suos, Augustam ad di-
cta comitia destinatos, datis die IX. Junii anni M D LV. ubi ita legimus:
So ist demnach an E. L. Unser freundlichster: und an dich gnädiger Befehl/
Ihr wollet euch in solchem Fall gegen obgemeldten Unsern freundlichen lieben
Brudern/ dem Römischen König/ rc. gedachten/ Unserm Schreiben/ und ge-
gebenen Gewalt/ in allweg gemäß/ verhalten. Jedoch/ damit Wir aller Sa-
chen Gelegenheit auch ein gründlich Wissenschafft haben mögen/ Uns jederzeit
des jenigen/ was ungefährlich gehandelt/ und geschlossen wird/ mit Fleiß be-
richten. Nach dem Wir auch nicht wissen mögen/ wie sich die Handlungen/
sonderlich der Religion halber/ auff gemeldter Reichsversamblung anschicken
möchten/ und doch wol besorgen/ es werde/ oder möchte von etlichen vielleicht
dermassen beschwerliche Puncten erregt werden/ die Wir/ da Wir selbst zuge-
gen weren/ keines wegs bewilligen könten/ noch solten/ und daß derohalben in
hochgemeldten Unsern freundlichen lieben Brudern/ den Römischen König/ rc.
sonder Zweiffel/ auch wider seiner Ld. Willen und Gemüht (demnach wir sie je
und allwegen für einen Christlichen König erkennt/ und noch) von etlichen
Ständen zum hefftigsten getrungen werden möchte/ derhalben E. Ld. und du/
nichts von unsert wegen autorisiren/ sondern S. Ld. dieweil Wir derselben allen
vollkommenen Gewalt und Macht endlich abzuhandlen und zu schliessen gege-
ben haben/ als einen Römischen König/ und nach Uns im heiligen Reiche das
obrist Haupt/ nicht allein/ was sie in solchen erheben und halten kan/ sondern
auch in allen fürfallenden Sachen absolute darinnen handlen und schliessen
lassen/ und von unsert wegen nichts anders darzu thun sollen/ dann Ihr Ld.
unterthänigen Beystand leisten/ und alle Sachen mögliches Fleiß zum besten
befördern helffen. Quod autem etiam soli Romanorum Regi, comitia cele-
brare, atque in iisdem præsidere, agere & concludere, sine adjunctione ulla
commissariorum, aliquando à Carolo commissum fuerit, testatur Reichs Ab-
schied zu Regenspurg de anno M D LVII. (*in pr. &* §. und aber/ *p.* 496.) *Deci-*
mo, Imperator est in plena possessione administrationis Imperii; Rex ple-
nam demum nanciscitur, quando Imperator resignat, (*vide Ferdinandi I.*
Ordnung das Kaiserlichen Reichshoffraht *apud Leheman. lib.* 1. der Reichs-
handlung

handlungen vom Religionsfrieden *cap.* 37. *pag.* 147. *ibi*: Jetzo zu vollkommener
63. administration und Regierung.) vel deponitur, vel moritur. *Vndecimo*, Cameræ Spirensis Judex, assessores & alii, jurant Imperatori, & ejus nomine, Cameræ, non autem jurant Regi Romanorum, aut ejus nomine Cameræ, (*Ordin. Cam. parte* 1. *tit.* 58. 59. 63. 79. 82.) unde, ut constitutiones Imperii observent, admonentur ab ipso Rege Romanorum, bey ihren Eiden und Pflichten / damit sie der Kaiserl. Majest. und dem Cammergericht zugethan. Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1557. §. obgesetzte Articul / *pag.* 517. Et licet Cameræ ordinationem præscripserit Ferdinandus, ac multa in eadem sibi adscripserit peragenda absente Imperatore, tamen nullibi ausus fuit, eam Imperatoris, & suam Cameram, vel judicium Imperatoris & suum appellare, sed semper das Kaiserliche Cammergericht.

CAPI-

CAPITULATIO RUDOLPHI II.

Wir Rudolph der Ander / von GOttes Gnaden Erwehlter Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Böheimb / Dalmatien / Croatien / Sclavonien / rc. König / Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / zu Braband / zu Steyer / zu Kärnten / zu Crain / zu Lützelburg / zu Würtemberg / Ober- und Nieder Schlesien / Fürst zu Schwaben / Marggraff des Heiligen Römischen Reichs / zu Burgau / zu Mähren / Ober und Nider Laußnitz / Gefürster Graf zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfird / zu Kyburg / und zu Görtz / Landgraf in Elsaß / Herr auff der Windischen Marck / zu Portenau und zu Salins / rc. Bekennen offentlich mit disem Brieff / und thun kund allermänniglich: Als Wir auß Schickung deß Allmächtigen / in kurtz verwichenen Tagen / durch eine ordentliche Wahl der Ehrwürdigen / und Hochgebornen / Daniels zu Maintz / Jacoben zu Trier / Salentin / erwehlten und bestätigten zu Cölln / Ertzbischoffen; Ludwigen Pfaltzgrafen bey Rhein / Hertzogen in Baiern / und Grafen zu Sponheim / als Vollmächtigen Gewalttragers S. Liebd. Pfaltzgraf Friederichs; Augusten / Hertzogen zu Sachsen / Landgrafen in Thüringen / und Marggrafen zu Meissen / und Hans Georgen / Marggrafen zu Brandenburg / zu Stetin / Pommern / der Cassuben und Wenden / Hertzogen / Burggrafen zu Nürnberg und Fürsten zu Rügen; des Heil. Römischen Reichs durch Germanien / Gallien und das Königreich Arelat / auch Italien / Ertzcantzlern / Ertztruchsessen / Ertzmarschalcken / und Ertzcammerern / Unsern lieben Neven / Oheimen und Churfürsten / zu der Ehr und Würde des Römischen Königlichen Nahmens und Gewalts erhoben / erhöhet und gesetzet worden / der Wir Uns auch GOTT zu Lob / dem Heiligen Reich zu Ehren / und der Christenheit / und Teutscher Nation / auch gemeines Nutzens willen / beladen / daß Wir Uns demnach auß gnädigem freyen Willen / mit denselben / Unsern lieben Neven / Oheimen / und Churfürsten / dieser nachfolgenden Articul / Geding und Pactsweiß vereiniget / vertragen / die angenommen / bewilliget und zugesagt haben / alles wissentlich / und in Krafft dieses Brieffs.

1. Zum ersten / daß Wir in Zeit / solcher Unser Königlichen Würden / Ampts und Regierung / die Christenheit / und den Stul zu Rom / auch Päpstliche Heiligkeit / und die Christliche Kirchen / als derselben Advocat / in guten Befehl / Schutz und Schirm haben / darzu insonderheit in dem Heil. Reich Frieden / Recht und Einigkeit pflantzen / auffrichten und verfügen sollen und wollen / daß die ihren gebührlichen Gang / dem Armen als dem Reichen / gewinnen und

haben/ auch gehalten/ und denselbigen Ordnungen/ auch Freyheiten/ und altem löblichen Herkommen nach gerichtet werden sollen. Gleichwol soviel diesen als auch den nachfolgenden Articul gegenwärtiger Obligation, anfahende/das sollen und wollen Wir/mit Ihr der Churfürsten/rc. belangende/ haben vorgemeldte Unsere liebe Oheim/ die weltliche Churfürsten/ sich außtrücklich gegen Uns erklärt/ was daselbsten von dem Stul zu Rom / auch der Päpstlichen Heiligkeit/ für Meldung geschicht/ daß Ihre Liebden darein nicht bewilligen/ noch Uns damit verbunden haben wollen.

2. Wir sollen und wollen auch sonderlich die vorgemeldte Gulden Bull/ den Frieden in Religion- und profan-Sachen/ auch den Land-frieden/sampt der Handhabung desselbigen/ so auff jüngst zu Augspurg im fünff und fünfftzigsten Jahr gehaltenen Reichstag auffgericht/ angenommen/ verabschiedet und verbessert worden/stät und fest halten/ handhaben / und darwider niemands beschweren/ oder andere auch beschweren lassen/ und die andere des Heil. Reichs Ordnungen und Gesetz/ so viel die dem obgemeldten angenommenen Reichs-Abschied im fünff und fünfftzigsten Jahr zu Augspurg auffgericht/nicht zuwider/ confirmiren/ erneueren/und wo Noht/ dieselbe mit Raht/ Unser und des Reichs Churfürsten/ Fürsten und anderer Stände/ bessern / wie das zu jederzeit des Reichs Gelegenheit erfordern wird.

3. Und in alle Weg sollen und wollen Wir die Teutsche Nation/das heilige Römische Reich/ und die Churfürsten/ als die vordersten Glieder desselben/ auch andere Fürsten/ Grafen/ Herren und Stände / bey ihren Hoheiten/ Würden/Rechten und Gerechtigkeiten/Macht und Gewalt/jeden nach seinem Stand und Wesen bleiben lassen/ ohn Unser und männiglichs Eintrag und Verhinderung/ und ihnen darzu ihre Regalia, und Obrigkeit / Freyheiten / Privilegien/ Pfandschafften und Gerechtigkeiten / auch Gebräuch und Gewonheiten/ so sie bißhero gehabt haben/ oder in Ubung gewesen seyn/ zu Wasser und zu Land/ in guter beständiger Form/ ohn alle Weigerung/ confirmiren / und bestätigen / sie auch darbey/ als erwöhlter Römischer König/ handhaben / schirmen / schützen/ doch männiglich an seinen Rechten unschädlich.

4. Wir lassen auch zu/daß die gedachten sechs Churfürsten je zu Zeiten/ nach Vermög der gulden Bulla und ihrer Gelegenheit/und des Heiligen Reichs und ihrer Nohtdurfft/ auch so sie beschwerlich Obliegen haben/ zusammen kommen mögen/ dasselbe zu bedencken und zu betrachten/ das Wir auch nicht verhindern noch irren/ und derhalb kein Ungnad oder Widerwillen gegen ihnen/ samptlich und sonderlich / schöpffen und empfahen / sondern uns in dem und andern der gulden Bull gemäß/ gnädiglich und unverweißlich haben sollen und wollen.

5. Wir sollen und wollen auch alle unziemliche hässige Bündnussen/ Verstrickung und Zusammenthun der Unterthanen/ des Adels und gemeinen

Volcks/

65. *Quo sensu personalis dicatur summa.*
66. *Sinoldi opinio.*
67. *Opinio Autoris, Imperium maius esse Imperatore.*
68. 69. *An ab Imperatore appellari possit ad Imperium?*
70. *Alterum argumentum contra maiestatem realem.*

71. *Responsio.*
72. *Tertium argumentum.*
73. *Responsio.*
74. 75. *An maiestas sit perpetua potestas?*
76. *Maiestas personalis apud nos quousque duret?*
77. *De duratione maiestatis realis.*
78. *De duratione Romani Imperii.*
79. *De duratione Regni Franciæ.*

1. IMperator maiestatem habet, de quo nemo dubitat, & Rex Romanorum, Imperatore vivente electus, maiestatem habet; R. A. zu Speyer de anno 1544. §. und damit/ *pag.* 298. R. A. zu Augspurg de anno 1548. §. von Gottes Gnaden/ *pag.* 331.) utriusque quoque consortes thori, prædicato maiestatis mactantur, & ipsum quoque Imperium maiestatem habere dicitur. Ita ne uno eodemque tempore, in eadem Republ. plures maiestates esse possunt? Vix affirmandum, si maiestas est summa potestas: plura enim summa, in uno eodemque ordine, uno eodemque tempore ac respectu, natura non admittit. Ut
2. clarum fiat, quid hic dicendum sit, maiestatis nomen, natura, definitio, atque divisiones ex usu & praxi declarari debent. Hoc thema, quoniam à politicis plerisque abstractivè tantum, & secundum theoriam, hactenus explicatum fuit, evenit, ut ipsorum traditiones, quæ in scholis pro veris habentur, usui &
3. praxi communi minus conveniant. Ante omnia autem sciendum est, apud nos, aliasque gentes, maiestatis nomine, proprie accepto, intelligi, vel potestatem aliquam egregiam, vel autoritatem, amplitudinem & honorem, ac digni-
4. tatem maiorem, & excellentiam, præstantiam, &c. Nomen nobis Germanis peregrinum est, & à Romanis communicatum, eadem tamen significatione, qua apud ipsos in usu fuit, licet nos restrictius eo utamur. Et quoniam, vel à magnitudine, ut Festus voluit, derivatur, vel quasi maior status dicitur, vocabulum ipsum innuit, maiestatem proprie illis tantum attribui, qui vel potestate, vel honore in majori statu sunt, quam reliqui, & inferioris ordinis homines.
5. Hoc sensu JCtus Imperio Prætoris maiestatem adscribit, (*l. jus pluribus penult. in fin. ff. de I. & I.*) atque etiam ipsi Prætori (*l. si familia* 9. *ff. de jurisdict.*) hoc est,
6. dignitatem & decorem, ut Ulpianus loquitur (*l.* 1. *in pr. ff. de postul.*) Adscribitur etiam Imperatori Principalis maiestas (*in l. Imperatorem* 91 *ff. de hered inst. l. famosi* 7. §. *hoc tamen* 3. *ff. ad L. Iul. maiestat.*) quam Imp. Theodosius & Valen-
7. tinianus Cæsar (*in l. digna.* 4. *C. de legib.*) maiestatem regnantis; Justinianus vero (*in l. si imperialis* 12. *in pr. &* §. 1. *in f. C. d. t. l. ult. C. de donat. inter vir. & uxor.*) Imperialem maiestatem nominat, & (*in proœmio institut.*) Imperatoriam
8. maiestatem. Est etiam in jure nota maiestas populi (*l. non dubito* 7. §. 1. *ff. de capt. & postlim. reverſ.*) quæ & maiestas publica dicitur (*l. lex duodecim.* 3. *ff. ad L. Iul. maiest.*) Attribuitur quoque maiestas ipsi Deo, (*l. non distinguemus.* 32. §. *sacerdotio* 4. *ff. de recept. qui arbitr.*) quæ (*in auth. Gazaros, C. de heret.*) æterna maiestas, (cæteræ temporales,) & (*in l ult. in pr. C. de feriis.*) maiestas altissima dicitur. Nec minus Romanæ rei scriptores elegantiores, maiestatis nomine

eodem

eodem sensu, quo JCti, usi sunt. Inter cæteros Livius (*lib.* 2.) non una vice 9.
Consuli maiestatem tribuit, & (*non procul à pr. d. lib.* 2.) ubi P. Valerium in su-
spicionem venisse affectati regni, narraverat, addit; Is, vocato ad concilium
populo, submissis fascibus in concionem adscendit. Gratum id multitudini
spectaculum fuit, submissa sibi esse Imperii insignia, confessionem factam,
populi, quam Consulis maiestatem, vimque maiorem esse. Et (*lib.* 6.) Senatui 10.
maiestatem adscribit, loco ad propositum nostrum, egregio. Ait autem, Senatui
Romano, destinatum in animo fuisse, Camillo submittere Imperium; nec quic-
quam de maiestate sua detractum credere, quod maiestati eius viri concessis-
sent. Sunt, qui hæc loca, exceptis, quæ de divina Imperatoris, & populi Ro- 11.
mani maiestate loquuntur, ad impropriam & abusivam significationem voca-
buli referant, persuasione ea ducti, quasi maiestas proprie alii non competat,
nisi illi, qui superiorem non recognoscit: Sed hoc est petere principium, &
nondum confirmata pro certis venditare. Mihi constat, JCtos, quorum re- 12.
sponsa in pandectis leguntur, fuisse proprietatis verborum religiosissimos ob-
servatores: (*Cuiac. ad l.* 8. *& seqq. ff. de excusat. tutor.*) & cum pro axiomate
tradiderint nostri, aliorum verba proprie intelligi debere, nisi expresse contra-
rium sit cautum, (*Gail. lib.* 2. *observ.* 136. *n.* 17.) sua quoque ita intelligi velle; ne-
mo dubitabit. Ideoque nisi absurdus, vel ineptus intellectus ex proprietate
resultet, semper pro hac præsumo (*arg. l.* 19. *ff. de LL.*) Absurdum autem, vel
ineptum non est, si dicamus, potestatem egregiam, & excellentiam honoris,
etiam in illis esse, qui supremi in potestate, & honoris excellentia non sunt.
Ut enim potestatis, ita etiam honoris gradus sunt, atque adeo maiestatis, ut alia 13.
sit minor, alia maior, alia maxima: vel, alia inferior, alia superior, alia suprema.
Et omnes isti gradus sub genere suo comprehenduntur, ut inferior maiestas non
minus maiestas sit, & dicatur, quam suprema: licet enim hæc maior illa sit, non
magis tamen maiestas est quam illa. Ubi vero ad speciem ventum, additur 14.
differentiæ causa, respectu eius, cui maiestas competit, vel titulus, ac nomen
subjecti, (ita dicitur maiestas Prætoris, Consulis, Imperatoris, populi, DEI.)
vel additur etiam gradus, ut maiestas summa, maiestas altissima, quo ipso in-
nuitur, esse & aliam maiestatem, quæ summa non est, nec altissima. Itaq; cum,
ut diximus, maiestas humana (divina transcendens est, & non nostri fori) duo
significet, duas quoque, & diversas definitiones, vel descriptiones admittit:
quantum una; *Maiestas est honor quidam eximius, illis competens, quibus lex vel* 15.
consuetudo eum attribuit. Altera; *Maiestas est eximia potestas, competens Reipublicæ* 16.
vel personæ, quæ illi præest in excellentiori aliquo munere vel officio. In Imperio Ro-
mano germanico, ut hodie mos & consuetudo ferunt, maiestas, sive pro hono- 17.
re, sive pro potestate accipiatur, attribuitur Imperatori, & Regi Rom. ut supra
docui ex Imperii recessibus. Quod quidem apud nostrates extra controver-
siam esse videtur; sed hoc nonnullis tantum placet, maiestatem Imperatoris
& Re-

& Regis Romanorum numero unam eandemque affirmare, (*Sinold. d. disp. 5.*
18. *thes. 3. lit. a.*) quod mihi non probatur. Etenim, si una eademque est majestas utriusque, sequitur, quod una, eademque utriusque sit potestas, unus idemque honor, quod manifesto falsum. Nam ordinarie, Imperatoris alia est potestas, nimirum actualis, ut supra diximus, alia Regis Romanorum ex parte dependens à commissione Imperatoris.
19. Quod si una esset, eademque in duobus, non potuisset caveri capitulatione, ne Rex Romanorum Imperatoris sublimitati, & dignitati manus admoveat, vel eum in eadem impediat, daß es der Kaiserl. Majest. an Ihrer Hoheit / und Würde des Kaiserthumbs / keine
20. Irrung/ noch Eintrag thun solle und wolle. Idem patet ex verbis, Ihrer Hoheit/ quæ demonstrant, illam Imperatori propriam esse, non vero communem
21. cum Rege pro indiviso. Si communis esset pro indiviso, necesse foret, ut ea Regi communicaretur, vel ab Imperatore, vel ab Electoribus: Quod autem Electores, majestatem, quam Imperatori jam antea dederunt, quaq; ille adhuc jure utitur, alteri communicare possint, absonum est, imo quod eam communicare Regi noluerint, satis ex articulo nostro patescit. Imperatorem verò majestatem suam Regi non communicasse, inde cognoscitur, quia, quod Imperator facit, suo, non communi facit nomine, nec permittit, ut Rex in actu secum tunc concurrat. Ubi exercitium majestatis Regi competit, ex speciali commissione id nanciscitur, sed ita exercet, ut duplicis majestatis nempe Imperatoriæ, & Regiæ, non autem unius, regulariter, mentionem faciat. Si una esset à potiori deberet nomen sortiri, & appellari tantum Imperatoria, quod
22. fieri non videmus. Porro, si una utrique esset majestas, non posset Rex Romanorum majestatem Imperatoris agnoscere pro aliena, & pro domina, aut pro superiore, nec posset esse successor mortui Imperatoris in potestate & ho-
23. nore, cuius jam, viventis fuisset socius pro indiviso. Ita scilicet planum evadit, uno dato inconveniente, sequi plura. Nam, ubi inconveniens illud primum placuit, nullam maiestatem esse, quam quæ superiorem non recognoscit, ad evitandum alterum, duas majestates summas in Imperio simul esse, Imperatoris & Regis, tertium insecutum est, nempe, utrique unam eandem-
24 que numero maiestatem adscribere. Quando primum in Germania cœperit, vernaculo sermone, ab Electoribus & Statibus Imperii, nomen Majestatis tribui Regi Romannorum vel Imperatori, vixerit qui dicat; hoc mihi videtur, ante Caroli V. ætatem parcius in usu fuisse, quam postea. Prioribus enim temporibus frequentior phrasis, Kaiserliche oder Königliche Gnaden / quam Kaiserliche oder Königliche Majestät; licet non negem, utramque in eodem contextu aliquando reperiri. Pro fundamento opinionis meæ varia literarum
25. documenta habeo, & didici à Lehemanno (*in chron. Spir. lib. 4. c. 10. pag. 300.*) Regem, vel Imperatorem, ubi Spiram olim appulit, his verbis à Consule civitatis salutatum fuisse, Gnädiger Herr/ sind Gott/ Uns/ und dem Volck zu Speier

Speier willkommen / wann Wir damit grosse Gnad und grossen Frieden hoffen zu empfahen. Quid adhuc sub Friderici III. imperio in usu fuerit, patet ex literis, quas circa annum M CCCC LXXIII. ad Imperatorem, hoc tenore scripsisse fertur Ernestus Dux Saxoniæ, Elector, (*apud Peccensteinium in theatro Saxonico part. 1. cap. 16. pag. 245.*) Allerdurchleuchtigster / Großmächtigster Kaiser / meine willige Gehorsame Dienste / seynd Euer Kaiserlichen Gnaden zu vorn bereit / Gnädiger lieber Herr. Der Edle / Wolgeborne / Er Günther / Graf zu Gleichen / Mein lieber Getreuer / ist in sonderlicher Zuneigung und Begierden / Eurer Gnaden / an Euerem Kaiserlichen Hoff zu dienen / und Mich gebetten / vor ihn an E. Kaiserl. Gnaden Vorbitt zu schreiben / darumb an E. Kaiserl. Majestät ich in gantzem Fleiß demütiglichen Bitte / Sie wollen genanten Grafen zu einem Diener gnädiglich aufnehmen / ihm an E. Kaiserl. Gnaden Dienste / gnädige Förderung / und Gunst / umb meiner willen erzeigen darmit Er meiner fleissigen Vorbitte genossen / empfinden möge / als Ich dann das / und aller Gnaden in Euer Kaiserl. Majestät ein ungezweiffeltes Vertrauen habe / und will umb Euer Kaiserl. Majestät. Ich allezeit gehorsamlich und gerne verdienen. 26.

Sic in ipsis Imperii actis, nempe in R. A. zu Augspurg / de anno M D. (§. und wir Christen / *pag. 65.*) Imperii Status Maximiliano I. tunc Romanorum Regi, tribuunt prædicatum der Königlichen Gnaden; sed postea eo ventum est, ut non solum à Statibus Imperii, Imperator maiestatis titulo semper salutatus fuerit, & salutetur, sed etiam ab exteris Regibus, atque Principibus sæpius, & fere communiter. 27.

Ita Rex Galliæ, in literis scriptis ad Imperat. Ferdinandum II. die XIII. April. anno M DC XX. (*que leguntur vol. 3. des memoires d' Estat pag 373.*) *le contentement que nous avons receu de l' assomption de vostre Maiesté à la dignité Imperiale.* & in aliis (*d. vol. 3. pag. 591.*) *estimans estre maintenant prés de vostre Maiesté*: ac iterum in aliis, datis die VII. Martii anno M DC XXVIII. (*Vide le Mercure Francois tom. 14. pag. 321.*) *doit assés faire croire à vostre Maiesté*: & in iisdem, *comme vostre Maieste le pourra iuger &c.* Quod, cum ab eo Rege fiat, qui inter cæteros primum obtinet locum, à reliquis non minus fieri coniectu facillimum est. 28.

Sigismundus I. Poloniæ Rex, literas (*vide Ioh. Pistor. in corp. histor. Polon. tom. 1. fol. 152.*) ad Carolum V. ita finit: facit Maiestas vestra rem, sua virtute, & nostra in se observantia dignam. A Dano autem, quoniam ut Dux Holsatiæ Imperii Status est, idem fieri debere, non ratio modo, sed & recens exemplum nos docet. 29.

Cum enim Rex Daniæ, in literis, quas credentiales appellare consuevimus, legato suo ad comitia, Ratisponæ anno M DC XLI. habita, datis, in vicem maiestatis, vocabulum dignitatis expressisset, an statt der Wort / Kaiserlicher Majestät und Ld. ut scribere solitus est, positum erat Kaiserlichen Würden (*vide tom. 4. theatri Europæi p. 445.*) audientia legato denegata ab Imperatore eo usque fuit, donec alias credentiales in forma consueta exhibuisset. 30.

Vt autē Imperator ab aliis 31.

maiestatis titulo compellari amat, ita aliis eundem, in imperii negotiis, & conventibus, attribui, ægre fert, & quandoque vetat: In actis comitiorum, de dicto anno MDCXLI. legimus, Imperatorem noluisse, ut in literis Statuũ ad Reges, Galliæ, aut Hispaniæ, prædicatum maiestatis exprimeretur, ne-
32. que coniunctim cum dignitate, neque separatim. Constat quoque ex actis comitiorum Ratisponensium anni M DC VIII. (*ut in addit. ad lib. 5. de jure public. cap. 9. num. 6. docui*) eum, qui Regem Daniæ maiestatis titulo in Senatu Principum mactarat, à directorio reprehensum fuisse, & denique admonitum severe, ne amplius inusitato hoc titulo inibi Daniæ Regem afficere perge-
33. ret. Porro, hodie etiam apud nos maiestatis titulus adscribitur Imperatrici, vel Reginæ Romanorum, eo tamen solo in sensu, quo dignitatis excellentiam notat; nam has ut radiis maritorum coruscantes (*Nov. 105. cap. in prin.*)
34. merito reveremur. Bohemi quoque, Regem suum maiestate mactant (*vide* Böhemische Landordnung / *quem edidit Germanico idiomate Petrus Sturba, & loca ex illa à me allegata de jure publico lib. 3. cap. 8. num. 38. & seqq.*) quod tamen ab Imperio non fit: ab illo enim, & eiusdem Statibus, non majestatis titulo, sed aliquando, titulo Königlicher Würde / salutatur. (R. A. zu Regenspurg
35. *anno* 1527. §. und als / *pag.* 177.) Re quidem conveniunt maiestas, & dignitas, sed apud nos nomine ita differunt, ut aliis attribuatur Würde / & Hoheit /
36. aliis Maiestät. Sic licet Imperium revera maiestatem habeat, tamen in lingua nostra, Recessus comitiorum, & alia acta publica nostro idiomate scripta, illi non nomen majestatis, sed Würde attribuunt. (R. A. zu Augspurg *de anno 1566.* §. diesem Unserm / *pag.* 554.) & Autorität (*d.* R. A. §. demnach / *pag.* 555.) ac Hoheit / (*Capitulat. Ferdinandi III. artic.* 46.) vel coniunctim, Autorität / Reputation und Hoheit (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1567. §. aber doch / *pag.* 589) In Gallia, titulus maiestatis, datur, non solum Regi, sed etiam
37. Reginæ, ac matri Regis, si cum Rege Galliæ in matrimonio fuit. Quamquam enim matri Regiæ aliquando denegare hunc titulum, in comitiis Aurelianensibus nonnullis visum fuit, id tamen magis potestatis intuitu, quam honoris factum coniicere licet. (*vide Loyseau des Seigneuries chap. 3. num. 62.*) O-
38. lim sobrie erga Regem hoc nomine usos fuisse Gallos, notat Estienne Pasquier (*és Recherches de la France livr. 6. chap. 3. fol. 300. b. edit. Parisiensis anno 1596.*) & si credimus à Loys de Mayerne Turquet (*en la monarchie aristodemocratique livr. 7. p. 448.*) tempus fuit, quo familiariter, Galli Regem alloquentes, dicebant, *vous Sire*, ac tituli, maiestatis usum, ibidem asserit, fere incognitum fuisse nationibus liberis, ante unam, vel alteram hominis ætatem. Verum
39. postea, tempore Henrici II. contagio ab Hispanis tracto, aulicis maioribus abusus nominis maiestatis ita excrevit, & huc usque viguit, ut non modo ad Regem ipsum verba facientes, sed etiam de illo, & eiusdem actionibus ad alios, dicatur

dicatur, *Sa Majesté a fait cecy, Sa Maiesté a fait cela, ayans quitté le masculin, pour faire tomber nostre Royaume en quenoville*; ut lepide inquit Stephanus Pasquierius (*d. l. & in recentiori editione eiusdem tractatus livr. 7. ch. 5. pag. 824. ubi hoc extensius rhythmis expressit ad Pibracium, quos recensui lib. 2. de iure publ. cap. 6. num. 11.*) Eundum abusum taxat Hottomannus, (*in Francogallia cap. 13. pag. m. 105.*) & 40
eum adeo vulgus occupasse, notat, sive Rex pila ludat, sive saltet, sive tripudiet, sive cum mulierculis garriat, & nugas agat denique, ut semper maiestatem Regiam nominet. Qua licentia eo ventum meis auribus audivi, ut dicere assueverint, *Sa Maiesté pisse, Sa Maiesté crache, Sa Maiesté chie*: quæ omnia naturæ opera sunt, non maiestatis. Vnde quadantenus Mayerne Turquet 41.
(*dicto loco*) (*Le tiltre de Maiesté proprement appartient à Dieu, & s'il doit estre communique aux Roys, c'est aux grands actes, & solennels, tenants leurs Estats, seants en leur lict de justice, ou autrement exerceans leur charges en qualité de Roys, & vrays lieutinants de Dieu en terre. Ou bien, se le Roy n'est aux lieux, ny és actes susdits, que ce soit en luy tenant propos de grands affaires, qui s'y traittent, & qui concernent son office Royal. Hors cela, c'est un tiltre orgueilleux & ambitieux à l'homme mortel &c.*) Titulus majestatis proprie DEO convenit, & si debet communicari Regibus, fieri hoc debet in actibus solemnioribus, ut in comitiis, vel curia augusta, aut quando exercent opera regia, tanquam reges, & veri vicarii DEI in terris: aut etiam extra illos actus, quando ad eosdem sermo dirigitur magnorum negotiorum causa, quæ ibi tractantur, & quæ concernunt officium regium. Præter hæc si usurpetur, erit titulus superbus, & ambitiosus, inter homines mortales. Notat etiam adhuc aliud vitium Balsac, 42.
(*en son Prince num. 62. pagin. 68.*) *que la flatterie donne de la maiesté à des souverains, qui auroient bien de la peine, à trouver leur Estat dans la Carte*) nempe adulationem adscribere maiestatem principibus supremis, qui vix ditiones suas in mappa mundi expressas esse ostendere possunt. Sed cui hoc vitium improperet, non satis perspicio, puto tamen, vitium non esse, si principi, qui superiorem non recognoscit maiestas adscribatur, licet obscuris latifundiis, & paucis imperet. Nam maiestas, non latifundiis, sed potestate æstimatur. Itali maiestatem in aliis agnoscunt, in se nullam, sed in eius vi- 43.
cem utuntur prædicato *Excellenza, Serenità, Altezza.* Cæterum, ut ad divisiones maiestatis nos accingamus, reiterandum est, quod supra docuimus, (1.) aliam esse maiestatem summam, aliam non summam. Quæ 44.
summa est, vel omni respectu talis habetur, aut certo tantum; unde evenire potest, ut summa sit, & dicatur respective, & respective summa non sit. Si maiestas humana cum divina conferatur, hæc revera, & semper summa est, humana autem summa non est, licet alio respectu politico summa

 esse

45 esse possit. Hoc sensu Loyseau (*d. tr. des Seigneuries chap. 3. num. 58.*) tradit;
que le tiltre de Maiesté est le plus haut & le plus auguste, qui iamais ait esté inven-
46. *té en ce monde, mesmement si haut, qu'il appartient proprement à Dieu. Aussi O-*
vide, au discours de ceste maiesté, adiouste:

> *Assidet illa Iovi, Iovis est fidissima custos,*
> *Et præstat sine vi sceptra tenenda Iovi:*
> *Venit & in terras.*

Et certes, il semble, que ce soit une entreprise, que font les Roys sur l'honneur de Dieu,
que de s'attribuer ce tiltre.) quod titulus maiestatis sit summus, & augustissi-
mus omnium, qui unquam fuerunt inventi, atque adeo summus, ut proprie
tantum DEO conveniat. Quomodo etiam Ovidius, ubi de hac maiestate
agit, subnectit: (*Fastor. lib. 5. vers. 45.*)

> *Assidet &c.*

Et sane videntur Reges, attribuendo sibi hunc titulum, ad honorem divi-
47 num adspirare. Eiusdem ferme opinionis fuit Turquet, ut paulo ante au-
divimus. Porro, ubi maiestas politica cum aliis politicis confertur, summa
iterum, certo respectu, illa dici potest, quæ alio respectu summa non est,
sed aliam supra se habet, & esse agnoscit. Hoc in maiestate personali verum
apparet, quæ summa esse potest, respectu singulorum, qui sub illa sunt, sed
respectu universitatis summa non est, & realem maiestatem habet superio-
rem. Ita potest quis dignitate summus esse, qui potestate summus non est.
Et potest domi, respectu suorum, summus esse, potestate & dignitate, qui
respectu aliorum, & alibi, summus non est. Huius assertionis exemplum
Proculus (*in l. non dubito 7. §. 1. ff. de captiv. & postlim. revers.*) nobis suppedi-
tat quando ait; liber populus est is, qui nullius alterius populi potestati est
subjectus, sive is fœderatus est (sive fœderatus non est) item, sive æquo fœde-
re in amicitiam venit, sive fœdere comprehensum est ut is populus alterius
populi maiestatem comiter conservaret; hoc enim adiicitur, ut intelligatur
alterum populum superiorem esse, non ut intelligatur alterum non esse libe-
48 rum. (2.) Maiestas alia est personalis alia realis. Personalis ideo dicitur,
quia certæ personæ competit, & à reali distinguitur, non, quasi realis non sit,
hoc est, re ipsa non existat, sed ficta & imaginaria sit; verum ideo, ut in-
49. telligamus, eam hoc modo personæ adhærere, ut adiunctum subiecto. Re-
alis altera illa dicitur, quæ Reipublicæ adhæret, hoc est, universitati, quæ
non nisi ficte personæ nomen induere potest, ex personis tamen constat.
Hanc realem maiestatem, quælibet Respublica libera, vel populus liber,
50. obtinet, qui ea salva, vi eiusdem alteri maiestatem personalem concedit,
eo cum gradu potentiæ, quem vult concedere. Liberum dixi populum; nam
si liber non est, maiestatem realem, quæ summa est, non habet, ac proinde
sibi caput eligere non potest, nec quicquam dignitatis, ac potentiæ in alium
conferre,

conferre, cum ipse, neque dignitatem, neque potestatem ullam civilem habeat, sed instar servi sit, à quo dominus, neque dignitatem, neque potestatem ullam accipit, sed quam jure proprio, & suo habet, in illum exercet. Deinde, populus, qui liber est, & reali majestate præditus, si libertatem, ac majestatem suam salvam vult, quam velle semper præsumitur, eligendo vel constituendo sibi caput, atque eidem concedendo dignitatem & potestatem personalem, nunquam sua se abdicat maiestate, vel exercitio eiusdem, sed format, informat, ac reformat maiestatem personalem, prout Reipublicæ optimum esse videtur. Inde, quæcunque, maiestate personali condecoratus, agit, non suo pro arbitrio, nec suo jure proprio agit, sed tanquam minister administratorio nomine & jure. Hoc, salva maiestate reali, fieri potest ut administratori suo exercitium maiestatis liberius concedat, si velit, adeoque non omni in actu simul cum eo manus admoveat, nec quolibet in negotio velit comitialia vota intervenire. In Imperio nostro constat, Imperatori aliam potestatem, vel maiestatem, non competere, quam qualem, ubi electus, nomine majestatis realis accepit. Vnde pro norma actionum suarum capitulatio illi præscribitur, ex qua innotescit, quid solus, & quomodo, quid cum consilio, & consensu Electorum, quidve cum consilio & assensu omnium Imperii Statuum, peragere debeat. Sed, ne in vanum laboremus, firmanda erit nostra distinctio, & satisfaciendum illis, qui realem maiestatem non admittunt; quamquam videntur media in luce cæcutire, & ne quidem ab effectu causam velle agnoscere, occæcati potissimum ea doctrina, quamlibet maiestatem esse summam potestatem. Majestatem realem populi Romani, quam habuit etiam tunc, quando Imperatorum potestas erat permagna, probat, *d. l. non dubito 7. §. 1. ff. de capt. & postl. reverss. §. 3. Instit. de public. judic.* nec enim hi textus, ut alii volunt, loquuntur de eo tempore, ubi populus nondum potestatem suam in principem contulerat, sed de eo tempore, quod translationem, hoc est, communicationem & collationem (*vide me de iure publ. lib. 1. c. 12. n. 92. & seqq.*) secutum fuit. (*d. cap. 12. 103. n. & seqq.*) Imperii nostri maiestatem realem, hoc est, potestatem & dignitatem Statuum universorum, satis innuunt phrases, locutiones illæ, quibus recessus Imperi abundant, ubi Imperatoris, & Imperii dignitas, vel autoritas, atque potestas coniunguntur. Scilicet, quando legimus, Unsere (die Kaiserliche) und des Reichs autorität: (*d.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1566 §. demnach / *p. 555. & seqq. in pr.*) des Kaisers und des Reichs autorität / reputation und Hoheit (R. A. zu Regenspurg *anno* 1567. §. aber doch / *pag. 589.*) des Kaisers / und des Reichs frey gestrack Sicherheit und Geleit / (Kaiser Ferdinandi Müntzordnung *de anno* 1559. *in Codice recessuum Imperij pag. 543.* §. damit auch.) Kaiserliche und des Reichs Acht (R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. §. damit auch / *p. 321.*) des Kaisers und des Reichs

51.

52.

53.

54.

schwere Ungnade / (R. A. zu Speier *de anno* 1542. §. hierum / *p.* 277.) des Kaisers und des Heil. Reichs Beschluß / (R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. §. damit dann *p.* 528.) ein gemeiner Reichs-Beschluß / des Kaisers und aller Stände Abschied / (Abschied des Deputation-tags zu Franckfurt / *anno* 1571. §. dieweil wir / *pag.* 647.) des Kaisers und des Heiligen Reichs Landfrieden / (R. A. zu Speier *de anno* 1542. §. hierumb / *pag.* 277. R. A. zu Augspurg *de* 1566. §. diesem unserm / *pag.* 554) des Kaisers und des Heiligen Reichs constitutionen und Satzungen / (*d.* R. A. §. demnach / *pag.* 556. *in princ.*) Gnaden / Privilegien / und Rechten / so die Stände von dem Kaiser / und dem Heiligen Reich haben / (Ordnung des Landfriedens zu Wormbs *anno* 1521. *tit.* Handhabung des Friedens / §. darauff / *pag.* 131.) des Kaisers und des Heiligen Reichs Cammergericht / (Ordnung des Cammergerichts zu Wormbs *anno* 1495. *in pr. pag.* 19.) des Kaisers / und des Reichs Matricul / (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. §. wann auch / *pag.* 668.) des Kaisers und des Reichs Adler / mit zweyen Köpffen / (*d.* Kaisers Ferdinandi Müntzordnung / §. wie aber / *pag.* 534.) der Kaiser für sich selbst / auch im Namen der Stände bearbeitet sich / R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. §. dieweil auch / *pag.* 319.) des Kaisers und des Heiligen Reichs Churfürsten / Fürsten und Stände / (*d.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. § diese / *pag.* 554.) des Kaisers / und des Reichs Stände / (Kaiser Maximilianus Mandat wegen der Müntz *de anno* 1571. §. dieweil dann dasselbig / *in codice recessuum Imperii pag.* 653.) des Kaisers und des Reichs Freye und des Reichs Stätte / (R. A. zu Augspurg *de an.* 1559. §. nach dem sich / *p.* 524.) des Kaisers / und des Reichs Unterthanen / (R. A. zu Speier *an.* 1542. §. hierumb / *p.* 277.) des Kaisers / und des Reichs liebe getreue / (R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542. *in pr. pag.* 283.) & consimiles locutiones aliæ; præsertim illæ, quæ, omisso Imperatoris nomine, Imperio potestatem & dignitatem attribuunt. Ita legimus, des Heiligen Reichs Stände und Unterthanen / (in der Ordnung des Landfriedens zu Wormbs auffgericht *anno* 1521. *tit.* Handhabung des Friedens / §. wann aber / *pag.* 131.) vel quæ innuunt, Imperatorem Imperii administratorem esse cum
55. limitata potestate. Vnde recte Maximilianus I. (*Bodino de Repub. lib.* 2. *cap.* 6. *pagin.* 361. *referente*) dixit, Imperii maiestatem in ipsis Ordinibus inesse; sive id ad excludendam Pontificiam coronationem accipiamus (cum Reinkingio *de regimin. secular. & ecclesiastic. lib.* 1. *class.* 2. *cap.* 2. *num.* 191.) sive generaliter. Non enim solum verum est, ipso electionis iure, sine Pontificis facto, & autoritate, majestatis jura, quæ vacante Imperio non penes Pontificem, sed vicarios, & Ordines resederunt, in Imperatorem trans-
56. ferri; sed etiam illud non falsum, maiestatis jura ita ab Imperio in Imperatorem conferri, ut Imperio sua semper salva maneat maiestas, nec personalis maiestatis exercitium quicquam reali maiestati detrahat, sed ut filia depen-

dependeat à matre, vel, ut administratrix, ab ea', à qua administrationem accepit. Scilicet, maiestas apud omnes Imperii Ordines, & Imperium est, sive Imperator vivat, sive mortuus sit; adeo, ut eo vivo, etiam alii adhuc maiestatem conferre possit, si id Reipublicæ expediat: quod fieri videmus, si vivente Cæsare, Rex Roman. eligitur; aut datam, vi maiestatis realis suæ, revocare, aut si revocandi causam non habet, in exercitio maiestatis in nonnullis concurrere, in nonnullis habenas laxare, in aliis contrahere, atque tanquam à se dependentem regere & dirigere, non minus sed magis quam maiestas personalis singulos Imperii subditos regit, atque dirigit. Qui negant realem maje- 57.
statem dari, ita ratiocinantur: Maiestas est summa potestas: Duo autem summa in uno eodemque ordine dari, est impossibile. Esse autem maiestatem, summam potestatem, recentiores nonnulli ex philosophis (qui Bodinum falsi arguunt quod affirmarit ante se, nec philosophorum, nec ICtorum, quempiã definisse maiestatem) probare nituntur ex Aristotele, quem pro oraculo colunt. Adducunt (*ex eiusdem lib. polit. 3. c. 4.*) τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως πανταχοῦ κύριον. 58.
quod Balthasar Cellarius (*in politica sua succincta disp. 10. th. 4.*) latine reddit, maiestas est in civitate ubique summa potestas. Et iterum, (*ex eod. Arist. lib. c. 5.*) πολίτευμα ἐστὶ τῆς πόλεως, κύριον, maiestas est in civitate summa potestas. Nec juvare Bodinum, aut huic interpretationi adversari, scribit, quẽ modo 59.
laudavi, Cellarius (*th 6.*) quod Aristoteles (*d. lib. 3. c. 4.*) πολίτευμα esse πολιτείαν, & (*c. 5.*) πολίτευμα & πολιτείαν, idem significare dicit, cum tamen maiestas nec sit idem cum Republica; nec cum eadem significet. Dupliciter enim, (*ita habet th. 7.*) aliquid dici potest idem cum aliquo esse, idemque significare; *primo*, ut sint duo, vel plura nomina diversa, idem tamen prorsus significantia, cujusmodi sunt λώπιον καὶ ἱμάτιον (i. e. indumentum & vestimentum,) gladius & ensis, quæ ab Aristotele (*Topic. 7.*) τὸ ταυτὸν ἀριθμῷ, seu idem numero propriè & primum dicuntur. *Secundo*, ut ut sint duo, vel plura nomina, non quidem identicam significationem habentia, idem tamen in re significantia; quomodo idem sunt, & significant, homo, & rationale; homo, & grammaticæ capax. Priori modo, maiestas & Respub. idem non sunt, nec idem significant: posteriori vero modo idem sunt, idemque significant. Maiestas enim, e. g. penes unum, in re idem est ac monarchia; maiestas penes paucos optimates, idem est ac aristocratia. Qua proinde ratione se habent, majestas penes, unum & maiestas penes optimates, ad monarchiam, & aristocratiam, eadem se habet πολίτευμα, seu maiestas, ad πολιτείαν seu Rempub. Nolim quidem ego Bodini 60.
patrocinium hic suscipere, aut Aristotelis industriam in dubium vocare; novi tamen, versionem Latinam, quam una cum Græco textu Aristotelis, Heinsius, elapsis annis, cum additione paraphraseos suæ, in lucem redire fecit, cum Cellarii explicatione non omnino convenire. Ita autem vulgata illa versio (*in initio d. cap. 4.*) sonat; Videndum, utrum una statuenda sit Resp.
an-

an plures, quæ & quot, & earum quæ sint discrimina. Est autem Respublica, civitatis ordo, cum in aliis magistratibus, tum in eo maxime, qui omnium est princeps. Nam ordo civitatis est ubique eius princeps, ordo autem est Respublica. Paraphrasis Heinsii hoc loco ita sonat: sequitur ut videamus, sitne una tantum Reipublicæ constituendæ forma, an plures. Et si plures, quænam illæ sint, quod item, quæ sint item singularum differentiæ. Est autem proprie Respublica, ordo civitatis, atq; magistratuum, in primis tamen eius, penes quem suprema est potestas. Potestas autem summa, penes eam partem semper est in civitate, quæ potissimam in civitate autoritatem habet, quæque plurimum in ea potest. Et iterum vulgaris versio: (*in pr. c.* 5.) Quoniam autẽ Respublica quidem, & administratio publica idem valent, publica autem administratio civitatum est principis, necesse est, principem esse vel unum, vel paucos, vel multos. Hoc Paraphrastes Batavus, ita extendit: Porro observandum est, Rempublicam, & id quod summum dicitur imperium, hoc loco pro eodem accipi. Summum enim hic imperium, supremam civitatis nuncupamus potestatem, quæ interdum penes unum, aliquando penes pau-
61. cos, aliquando autem penes plures esse solet. Si hæc inter se conferuntur, manifestum evadit, vocabulum πολίτευμα, Cellario significare maiestatem; in versione vulgari accipi pro ordine civitatis, vel administratione publica; apud Paraphrastem, autem, tantum valere, quantum potestas summa, vel summum imperinm. Tertius cum primo, significationem vocabuli quod attinet, convenit; an autem uterque proprietatem vocis, an vero melius eam interpres assecutus fuerit, linguæ Græcæ peritioribus diiudicandum relinquo.
62. Hoc pro certo habeo, Cellarium textum extendere. Dato enim, politeuma significare maiestatem, verborum (*ex cap.* 4.) allegatorum, κύριον μὲν γὰρ πανταχοῦ τὸ πολίτευμα τῆς πόλεως, sensus erit: Et enim præcipuũ ubique est politeuma civitatis. Huius in vicem ille exhibet: Maiestas est in civitate ubique summa potestas; cnm potius, ad sensum suum, dicere debuisset, maiestas civitatis ubique summum est. Eadem quoque licentia utitur, in explicandis verbis (*c.* 5.) πολίτευμα ἐστὶ τὸ κύριον τῶν πόλεων, quod idem, ac si dicas, politeuma est præcipuum civitatum; ipse vero vertit, maiestas est in civitate summa potestas; cum suo sensu dicere debuisset, maiestas est summũ in civitatibus. Nolo his diutius inhærere, confidenter tamen dicam, si Aristoteles maiestatem appellavit summam potestatem, nec aliam potestatem maiestatis nomen mereri voluit, quam illam potestatem, quæ summa est, hoc est, omnem maiestatem summam esse dixit, locutus fuit more Græco, qui mos, nec Romanis nec Germanis, necessitatem parendi in lingua vernacula imponere potuit. Vnde, si de usu Romanorum, aut hodierno Germanorum, quæstio oriatur, quid fuerit apud illos maiestas, quidque sit apud hos, in congrue respondebitur, fuisse apud Græcos summam potestatem; nam hoc in quæstionem non fuit

fuit deductum. Ad alterum argumenti membrum respondeo, duo summa, 63.
simul & semel, atque eodem respectu, in una republica dari non posse, sed diverso respectu posse; quod exemplo Consilii aulici, & Judicii Cameralis probatur, quorum utrumque summum in Imperio tribunal dicitur. Hoc quidem in R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. §. und damit Unser *p.* 203. Illud vero à Matthia Imperatore im Concept der newen Hofraths-Ordnung *de anno* 1614. *tit.* 1. §. Jedoch ist Unser / (*apud Lehemann. lib.* 1. in Reichshändlen von Religions-frieden *cap.* 38. *pag.* 158.). Quando in Republica majestas realis dicitur 64
summa, & majestas personalis etiam summa, diverso id fit respectu: nam, si maiestates illæ inter se una ad aliam examinantur, realis sola summa est, & personalis ab illa dependet. Est nonnemo, qui diversitatem inter utramque ita explicat, ut maiestas realis summa dicatur, in ordine fundandi rempublicam, personalis autem summa, in ordine regendi. Mihi videtur, realem summam esse respectu potestatis, & dignitatis, qua ante Imperatorem est, utpote, cuius beneficio Imperator est, & cuius ex collatione potestatem habet, quam exercet; cum illa, proprio jure, & vi libertatis suæ, majestatem habeat, atque exerceat. Personalem autem summam esse arbitror, si cum sin- 65.
gulis reipublicæ membris, ordinibus, & magistratibus conferatur. Ut enim universitas in Imperatorem potestatem suam exercere potest; ita Imperator suam in singulos de universitate. Imperium ante Imperatorem esse, ac Imperatorem minorem esse Imperio toto, docui de Jure publico (*lib.* 1. *c.* 12. *n.* 20. *& seqq.*) ideoque, ne crambem bis coctam apponam, eo benevolum lectorem remissum volo. Video autem Sinoldum (*de re Romana disput.* 3. *thes.* 5. 66.
lit. B.) excipere à regula, ipsum regni regimen, in quo omnino superiorem toto regno esse Principem, asserit. Ut enim Ulpianus (*in l.* 1. §. 1. *à quibus appell. non liceat.*) stultum esse ait, illud admonere, à Principe appellare fas non esse, cum ipse sit qui provocatur; ita sibi Sinoldus in genere persuadet, falso credi, legitimæ administrationis acta ab alio, quam à Principe pendere, firmari, aut everti posse. Contrarium tamen, quod regimen & administrationem Imperii nostri attinet, mihi placet. Licet enim Imperator in eo ca- 67.
put sit, atque ita membrum totius, in exteriori forma supremum, anima tamen, quæ maiestas realis, excellentior capite, tanquam totum, atque adeo ipsum caput, movens, regens, informans. Caput externe corporis reliqua membra regere videtur, sed internum est, quod regit ipsum caput. Ita Rector universitatis membrum est præcipuum universitatis (quod reliqua regit) respectu singulorum, sed respectu totius corporis, est membrum, quod regit, motu non proprio, sed alieno, itaque inferius movente. Certe, rationi non convenit, eum, qui administrationis sibi commissæ rationem reddere debet, superiorem dicere eo, cui illam reddere debet. Habet Imperator ab Imperio facultatem administrandi, non liberam, sed limitatam, quos intra

limites sise contineat, virtute sacri Imperii administrat, ut loquitur aureæ bul-
læ conditor (*cap.* 2. § 5.) non sua propria. At, cuius virtute actus perficitur,
plus ad perfectionem actus confert, quam ille, qui virtuti alterius suam ad-
jicit operam, & instrumentum quasi est, per quod virtus aliena operatur.
Pendent ergo legitimæ administrationis acta, ab Imperatore, secundum quid,
non omnimodo; firmantur ab eo certo respectu, non absolutè; everti autem
ab eodem nullo modo possunt, quia eam potestatem à virtute Imperii na-
68. ctus non est. An ab Imperatore ad Imperium appellari possit, non ex jure
antiquo Romano principaliter decidendum est, sed ex jure Imperii nostri.
Populus Romanus suum Imperium, & potestatem, Imperatori potuit con-
ferre, vel privative, vel cumulativè, & vel totum, vel partem eius, prout vo-
luit, tamquam arbiter rei suæ: Populus Germanus, non minus ex libertatis
suæ jure, Imperatori, quem sibi eligit, suum Imperium, & potestatem con-
ferre potest, prout libitum. Si itaque populus Romanus voluit, ut ab Im-
peratore ad se non daretur provocatio, merito Imperator non permisit à se
appellari. An verò idem Imperatori nostro ab Imperio concessum sit, non
extra dubium est, plane ut decisione in comitiis generalibus hic opus esse
videatur. Novimus, non solum ex Imperii Principum classe nonnullos ab
Imperatore ad universos Imperii Status provocasse, (*vide Iuris mei publici
libr.* 2. *cap.* 9. *num.* 111.) verum etiam percepimus, non ita pridem Electorem
Coloniensem, in causa Ludovicæ Julianæ, Comitissæ à Sayn, provocasse à
Cæsare male informato ad melius informandum, vel ad Principes Electores:
ut & paucos ante annos, Electorem Trevirensem provocasse à Cæsare & E-
lectoribus malè informatis, ad priorem suum judicem, seu totum etiam Ro-
manum Imperium, & Status omnes eiusdem impartiales. Illud quoque
nos clam non est, eiusmodi appellationes non fuisse ab Imperatore, & eius
consilio aulico admissas, ac Notarium, qui instrumentum appellationis Ele-
ctoris Coloniensis confecerat, suspensione officii mulctatum fuisse. At verò,
69 si eadem, hoc in potestatis articulo, conditio nostri Imperatoris est, quæ fuit
antiquorum apud Romanos, non inde tamen inferre licebit, Imperatoris
maiestatem, hoc est, potestatem, esse supra maiestatem Imperii, nam nec ab
Imperio ad Imperatorem provocare licet. Imperator apud Romanos judi-
cem dare potuit, ea clausula, ne liceret ab eo provocare, (*l.* 1. §. *ultimo ff.
dict. tit. à quibus appellare non liceat.*) nec tamen inde iste judex potestatem ma-
jorem, vel superiorem nactus est, ipsius Imperatoris potestate. Ita, si Sta-
tus Imperii Imperatori concesserunt hanc prærogativam, ne liceat ab eo ap-
pellari, non inde Imperatoris maiestas supra Imperii maiestatem collocata
fuit. Aut, si in hoc superior maiestas Imperii facta fuisset, ab uno tantum
articulo, ad omnes qui administrationis sunt, non liceret inferre, quasi in
tota

tota administratione superior facta fuisset. Aliud plane capitulationes docent, & frustra Sinoldus ad Reinkingium (*lib.* 1. *de regim. secul. claß.* 5. *cap.* 9.) lectorem suum remittit. Ei enim ex his nostris, & quæ de jure publico (*lib.* 1. *cap.* 10. *à num.* 46. *usque ad fin. nec non dict. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 25. *& seqq.*) annotavimus, satisfieri potest. Altera catapulta, quæ adversus distinctionem maiestatis dirigitur, est; maiestas realis dicitur impropria, cum proprie maiestas sit in re animata. Si impropria est, ergo maiestas non est. Sicut enim Herodes, qui impropriè est vulpes, non est vulpes, & DEUS, qui impropriè habet brachium, non habet brachium; ita & realis maiestas, impropriè talis, non est maiestas. Sed hæc, non tam distinctionem ferit, quam illos, qui maiestatem realem non recte descripserunt. Ea vera est maiestas, quoniam vera est potestas, & excellentia, ut supra vidimus; & falsum quoque est, eam rei inanimatæ esse, cum singulorum statuum personæ inanimatæ non sint, ex quibus universitas, dum coëunt, componitur. Universum quidem animam non habet particularem, sed universi habent plurimas, quibus conjunctim competit illa majestas, quæ realis dicitur. Tertio loco collocari debet, quod Cellarius (*dict. disputat. thes.* 20.) urget. Inquit ille, si maiestas realis superior est personali, non potest esse maiestas: maiestas enim est summa potestas; summa autem non est, quæ est superior. Nos contra dicimus, quod quædam, sed non omnis maiestas, summa sit. Deinde hic nodus in scirpo quæritur, & logomachia certatur, contra monitum Jurisconsulti (*in l. penult. ff. ad exhibend.*) ubi respondit, non oportere verba captare, sed qua mente quid dicitur animadvertere convenire. Maiestas realis, superior dicitur, respectu inferioris, & eadem suprema est, quoniam supra se aliam non habet. Imperator diversimodè consideratus, aliquando dicitur das Haupt/ (Reichs Abschied zu Wormbs *de anno* 1545. §. also / *pag.* 310.) aliquando das Oberhaupt/ (Reichs Abschied zu Augspurg *de anno* 1566. §. und nach dem/*p.* 555.) aliquando das oberste Haupt / (Reichs Abschied zu Speier *de anno* 1529. §. und anfänglich/*pag.* 182.) Denique multi cum Bodino arbitrantur, maiestatem esse perpetuam potestatem, non temporalem, atque perpetuitatem illam adeo propriam maiestati esse, ut sine illa maiestas dici nequeat. Rectius autem mihi sentire videtur Grotius (*de jure belli & pacis lib.* 1. *cap.* 3. *num.* 11.) quando ait: Neque enim illis assentio, qui Dictatori negant fuisse summum imperium, quia perpetuum non erat: nam rerum mortalium natura ex operationibus cognoscitur, quare, quæ facultates eosdem effectus habent, eodem nomine nuncupandæ sunt. At Dictator intra tempus suum omnes actus eodem jure exercet, quo Rex, qui est optimo jure, neque eius actus ab alio reddi irritus potest. Duratio autem naturam rei non immutat, quamquam si de dignitate quæritur, quæ maiestas dici solet, dubium non est, quin ea

70 71 72 73 74 75

maior sit in eo, cui jus perpetuum datum est, quam cui temporarium, quia ad dignitatem facit habendi modus. Rem, aut ad juris civilis normam, aut ad singulorum regnorum, vel rerumpubl. consuetudinem revocamus, aut ad ipsam naturam sublunarium. Ex jure civili patet, majestatem etiam illis fuisse attributam, quorum potestas non fuit per plurimos annos durabilis; ut Consulis, & Prætoris. Hoc itaque jure, si maiestatem attributam dicamus personæ, respectu officii, ut dicendum omnino est, maiestas Consularis, & Prætoria, persona exigui quidem fuit temporis, sed officii, hoc est, Consulatus & Præturæ, vel tam diu duravit, quam diu illa officia in Republica Romana in usu esse perstiterunt, vel quousque Reipublicæ placuit maiestatem his officiis attribuere. Singulorum regnorum, vel Rerumpublicarum consuetudines examinare nimis foret molestum; sufficiat de Imperio nostro, & Gallorum Regno, pauca exponere.

76 Apud nos maiestas personalis regulariter perpetuatur usque ad terminum vitæ Imperatoris, Regis Romanorum, Imperatricis, & Reginæ. Regulariter dico, nam ad exceptionem refero casum, quando Imperator, vel Rex deponitur, vel sponte cedit Imperio, titulis, & honore: ac quando Imperatrix, vel Regina, propter delictum, privatur consortio conjugali mariti, vel post mortem mariti, (casu quo non fuit vivente marito in Imperatricem vel Reginam coronata,) ad secunda, & inæqualia nimium conditioni suæ, vota se confert &c. In Gallia ferè idem obtinet. Quod si itaque perpetuum illud dicamus, quod usque ad finem hominis durare potest, hodie, apud nos, & Gallos maiestas personalis nulla est, quæ non sit perpetua; At si perpetuum pro perenni, & nunquam perituro, usque ad finem universi, accipimus, de qualibet maiestate Plautinum illud, (*Cistellar. act. 1. c. 3. vers. 46.*) intelligi debet;

Vt sunt humana, nihil est perpetuum datum:

exceptis solum illis, quæ voluntate divina perpetua futura sunt, vel ex his, quæ nunc sunt, vel ex illis, quæ ante finem mundi orientur, & ad eum usque continuabunt.

77. Quantum reales illas, quæ hodie sunt, attinet, cunctarum, ut credo, gentium voto, quælibet æterna est, sed quæ fato æterna futura sit, dies docebit.

78. Romani Imperii perennitatem multi sibi imaginantur, ducti prophetia Danielis, (*vide me de jure publ. lib. 1. cap. 4. num. 7.*) alii autem aliter sentiunt: DEO ego arbitrium relinquo.

79. Interibi autem admiror Hugonis de l'Estre, Advocati Regii Generalis in parlamento, perquam licentiosum dogma, quo Regno Galliæ, non æternitatem modo, sed & dominatum in cuncta orbis Imperia, adsignare ausus fuit. Ait ille; (*ut legere est tom. 5. des memoires de la Ligue pag. 18.*) (*Ie veux faire toucher au doigt, & à l'œil, à tous, que non seulement cest Estat* (*le Royaume de France*) *n'est pas à son dernier souspir, & au dernier de ses jours; mais qu'il est prest de raieunir, se reparer, & renou-*

renouveller en ses mesmes parties, & formes integrantes, & integrales, que dient les Philosophes, pour se conserver jusqu' au dernier advenement de Iesus Christ, dernier aage du monde, & consommation du siecle; auquel il se representera seul, & unique, & fera comparoir tous les antres autres Empires reduits en provinces sous luy, & comme reunis en son bercail & pourpris, puis qu' il est predit, que fils de Dieu venant, il ne se trouvera qu' une Monarchie, comme presque à sa premiere descente il n' y en avoit autre que celle des Romains.) Palam faciam omnibus, quod non solum Regnum Franciæ non est in agone, sed in actu renovationis virium, & redintegrationis formarum integrantium, & integralium, ut loquuntur Philosophi, ac studio se conservandi usque ad extremum adventum Jesu Christi, & consummationem seculi, ubi apparebit unicum & solum in summa potestate, & adducet secum omnia reliqua, quæ antea fuerunt, Imperia, redacta sub suum arbitrium; quoniam prædictum est, quando filius DEI veniet, non nisi unam Monarchiam superfuturam, quemadmodum ad primum illius adventum fere non nisi una sola erat Romanorum.

Die Zeit ihres Lebens.

In decreto electionis Ferdinandi I. in Regem Romanorum (*apud Goldast. part. 2.* der Reichs-satzungen *pag. 232. § 19.*) Carolo V. similiter ab Electoribus consultum, Es soll Euer Kaiserl. Majestät Würden, Hoheit/ und Gewalt/ durch diese Unsere Wahl nicht geringert/ oder verletzt seyn. Et in dem Bescheid und Resolution Kaiser Rudolphi de anno M. DC. XI. xxv. Novemb. (*apud Goldast. d. part. 2. p. 358.*) legimus, Electores hac conditione Regem Romanorum eligere voluisse, daß Ihrer Kaiserl. Majestät die Zeit ihres Lebens/ ohn ihr selbst nachgeben/ und so lang sie dem Kaiserthumb selbst vorstehen wolten/ nichts entzogen/ deroselben ihre Ehr/ Titul und Administration verbleiben/ durch solchen erwehlten Successorn am Kaiserthumb auch nichts anders / an gemeinen Nohtwendigkeiten des Reichs / als was Ihrer Majestät beliebte/ gehandelt und verrichtet werden solle.

AD ARTICULUM XXXIII.

Convenit cum Maximiliani articulo decimo sexto.

Handhabung derselben.

Cum à Rudolpho executio sententiæ, latæ contra civitatem Donovverdam, Bavariæ Duci mandata fuisset, nonnullis ex Statibus Evangelicis visum fuit, id ordinationi, quæ de executione disponit, non convenisse, cum Donavverda non in circulo Bavarico, sed Suevico sita esset. Postquam vero eius rei causa literas ad Cæsarem die xx. Maii anno M.DC.VII. dedissent, re-

Hoc bellum Westphaliam, & alias Imperii provincias finitimas, male afflixit. Es hat das Niederländische Kriegs-wesen die benachbarte Lande/ Ständ und Unterthanen/ im Westphalischen/ und andern anstossenden Craisen/ unangesehen sie mit solchen Kriegs-händeln nichts zu schaffen/ gleichwol in viel Wege mit gewaltigen Außfällen/ plündern/ fahen/ und andern Thathandlungen (gleich wann es Feind wären) etlich Jahr hero unauffhörlich beträngt und beschwert/ (R. A. zu Augspurg de anno 1582. §. aber was/ *pag. 698.* R. A. zu Regenspurg de anno 1594. §. und dieweil/ *pag. 913.*) Non solum Hispani, sed etiam Status Uniti, durante hoc bello, varia loca ad Imperium pertinentia occuparunt, & nova ibidem extruxerunt fortalitia, magno Imperii damno. (R. A. de anno 1594. §. darauff dann / *p. 716.*) und haben immerdar und unauffhörlich mit höchstverderblichen excursionen/ Einfällen / und Einlägern/ auch Abzwackung Land und Leuth/ Rauben/ Plündern/ Ranzionirен/ Spannen/ Sengen/ Brennen / und dergleichen unmenschlichen Thathandlungen fortgefahren. (R. A. zu Regenspurg de anno 1598. §. Und ob Wir wol/ *pag. 740.*)

Unde

Unde deliberatum fuit in Comitiis, wie Kayserliche Majestät und das Reich hinfürter eines fernern Schimpffs von denen Orten möchten enthebt bleiben/ und das Reich durch gebührliche Mittel bey dem seinen gehandhabt werden/ (R. A. zu Regenspurg de anno 1603. §. und dieweil / *& seqq. pag.* 782. *& seqq.*) uti etiam factum aliquoties antea & post. (*d.* R. A. de anno 1582. §. damit dann/ *& seqq. pag.* 698. *d.* R. A. de anno 1594. §. so haben wir. *pag.* 713. §. fürters / *& seqq. pag.* 716. *d.* R. A. de anno 98. §. Immittels aber / *pag.* 741.)

Licenten.

Dicitur à licentia: nemo enim per ea loca transire, aut merces vehere potest, nisi qui licentiam transeundi obtinuit ab ea belligerantium parte, quæ locum illum tenet. Licentia autem illa literis patentibus conceditur, quas haud levi ære comparare datur: literæ illæ ubi exhibentur, alio iterum ære opus est, antequam ultra pergere liceat. Hac de re, & similibus, quærelæ publicæ leguntur (*d.* R. A. de anno 1594. §. darauff *ibi*, beschwerliche / neuerliche Licenten/ Impossten/ und Zöll *pag.* 76. *& d.* R. A. de anno 1603. §. nichts desto weniger *ibi*, unordentlichen zu Verhinderung der Commercien auffgesetzter Licenten/ in Posten und Zölle / Sperrung deren auff der offenen See/ und andern Wasser-strömen / im Reich befreyter Navigation und Schiff-fahrten/ *pag.* 781.)

Außlager und Kriegs-Schiff.

Außlager propterea dicuntur, dieweil es an dem Ort in das Wasser außgeleate Schiffe seyn die durchfahrende anzuhalten. Kriegs schiff vel ut Batavi loquuntur, Orlog-schiff / (Orlog illis significat bellum) ideo dicuntur, quia armatæ, non solum milite, sed etiam machinis bellicis, ad vim faciendam, vel repellendam.

Als auch mit Raht der Sechs Churfürsten.

Cur non & reliquorum Imperii Statuum, quorum consilio etiam hoc ipso in negotio Imp. Rudolphus II. antea usus fuit? (*d.* R. A. de anno 1594. §. darauff *pag.* 716. *&* R. A. de anno 1603. §. nichts desto weniger *pag* 81.) Hoc certum, Electores ad consilium, opem, & auxilium ferendum, sibi invicem obligatos esse; ut patet ex fraterna eorum unione, Wormatiæ anno MDXXI. renovata, §. VI. (*apud Goldast. inter Constit. Imp.* 17.)

AD ARTICVLVM XXI.

Nihil novi in hoc articulo legitur.

AD ARTICVLVM XXII.

Concordat cum Rudolphi articulo XIX.

AD ARTICVLVM XXIII.

Omnia nova, quæ hic reperiuntur.

Mit Bewilligung.

Vide me de jure publ. (*lib.1. cap. 10. n. 35.*) Nonnulla privilegia dantur à sola Imperatoris lubentia; qualia sunt ea, quæ minoris ponderis: alia dantur quidem ab Imperatore, sed cum consensu, & adprobatione Electorum; qualia sunt, quæ magni momenti: alia denique dantur ab Imperatore cum consensu Statuum Imperii; qualia regulariter sunt, quæ concernunt rem maximi momenti, & summum Imperii interesse.

Vor niemands anders/ als Uns gehörig.

Sunt nonnullæ causæ, quarum cognitio & decisio immediatè ad Imperatorem pertinet. Inter has I. locum obtinent, die Sachen/ Fürstenthumb/ Hertzogthumb/ Graffschafft/ ꝛc. belangend/ so vom Reich zu Lehen rühren/ so einem Theil gäntzlich und endlich abgesprochen werden sollen. (Cammer-Gerichts Ordnung *part.2 tit.7. de quo prolixius egi in jure publico lib. 2. c. 9. n. 31. & seqq.*) II. Crimina, à Statibus commissa, ob quæ maiestatis rei fiunt. (*ego de jure publ. lib. 4. c.8. n.99.*) III. Huc etiam refertur ab aliis, lis, vel controversia, de loco sessionis, vel præcedentiæ, inter Imperii Status. (*vide me de Iure publ. d. lib. 2. c.9. n. 92. & 93.*) IV. Si Electorum aliquis actor, vel reus sit, in causa novorum teloniorum. (*hoc articulo capitulationis nostræ.*) V. & generaliter, si de intellectu privilegii, ab Imperatore concessi, quæstio moveatur. (*hoc articulo nostro, & Ioh. Vincent. de Annal. singul. 644*) Eius enim est interpretari, & declarare, cuius est condere legem, (*l. omni innovatione, C. de SS. Eccles. c. cum venissent, ubi Dd. de judic. Klock. de contribut c. 20. n. 148. & seq*) Quando verò de violato privilegio, & pœna privilegio inserta agitur, etiam in Camera decernitur citatio, ad videndum se incidisse in pœnas privilegii. (*Gail. 1. observ. 1. n. 7. & seq*)

Rechtliche Ansprüche.

At quomodo Elector conqueri poterit de imminutione privilegii sui, cum ipsius consensu aliis privilegium telonii detur? De abusu, vel extensione privilegii dari hic conqueri potest Elector, non de usu, in quem ipse consensit.

Vor Uns.

Postquam non à solius Imperatoris autoritate, verum etiam ab Electorum consensu, eiusmodi privilegia esse suum habeant, vix poterit judicium hoc Imperator aliter exercere, quam vocatis in consilium cæteris Electoribus, qui ea in lite nec actoris, nec rei vices sustinent. Ita tamen exercebit, ut ipse in judicio æque primas obtineat, ut obtinuit in concessione privilegii, Electores autem secundas.

Erinne-

Erinnerung und Verfügung zu thun.

Camera jurisdictionem suam non à solo Imperatore, sed ab eo, & Statibus Imperii habet; ideoque, quam habet, eam Imperator solus limitare nequit. (Cammer-gerichts-Ordnung *de anno* 1555. *in fin. Exordii & part.2. tit.35.*) potest tamen solus Cameram admonere, ne fines, & limites jurisdictionis suæ excedat. Imo vero, eo casu, quo causa ad ipsius cognitionem immediatè spectat, potest etiam Statibus inhibere, ne eam apud Cameram tractent. (*arg.cap. ex transmisso, & ibi Anton. de Burrio ac Dd. comm. extr. de for. compet. Vulteius ad l.1.num.*168.*C.de jurisd. omn. judic. Reinking.de Regim. secul. lib.*2.*class.*2.*c.*14.*n.*14)

AD ARTICVLVM XXIV. XXV. XXVI.

Nihil in his continetur, quod novum sit.

AD ARTICVLVM XXVII.

Und darauff erfolgten Reichs-Abschied.

Hæc verba in Rudolphi articulo vigesimo tertio, Maximiliani undecimo, Ferdinandi vigesimo primo, ubi sedes istius materiæ est, de qua hic tractat capitulatio nostra, non leguntur, sed hic primum addita.

AD ARTICVLVM XXVIII. XXIX.

Nihil hic novi est.

AD ARTICVLVM XXX.

Totus hic articulus novus est.

In/ oder ausserhalb desselben gelegen.

1. *Feuda Imperii in Italia, quæ Hispanus tenet.*
2. *Quæ tenet Sabaudus.*
3. 4. *Quæ Mantuanus.*
5. *Dux Modonæ.*
6. *De Vrbe Modonensi specialis relatio.*
7. *De Principe Mirandulano.*
8. *De Ducatu Montisfoltrii.*
9. *De Insula Ilva.*
10. *De Comitatu Corrigii.*
11. *De Marchione Finariensi.*
12. *De Pontifice Romano.*

IMperii feuda, partim in Germania sita sunt, partim extra Germaniam. Extra Germaniam sunt feuda quæ in Italia habet. Talia esse perhibentur Ducatus Mediolanensis, (R. A. zu Nürnberg *de anno* 1542. §. und wie nun/ *pag.* 283.) quem Rex Hispaniæ, una cum civitate Senarum, (quam subinfeudatione confert Hetruriæ Duci; *Bodin. de Republ. lib.* 1. *cap.* 9. *pag.* 194. *edit. Francofurt. de anno* MDXCIV.) aliisque locis, ut Telamonem, portum Her-

culis, Orbitellum, montem Argentarium, Finale & Plumbinum (*Le Mercure François au tom.* 8. *p.* 85.) ab Imperio feudi nomine tenet. (*Videatur Nicolaus Vernulæus in anno Austriaco sub Novembris die sexto.*) Comitatus Astensis, Marchionatus Ceræ, & Regio Pedemontana, quam Dux Sabaudiæ ab Imperio in feudum tenet; (*Cacheranus consil.* 9. *n.* 39. *& consil.* 27. *n.* 21.) ut & ipsam Sabaudiam, quæ ad fines Italiæ sita, olim Comitatus, hodie verò Ducatus titulo clara: (*Arnisæus de jure majestat. lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 4. *circa f.*) nec non loca, & ditiones Montisferrati, quas per tractatum anno MDCXXXI. sibi acquisivit; feuda quoque novelli Montfortis, Sinii, Moncherii, & Castelletti. (*vide instrumentum Pacis Cæsareogallicæ anno* 1648. §. *Cæsarea Maiestas, p.* 36.) Unde Sabaudus dicitur des Heiligen Reichs Fürst / und Lehemann (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541. §. nach dem aber / *p.* 251. Fürst und Glied des H. Reichs. (R. A. zu
3. Speyer *de anno* 1544. *in pr. pag.* 292.) Ducatum Mantuæ, atque Montisferrati, Mantuanus ab Imperio recognoscit in feuda, (*vide me de jur. publ. lib.* 5. *cap.* 14. *num.* 15. *&* Kayserlicher Majestät *Oratoris* und ViceCantzlers Gegenrede *apud Hortlederum lib.* 1. von Ursachen des Teutschen Kriegs *cap.* 27 §. 8. *pag.* 105. ubi ait, daß Mantua im H. Reich lige / (sed extra Germaniam) und desselben Reichs Eigenthumb ohne Mittel sey: auch diese Statt einen eigenen Hertzogen / des H.
4. Reichs Lehemann / habe.) Est ille ex familia Gonzagorum, qui ab Imperio quoque habere dicuntur Sabionetam, Guastallam, Novellarum, Bercolum, Guazzadum, S. Martinum, castrum Reggioli, & Luzzaræ. (*dict. instrum. pa-*
5. *cis*, §. *similiter, pag.* 37.) Imp Fridericus III. investivit anno MCCCCLII. Borsum, Ducem Ferrariensem, de Ducatibus, Modenæ, & Regii, nec non de Comitatu Rovigensi, ac dedit eidem nova insignia, nempe, binas aquilas Imperiales coronatas, nec non potestatem utendi cera alba in sigillis. (*ex Fr. Modio Goldast. in polit. Imperial. part.* 6 *tit.* 2. *pag.* 361.) Atque adhuc hodie ducem Mutinæ, (vel Modenæ) Imperii Germanici vasallum esse, urbis Mutinæ, Regii, Lepidi, Carporum, Frignani, Graffignanæ, & Comitatus Rolensis nomine: nec non Castrum Borselli, fiduciario jure à Duce Mantua-
6. no possidere, cui eo nomine par calcarium præstet, tradit Autor *Tractatus de Principibus Italiæ* (*pag.* 30. *& pag.* 239.) Rem, per temporum intervalla considerans M. Antoninus Marcellus (*de iure seculari Romanorum Pontificum cap* 11. *pag.* 75 *& seq.*) docet, Mutinam, Regiumque, urbes, cum res Italiæ, ob cruentas Pontificum, & Imperatorum discordias, partibus Guelphis, & gibellinis gliscentibus, vehementer fluctuarent, modo Pontifici, modo Cæsari, morem gessisse. Cum autem Julius II qui Ecclesiæ jura omnium maximè prosecutus, Mutinam anno MDX. Ferrariensi bello cepisset, eam Maximiliano Imperatori, ut Cæsarei juris urbem, restituisse: hunc postmodum illam anno MDXIV. Leoni X. quadraginta millibus ducatis acceptis, pignori obstrinxisse. At

Carolum

Carolum V. cum in arbitrum à Clemente VII. & à Ferrarienſi Duce, fuiſſet ele-
ctus, anno MDXXXI. Mutinam, Arretiumque, Duci adjudicaſſe: quas de-
inde perpetuo Ferrarienſes Duces poſſederint, accepta à Cæſare earum inveſti-
tura; ſed Alphonſo II. defuncto, Clementem VIII. Pont. armorum terrore
Ferrariam ſub Eccleſiæ dominatum redegiſſe, nec tamen in Cæſarem Eſtenſem,
qui Mutinæ, Regiique Dominatum Imperatorio beneficio retinuerat, ob illos
Ducatus ullam intentaſſe actionem: Romandiolam, Carpium, Corretium,
univerſorum ſententia ad ſupremum Imperatoris dominum ſpectare, exiſti-
matum fuiſſe: licet Galeatius, Romandiolæ Comes, eam anno MDXLVIII.
Henrico Galliarum Regi tradiderit. Carpium à Carolo V. anno MDXXX.
ex ducatorum millibus acceptis, jure perpetui feudi Duci Ferrarienſi conceſ-
ſum fuiſſe. Princeps Mirandulanus quoque Imperii eſt vaſallus (*dict. autor* 7.
de Principibus Ital. pag. 38.) Sunt etiam, qui inter feuda Imperii referant Du- 8.
catum Montisfeltri, & Caſtridurantis; quem tamen jam ſuo tempore Julius II.
cum Ducatu Urbini, nepoti ſuo in feudum conceſſit. (*Le Mercure François tom.*
10. *pag.* 180.) & non ita pridem extincta familia Roboreorum, idem pro re-
verſo ad Eccleſiam Romanam habetur. Ilva inſula Imperiale feudum eſt, 9.
(*Thuanus lib.* 5. *hiſtor. ad annum* CIↃ IↃ XLVIII.) ut & Comitatus Corrigii (*Gold-* 10.
aſt. de majoratu lib. 2. *cap.* 24. *num.* 2. *pag.* 206.) De Marchione Finalis, vel Fi-
narii, aliquando diſputatum. Genuenſes eum vaſallagio Reipublicæ addi- 11.
ctum dicebant; Imperator autem ſententia definitiva eum immediatè Impe-
rio fidelitate obligatum, declaravit. (*Bodinus de Republica libro* 1. *cap.* 9. *pag.* 195.
& lib. 5. *cap.* 6. *pag.* 955. *adde quæ ex Bizaro exhibui lib.* 1. *de jure publ. cap.* 9. *num.*
33.) Præterea, Pontificem Romanum Imperii Germanici vaſallum eſſe, non 12.
ſine ratione concludit Bodinus (*dict. cap.* 9. *pag.* 213.)

Auffricht zu halten.

Debet Imperator curare, ut omnia Imperii feuda in ſua qualitate conſerventur; ut verò, quænam illa ſint; ubi ſint, & qualia, perenni memoria conſervetur; acta feudalia, regiſtra, & quæ eius generis ſunt membranæ, atque literæ aliæ, non modo diligenter aſſervari, ſed etiam volvi & revolvi debent. Novimus, jam dudum Maximilianum I. promiſiſſe, daß Er alle Regiſter/ Lehen-bücher/ Brieff und Urkunde/ über des Reichs Händel/ und Gerechtigkeit ſagend/ die er in ſeiner Gewalt habe/ oder bey wem ſie wären/ oder erfunden würden/ zuſammen bringen/ und dieſelben mit ſampt denen/ ſo künfftiglich gemacht würden/ zwifachen/ und den einen Theil in die verordnete Kaiſerliche/ und des Reichs Cammer gen Franckfurt (ibi tunc erat) legen/ und dem Heiligen Reich zu gut/ getreulich verwahren/ und zur Nohtdurfft

gebrau-

gebrauchen lassen; und das ander Theil in die Römische Kaiserliche Cantzley (Handhabung des Landfriedens / zu Wormbs Anno 1495. auffgericht / *tit.* alle Register / und des Reichs Lehen-bücher / zusammen zu bringen / p. 26.)

Recognoscirt werden.

Vide Vulteium *de feudis* (*lib.* 1. *c.* 7. *n.* 57. *& seq.*)

Empfangen lassen.

Scilicet, suo nomine; cum ipse, alia persona non interveniente, se investire de feudo non possit, ne confusio oriatur, dum idem est qui dat, & qui accipit.

Revers.

Si Imperator feuda, quæ ab Imperio habet, commodè, investituræ actu interveniente, non potest suscipere, Electoribus reversales literas dare debet, atque ita Imperii jus salvum constituere.

AD ARTICULUM XXXI. & XXXII.

Nihil in his novi est, sed omnia secundum formulam præcedentium capitulationum.

AD ARTICULUM XXXIII.

Auch zu dem Ende.

Hic versiculus tantum novus est, cætera cum prioribus capitulationibus conveniunt.

Die jenige Mittel / so anno 1603. &c.

R. A. zu Regenspurg / de anno MDCIII. (§. nach dem / *& seqq. pag.* 785. *& seq.*)

Vnd auff vorigen Reichstägen.

Vide supra Carolinam articulo vigesimo septimo, Ferdinandi, vigesimo quinto, & Rudolphi, vigesimo octavo.

AD ARTICULUM XXXIV.

Initialia vetera sunt, sequentia autem, à vers. auch wo Wir / usque ad finem articuli, non sunt.

Niemands.

1. *Hanffmanni opinio refertur.*
2. *Et refutatur.*
3. *Obiectio.*
4. 5. *Responsio.*
6. 7. 8. *Alius Hanffmanni error.*
9. 10. 11. 12. *Examinantur exempla ab Hanffmanno adducta.*

Niemands.

Hanffmanni ergo distinctio, quam ex hoc ipso articulo probare nititur, frivola est. Ait ille; (*Disputat. de re monetaria, quæ extat tom.* 2. *disput. Basile-*

Basileens. thes. 6. lit. a.) Imperatorem privilegium monetandi concedere posse; & hoc procedere in Statibus Imperii maioribus; at in minoribus secus esse: iis enim Cæsarem, absque Electorum consensu, hoc reservatum non concedere. Verba, ohne Vorwissen der Sechs Churfürsten, niemands, was Stands oder 2.
Wesens der sey, mit Müntz Freyheit begaben, Hanffmanno è diametro contraria sunt, & hoc volunt, Imperatorem nulli, cuiuscunque Status, vel ordinis ille sit, posse jus monetandi concedere, sine præscitu Electorum,. Generalis hæc est regula, quæ limitationem nullam, respectu Statuum, sive minores sint, sive majores, admittit. Nec vero Hanffmanno faciunt verba finalia articuli 3.
nostri, quibus deceptus à vero eorum sensu aberravit. Quoniam enim præsumendum non est, Electores in uno eodemque capitulationis articulo, contraria præscribere voluisse, vel præscripsisse, initium cum finali clausula potius concordare, quam discordare, credendum est. Certe, si textum accuratius inspicimus, apparet, regulam generaliter, ratione extensionis, quæ ibi 4.
ponitur, reiterari, non autem hoc doceri, quasi plus juris Imperator habeat in concedendis privilegiis monetandi, maioribus Statibus, quam minoribus. Fit quidem hic minorum Statuum mentio, sed unius inclusio non est statim alterius exclusio, præsertim, ubi exclusionis nullam per verba, *tantum*, *saltem*, *solum*, *&c.* introducitur indicium. Mens itaque articuli nostri, sine 5.
dubio, illa est, Imperatorem, nulli Statuum, absque præscitu & consensu Electorum, privilegium monetandi concedere debere, nec etiam similia, & alia magni momenti privilegia, minoribus Statibus concedere debere, sine eorundem Electorum consensu. Porro, nec in eo quoque Hanffmanno 6.
assensum præbere possum, quando (*dict. thes. lit. c.*) vicariis Imperii, Palatino, ac Saxoni, adscribit, tempore interregni, potestatem aliis concedendi ius monetam cudendi. Etenim, quod ex Scaccia (*de iudic. cap.* 13. *num.* 7.
2. *Guttir.* 2. *pract. quæst.* 17. *num.* 15. *Fr. Milan.* 1. *decis.* 8. *num.* 71.) tradit, vicarios, sive locum tenentes, à lege constitutos, omnia posse, quæ illi, in quorum locum substituuntur, possunt, nisi quid per expressum reservetur; id ab aliis invertitur, & tantum vicarios posse docetur, quantum illis expressim attribuitur. (*Abbas in cap. tua, num.* 5. *de offic. Vicar. Zabarella in Clement.* 1. *num.* 17. *&* 18. *eod. tit.*) Quicquid autem de aliis dici possit, si 8.
finem, ob quem vicarii, Electores, Palatinus & Saxo, Imperio dati; si tempus, quando, & quousque vicariatum exercere; si negotia, in quibus exercere vicariatus ius, Aureæ Bullæ capitulo v. illis concessum, pondero; non reperio, cur illis potestatem concedendi ius monetandi adscribere debeam. Finis est, ne Respublica tempore interregni detrimentum patiatur: At si uni, vel alteri, privilegium cudendi monetam tempore interregni petenti, non conferatur, nihil inde detrimenti in tam exiguo tem-

pore, per quod interregnum durare debet, (*cap.* 1. §. 19. *cap.* 2. §. 3. A. B.) Imperio accrescere, nihilque commodi decrescere poterit, in tanta Statuum abundantia, quibus iura cudendi monetam competunt. Nec in contrarium me perducere possunt exempla, ab Hanffmanno (*dict. loc.*) adducta. Quod
9. enim defuncto Maximiliano I. Saxonem sub interregno, titulo vicariatus monetas fabricasse, (*ex Bechtio de secur. thes.* 56.) & Johannem Palatinum, Electoratus administratorem, tempore vicariatus sui (nostra ætate) idem fecisse memorat, non ad concessionem aliis faciendam, sed ad juris sui, & ante, & post interregnum, atque in illo ipso, sibi competentis exercitium, pertinet. Titulus vicarii, quem illi tunc monetis suis, memoriæ causa, imprimi fecerunt, non illud notat, quasi ex iure vicariatus monetam cuderint, sed quod privilegio singulis Electoribus concesso (*c.* 10. *A. B.*) usi fuerint, etiam illo
10. tempore, quo vicarii Imperii fuerunt. Quod præterea Edoardo III. Angliæ Regi, per inferiorem Germaniam constituto vicario, potestatem, aureos & argenteos nummos cudendi, datam (*ex Frossardo lib.* 1. *c.* 35.) refert, id me non ferit. Longe enim inter se differunt, accipere privilegium, & dare. Imperator vicario Anglo dedit potestatem cudendi monetam, inde tamen haud se-
11. quitur, vicarium potuisse aliis concedere eandem potestatem. Illud denique quod probare conatur, etiam ea, quæ ad gratiam, non justitiam pertinent, à vicariis exerceri posse, petitum est ex Buxtorffio (*ad A. B. thes.* 73.) nempe, civem quendam Francofurtensem Z. P. à Johanne, Palatinatus Rheni Electoratus administratore, tempore interregni, anno MDCXII. mense Majo quinquennales, sive moratorias literas, consecutum fuisse. Verum, præterquam, quod non exemplis, sed legibus judicandum, ex eodem Buxtorffio etiam inclarescit, hanc concessionem non nisi causa cognita factam, postquam supplicans probavisset, se absque culpa sua in æs illud alienum incidisse. Unde manifestum est, concessionem hanc non meræ gratiæ, sed potius justitiæ attribui debere.

Beständig befinden.

Hoc est, si manifesto appareat, eos jure monetandi abusos fuisse.

Suspendiren.

Variæ sunt statutæ pœnæ in eos, qui iure monetandi abutuntur. (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1603. §. so setzen / *& seqq. pag.* 786. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1594. §. als wir dann / *pag.* 725.) Inter leviores numeratur suspensio privilegii. R. A. zu Augspurg *de anno* 1500. *rubr.* folget weiter im Abschied von der guldenen und silbernen Müntz wegen / §. Item nach dem wir / *pag.* 56. R. A. zu Augspurg *de anno* 1566. §. In weiterer Berathschlagung / *pag.* 574.) Legimus etiam, ob utilitatem publicam, aliquando generaliter omnibus

bus exercitium monetandi ſuſpenſum, ad tempus fuiſſe, daß alle und jede guldene und ſilberne Müntz ſuſpendirt/ und auff eine Zeit durch alle Stände/ was Würden und Weſens die ſeynd/ ſtill geſtanden / und nichts gemüntzt werden ſolle/ bey Verlierung der Müntz Freyheit. (*d.* R. A. zu Augſpurg *de anno* 1500. §. item es ſollen/ *pag* 55.)

Deſſen gantz priviren.

Qui ius cudendi monetam nacti ſunt citra aſſenſum Electorum, eo omnino privari debent, nec idem illis reſtitui aliter debet, quam cum conſenſu Electorum. Duplicem hoc admittit intellectum, quorum unus ex connexione cum anterioribus trahitur. Hoc ſenſu, dicendum eſt, qui cum conſenſu Electorum ius monetandi nacti ſunt, ſi eo abutantur, ſuſpenſione juris puniuntur. Illi vero, qui ius monetandi citra conſenſum Electorum nacti ſunt, ſi illo abutantur, eo omnino privari debent, nec prius reſtitui in integrum, niſi ubi Electores aſſenſerint. Alter ſenſus eſſe poteſt, ut jure monetandi priventur, licet eo non abutantur, omnes illi, qui hoc citra conſenſum Electorum obtinuerunt. Ex his prior humanior, alter nimium rigidus, ſi generaliter accipiatur. Nam omnino inter illos diſtingendum videtur, qui ab Imperatore citra aſſenſum Electorum ius monetandi acceperunt, antiquo, & illo fortaſſis tempore, ubi adhuc in poteſtate Imperatoris fuit, illud concedere ſuo pro arbitrio, & citra conſenſum Electorum: & inter illos, qui id acceperunt, tunc quando Imperatoris poteſtas ita limitata fuit, ut non aliter ius monetam cudendi conferret, niſi cum aſſenſu Electorum; quod primum capitulationi Rudolphi additum legimus artic. xix. quem vide cum ibidem notatis.

Ohne Vorwiſſen der Sechs Churfürſten/ nicht reſtituiren.

Tempore Imperatoris Maximiliani II. illi, qui propter abuſum privati erant monetandi jure, ad id non reſtituebantur, niſi prævio conſilio Statuum. (R. A. zu Speier *de anno* 1570. §. da aber jemand / *ibi*, noch zu mehrerm Abſcheuens/ ſeind Wir erbietig/ ſolchen privirten Müntz-Stand auff ſein unterthänig ſuppliciren bey Uns/ nicht bald zu reſtituiren / ſondern wollen ſolches Anſuchen jederzeit biß zu gemeiner Reichs Verſamlung/ und der Ständ Bedencken ſtellen/ *pag.* 619.

So dem Reich immediate nicht unterworffen.

Sunt Imperii Status, qui jus monetandi non habent, (Kaiſer Ferdinandi Müntz-ordnung *de anno* 1559. §. were es auch Sach / *in codice receſſuum Imperii pag.* 545.) & ſunt alii, qui Status non ſunt, jus tamen

monetandi habent. Quales ſunt, Arniſæo teſte, (*de jure Maieſt. lib.2.c.7.n.6.*) Hoxarium, Halberſtadium, Hannovera, Osnabrugum, Minda, Monaſterium, Hildeshemium, Gottinga, Northemium, Brunſuiga, Roſtochium, Sunda, Stetinum, & aliæ.

Revociren/ caſſiren.

Privilegia, quæ incipiunt eſſe publicæ utilitati damnoſa, revocari poſſe, decidit Franciſ. Marc. (*deciſ.529.n.8.pag.1.*) & alii allegati à Kloke (*de contribut. cap.16. ſect.1. n.98. & ſeq.*)

Hohen Privilegien.

Olim aliquando privilegia dabantur cum conſenſu omnium Statuum, aliquando Electorum, aliquando ſolius Imperatoris. Quæ à Statibus & Imperatore ſimul conceſſa ſunt, hoc habent præcipui, quod illis unus Imperator derogare non ſolet. (*Adrian. Gylman. ſymphor. tom.1. part.11. tit.11. vot.2. n.23. fol. 216.*

Ohne Miteinwilligung der Churfürſten.

Hoc in privilegiis majoris momenti obtinere generaliter, nullus dubito, ſive ea concedantur majoribus, ſive minoribus Statibus: Una enim utrobiq; pro Electoribus militat ratio, nempe, quod in rebus majoris momenti Imperator eorum conſilio, & aſſenſu uti debeat.

Abbruch.

Vide Auream Bullam capitulo XII.

AD ARTICVLVM XXXV.

So offt Sie es.

Nova ſunt, quæ hoc verſiculo continentur; quibus cauſam, ut conjicio, dedit tergiverſatio, & procraſtinatio Rudolphi II. qua tunc uſus fuit, cum de conſenſu ſuo, ad eligendum Regem Romanorum præſtando, ſolicitaretur. (*Vide* Kaiſer Rudolphs des andern Beſcheid und Reſolution über die Wahl eines Römiſchen Königs/ de dato Prag/ den 25. Novembris anno 1611. §.2. *apud Goldaſt. part.2.* der Reichsſatzungen/ *p.388.*)

Zu Behülff.

Datur in adiutorium.

Auff angelegte Bitte.

Sæpius ab Imperatoribus Electores requiſiti fuerunt, ut Regem Romanorum eligerent, rarius autem Electores Imperatorem requiſiverunt, ut conſentirent, eligi Regem Romanorum: factum tamen hoc fuit tempore Imperatoris Rudolphi II. ut ex eius modo allegata reſolutione manifeſtum eſt.

Verweigert.

Verweigert.

Quando, utilitate, vel necessitate Imperii requirente, Electores Regem Romanorum viventi Imperatori adjungere volunt, non ante ad electionem se accingere debent, quam ad eandem suscipiendam Imperatoris consensum requisiverint. Requisitus Imperator, aut consentit in electionem, aut non consentit. Casu quo consentit, omnia plana sunt. Non consentiens autem, allegat causas dissensus justi ponderis, vel levis momenti: illo casu, merito intermittitur electio, hoc iuste peragitur. Petitio consensus semper necessaria, obtentio non semper.

AD ARTICVLVM XXXVI.

In Rudolphi capitulatione est pars articuli xxx.

AD ARTICVLVM XXXVII.

Concordat cum Carolino articulo xxvi.

AD ARTICVLVM XXXVIII.

Hic articulus talia continet, qualia habentur, partim in Carolino trigesimo, partim in Ferdinandi vigesimo septimo, partim in Rudolphi trigesimo primo.

Befördern.

Coronam Imperialem petere debet electus in Romanorum Regem, consequi necessarium non est. Non omnes autem, qui eandem petierunt, eam consecuti sunt, diversas ob causas. Ex vetustioribus mihi succurrit Fridericus, Rex Siciliæ, Henrici Imperatoris filius; qui postquam ad Imperium, exautorato, à nonnullis, Othone IV. revocatus esset, Romam venit, & petiit à Pontifice coronam Imperialem, quo maiore autoritate veniret in Germaniam. Pontifex nondum coronandum iudicans, misit cum eo legatum Cardinalem, ut mandaret, autoritate Apostolica, Principibus & Civitatibus per Germaniam, ut ab Othone anathemate percusso, & ab Imperio deposito, recederent, & Friderico II. obtemperarent, qui olim puer ab eis electus, & cui præstitissent iuramentum, à quo nondum absoluti. (*ita narrat Mutius lib.* 19. *Chron. German. apud Pistor. tom.* 2. *German. scriptor. pag.* 176.)

Obbemeldter Crönung.

His verbis coronationem Romanam intelligi, clarum fit, si cum hoc nostro articulo conferatur Ferdinandi I. articulus xxvii. & Rudolphi articulus xxxi.

AD ARTICVLVM XXXIX.

Hic iunctim uno articulo exhibentur, quæ in Rudolphi capitulatione tribus, nempe xxxiii. xxxiv. xxxv.

AD ARTICVLVM XL.

Rudolphi mores huic articulo causam dederunt. Non amabat ille alloquium, præterquam unius, vel alterius familiarissimi; unde haud

raro, Principes Imperii, vel eorum legati, diutius expectare cogebantur, antequam admitterentur ad audientiam. Notatum hoc in ipso fuit, ubi in actibus solemnioribus, ut in renovatione investiturarum feudorum maiorum Imperii, præsens esset, sudore statim perfusum fuisse, & non sine impatientia tulisse aliorum oculos in se converti. Atque, cum vitam solitariam amaret, & aliorum vitaret conspectum, proverbio locum dedit, quo in alios, ei in hoc similes, uti cœpimus; Er läßt sich selten sehen wie der alte Kaiser. Non dubito, quin optimus Imperator, si per ipsum stetisset, legatos ad audientiam admittere maluisset eo modo, (sed alia ex causa) quem Abyssinorum Imperatorem observare, narrat Michel Baudier (*en l' histoire generale du serrail, & de la cour du grand Seigneur, Empereur des Turcs, livre* 1. *chap.* 7. *pag.* 38.) ut ait: (*L' Empereur des Abyßins, que le vulgaire appelle Prete Iean, est außi blasmé d' orgueil, quoy que different du Turc: il parle, mais il ne souffre pas qu' on le voye, disant, qu' estant l' image de Dieu, en la souveraineté de son Empire, il le doit imiter en ses responses, ausquelles Dieu parle sans estre veu. Außi, quand le maistre des ceremonies luy ameine des Ambassadeurs estrangers, c' est ordinairement de nuict, les chambres, & les sales sont eslairées d' un grand nombre de torches, & luy mesme est caché dans son Mastabe, ou son lict Royal: devant lequel sont tirées cinq courtines, dont celle du milieu est de drap d' or, les autres sont de soye. Le Maistre des ceremonies dit aßés haut,* hanca hiale buchia abeton: *c' est à dire, ie t' ameine ceux, que tu m' as commandé: il le repete souvent, iusques à ce qu' une voix du dedans luy dit,* cafacinelet, *qui signifie, entrés dedant. A ceste voix tous ceux qui l' entendent, s' enclinent, & font une profonde reverence. aprés ils s' avancent peu à peu, faisans des pauses de six en six pas, redisent les mesmes paroles, & estant arrivés proche des courtines, entendent la mesme voix,* cafacinelet: *ils s' advancent un peu plus outre, pour ouyr la parole du Prete Iean, qui parle sans estre veu, & leur respond aux demandes qu' ils font. Quelques petits Roitelets des Indes se tiennent encores si cachés, qu' ils ne parlent iamais qu' à un seul homme, & celuy là recoit la demande, qu' on veut faire au Roy, par la bouche de cinquante, qui se la disent l' un à l' autre, iusques à ce qu' elle arrive à luy.*) Abyssinorum Imperator, qui vulgo appellatur Presbyter Johannes, ipse quoque superbiæ notam incurrit, licet in eadem Turcæ sit absimilis. Loquitur quidem, sed adspectum sui non præbet. Ita, quando Magister cæremoniarum ad illum deducit legatos extraneorum, quod regulariter fieri solet noctu, cameræ, & aulæ magno numero tædarum resplendent; Imperator autem latet in suo mastabe, vel lecto regali, ante quem quinque vela extensa, quorum medium est ex panno aureo, reliqua serica. Magister cæremoniarum satis clara voce inclamat, *hanca hiale buchia abeton,* hoc est, adduco eos quos voluisti; idemque repetit sæpius, donec vox post vela respondet, *Cafacinelet,* id est, introite. Ad hanc vocem omnes, qui eam

perci-

percipiunt, profunde inclinant caput, in signum reverentiæ; postea pedetentim accedunt, subsistentes ad singulos sex gradus, quos faciunt, repetunt eadem verba. & ubi propius ad vela pervenerunt, audiunt eandem vocem, *casacinelet*, accedunt proxime ut intelligant verba Presbyteri Johannis, qui loquitur quidem, & respondet ad petita, sed adspectui eorum se non exhibet. Nonnulli Regulorum Indiæ, ita latenter vivunt, ut nunquam cum aliis loquantur, unico familiari excepto, qui solus demum excipit quæ Regi intimanda, postquam quinquaginta, ordine unus ad alium, ea dixerunt.

Bottschafften.

1. Legat.
2. *Legatus non dictus à legendo.*
3. *Sed à legando.*
4. *Legati à Latere qui?*
5. *Vnde ita dicti?*
6. *Legati nati.*
7. *Archiepiscopus Magdeburgensis fuit dictus legatus natus.*
8. *Examinatur quod scripsit Azorius.*
9. *Referuntur loca ex recessibus & actis Imperii.*
10. *Salisburgensis variavit in titulo legati Apostolici.*
11. *Episcopus Tridentinus usus fuit titulo legati Apostolici.*
12. *Nuncius Apostolicus.*
13. *Orator.*
14. *Ambassador.*
15. *Vnde hoc vocabulum sit deductum?*
16. Ambachter.
17. *Vocabula Germanica, quibus legatus denotatur.*

GErmani legatos variis nominibus insigniunt, quæ partim nostro in solo 1.
nata, partim ab aliis mutuo accepimus. Talia sunt I. Legat / & in plurali, Legaten / (Reichs Abschied zu Augspurg de anno 1518. §. erstlich / *pag.* 304. Reichs Abschied zu Erfurt de anno 1567. §. ferner / *pag.* 602. Reichs Abschied zu Regenspurg de anno 1576. §. Wir haben / *pag.* 669. Reichs Abschied zu Regenspurg de anno 1598. §. ob aber wol / pag. 740.) quæ vocabula à Latinis habemus. Varro (*lib.* 4. *de lingua latina*) legatos à legendo dici putavit, 2.
quasi publice lectos, quorum opera uteretur Magistratus. At, quo minus huic sententiæ accedam, impedimentum inde mihi surgit, quoniam, si à legendo diceretur, non deberet dici legatus, sed lectus. Ego itaque legatum 3.
è legando derivo. Ut hodie moris est, nemo legatorum suorum classes tam accuratè distinguit, quam Pontifex Romanus. Alios vocat legatos à latere, 4.
alios legatos natos, alios vero nuncios Apostolicos. Legatos à latere dicit Cardinales, quos ex urbe & curia Romana mittit, vel ad certam provinciam administrandam, vel ad negotia cum Regibus, Principibus, aut cum aliqua Republica tractanda: dicuntur à latere, quoniam quasi à latere Pontificis, cui 5.
adsistunt, mitti solent. Legati nati appellantur Antistites, qui ratione Eccle- 6.
siarum, quibus præsunt, legati Apostolici munus & officium habent; & ideo nati dicuntur, quia statim, ut Ecclesiis suis præficiuntur, & creantur præsules, id muneris, & officii nanciscuntur. Tales in variis reperiuntur pro-

provinciis: (*vide Freder. à Mareſelaer in Legato, lib. 2. diſſert. 1 p. m. 250.*) In
7. Alemania olim erat (*verba ſunt Azorii part. 2. inſtitut. moral. lib. 5. c. 28. p. 582*)
Magdeburgenſis Archiepiſcopus, ſed quia hæreticus factus, nunc eſt Salisbur-
8. genſis. Si Azorius putat, Salisburgenſem fuiſſe, manſiſſe, & eſſe adhuc le-
gatum natum, Magdeburgenſem autem mutata religione talem eſſe deſiiſſe,
nolo cum eo contentionis ſerram trahere: At vero, ſi arbitratur, Salisbur-
genſem, in locum Magdeburgenſis ſuffectum, & tunc demum legati nati titu-
lum, & dignitatem accepiſſe, à vero aberrat. Nam ex actis Imperii conſtat,
Salisburgenſem eo tempore, quo Magdeburgenſis adhuc Pontifici, & eius do-
ctrinæ addictus erat, titulo legati uſum fuiſſe: quamquam non ſimili verbo-
9. rum formula ac ille. Etenim in ſubſcriptione receſſus Imperii comitiorum
Ratisponenſium anno MDXXXII. (*pag. 236.*) legitur, Albertus, der H.
Römiſchen Kirchen Prieſter/ Cardinal/ und geborner Legat/ zu Mainz/ Mag-
deburg Erzbiſchoff/ ꝛc. paulo autem inferius in eadem ſubſcriptione reperitur,
Mattheus/ der H. Römiſchen Kirchen Cardinal/ Erzbiſchoff zu Salzburg/
Legat des Stuls zu Rom. Quod hic Germanicis verbis, idem latinis à Mag-
deburgenſi expreſſum reperitur im Cadaniſchen Vertrag anno MDXXXIV.
in pr. (*apud Goldaſt.* in Reichsſatzungen p. 269) Albrecht/ der H. Römiſchen
Kirchen/ des Tituls S. Petri ad Vincula Prieſter Cardinal/ Legatus natus,
Erzbiſchoff zu Magdeburg/ und Menz. Et rurſus Germanicis, in Reichs Ab-
ſchied zu Regenſpurg de anno MDXLI. in ſubſcriptione (*pag. 259.*) Reichs
Abſchied zu Speyer anno MDXLII. in ſubſcript. (*pag. 280.*) Reichs Abſchied
zu Nürnberg eodem anno in ſubſcriptione (*pag. 290.*) Reichs Abſchied zu
10. Speier anno MDXLIV. (*pag. 306.*) Salisburgenſis, quantum ego obſerva-
vi, in formula verborum quidem variavit, at nunquam addidit geborner. In
ſubſcriptione der Ordnung des Regiments zu Worms anno MDXXI. auff-
gericht/ *in Codice Receſſuum Imperii* (*pag. 110.*) uſus fuit titulo des Päpſtlichen
Stuls Legat; idem factum in ſubſcript. des R. A. zu Wormbs anno MDXXI.
(*pag. 136.*) In aliis autem, Legat des Stuls zu Rom. (R. A. zu Speier an. 1529.
pag. 191. R. A. zu Augſpurg anno 1530. *p.* 210. R. A. zu Regenſpurg anno 1532.
p. 236. R. A. zu Augſpurg anno 1551. *p.* 393. *multisq; ſubſequentibus receſſibus*) Li-
cet vero Magdeburgenſis Archiepiſcopus, poſtquam Catholicæ Romanæ Re-
ligioni valedixit, legati nati titulo amplius uti noluerit, ne hoſtis ſui legatus vi-
deretur, attamen Salisburgenſis non ſolus hucusque legatus Pontificis, vel Se-
11. dis Apoſtolicæ inter Germanos Præſules permanſit: nam & Tridentinus Epi-
ſcopus modo appellatus fuit, Apoſtoliſcher Legat in Germanien/ (Reichs Ab-
ſchied zu Augſpurg *de anno* 1582. *pag.* 704.) modo Päpſtlicher Heiligkeit/ und des
Stuls zu Rom Legat. (Reichs Abſchied zu Regenſpurg *de anno* 1613. *pag.* 799.)
quod an perſonale fuerit, an vero Sedi Epiſcopali collatum, ignoro. Nuncii,

porro

porro, Apostolici, communi vocabulo dicuntur, qui Cardinales non sunt, sed 12.
antistites, missi à Pontifice, tanquam legati, vel ut Bertachinus (*in repertorio*)
loquitur, pro aliqua ambassiata. (*vide Iean Rochette és decisions de plusieurs questions differents, qui se presentent iournellement tant és cours Ecclesiastiques, que seculiers, verb. legat de Pape, pag. 6.*) II. à Latinis acceptum, in linguam no- 13.
stram transtulimus vocabulum, Orator, vel Oratorn. (R. A. zu Nürnberg *de anno* 1524. *in pr. pag* 157. §. und nach dem/ *pag.* 160. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1527. §. nach dem *pag.* 178. R. A. zu Speier/ *de anno* 1529. *in pr. pag.* 182. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541. §. und wiewol/ *pag.* 250. R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. §. als auch/ *pag.* 208. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1576. *in pr. pag.* 655.) Nomen oratoris, apud latinos legatis attributum, patet (*ex l. Iulia* 7. *ff. ad L. Iul. de vi publ. & aliis probatorum autorum locis.*) III. Quod aliunde ad nos pervenit nomen, est Ambassador, quo vulgus etiam hodie utitur. Credo
à Gallis sumtum, qui suum *Ambassadeur* ab Italico *Ambasciadore* formarunt. 14.
Tradunt nonnulli, origine hoc Græcum, & à verbo ἀμβαδίζειν esse, quod mittere, ire, hinc inde vadere, circumambulare, significet. Verum, quid opus 15.
tam longe arcescere originem, & ab illis, qui ipsimet legatos suos eo nomine nunquam appellarunt? Potius est ab Italorum, *ambascia*, quod angorem hodie significat, *ambasciaria*, id est, legationem, & *Ambasciadore*, hoc est, legatum, progenitum dicere. Olim, id vocabulum, *ambascia*, in legibus Burgundionum, operam significabat: hinc Ambasciatores non fuisse alios, docet Cluverius (*lib.* 1. *antiq Germ. cap.* 8. *pag.* 68.) quam qui patria nostra lingua dice-
bantur Ambachter/ id est, qui cum mandatis à Principe, seu civitate mitteban- 16.
tur. Erat autem Ambachter/ quod Latinis opifex, Ambacht/ minister, Amb-
achten/ operari. Nostro in solo natum est, I. vox Gesandter/ quæ idem no- 17.
tat ac gesendeter/ à senden/ quod est mittere, legare, &c. II. Abgesandter/ ablegatus, à verbo Absenden ablegare. III. Bottschafft/ quo legationem appellamus, & legatum Bottschaffter / quod idem est ac Latinorum Nuncius (quo nomine etiam legatos appellabant.) Bott enim, nobis dicitur, qui latinis nuncius.

Abgesandten.

1. *Nonnulli constituunt differentiam inter* Gesandten & Abgesandten.
2. *Sed ea in recessibus Imperii non observatur.*
3. Abgesandten *dicuntur legati Imperii, & aliquando legati provinciales.*
4. *Arumæi error.*
5. Bottschafften und Gesandten.
6. *Obiectio.*
7. *Responsio.*

Constituuntur alii differentiam inter Gesandten / & Abgesandten / sed 1.
eam comitiorum Imperii nostri recessus non observant: promiscuè 2.
utroque vocabulo utuntur; quod, ut passim in illis, potissimum tamen,

2. & sæpius reiteratis vicibus in R. A. zu Speyer de anno MDLXX. factum reperitur. Sic, quos Gesandten dicit (*in* §. dieweil dann / *pag.* 606. §. Wiewol nun / *pag.* 608. §. und nach dem / *&* §. ferners / *pag.* 609. *& multis aliis sequen-*
3. *tibus, ac in subscriptione quoque pag.* 623. §. Und wir /) eosdem appellat Abgesandten / (in §. Damit dann / *pag.* 607. §. wann auch / §. nach dem wir / §. als auch / *pag.* 610. §. also haben wir / *pag.* 611. §. dieweil dann / *pag.* 616. §. als wir / *pag.* 617. §. neben / *pag.* 618. §. und auß / *pag.* 621. §. und seynd / *pag* 623. In R. A. zu Regenspurg de anno 1603. §. Wie wir dann / *pag.* 784.) Illud planè notabile est, quod legati totius Imperii nomine ad Belgas, Abgesandten dicantur, (ibi, daß den Abgesandten zu solcher Legation) quod nomen in R. A. zu Regenspurg de anno MDLXXVI. (§. Nach dem auff /) attribuitur legatis provincialibus, ibi, der dreyen Landschafften / Steyer / Kärndten / Crain /
4. und der Fürstlichen Graffschafft Görtz durch dero Abgesandten. Arumæus (*de Comitiis cap.* 5. *num.* 53.) legatum, non nisi ad sui similem, hoc est, nec superiorem, nec inferiorem, mitti existimat, atque cautè recessuum Imperii subscriptionibus, non legatorum, Gesandten / sed nunciorum, Bottschafften und Gewalthaber / mentionem fieri. Verum hic labitur in utroque, vir alias juris publici non ultimus autor. Certè, ut olim, ita etiam hodie legati dicuntur aliquando quoque illi, qui ad superiorem vel inferiorem mittuntur. Plebs Romana legatione Antium missa, Augusto obtulit nomen patris patriæ, (*ut Suetonius in Augusto cap.* 58. *docet.*) Ac à municipiis quoque mittebantur legati, (*l.* 4. §. *ult. ff. de legat.*) ad Cæsarem, (*Panciroll. de magistrat.*
5. *municip. cap. ult.*) Et audivimus modo, Imperium legatos ad Belgas mittere voluisse, quos pro inferioribus indubitato habebat: Denique, non solum in subscriptionibus quam plurimis recessuum Imperii, verum etiam aliis eorundẽ paragraphis, expressè coniunguntur, Gesandten und Bottschafften / (Cammergerichts Ordnung zu Costnitz de anno 1507. §. Und wir / *pag.* 70. R. A. zu Trier und Cöln de anno 1512. §. und Wir / *pag.* 94. R. A. zu Augspurg de anno 1518. §. *fin. pag.* 105. R. A. zu Nürnberg de anno 1522. §. und wir / *pag.* 151. R. A. zu Nürnberg de anno 1524. §. und wir / *pag.* 162. R. A. zu Speyer de anno 1526. §. und wir / *pag.* 171. R. A. zu Regenspurg de anno 1530. §. Und wir / *pag.* 210. R. A. zu Augspurg de anno 1551. §. und wir / *pag.* 416. R. A. zu Regenspurg de anno 1557. §. und wir / *pag.* 507. R. A. zu Speyer de anno 1557. *pag.* 517. Abschied des Deputation-tags zu Wormbs de anno 1564. §. Und des zu Erfurt / §. und seynd / *pag.* 552. Abschied des Tags zu Erfurt de anno 1567. §. und wir / *pag.* 603. Abschied des DeputationTags zu Franckfurt de anno 1571. § Und wir / § Und seynd / *pag.* 561. Abschied des DeputationTags zu Speyer / §. solches alles / *pag.* 774. R. A. zu Regenspurg de anno 1603. §. und wir / §. und seynd / *pag.* 788. R. A. zu Regenspurg de anno 1613. §. solches / *pag.*
6. 798.) Nec est, quod excipias, in multis allegatorum locorum legi, ge-

sandte /

sandte Bottschafften / ita, ut non solum minusculo g vocabulum Gesandte/ exprimatur, sed & sine intermedio commate à Bottschafften/ ut idem esse videatur, ac si dicas, legati Nuncii, tanquam prædicatum se referens ad subjectum: nam, etiamsi ponamus, nullum hic vitium typographi intervenisse, tamen locis cæteris, ubi comma intermedium est, & literæ maiusculæ usurpatæ fuerunt, res Sole meridiano clarior redditur. Ut taceam, infinitos paragraphos recessuum Imperii, idem, quod dixi, manifestare; (ex quibus, si placet, *vide* R. A. zu Speyer de anno 1557. §. daß wir/ *pag.* 510. Reichs Abschied zu Augspurg de anno 1559. §. und seynd, *pag.* 519. Reichs Abschied zu Regenspurg de anno 1594. §. was/ *pag.* 725. §. so haben / *pr. f. pag.* 730. Reichs Abschied zu Regenspurg de anno 1598. §. darauff/ § ob wol/ *p.* 738.) 7.

Schleunige Audienz/ und expedition.

Bis dat, qui cito dat; gratiaque officio, quod mora tardat, abest. At ne sola humanitatis lege ad hæc Imperator teneretur, placuit eum hoc articulo civili obligatione constringere.

Nach dem vorigen Tenor.

Hoc est juris communis, (*Bl. in cap.* 1. §. *fin. vers. quæro quis dicatur, de feudo guardiæ, & plures alii allegati ab Hermanno Vulteio lib.* 1. *de feud. cap.* 7. *num.* 105.)

Zu wichtigen Sachen.

In gravioribus negotiis, Imperium concernentibus, statim ab initio Imperator Electores ad consilium vocare debet, nec sui solum ingenii ductum sequi. Sunt autem Electores, non tantum præcipui Imperatoris consiliarii, sed etiam coadjutores, & certo respectu directores. Unde Goldastus confidenter scribit, Electores non modo Imperium, sed ipsum etiam Imperatorem in potestate sua tenere, (*in replicat. pro Imper. cap.* 11. *pag.* 111.) Cæterum, quod in antecedentibus articulis specialiter sancitum, hic, ne aliquid, quod majoris momenti, adhuc exceptum videri possit, generali regula effectum est.

Geheimen / und Reichs-Hoff-raht.

Duo Imperator in aula sua habet consilia, quæ negotia Imperium concernentia tractant. Unum vocatur Secretius, der Kaiserliche Geheimbde Raht; in quo causæ rationem status concernentes tractari præcipuè solent. Alterum, quod dicitur, der Reichs-Hoffraht / ubi causæ controversæ, concernentes Imperii Status vel etiam ipsum Imperium, plerumq; agitantur; & ibidem proceditur usque ad conclusionem & sententiam, Quod si politicæ concurrunt considerationes, ea non pronunciatur, sed prius causa cum voto, mit einem Gutachten/

refertur ad Cæſarem. Quo facto, Cæſarea Maieſtas cauſam in Conſilio ſecreto, im Geheimen Raht/ proponit, ubi non tam juſtitiæ & juris, quam Status ratio conſideratur, ut puta, an tali, vel alio rerum ſtatu, commodum ſit ita pronunciare, an ſine magno Imperii motu, & ſcandalo ſententia talis executioni mandari poſſit. Et ſi difficilis executio, vel alia incommoda timeantur, non raro pronunciatio ſententiæ conceptæ aliquantiſper ſuſpenditur, donec commodior exequendi occaſio eveniat; uti factum in cauſa Braunſchweig contra Braunſchweig / das Fürſtenthumb Grubenhagen betreffend: item in cauſa Baden contra Baden. Si vero eiuſmodi non occurrant obſtacula, non facile receditur à voto Senatus aulici, und wird in gemein des Reichs-Hoffraht Gutachten gelaſſen. (*Reinking. de regim. ſecul. lib.* 1. *claſſ.* 4. *cap.* 19. *num.* 50. *& ſeq. edition. poſterioris.*)

Mit Fürſten/ Graven/ &c.

Plerumque Princeps, Comes, vel Baro, præſes eſt huius Conſilii. (*Reinking. dict. loc.*)

Ehrlichen Leuthen.

In Conſiliarios debent eligi probi, & qui ſunt bonæ, non infamatæ vitæ. (*Tholoſan. de Republ. lib.* 24. *cap.* 6. *num.* 11.) & generaliter ſecundum Baudier; (*au* 1. *livre de l' hiſtoire generale du Serrail & de la Cour du grand Seigneur, Empereur des Turcs chap.* 2. *p.* 23.) (*Les Princes ſouverains ne doivent approcher de leurs perſonnes, que les hommes les mieux faits de leurs Eſtats. Car, comme Dieu a dans le ciel le miniſtere des Anges, & des autres creatures intellectuelles, auſſi les Roys, qui ſont ſes vivantes images, doivent avoir autour d' eux, les hommes, que la vertu & les rares qualités de l' eſprit, ont esleve par deſſus les autres.*) Monarchæ non debent ad latus habere alios, quam optimos ſuarum ditionum. Quemadmodum enim Deus in cœlis miniſterio angelorum, & aliarum creaturarum intellectualium utitur; ita Reges, qui ſunt vivæ imagines Dei, circa ſe habere debent homines, qui virtute, & raris ingenii dotibus, reliquos antecellunt.

Im Reich Teutſcher Nation erzogen/ &c.

Supra articulo XIII. ad officia aulica admittuntur illi, qui in Germania nati; hic de conſiliariis aulicis ſtatuitur præterea, ut in ea etiam ſint educati: Forſan, ut morum, juris, atque conſuetudinum Germaniæ ſint peritiores.

Darinnen begütert.

Majorem patriæ curam gerunt illi, qui in eadem bona & poſſeſſiones habent, quam qui bonis ibi omnino deſtituuntur. Et rectè Gellius (*Noct. Attic. lib.* 16. *cap.* 10.) Res, pecuniaque familiaris, obſidis vice, pignoriſque

eſſe

esse apud Rempublicam videtur, amorisque in patriam fides quædam est, & firmamentum.

Der Reichssachen wohl erfahren.

Tales debent adhiberi consilio, qui res, de quibus tractatur, rectius norunt, & periti in illis sunt. (*Tholos. d. loc. num.* 9.) Ad consilium de Republica dandum, caput est, nosse Rempublicam. (*Lipsius Civil. doctr. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 4.)

AD ARTICULUM XLI.

Gewisse Ordnung.

Electores, Saxo & Brandenburgicus, jam dudum, tempore Rudolphi II. variis Senatus aulici conaminibus contradixerunt, ut videre est apud Londorpium (*tom.* 2. *actor. publicor. lib.* 1. *tract.* 4. *num.* 2. *pag.* 50.) ubi querulantur, (1.) Daß ohne einigen Unterschied / auch in die allernöhtigsten im Reich vorgehender Sachen / die beschwerlichsten mandata sine clausula, bey höchster Straff der Acht / im Reichs-Hoffraht außzufertigen / bey wenig Jahren angefangen worden / dem alten Herkommen gar zu entgegen / da man einen fleissigen Unterschied zwischen den Sachen / so gen Hoff / ans Cammergericht / und für allgemeine Ständ gehörig / observirt / auch nach Gelegenheit / und ordentlichen Verhör / die Sach an das Kaiserliche Cammer-Gericht gewiesen / und von Hoff remittirt hat. (2.) Daß sich der Reichs-Hoffrath unterstanden / die Reichs constitutiones, mit allerhand præjudiciis, fast beschwerlicher weise zu erclären / welches doch einem Kaiser / sampt den Ständen des Reichs / als statuentibus, gebühret; Inmassen das mit aller Stände Rath / und Gutachten / von beyderley Religion zugethaner Personen / bestellt und verordnete Cammer-Gericht / die Reichs Constitutiones zu erclären / sich nie angemaßt; sondern / die ihnen bißweilen fürgefallene dubia, jederzeit umb resolution an die Kaiserliche Majestät / und die Reichs-Stände / als statuentes, gelangen lassen / darmit in gemeinem Raht ordentlich darvon geredt / und wie herkommen / geschlossen werden möchte. (3.) Daß gleichwol ermeldter Reichs-Hoffraht / mit eytel Personen / so der Päpstlichen Religion zugethan / besetzt / und dergestalt alle Sachen / darinnen man sich von den Beysitzern der Ständ Augspurgischen Confession / am Cammergericht / gebührlicher Einred befahrt / dahin gebracht / und in den allerwichtigsten Sachen / es belange gleich die Religion / oder was es wolle / von Leuten so allein von der Päpstlichen Religion seind / geurtheilt und erkant werden wolle. (4.) Daß sich der Reichs-Hoffraht anmasse / den Außschlag zu geben / wer für einen Stand oder Glied der Augspurgischen Confession zu halten / dessen sich doch der Kaiserl. Majestät Herren Vorfahren / dergestalt nie unterstanden. (5.) Daß in Religionsachen / wann Commissarien von beyden Religionen der Kais. Majest. spaltige Meinungen vorbringen / die endliche definition der gantzen Sachen / bey dem Reichs-Hoffraht gemacht werden wolle; da man

Vide supra capitulat. Matthiæ articul. xx. & Ferdinandi II. articulum XIX. cum ibidem annotatis.

AD ARTICVLVM XXIII.

Vide quæ supra annotavi ad capitulat. Maximiliani II. artic. IX.

AD ARTICVLVM XXIV.

Vide supra capitulationem Rudolphi II. art. XIX. cum ibidem annotatis. Quibus adde ex Instrumento pacis, factæ Monasterii Westphalorum anno MDCXLVIII. inter Imperatorem & Regem Franciæ, (§. *& quia publicè interest.*)

AD ARTICVLVM XXV.

Hic articulus primum Matthiæ capitulationi inseri cœpit, & constitui artic. XXIII. quem supra suo loco explicavi.

AD

AD ARTICULUM XXVI.

Vide, quæ scripsi supra, ad Capit. Caroli V. articul. xix.

Vnd der Thonaw.

Hæc noviter addita, propter Maximilianum, Ducem Bavariæ, qui Elector Palatinus est, & Bavariam, quam Danubius præterlabitur, ac in ea sedem domicilii, tenet.

AD ARTICULUM XXVII.

Vetus est Constitutio. Vide Capitul. Caroli V. artic. xx. cum ibidem annotatis.

AD ARTICULUM XXVIII.

Novus plane hic est articulus, cui causam dederunt polyphagi aulici, & alii læmargia perpetua laborantes, quorum appetitui satis fieri oportuit, cum aliorum damno.

Lehen.

Primum huius articuli membrum de feudis disponit, secundum de allodiis.

Gelegen wo sie wollen.

Multi Status etiam extra suum territorium feuda habent. Sic Marchiones Brandenburgenses, Burggravii Norimbergenses, à tempore Imp. Ludovici Bavari hucusque, plurimos in Austria vasallos numerarunt. (*vide me de jure publ. lib. 5. c. 7. n. 94. & in additionibus ad eundem numerum.*)

Crimine læsæ maiestatis.

1. *Quomodo maiestas lædatur immediate.*
2. *Elisabetha Reginæ Angliæ constitutio.*
3. *Constitutio Galliæ.*
4. *Eiusdem Regni constitutio alia.*
5. *Inscriptio statuæ Herculis Estensis.*
6. 8. *Quomodo maiestas lædatur mediate.*
7. *Explicatio Legis V. in pr. C. ad L. Iul. maiest.*

MAjestas læditur, vel immediate, vel mediate. Immediate, ubi crimen 1. committitur directo in maiestatem realem, vel personalem majorem. Exempla varia recensentur (*in l.1. §.1. l.2. l.3. 4. 6. 10. ff. ad L. Iul. maiest.*) quibus, secundum mores cuiusque Reipublicæ, vel Regni, addi debent illa, quæ lege publica in hanc classem relata sunt. Elisabetha, Regina Angliæ, edicto 2. sancivit, (*que celuy, qui diendroit le Pape pour chef de l' Eglise d' Angleterre, seroit tenu pour criminel de leze maiestè.*) (*P. Matthieu tom. 2. livr. 6 de l' histoire de Henry IV. narrat. 2. p. mihi* 492.) quicunque (suorum) Papam haberet pro capite Ecclesiæ Anglicanæ, criminis læsæ majestatis reus esset. (*Au temps d' Henry IV. se fin un edict, par lequel ceux qui appellent, ou qui sont appellés, qui assistent & secondent les appellans, & les appellés, sont declarés criminels de leze maiestè punissables selon la rigueur des ordonnances, sans que la peine de la mort, & confiscation des biens, puisse estre chanchée ni moderée.*) (*Matthieu d. tom. livr. 5. narr. 2. p. 253.*) 3. Henricus VI. Galliæ Rex edicto sancivit, ut, qui ad duellum alium provoca-

 ret,

tet, vel, qui ab alio provocatus duello decertaret, nec non & utriusque partis patroni, & concertantes, criminis læsæ maiestatis rei haberentur, puniendi secundum rigorem constitutionum, pœna mortis ac confiscationis bonorum, citra omnem moderationem commutationemque pœnæ in mitiorem aliam.
4. Quando Bellarmini scriptum, *de temporali potestate Papæ, adversus Guilhelmum Barclaium*, in parlamento Lutetiano die XXVI. Novembr. An. C. MDCX. damnabatur, vetitum simul fuit, sub pœna læsæ maiestatis, ne quis illud haberet, retineret, communicaret, excuderet, venderet. (*Lansius de principat. provinc. Europæ. p. 360.*) Cumque Jesuitæ relegati essent ex tota Gallia, additum fuit, ut, intra XV. dies, toto regno excederent, aut in eo deprehensi postea, tanquam læsæ maiestatis rei, punirentur. Interdixit etiam Curia omnibus regni subditis, sub eadem criminis læsæ maiestatis pœna, ne filios extra regnum in Jesuitarum collegia, studiorum gratia, mitterent. (*Id. Lans. d. tr. p. 368.*) Ferrariæ me-
5. moriæ D. Herculis Estensis Ducis II. equestris statua, adhuc viventi posita, cum hac inscriptione, ad quam si quis intra ambitum XX. P. confugientibus vim intulerit, se læsæ maiestatis crimen incurrisse non ignoret. (*Heberer servit. Ægypt.*
6. *lib. 3. c. 26. p. 496.*) Porro læditur maiestas mediatè, quando ejus in odium, in personam magistratuum, quos posuit, vel Consiliariorum, quos pro parte corporis sui habet, senatorum etiam, & quorumlibet, qui sibi militant, crimen enorme committitur: ut quando occiduntur, (*d. l. 1. §. 1. ff. ad L. Iul. Maiest.*)
7. vel, quando de eorum nece initur factio, vel cogitatur, (*l. 5. in pr. C. ad L. Iul. maiestat.*) hoc est, ut ego capio, quando non perfunctoria, & nuda est cogitatio, sed quando consilium, (*l. ult. in pr. C. d. t.*) de nece, de modo eam patrandi, deque occasione exequendi, &c. intervenit, & res in actum exteriorem, quan-
8. quam sine effectu, deducta est. In Imperio nostro, postquam aureæ Bullæ alterum membrum, à Carolo IV. in curia Metensi promulgatum fuit, A. D. M CCC LVI. dubium nullum superest, crimen læsæ maiestatis illum incurrere, qui scelestam factionem, aut factionis ipsius inierit sacramentum, vel dederit, de nece Electorum, tam ecclesiasticorum, quam secularium, omnium, seu unius ex eisdem. (*vide A. B. c. 24.*)

Oder sonsten verwürckt.

Qui enorme crimen læsæ maiestatis committit, amittit omnia bona, (*d. l. quisquis 5. C. ad L. Iul. maiest.*) sive directo illa habeat dominio, sive utili: (*c. felicis, §. si quæ vero feuda, ibi, sit eis ipso jure privatus, de pœnis. Curtius Iun. de feud. part. 4. n. 155.*) ergo etiam feuda (*Gigas de crim. læsæ maiest. t. de pœna commissi crim. læsæ maiest. quæst. 3. & 25. Sixtin. lib. 2. de regal. c. 20. n. 37.*) Non solum autem propter hoc crimen commissum, sed etiam propter alia, quæ à Feudistis enumerantur, vasallus feudum amittit. Quod fieri fortius credendum est, in illis delictis, ob quæ banno Imperii percutitur, ut fit, si pacem publicam turbaverit. (der Königliche Landfrieden zu Wormbs anno 1495. auffgericht. *tit.*

die

die Pœn der Friedbrecher/ *p.* 24. Erklärung des Land-friedens *de anno* 1500. *tit.* wie wider den Aechter/ *p.* 46. Ordnung des Landfriedens zu Wormbs *anno* 1521. auffgericht/ *tit.* die Pœn aller Friedbrecher/ *p.* 125. Erklärung des Land-friedens zu Nürnberg *anno* 1522. auffgericht/ *tit.* dem Lehen-herren/ auch andern/ ꝛc. *pag.* 145. Kaiserl. Landfrieden zu Augspurg auffgericht *anno* 1548. *tit.* die Pœn der Friedbrecher/ *p.* 355. Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 9. §. so jemands.)

Nach ihrem Willen.

Quocunque modo feudum, propter delictum amittit vasallus, illud non ad fiscum Imperatoris, sed ad dominum directum pertinet, ut clare deciditur: quod fieri, necessarium visum fuit Electoribus, & cavere, ne novus Rex Romanorum, successor in Imperio, antecessoris acta pro regula allegaret.

Schalten und walten lassen.

In crimine læsæ maiestatis feudum quod amittit vasallus, plene directo accrescit domino, ut tanquam moderator, & arbiter rei suæ, de eo statuere possit pro libitu. Dixi plene accrescere, nam nihil juris in illud remanet apud delinquentem, ut supra vidimus; nec apud delinquentis liberos, (*arg. d. l quisquis.* §. 1. *ad L. Iul. maiest. & argumento, à minori crimine ad maius, ducto c. unico.* 2. *Feud.* 31. *&* 2. *F.* 26. §. *si vasallus culpam, Vulteius lib.* 1. *de feud. c.* 11. *n.* 69.) nec apud delinquentis agnatos (*Gail. de pace publ. lib.* 2. *c.* 13. *n.* 12. *inf. & n.* 16. *Vulteius d. c.* 11. *n.* 71. §. *ita in omni casu. p.* 630.)

Keines wegs aber/ dieselbe zum Kaiserlichen
Fisco einziehen.

Contrarium fecit Imperator Ferdinandus II. hoc sibi licere persuasus ab illis, qui confiscata bona magis, quam Domini sui famam amabant; & fuit de alieno liberalis ac munificus, in ipsos suasores potissimum. Unde creditum à perquam plurimis, fundamentum huius confiscationis non fuisse doctorum illum numerum, quem congessit Rosenthal. (*de feud. c.* 11. *conclus.* 13. *in allegat. lit. a.*) sed numerum alienis bonis inhiantium. Reclamarunt Electores, & Status Imperii, vim juri suo fieri; at fere frustra, adeo strenua in confiscandis bonis continuatio erat, & talis quandoque, ut ne innocentibus quidem parceretur. Vidi ego indicem Commissarii, eo tempore satis noti, in quo nobiles Franconiæ, quorum bona confiscanda, descripti erant, addito delicto cuiusque. Iisdem verò etiam par fratrum, familiæ non obscuræ, intermixtum legebatur, cum hoc epiphonemate: *Nihil quidem hi deliquerunt, sed dicuntur esse admodum divites.* Talis scilicet rerum tunc status erat, ut divitiæ criminis vicem sustinerent. Esse autem juris, & communis opinionis, ut bona feudalia ejus, qui crimen læsæ maiestatis commisit, non ad fiscum Imperatoris, sed dominum directum perveniant, & ita in Germania observatum ante hæc tempora fuisse, testes sunt magni nominis Jureconsulti: Gailus *lib.* 2.

de pace

de pace publ. c. 14.) Hartmannus Pistoris à Seuselitz (*lib.* 2. *quæstion. part.* I. *quæst.* 15. *n.* 7. *&* 8.) & alii allegati à Rosenthal. (*de feud. c.* 11. *conclus.* 11. *n.* 6.) Anton. Guetta (*consil.* 6. *&* 7. Reinking. (*de Regim. secul. lib.* I. *class.* 5. *c.* 7. *n.* 28. *& seqq. edition. poster.*) & Carolus à Kirchberg, in singulari, de hac quæstione, responso juris, Cæsari Ferdinando II. exhibito (ac Viennæ anno M DC XXII. excuso.) Quod extra Germaniam, aliis in Regnis observatur, nos non attinet; præstat tamen scire, Coquille (*sur les coustumes de Nivernois, tiltr. des confiscations. artic.* I. *p.* 67.) docere, (*qu'en cas de leze maiestè les fiefs, qui ne sont pas tenus du Roy immediatement, viennent à luy par confiscation, à la charge des debtes & hypotheques, &c. Plusieurs coustumes specialement attribuent au Roy la confiscation en cas de leze maiestè, Melun. artic.* 9. *Sens artic.* 207. *qui adiouste, que le Roy doit vuider ses mains dans l'an, ou bailler homme, ce que ie croy estre general: car le Seigneur immediat ne doit perdre son fief, sans sa faute, & le Roy ne peut estre vasall de son subiect.*) In casu patrati criminis læsæ maiestatis, feuda, quæ noxius, non immediatè à Rege, sed ab alio habuit, ad Regem transeunt jure confiscationis, sed cum onere debiti, vel hypothecæ &c. Multæ consuetudines specialiter Regi confiscationem assignant, in casu læsæ maiestatis. Melodunensis artic. IX. Senonensis artic. CCVII. qui addit, Regem debere intra annum à se dimittere feudum aut alium dare vasallum; quod generale esse credo: Is enim, qui immediatus feudi dominus est, non debet, sine facto suo, amittere feudum ad se pertinens, & Rex non potest esse vasallus sui subditi. Similia docet Loyseau (*tr. des Seigneuries chap.* 12. *n.* 78.)

Einziehen.

Ne in posterum hoc fiat, his satis cautum videtur. Sed cum, ut modo audivimus, etiamsi citra hanc capitulationem foret, nihilominus, juris & æquitatis communis ratio, ejusmodi confiscationes ab Imperatore fieri prohibeat, etiam aliquid de restitutione, sub nomine Ferdinandi II. confiscatorum, addi potuisset. Certe peccatum non remittitur, nisi quod ablatum est, restituatur.

Vorige.

Si Imperator veniam delicti concedat vasallo alterius, ea remissione nil quicquam domino feudi, ad quem, ob commissum delictum, feudum reversum, præjudicat. (*Vult. d. capit.* 11. *n.* 36. §. *sed nec de crimine, & n.* 158.)

Oder andere Vasallen auffdringen.

Postquam semel pleno jure feudum ad dominum rediit, potest, si velit, idem retinere, vel alteri concedere: invito autem, vasallus ab Imperatore obtrudi, haud debet. Quod de retentione diximus, limitationem accipit, si provinciæ, vel loci consuetudine, aliave ex ratione, introductum fuerit, ut feuda ad se reversa dominus iterum alii concedere teneatur.

Allo-

Allodial Güter.

1. *Hottomanni coniectura de origine vocabuli allodium.*
2. *Pasquieri opinio.*
3. *Budæi tradita.*
4. *Opinio Cuiacii.*
5. *Opinio Rhenani.*
6. *Autoris opinio.*

EST hoc alterum articuli nostri membrum, quo agitur de confiscatione bonorum allodialium, hoc est, eorum, quæ non sunt feudalia, sed patrimonialia, so nicht Lehen/ sondern Eigenthumb. Vocabuli veram originem, & notionem demonstrare, perdifficile est, & sola divinatio hic regnat. Verisimile videtur Hottomanno (*de verb. feudal. verb. alode.*) primam verbi originem ex eo manasse, quod nationis, bello subactæ, prædia bipartito dividerentur, & melior pars militibus fruenda, beneficii loco, attribueretur: altera pars plebeiis, ac reliquæ multitudini, quod Germani etiam nunc dicunt als Leut/ (voluit dicere, alle Leut/ sed linguæ non satis gnarus, lapsus est) quasi quis dicat, universæ plebi. Nam *leudes* & *leudi*, passim apud Germanicos, & Francogallicos historicos, dicuntur, qui vulgo subiecti appellantur. Atque in hanc sententiam primum me (*pergit d. hoc loqui Hottomannus*) Gallorum nostrorum sermo & consuetudo induxit, qui prædia huiusmodi nominant *alleud*, eaque longissimo intervallo, ab iis, quæ in libris feudorum allodia, vel alodes appellantur, separant. Nam illo nomine eos demum fundos appellant, pro quibus, census, sive pensiuncula solvitur. Unde fundi liberi allodii, *fiefs de franc alleud*, quorum nemo donator agnoscitur, pro quibus nemini gratia debetur, & qui eo nomine immunes sunt, quos more Romano dicebant, optimo iure possideri. Estienne Pasquier (*livr. 2. des recherches de la France livre 2. chap. 13. fol. 78. edit. Parisiens. in fol. de an.* MDCXXVI.) ait, (*estans les François arrivés és Gaules, & s' en estans faits maistres & patrons, ils establirent double police, en ceste contrée: l' une tirée du Romain, & l' autre de leur propre estoc. Parquoy ils diviserent les terres, en beneficiales, & allodiales: destinans les premieres pour ceux, qui faisoient profession des armes; & celles cy, pour tous subiects indifferemment. Or combien que ces benefices fussent du commencement distribués aux gens dediés au fait de la guerre, si ne leur estoit- il pourtant deffendu de tenir terre en alleud, qui estoient terres, que l' on tenoit en proprieté, & qu' en mourant l' on transferoit à ses heritiers. Ceste diction d' alleud, prit, selon mon iugement, sa premiere source d' un ancien mot François, Leud, qui signifioit un subiect. &c. De ce mot vint que nos anciens Roys de France, faisans és Gaules le departement general des terres, appellerent celles estre tenuës en alleud, qui devoient cens, & redevance. Estant, à mon iugement, cest alleud, la pension que l' on payoit pour recognoissance des heritages, en signe de subiection. Pour laquelle occasion furent dites aucunes terres estre tenuës en franc alleud, c' est à dire, celles, qui n' estoient pas de si grande marque, que les benefice, lesquelles furent assignées diversement à la commune des François, desquels* 2.

nos Roys, par un passedroit special, ne voulurent prendre aucune recognoissance, des cens, comme ils firent des Gaulois. Dont advint, que s'estant depuis ces deux nations confuses, par telle course de temps, qu'il estoit malaisé à distinguer l'une de l'autre, on employa ce mot de franc alleud, à toutes terres indifferement, que par possession immemoriale on maintenoit estre exemptes de cens & rentes. Et en ceste façon recite Procope, que les Vandales, ayans occupé l'Afrique, le Roy Genzerich leur donna plusieurs belles terres, franches de toutes redevances, quo l'on appella de là en avant, terres des Vandales. Qui n'est pas chose grandement esloignée du franc alleud des François. De ceste diction alleud, est venu, ce que nous appellons, lotir, pour partager une chose, qui est en censive, & lot, pour part & portion. Car quant à ce qu'en cas d'achapt il faut payer les lots & ventes, cela est venu d'un autre mot François, los, qui signifie gré, & volonté, duquel encores nous disons allouër, pour la chose que nous avons aggreable.) Postquam Franci in Galliam venerunt, eamq; sibi fecerunt subditam, duplicem ordinem ibi instituerunt: unum habuerunt à Romanis, alterum à semetipsis. Diviserunt itaq agros, in feudales, & allodiales: illos dederunt militibus, hos subditis, sine distinctione. Licet autem primum feuda data fuerunt militibus, attamen illis prohibitum non fuit, simul etiam allodia tenere; quæ erant agri, qui proprietatis jure habebantur, & à morientibus transmittebantur in heredes. Vocabulum autem, alleud, primam originem, ut arbitror, traxit ab antiquo nomine Francico Leud, quod significabat subditum, &c. Ab hoc ipso vocabulo provenit, quod olim Reges Franciæ, in Gallia agros distribuentes, illos in allodium datos dicebant, quorũ nomine solvendus erat census, vel canon. Puto, allodium dictum fuisse censum illum, qui solvebatur in recognitionem bonorum hereditariorum, in signum subjectionis. Eandem ob rationem dicebatur de nonnullis agris, quod tenerentur in liberum allodium: Idq; intelligebatur de illis terris, quæ non erant tanti momenti, quanti beneficiales, vel feudales. Diversimode autem adsignabantur Francis, à quibus Reges nostri, speciali ex privilegio, nolebant censum accipere, quem tamen requirebant à Gallis. Contigit autem postea, cum longo temporis cursu utraq; natio adeo confusa in sese esset, ut una ab altera amplius distingui haud posset, ut nomen liberi allodii, sine discrimine, terris, vel agris daretur, quos per possessionem immemorialem exemtos affirmabant à censu & pensione. Eodem fere modo narrat Procopius, postquam Vandali occuparent Africam, Regem Gensericum illis dedisse multos egregios agros, liberos ab omni censu, qui ab eo inde tempore vocati fuerint agri Vandalorum. Quæ res non multum differens est à Francorum libero allodio. Ab hoc vocabulo allodii, originem habet, lotir, quod significat, dividere rem, quæ censui subiecta est, & lot, quod notat partem, vel portionem. Quod autẽ in emtionibus solvi debent los, & ventes, sunt obventiones fundi censualis) illud est ab antiquo verbo Francico *los*, quod significat voluntatem, unde adhuc dicimus, allouër, pro eo quod
3. nobis placet vel arridet. Guilielmus Budæus (*in annot. in pandect. referente Hottomanno d. l.*) scribit, alaudia à laudantur, h. e. nominandi autoris, verbo profecta:

quod

quod qui prædia eo jure habeant, laudare autorem suum neminem teneantur, ut qui nullũ soli dominum agnoscant, nec patronum; i. e. qui in nullius fide sit. Quasi Budæus, alaudia, conjunctum verbum putaret, ex A, particula privativa, & laudare; quippe quorum nomine laudatio non debetur. Cujacius (*in præfat.* 4.
comment. feud.) allodia, quasi fidei vinculis soluta, dici putat; & iterum (*ad tit. 17. lib. 2. feudor.*) allodium, sive alloden, dici scribit latinis amens, quasi sine mente, allodiũ quasi sine lode, ec quod eius possessor nemini sit leodes, sive ut nunc loquimur, leudes, i. e. homo, vel vasallus. Sed hanc conjecturam rejicit Hottomann. (*d. l.*) cum neq; A particula illa, apud Germanos privandi vim habeat, & Lodes præcise vasallum non significet, sed quemvis (ut antea dixerat) Principis ditioni subiectum, sive is miles sit, sive non sit, & sive feudum alterius beneficio teneat, si ve non teneat. Has rationes satis infirmas esse judicat Vulteius (*d. lib* 1. *de feudis c.* 12. *n.* 11.) Superest opinio Beati Rhenani (*rer Germ. lib.* 2.) quem Hot- 5.
tomannus allegat (*d. l.*) dicentem, allodia proprii fuisse juris, fortasse Germanico vocabulo sic dicta, quod familiæ velut coagmentata sint, & coniuncta, h. e. inseparabilia à familia, ein Anlod (quo nomine etiam utitur Leheman. *in Chron. Spir. lib.* 2. *c.* 19. *p* 91.) Mihi videtur, nisi ante omnia de orthographia vocabuli 6.
certi simus, non posse convenienter investigationem institui, unde derivatum sit: credo tamen origine esse Germanicum, non latinum, ut, Budæi opinione, admissa, sequeretur. Quoniam vero nemo est, qui orthographiam vocabuli norit, divinare unicuique per me in infinitum licebit.

Ex crimine læsæ maiestatis.

D. l. quisquis 5. in pr. C. ad L. Iul. Maiest. Novella 134. c. 13. in fin.

Oder sonsten verwürckt.

In enumeratione casuum, in quibus bona reorum confiscentur, largus nimis est Calicius, qui teste Claro (*l* 5. *sentent. quæst.* 78. *n.* 3.) quadringentos & octodecim proponit. Ludovicus Cressoles (*in tr. in quibus casibus iure civili omn. bonor. vel partis publicatio fiat.*) centum quinquaginta proponit; Chassanæus septuaginta duas enumerat (*ad consuetud. Burgund. rubr.* 2. *ver.* 1. *n.* 19. *& seqq.*) sexaginta septem Damhouderius (*pract. Crimin. c.* 66) Malim ego sequi Iustinianum, qui (*in d. novell.* 134. *c.* 13. *vers. ut autem &c.*) non solum corporales pœnas, sed etiam pecuniarias mediocres fieri voluit, non autem numero extendi. (*vide Rittersh. ad Novellas. part.* 14. *c.* 4. *& seq.*)

Juribus fisci.

De quibus Dd. ad t. ff. & C. de jure fisci, & Peregrinus integro tractatu, ac Bocer. c. 3. de regal. fisci.

Belehnt.

In Imperio nostro iura fisci habet Imperator, tanquam Imperii administrator, & caput summum: cæteri, qui illa habent, ea accepta ferunt concessioni Imperatoriæ, per investituram factæ, vel per privilegium, extra casum investituræ, &c. (de quibus capitulatio tacet.)

Oder dieselbe sonsten beständig hergebracht.

Tertio, nonnulli præscriptione jus fisci acquisiverunt (*Bart. in l.* 2. *in*

 pr ff.

pr. ff. de jure fisci. Ioh. de Platea ad rubr. C. eod. tit. lib. 10. *n.* 12.) Fiscum nemo proprie habet, inquit Vulteius (*lib.* 1. *de Feud. c.* 5. *n.* 7. *p.* 69.) nisi Imperator; jure nimirum suo proprio, alii non nisi ex concessione Imperatoris, eaque vel tacita, quæ inducitur præscriptione, vel expressa, quæ inducitur conventione.

Landen gelegen.

Ergo ea bona, quæ extra territorium sita, ad dominum alterius territorii, si jus fisci habeat, pertinent, non ad dominum, in cuius territorio deliquit, vel domicilium habet is, cuius bona fisco cedere debent. Atque in hoc allodium differt à feudo; nam hoc etiamsi extra territorium directi domini situm sit, nihilo tamen minus ad eum, quando crimen commissum fuit, pervenit.

Nicht einziehen.

Postquam in contrarium incumberet Imperat. Ferdinandus II. Electores præsentes, & absentium legati, unanimiter ei contradixerunt, in conventu Ratisponensi anno MDCXXX. literis vice duplicæ die XII. August. scriptis: Es wolten die hochlöbl. Churfürsten/ und die Churfürstl. HH. Gesandten/ nicht verhoffen/ könten sich auch darzu nicht verstehen/ daß den jenigen Ständen des Reichs/ so mit dem Kaiserl. fisco belehnet/ in dessen Nutzbarkeiten/ viel weniger den Churfürsten/ in crimine læsæ maiestatis, an würcklicher Bestraffung ihrer ungemittelten Unterthanen und Landsassen/ einiger Eingriff/ den Rechten und R. Abschieden/ auch J. K. M. selbst eigenen avocatoriis zuwider/ beschehe: zumaln weiln eben der jenige fiscus, dessen l. quisquis, meldung thut/ den Ständen gleich andern hohen Regalien/ und obrigkeitlichen Rechten/ gäntzlich und privative eingeraumt und übergeben/ dessen sie auch billich ungehindert männiglichs geniessen sollen. Quibus ultimis verbis respondetur fundamento, quod pro Imperatore adduci potuit ex d. l. quisquis, verbis, *fisco nostro*, & ex c. XXIV. §. 1. *A. B.* ubi eadem reiterantur. Fiscus namque Imperatoris duplici sensu dici potest, Unus qui ipsius est exercitio & utilitate, & nulli competit præter ipsum. (Cammergerichts Ordnung *part.* 2. *tit.* 9 §. Wir wollen auch/ *in f.*) Alter, qui ipsius est, respectu concessionis, vel permissionis, exercitio autem, & utilitate est apud alium. Tempore quo lata d. l. quisquis, citra omne dubium fiscus apud Imperatorem solum fuit; tempore autem Caroli IV. quando d. l. quisquis, interpolata, & in auream bullam relata fuit, exercitium & utilitas etiam ad Status pertinuit. Nihilo minus tamen, placuit etiam tunc Carolo IV. ad exemplum Arcadii & Honorii loqui, & fiscum suum appellare.

Ohne einige Hinderung gebähren lassen.

In Regno Galliæ, quod monarchiæ propinquius est, aliud obtinet. (*Combien que la confiscation appartienne au haut justicier, toutes fois c'est un des droits de souveraineté du Roy, qui la peut remettre, sive per literas justitiæ, sive gratiæ, re tamen integra, c'est à dire, iusques à ce que l'arrest de condemnation soit prononcé, ou la sentence, par l'execution faicte d'icelle sans appel, soit convertie en force de chose jugée.*

Sans

Sansmesme hors ces cas, que le haut justicier soit recevable à s'opposer, ou autrement empescher l'interinement de la remission, grace, ou abolition, pource que ce droit de souveraineté ne peut estre retranche au Roy. Mesme, apres le droit acquis tout à faict au haut justicier, par un jugement souverain, encor tien on que le Roy peut remettre la confiscation du haut justicier, mais non, s'il en a disposé, principalement à tiltre onereux.) *Loyseau des Seigneuries chap.* 12. *n.*82.) Licet confiscatio competat ei, qui fasces, vel altam jurisdictionem obtinet, nihilominus est ex juribus superioritatis Regis, qui etiam potest remittere, sive per literas justitiæ, sive gratiæ, re tamen integra, hoc est, antequam sententia condemnatoria lata est, aut executione, non interposita appellatione, abiit in rem judicatam; ita ut etiam, hisce casibus exceptis, altæ jurisdictionis dominus non possit se opponere, nec alio modo impedire comprobationem remissionis gratiæ, aut abolitionis. Jus enim superioritatis Regiæ limitari nequit. Et affirmatur, quamvis altæ jurisdictionis dominus, jus omnino acquisitum habeat, sententia summa judicii, nihilo minus tamen Regem posse remittere confiscationem, si altæ jurisdictionis dominus adhuc bona confiscata possideat, non autem si in alium ea transtulerit, præsertim titulo oneroso.

AD ARTICVLVM XXIX

Priora huius articuli membra, explicavi in capitulatione Caroli V. artic. XXI. Posteriora, incipientia à verbis, auch mit Durchzügen / nova sunt.

Durchzügen.

Aurea planè est constitutio Novellæ CXXX. quæ primum, & maximum statum Reipublicæ esse docet, ut inculpabiliter exercitus Imperatoris in itineribus converſetur, & innoxietas, atque indemnitas, collatoribus custodiatur. At si ea, æque ut Imperii nostri sanctiones, de transitu militum disponentes, cum usu & praxi hodierna conferatur, manifestum evadit, pessimos mores optimis legibus vim intulisse, non antiquioribus modo, sed etiam recentissimis. Anno M DC XLI. in nuperis Comitiis Ratisponensibus, statutum fuit, daß die Durchzüge sollen den Außschreibenden Fürsten / so viel die Kriegs-actiones zugeben / und wo es ohne Feinds Gefahr wird seyn können / bey zeiten notificirt, und darob gehalten werden; daß / soviel möglich / den Reichssatzungen in denen Fällen / von welchen dieselbe erstberührter Durchzüge halber eigendlich reden / nachgelebt werde. Item ist außtrucklich verbotten worden / daß im Durchziehen / wider der Kaiserl. Majest. oder deroselben Generals-personen Ordonnantz / wann anders die nohtwendige Lebens-mittel bey dem nechsten Weg fortzukomen / vorhanden / einige Abweg nicht genommen / noch in Verschonung eines / der andere Stand beschweret / oder ruinirt werden solle. Neutrum vero, eo, quo par erat, studio, observatum fuisse, lippis & tonsoribus notum est.

Einquartierungen.

Vide d. R. A. zu Regenspurg de anno M DC XLI. (§. setzen solchem nach / ordnen

ordnen und gebieten rc. *cum seqq.*) Sed nihil, aut sane pauxillum eorum, quæ ibi pro salute Imperii constituta, usu observata fuisse, omnibus cognitum.

Ohne höchste und unumbgängliche Noht.

Hoc in theoria verum, in praxi autem aliud observatum fuit.

Auch alsdann anderst nicht.

Cum nec hoc quoque observatum fuisset, in dictis comitiis Ratisponensibus placuit, idem iterum renovari; sed nihilo minus in antiquam licentiæ sylvam denuo itum est.

Craiß Obristen.

De Capitaneo, vel Duce Circuli, multa scripsi (*in addit. ad Iuris publ. lib. 1. c. 7. n. 32.*)

Nach- und Zugeordneten.

Vide additiones meas (*ad d. n. 32.*)

Wie auch der Craiß-ständen.

Recessus Comitiorum Ratisponensium, de dicto Ann. MDCXLI. non convenit cum hac dispositione. Hic statuitur, ut non solum transitio exercitus, verum etiam hospitatio, aut deductio in hyberna, vel æstiva, fiat præscito Ducis Circuli, nec non eorum, qui illis adjuncti sunt, atque Circuli Statuum, quibus onus imminet. Dictus autem comitiorum recessus, separatim agit de utroque actu, ac transitum quidem denunciandum esse disponit, des Craisses außschreibenden Fürsten/ hoc est, Principibus circuli, qui jus convocandi cætera circuli membra habent, nullamque vel Ducis, vel ei adjunctorum, vel membrorum circuli, mentionem facit, (§. Die Durchzüge sollen.) Unde conjicere licet, solis illis Principibus, qui in dispositione exprimuntur, denunciari debere ab Imperatore transitum, eorum verò providentiæ relinqui, ut eundem cæteris Circuli Statibus postea significent. Deductionem autem instativam, idem recessus significari vult Duci circuli, & Principibus convocandi potestatem habentibus, ac inprimis Circuli Statibus, quos onus tangere potest, (*d.* §. setzen solchem nach/ ordnen und gebieten.) nullam autem mentionem facit eorum, qui Duci circuli adjuncti dati sunt. Hac in discrepantia, recessum Imperii capitulationi præfero, tum, quod capitulatione posterior, tum, quod omnium Statuum consilio factus, & approbatus fuit. Cæterum Instrumento Pacis Cæsareo-Suecicæ (*artic. 8. §. gaudeant,*) constat, hospitationem generalem militum haud aliter institui debere, quam de comitiali, liberoque omnium Imperii Statuum suffragio & consensu.

AD ARTICULUM XXX.

Vide quæ supra annotavi, ad capitulat. Caroli V. articulum XXII. & Ferdinandi I. articulum XXI.

Und ohne Vorwissen/ Raht und Verwilligung:

Hoc novum additamentum est, & maxime emphaticum, præscitum, consilium,

consilium, & consensum Electorum requirens, ut proscriptio valida esse possit. Praxis, quæ tempore Ferdinandi II. radices agere cœpit, permovit Electores, ut hoc modo sibi, aliisque prospicerent.

Des Heiligen Reichs.

1. *Quid Gilles Boilleau de banno Imperiali annotaverit.*
2. *Erronee tamen.*
3. *Proscriptio res magni momenti.*
4. *Ad quam Statuum consensus requiritur.*
5. *Ut factum tempore Imp. Henrici V.*
6. *Conradi.*
7. *Friderici I.*
8. *Friderici II.*
9. 10. *Henrici VII.*
11. *Caroli IV.*
12. *Sigismundi.*
13. 14. 15. *Et sequentium Imperatorum.*
16. *Secus factum à Carolo V.*
17. *Ac à Ferdinando II.*

Gilles Boilleau (*és annotations, ou Scholies servants à plus ample intelligence* 1.
de la guerre d' Allemagne lit. B.) multos ante nos annos scripsit, (*La coustume ancienne est, que le decret du ban Imperial ne se doit faire par le seul vouloir, & sentence de l' Empereur, en son nom prive, mais par le consentement des Electeurs & Estats de l' Empire, si, comme est plus amplement declaré en la forme de l' obligation Imperiale.*) Consuetudo inveterata fert, ne bannum Imperiale decernatur sola voluntate, & sententia Imperatoris, & ipsius nomine proprio, verum consensu Electorum, & Statuum Imperii, ut plenius declaratur in formula obligationis Imperatoriæ. Verum, homo exterus, & rerum Imperii superficietenus 2.
gnarus, capitulationi adscripsit, quod in eam nunquam fuerat relatum. Si enim omnes, quæ anteriores sunt hac nostra præsente, excutimus, nulla earum deprehendere dabitur, determinatum fuisse, quorum consilio & consensu in laxando banno Imperator uti debeat. Consuetudo tamen Imperii, Imperatorem admonere sufficiens fuit, ne quemquam Statuum proscriberet, sine consilio & consensu cæterorum Statuum. Proscriptio enim res magni momenti 3.
est, in quo interesse, non solius Cæsaris, sed totius Imperii, adeoque omnium Statuum vertitur. Bellum sapit, executionem si spectes; at hoc, ordinarie, 4.
consensum & consilium Statuum requirit; (*ut deduxi supra, ad Capitulat. Caroli V. artic.* 11. *vers.* der Reichs-Stände/ *& videre licet, in capitulationibus Ferdinandi I. art.*10. *Rudolphi II. artic.*10. *Matthiæ artic.*11. *Ferdinandi II. artic.*9. *& hac nostra Ferdinandi III. artic.*11.) Sapit quoque imminutionem Imperii, quia numerus Statuum minor fit, si ex illis unus, vel alter, per proscriptionem à corpore avellitur. At Imperatori non licet diminuere Imperium. Ac, quod numerum Statuum attinet, cum ne quidem augmentum Imperatoris arbitrio relictum, (*vide me in addition. ad lib.* 1. *jur. publ. c.*7. *n.* 65.) quis credet diminutionem eius voluntati soli permissam esse? Certe, cum nobis imprimis aristocratia monitore Moguntino, Status nostri scientissimo, (*apud Sleidanum lib.* 1. *loco quo de electione Caroli V. agitur*) retinenda sit, monarchiam temperatam admittere possumus, absolutam autem minime. Henricus V. Imp. Ducem

Lotharin-

5. Lotharingiæ, in frequenti Principum conventu condemnavit maiestatis reum, hostemque reipublicæ denunciavit, unde communi omnium consensu bellum in eum decretum fuit. (*Mutius Germ. Chron. lib.* 16. *apud Pistor. tom.* 2. *p.* 128.)
6. Henricus, Saxoniæ & Bavariæ Dux, sub Conradi regno, judicio quorundam Principum, apud Herbipolim proscribitur, ac proxima nativitate Domini in palatio Goslariensi Ducatus ei abjudicatur. (*Otho Frisingensis Chronic. lib.* 7.
7. *cap.* 23. *apud Vrstis. tom.* 1. *German. histor. p.* 152.) Imp. Fridericus I. memor contemtus, à Duce Henrico, apud Clavennam sibi exhibiti, in ipsum vehementissime exarsit, & quod Italicis, hostibus Reipublicæ, contra Imperium faveret, universis Principibus conqueritur. Dataque ei curia apud Ulmam, ipsum ad judicium subeundum, imperiali more citavit. Quo non veniente, curiam sibi secundam Ratisponæ præfixit, quam parvi pendens, tertiam nihilominus apud Herbipolim sibi datam supersedit, ibique sententia Principum Ducatu Norico, cum Saxonico, & omni prædiorum, & beneficiorum possessione, feudali pœna multatus, privatur, (*ut verba habent Othonis de S. Blasio in appendice ad lib.* 7. *Chronic. Othon. Frisingens. c.* 24. *apud Vrstis. d. tom.* 1. *p.* 209.) vel ut Mutius (*lib.* 18. *chron. p.* 155.) loquitur; cum non venire vellet Henricus, responsurus Imperatoris objectis, condemnatus est unanimi sententia omnium Principum, qui
8. synodo præsentes aderant. Fridericus Dux Austriæ, & Styriæ, ab Imp. Friderico II. per sententias Principum in curia Augustæ celebrata, proscribitur, & principatuum suorum honore privatur, (*Chronic. August. ad annum MCCXXXVI.*
9. *apud Freher. tom.* 1. *German. rer. scriptor. p.* 372.) Tempore Imp. Henrici VII. Everhardus, Wirtembergensis Comes judicio Electorum, Statuumque Imperii, proscriptus legitur, (*Lehemann. lib.* 7. *Chron. Spirens. c* 11. *p.* 734. *lit. D.*) Sub eodem Imperatore, Robertus, Rex Apuliæ, Statuum Imperii judicio proscriptus fuit,
10. anno M CCC XIII. die v. Aprilis, (*ut ex annalib. Rebdorfii refert idem Lehemann.*)
11. Imp. Carolus IV. cum Principibus, & Baronibus Moguntinæ præsidens, declaravit Cunonem de Balckenstein/ in multis contra Imperium fecisse, super quibus respondere & justitiam facere renuit coram Rege, inhibens omnibus, autoritate regia, ne quis assisteret eidem. Et declaratum est per Principes, & Imperii fideles, quod quicunq; scienter contra hoc fecerit, corpus & res ad gratiam Regis amisisset (*ut scribit Albertus Argentinens. in chron. p.* 161. *apud Vrstis. tom.* 2.
12. *histor. German.*) Imperante Sigismundo, Fridericus Dux Austriæ à Statibus Imperii proscriptus, & omnibus bonis privatus fuit. (*Leheman d. lib.* 7. *c.* 84. *pag.*
13. 873. *b.*) Et tempore subsequentium Imperatorum, Statuum consilium, ac consensum, in proscriptionis negotio intervenisse, cognoscimus ex literis banni, & exbanni, contra Arnoldum ab Egmond, (*in libro assertionis eius iuris, quod Imperatoria Maiestas ad Geldriæ Ducatum prætendit. lit. L.* 5.) ex R. A. zu Augspurg
14. de anno M D LI. (§. so sind wir/ *& seqq. p.* 381.) ex deputationtags Abschied zu Worms/ Ann. M D LXIV. (§. was dann ferner/ *p.* 552.) R. A. zu Augspurg

de anno

de anno MDLXVI. (§. demnach, *pag.* 555. & §. *seq. p. seq.*) R. A. zu Regenspurg de anno MDLXVII. (§. als wir dann, *p.* 587.) nec non ex Imp. Maximiliani II. literis, quibus anno MDLXVI. XIII. Decemb. proscripsit Johannem Fridericum, Ducem Saxoniæ, (*quæ extant apud Goldast. part.* 2. der Reichssatzungen, *p.* 294.) quibus adde Recessum Erphordensem de ann. MDLXVII. (*in pr. p.* 594.) quorsum etiam pertinet, quod in conventu Ratisponensi anno MDCXXIII. (*ut in protocollo apud Londorpium tom.* 2. *actor. publ. lib.* 6. *p.* 1161. & 1164. *legitur.*) Electorum, Saxoniæ & Brandenburgensis, legati urserunt, & imprimis illa verba: damit nicht Churfürsten/ und andere Stände des Reichs / weit deterioris conditionis, als ein Edelmann in Polen seyen/ dann derselbe nicht anderst / als auff einem offenen Reichstag proscribirt werden kan; Inmassen auch im Reich selber/ die vorigen Kaiser so behutsam gegangen / daß Sie nicht allein die Chur- und Fürsten/ sondern auch das gantze Reich hierüber zu Raht gezogen/ und darauff die Acht/ und derselben execution angeordnet/ wie solches unzehlich viel Exempla, sonderlich die Magdenburgische Acht / und Gothische execution anno MDLI. und anno MDLXIV. außweisen. Ex quibus omnibus colligere licet, Imperatores, non ex mera voluntate, sed propter receptum in Imperio morem, Status Imperii ad consultandum de proscriptione convocasse, atque eorum cum assensu statuisse, quod Imperio utile visum. Negare tamen haud 15.
licet, Carolum V. in proscribendo Johanne Friderico, Electore Saxoniæ, & Phi- 16.
lippo, Landgravio Hassiæ, anno MDXLVI. animi sui ductum secutum fuisse, ut proscriptionis literæ (*apud Hortleder.* von Anfang und Fortgang des Teutschen Kriegs, *lib.* 3. *c.* 16. *p.* 273. & *seqq.*) indicant. Sed id contra morem Imperii factum, queruntur proscripti apud eundem Hortlederum (*d. lib.* 3. *c.* 29. *p.* 313.
n. 5. & *c.* 30. *p.* 327. *n.* 19.) Ferdinandus II. proscripsit Fridericum Palatinum, anno 17.
MDCXXI. die XXII. Januar. inconsulto Electorum collegio, & Statibus; rem autem communicavit solum cum nonnullis Electoribus. Proscripsit etiam inconsultis Electoribus & Statibus Imperii, Joh. Georg. Marchionem Brandenburg. Ducem Jægerndorfii &c. Christianum, Anhaltinum Principem; Georgium Fridericum, Comitem Hohenlocensem, conjunctim unis literis, Anno MDCXXI. XXII. Januar. (*extant in actis publ. Londorpii tom.* 1. *lib.* 6. *c.* 2. *p.* 865.)

Churfürsten.

1. *Ad proscriptionem aliquando sufficere consensum Electorum.*
2. *Electoris Saxoniæ remonstratio.*
3. *Iterum alia eiusdem, & Electoris Brandenburgici.*
4. *Sinoldi opinio.*
5. *Opinio Autoris.*
6. 7. *Responsio ad fundamenta Sinoldi.*
8. *Consensus Electorum necessarius est, ubi proscriptus restituitur in pristinum statū.*
9. *De consensu Electorum quid sentiat Sinoldus?*

SI quæris, quomodo id, quod ad omnes Status longa consuetudine pertinuit, 1.
hic solis Electoribus possit adscribi? Respondeo, aut Status in consensisse, aut dispositionem intelligi debere, eo modo, quo in Carolina capitulat.

artic. XI. & cæteris, ac in hac nostra quoque articulum XI. indictione belli statutum, ut ad minimum, nempe in casu extraordinario, Electorum consensus accedat. (*vide annot. supra ad d. Carol. art. 1. verb.* zum wenigsten/) quando periculum in mora, & Imperium factionibus divisum: Potissimum autem in eiusmodi casu, qui huic dispositioni causam præbuit, nempe, ubi de Electoris proscriptione agitur. Ita enim Elector Saxoniæ, in literis, (*extant d. tom. 2. actor.*
2. *publ. lib. 6. p. 1176. & seq.*) ad Moguntinum A. MDCXXIII. die XXII. Febr. datis, Wie es mit der Acht des Pfalzgrafen/ (dessen facta und acta, wir noch wie vormals/nicht probiren) und translation der Chur hergangen/ist E. Ld. bewust/und bey diesem conventu genugsam angedeutet worden. Da nun die Churfürsten hierunter nicht gefragt werden sollen/ wann ein Churfürst in die Acht gethan/ auß dem Collegio Electorali genommen/und ein anderer hinein gesetzet würde/ wüsten wir nicht/ worin die Churfürstl. Hoheit und Würde bestehen/ und was vor ein Unterscheid zwischen denselben und andern Ständen/ausserhalb des Namens/wäre/und wie/der gefahr halben/so auß diesen hohen Sachen gar leichtlich entstehen möchte/ die Churfürsten gegen dem Reich gesichert seyn möchten. Et
3. iterum Saxo, ac Brandenburgensis, Electoris, in responsoriis ad Cæsarem, sub dato XII. Martii d. A. MDCXXIII. (*d. tom. 2. act. publ. lib. 6. c. 164. p. 1089.*) E. Kais. Majest. ist vor uns bewust/ daß auch nach den gemeinen Lehenrechten/wann die differentz sich zwischen dem Lehenherren und Lehenman erregen/ dieselbe per Pares Curiæ, die gleiches schilds und Namens/müsse decidirt und erörtert; wie vielmehr aber in bestraffung hoher und grösser Personen, solten die jenige(inhalts der capitulation) zu Raht gezogen werden/die E. Kais. Majest. innerste Räthe/und dem jenigen an Stand/Ehr und Dignitet gleich/der bestrafft werden soll. Quæ-
4. rit Sinoldus (*in colleg. publ. de statu rei Rom. disp. 4. th. 17. lit. B. p. 194.*) quid dicendum sit de Camera Imperiali, an & ea consensum Electorum ad proscriptiones adhibere teneātur? & respondet affirmativè; hic expresse dici, quod Imperator absque consensu Electorum neminem in bannum declarare debeat: Rationes, cur hoc Statutum, nempe cum proscriptio sit res ardua, totum Imperium, ob turbas & alias sequelas, inde oriri solitas, concernens, etiam hic militare; nec se Cameræ Imperiali, hoc in casu, majorem potestatem, quam Imperatori, cum huius nomine illa judicet, concessam esse dicturum. Mihi contraria opinio ve-
5. rior videtur, quia nullibi constitutum reperio, potestatem, quam Camera in proscribendo exercere potest, (*part. 2. Ordin Camer. t. 9.*) ita limitatam, ut eam haud aliter quam cum consensu Electorum exercere possit. Quod autem mutatum non est, cur stare prohibeatur? Imperator, nunquam (nisi eo tempore, quo fortassis in Imperio monarchia clavum tenuit) solus, & sine consilio Electorum & Statuum, bannum Imperii nomine exercere potuit; ideoq; nihil novi hic statuitur, dum illi pro arbitrio proscriptionem exercere non permittitur; hoc tantum novum est, cum antea semper Electorum, & cæterorum Statuum

con-

consilium, ac consensus, ad proscriptionem requirebatur, quod nunc (eo sensu, quo supra dixi,) solus Electorum consensus & consilium sufficiens sit. Camera autem nunquam Electorum & Statuum consensum, antequam proscriberet sontem, requirere debuit, nec requisivit. Quod si nunc Electorum saltem consensum requirere deberet, expressa constitutione hoc exprimi debuisset, & quidem non capitulatione, quæ solum ab Electoribus concipitur, sed lege comitiali. Tali enim, potestatem suam, omnium Imperii Statuum consensu accepit; ergo tali, non alia, limitari eadem potestas, ubi limitanda, debuit. *vide proœmium ordinationis Cameræ, & clausulam part. 3. tit. 54. additam.*) Hic ubi ordinationes Cameræ, vel reformatæ, vel expolitæ, id consilio & consensu omnium Statuum factum esse constat, ut fieri debuit, (R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. §. und nach dem wir/ *pag.* 321. R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. ferner/ *pag.* 410. R. A. zu Speyer *de anno* 1570. §. weiters/ *pag.* 611. *& seq.*) Proscriptionem esse rem arduam, & totum Imperium concernentem, non latuit Status tunc, quando Cameræ concesserunt jus proscribendi, quod autem, hoc in passu, liberiorem Cameræ potestatem concesserint, quam Imperatori, præter vo- 6.
luntatem, quæ sufficere hic potuisset, etiam ratione usi sunt. Camera à toto Imperio, non à solo Imperatore constituitur, ut ex præsentationibus Judicis & Assessorum notum est. Unde non solum Imperatorem, sed etiam Status Imperii repræsentat, (Cammergerichts-Ordnung / *de anno* 1555. *part.* 1. *tit.* 8.) & inde si aliquem proscribat, non proscribit eum ad solum Imperatoris arbitrium, sed omnium Statuum, atque ita totius Imperii. Cumque hic Status assessores suos habeant, non videntur esse exclusi, à proscriptionis consultatio- 7.
ne, ut exclusi essent, si Imperatori soli, & eius consilio aulico, hæc potestas competeret. Credibile quoque est, plus videre plures, minus corruptioni & affectibus inter plures locum relinqui, quam inter pauciores; magis Imperii commodum, quam alterius appetitum sequi illos, qui à toto Imperio in Camera allecti, quam hos, qui minoris numeri in aula sunt, & à solo Cæsare electi fuerunt. Porro quod Sinoldus (*d. l.*) annectit, cum nihil tam naturale sit, 8.
quam eo modo quicquid dissolvere, quo est colligatum, (*l. 35. de R. I.*) ideo æque consensum Electorum in restitutione non esse negligendum, quemadmodum in proscriptione fieri debet, à vero alienum esse non videtur: quamquam non solus iste consensus rem perficit, postquam jus alterius radices egit. Nec d. regula (*l. 35. de R. I.*) in hac materia semper locum invenit, (*arg. art.* 18. *in f. part.* 2. *ordin. Cameræ.*) Deniq; idem Sinoldus (*d. l.*) scribit, num Electores, ut singuli vel ut universi, consentire debeant, nihil in hoc articulo certi esse, forsan collegialem conventum, ut & in omnibus aliis articulis generaliter conceptis, 9.
nisi quid expresse de collegiali conventu instituendo adjectum fuerit, utilitatis publicæ ergo non desiderandum, concordem tamen majoris partis scitum sufficere videri. De eo constat, in proximis Comitiis post pacem inter Imperium, &

Coronam Sueciæ Osnabrugis stabilitum anno MDCXLVIII (*vide Instrumenti Pacis artic.* 8.) de modo & ordine in declarando uno, vel altero Statu in bannum Imperii, præter eum, qui alias in constitutionibus Imperii descriptus est, ex communi Statuum consensu agi, & statui debere.

Welche sich des Wercks nicht theilhafftig gemacht.

Legalis hæc est exceptio (*vide Rosbach. in praxi civili t.* 4.*n.*60.*& t.*7.*n.*32.)

Wäre es aber.

Totus hic versiculus novus est, & monstrat, antecedentia intelligenda esse de casu non plane notorio.

Gantz notori.

Ordinarius processus non requiritur, ubi delictum est plane notorium. In notoriis non expedit cognoscere, vel sententiam proferre, sed exequi; vel punire, (*c. de manifesta. c. manifesta* 2. *quæst.* 1. *c. evidentia, de accus. l. ea quidem, C. de accus. Decius Consil.* 544. *n.*6.) ubi dicit, quod in crimine notorio omnis solemnitas juris communis remissa intelligatur, si sit tale notorium, quod negari non possit. (*c. quanto, de translat. Episc.*) cum autem multa dicantur notoria, quæ plane talia non sunt, illa processum requirunt, ut cognosci possit, an pro notorio habendum, quod tale esse dicitur. Evenire etiam potest, ut factum solum notorium sit, qualitates autem facti non sint notoriæ; quo casu ab executione incipiendum non est, sed reo defensio permitti debet. (*Gail. de pace publica lib.*1. *cap.* 3. *n.* 13. *&* 14.)

Beharzlich und thätlich fortführe.

De notorio facti permanentis, & quod in illo ab executione initium fieri possit, vide Gail. (*d. lib.*1. *c.* 3. *n.*16. *&* 17.)

Sonderbaren Proceß vonnöhten.

Ut modo diximus. Sed an nullo opus, & ab executione incipiendum, aut aliquali tantum opus, ut à citatione quidem initium fieri, sed summarie procedi debeat, & sententia opus sit? multifer in responsione est Justus Sinoldus (*in colleg. publico de statu rei Romanæ disput.* 4. *thes.* 17. *lit. F. fol.* 196. *& seq.*) Mihi videtur, in casu plane notorio, de quo hic nobis sermo est, nihil aliud requiri in præsenti nostro articulo, quam, ut antequam declaratio banni fiat, res cum Electoribus communicetur, quibus, si ob salutem Imperii placuerit executione opus esse, securè id fieri poterit; si placuerit, eandem ob salutem summario uti processu, vel citatione, & sententia, idem observari debebit: Non quod jus hoc velit, sed quod tempus, & rerum circumstantiæ hoc suadeant.

Jedoch.

Quamquam singulari processu in casu plane notorio opus non est, nihilominus tamen declaratio banni ab Imperatore fieri non decet, nisi præcesserit communicatio cum Electoribus.

Mit

Mit Zuziehung.

Subodoror hic vitium scripturæ, non enim elegantiam redolet, mit Zuziehung der Churfürsten communiciren/ in vicem cuius dici potuisset, mit den Churfürsten communiciren. Si cum alio tertio communicatio faciunda, sermo non esset incongruus, mit Zuziehung der Churfürsten / mit N. communiciren.

Ehe und zuvor.

Communicatio fieri debet, ante promulgationem sententiæ banni, non post illam.

Communiciren.

Communicatio intelligenda est cum effectu, non ut solummodo Imperator Electoribus significet, quid in animo habeat, & facere constituerit, sed, ut etiam eorum consilium requirat, an è re Imperii fore arbitrentur, si hoc ita agat, ut mente concepit. Semper autem etiam in casu plane notorio, communicationem hoc modo cum Electoribus fieri debere, non solum indefinita oratio versiculi nostri mihi persuadet, verum etiam Electorum intentio.

Verfahren.

At quomodo? eo arbitror modo, qui Electoribus placuit, Placebit autem ille, qui tranquillitati Imperii convenientior.

AD ARTICVLVM XXXI.

Vide quæ annotavi supra ad Caroli V. capitulationis articulum XXIII.

Jetziger Zeit seyn.

Vel, selbiger Zeit seyn werden.

Den nächsten.

Idem legitur in Ferdinandi II. capitul. (*artic.* 27.) sed alio sensu; nempe, termino computando à die præstiti juramenti de observanda capitulatione. Sed cum hic terminus alius detur, ut mox dicam, clarior foret sensus, si diceretur, inner sechs Monaten nach würcklicher Antrettung Unserer Königlichen Regierung/ da es nicht vor allbereit geschehen/ etc.

Vor würcklicher Antrettung.

Quid hoc significet, vide supra hac ipsa in capitulat. articulo IX. versic. nach angetrettener.

Geschehen.

Scilicet à Ferdinando II. qui capitulationis suæ artic. XXVII. promiserat, se hoc intra sex menses facturum. Unde patet, ab eo tempore, usq; ad hanc capitulationem, promissioni nondum satisfactum fuisse; & credo, morte demum expirasse obligationem.

AD ARTICULUM XXXII.

Vide quæ ſcripſi ſupra ad capitulat. Caroli V. articulum vigeſimum quartum.

Einige Expectantz.

Vide ſupra in capitulatione Ferdinandi II. articul. xxviii. verb. auch niemand einige Expectantz.

AD ARTICULUM XXXIII.

Vide ſupra capitulationis Matthiæ articulum trigeſimum, cum ibi annotatis.

AD ARTICULUM XXXIV.

Vide capitulationis Rudolphi II. articulum xxvi. & Ferdinandi II. artic. xxx.

AD ARTICULUM XXXV.

Vide quæ ſupra annotavi ad Caroli V. capitulat. articulum vigeſimum quintum.

AD ARTICULUM XXXVI.

Vide ſupra, in capitulat. Caroli V. artic. xxvii. & Ferdinandi I. artic. xxv. Rudolphi artic. xxviii. Matthiæ, art. xxxiii.

AD ARTICULUM XXXVII.

Vide ſupra capitulationis Matthiæ articulum trigeſimum quartum.

AD ARTICULUM XXXVIII.

Vide ſupra capitulationis Caroli V. artic. xxviii. Ferdinandi I. articul. xxvi. Maximiliani, xiv. Rudolphi, xxx.

So offt ſie es.

Vide capitulationis Matthiæ artic. xxxv.

Auch die Vicarien.

Hic verſiculus, in capitulat. Ferdinandi II. conſtituit ſeparatum articulum, qui ibi eſt trigeſimus quintus. Realia explicavi in Capitulatione Carolina artic. xxvi.

Päpſtliche Recht.

Vide capitulat. Rudolphi II. artic. xxx. verb. Päpſtliche Recht.

Bey ihrem geſonderten Raht.

Verba hæc non ad viciniora, nempe ad Vicarios, ſed ad remotiora, Electores ſcilicet, pertinent. Et negari non poteſt, contextum hic, & in Ferdinandi II. artic. xxxv. ac Matthiæ, xxxvi. non tam clarum eſſe, ut eſt in capitulatione Rudolphi II. artic. xxx. & Ferdinandi I. artic. xxvi.

Diſputirt.

Vide ſupra in Ferdinandi II. Capitul. artic. xxxv.

AD

AD ARTICVLUM XXXIX.

Vide supra in capitulatione Caroli V. artic. xxx. verb. die Römische Königliche Cron.

Der Kaiserlichen Cron.

Vide capitulationis Carolinæ d. artic. xxx. verb. zum besten befleissigen/ die Kaiserliche Cron.

Befördern.

Sed quando? id quidem non exprimitur, credo tamen suppleri, quod hic deest, debere, ex capitulatione Rudolphi II. artic. xxxi. ubi vide quæ annotavi ad verba, und nicht ehe.

Gebühret.

1. *Ex mente Oratoris, Friderici Imperatoris tria sunt, quæ coronam Romanam suscipere suadent.*
2. *Persuasio devotionem excitavit.*
3. *Quæ falsa fundamento innixa.*
4. *Sixtus V. Pontifex strangulatur.*
5. *Vel, secundum alios, necatur veneno.*
6. *Aut, ut iterum alii, fit præda Diabolo.*
7. *Quid de consuetudine referat Orator.*
8. *Quod non convenit cum relatione Rousselli.*
9. *De coronatione Caroli Magni, & aliorum Impp.*
10. *Quod de debito refert Orator.*
11. *Reiicitur.*
12. *Germani Imperium acquisiverunt iure belli.*
13. *Nomen Imperatoris Carolus Magnus accepit à Romanis.*
14. *Romanorum stratagema.*
15. *Quid de humilitate dicat Orator.*

TRia sunt, ex mente Oratoris Friderici III. Regis Romanorum ad Nicola- 1.
um V. Pontificem, quæ coronam Romanam suscipiendam esse, vel suadent, vel mandant. Quid urget, (*inquit ille, apud Freherum, rerum Germanicar. tom. 2. p. 22.*) quid est, quod tantum Principem exire paternam domum, magnis, & ambiguis itineribus se committere, graves subire sumtus, coronationis causa compellit? Tria sunt B. P. quæ Cæsarem movent, devotio, consue- 2.
tudo, debitum. Credo, in isto, & præterito seculo, devotionem magnam fuisse in Romanum Pontificem, sed pleramque ex falso præsupposito ortam, auctamve. Huius exemplum manifestissimum hoc ipso in negotio, de quo nobis hic sermo est, Oratoris prædicti assertio suppeditat, dum ait; Ex Germanis Cæsaribus, qui per manus primi Pastoris inuncti Romæ, coronatiq; sunt, nullum comperimus violenta morte periisse, cum tamen ex Italis, & Græcis Imperatoribus, maxima pars sic in orbem obierint, ut verum esse firmaverint, quod satyrico carmine expressum est:

Ad generum Cereris sine cæde & sanguine pauci
Descendunt Reges, & sicca morte tyranni. 3.

Quam falsa autem hæc sit propositio, & amuletum hoc, contra violentam mortem, inane, experientia orbem docuit. Othonem II. telo

sau-

ſauciatum deceſſiſſe, Othonem III. veneno ſublatum, Rudolphum, Sueviæ Ducem, qui Henrico IV. oppoſitus, ex vulnere mortuum, Fridericum Barbaroſſam, vorticibus rapidi fluminis abſorptum, Fridericum II. veneno periiſſe, aut, ut alii ferunt, ſtrangulatum, Henricum VII. venenata hoſtia neci datum, hiſtoriæ memorant. Si nonnulli ex illis, qui à Pontifice uncti & coronati fuerunt, ſua obierunt morte, nonnulli quoque violentam paſſi ſunt, ſed neque talem etiam omnes, qui non uncti neque coronati à Pontifice unquam fuerunt; multi enim ex iisdem, non hominum, ſed ſolius mortis vim ſenſerunt. Mirabile dictu, Pontificem à violenta morte immunes reddere alios, nec ipſum tamen ab ea immunem eſſe; coronæ Imperatoriæ ma-
4. jorem vim attribuere, quam tiaræ propriæ. Vetera hic nolo cumulare exempla, recentiori contentus, quod verbis Mariſotti (*in Henrico Magno cap. 18. pag. 62.*) exprimam. Sixtus V. (certior de Henrici IV. Regis Galliarum fortuna & victoria factus) non fulmina, ut antea in eum, ſed pacem & amicitiam meditabatur. Senſere Hiſpani Sixti conſilia, deſertionem factionis molientis: ne hoſti accederet, collum eius, tenui Mantili implicitum, per Monachum Franciſcanum, aut nefarium monachali veſte, de nocte compreſ-
5. ſum eſt, continuato in mortem ſomno. Poſtero die, Sixtum domeſtico dæmone ſtrangulatum, tota Roma vulgavere. Autor *Relationis de l'Eſtat de la religion* (*chap. 29. pag. 189.*) Sixtum veneno, Hiſpanorum artificio, ſublatum
6. ſcribit, ipſos autem publicaſſe; *que le diable, avec lequel Sixte avoit communication, eſtoit venu en habit de courier, & l'avoit emporté apres un gros eſtrif entre eux, le Pape luy reprochant, qu'il luy fauſſoit ſa promeſſe du regne de ſept ans, dont il n'y avoit que cinq accomplis; & le diable luy ſatisfaiſant, parce que quelque temps auparavant, en un procés criminel contre un jeune garçon, que les juges remonſtroient n'avoir attainct l'age puniſſable au corps, le Pape avoit demandé, combien d'années il luy manquoient? & les iuges ayant reſpondu, deux: le Pape, par gauſſerie, avoit dict, qu'il ſoit pendu, ie luy en donne deux de miennes: lesquelles le Diable*
7. *entendoit defalquer de ſa promeſſe, pour la maintenir à la lettre.* De conſuetudine porro, orator noſter ita conſtituit: Tria ſunt, *inquit*, tempora, ex quo Julius Cæſar rem populi vertit ad unum, Italorum, Græcorum, Germanorum. Priores Imperatores contenti purpura, perraro diadematibus utebantur. Ex Græcis vero Cæſaribus, non eſt dubium, quin pleroſque Conſtantinopolitani Præſules coronis ornaverint. Poſtquam Germani cœperunt impe-
8. rare, irrefragabilis conſuetudo coronationis inolevit. Operæ pretium non eſt, de illis hic agere Imperatoribus Romanis, qui extra Eccleſiam Romanocatholicam, vel antequam ea fundaretur, vixerunt; illud autem pro certo tradit Michael Rouſſel. (*in hiſtoria Pontificiæ juriſdictionis libr. 7. cap. 2. num. 11. ut ſu-*

ut supra quoque ad Capitulat. Caroli V. art. 30. monuimus.) primos Imperatores Christianos, qui Orientis & Occidentis Imperium simul tenuerunt, vel etiam Occidenti præfuerunt, divisione inter fratres facta, vel adscito collega, à Pontificibus Romanis coronam, & unctionem non suscepisse, usque ad Justinum I. qui à Johanne I. coronari voluerit. Atque hanc esse unicam Imperatoris Græci à Romano Pontifice coronationem, nisi addamus Petrum Altissiodorensem, qui post captam à Latinis Constantinopolim, Balduino I. succedens, ab Honorio Pontifice Imperii Græci acceperit Romæ insignia. Sed brevem fuisse Latinorum illum in Græcia principatum, detrectantibus Græcis alium, quam patrium Imperatorem. Itaque quamdiu Græcus Imperator res Romanas rexit, non expetivisse se Romæ coronari, ubi verò hic evictus fuit, legi Allexium Comnenum, pollicentem se Paschali II. & Romanis suppetias laturum, adversus Henricum IV. ac venturum Romam, ut coronam Imperialem à Romano Pontifice acciperet, quod successu caruerit. Divisione Imperii 9.
facta, in Orientale, & Occidentale, certum est, Carolum Magnum à Pontifice coronatum fuisse, sed præter opinionem, nec ambientem, nec petentem coronam. Quod si verò post hæc aliquando cœptum fuit, coronam à Romano Pontifice peti, id varias ob causas factum, nunquam autem in signum subjectionis. Et cum Pontifices aliud prætenderent, à nonnullis insuper habita fuit, tandemque post Carolum V. res eò pervenit, ut sola petitio coronæ in usu remanserit, acquisitio autem in suspenso. Denique, quod de debito habet 10.
Orator, id ita firmare nititur. Cum Germana nobilitas, ait, ex Apostolicæ sedis beneficentia, suaque diligentia, & humilitate, Imperatoriam dignitatem obtinuerit, quam Græci superbia, & ignavia, ac forsitan hæresi, perdiderunt, non solum debitum, sed necessarium esse videtur, à Romano Pontifice coronam expetere, ut illi perpetua reddatur reverentia, à quo præcipua recepta est eminentia. An hæc dicere à Friderico in mandatis habuerit O- 11.
rator, multum dubito; ab Imperii Electoribus autem, & Statibus non habuisse, certus sum, cum illis contradicere summo studio solliciti semper fuerint, qui Germanos Imperium à beneficentia, vel humilitate habere, ausi fuerunt dicere. Unde Germani Imperium Romanum habeant, & quo titulo, clarè exprimit Guntherus (*in Ligurino lib. 1. vers. 249. rotundis hisce verbis*;)

Ex quo Romanum, nostra virtute redemtum,
Hostibus expulsis, ad nos iustissimus ordo,
Transtulit Imperium, Romani gloria regni
Nos penes est, quemcunque sibi Germania Regem
Præficit, hunc dives submisso vertice Roma
Suscipit, & verso Tyberim regit ordine Rhenus.

 Vult

Vult dicere Poeta, Germanos jure belli Imperium tenere, quod est verissi-
13. mum, rem si spectemus. Nomen autem Imperatoris à Pontifice, & populo Romano accepit Carolus Magnus, idque in successores transmisit, ut suo loco diximus. In hoc, si beneficentiam exercuisse Pontificem dixeris, talem admitto, qualem nobis exhibet ille, qui, ubi nucleum nostro tenemus jure, putamina offert, in remunerationem accepti beneficii. Potuisset Carolus nomine Imperatoris, propter rem quam jam tunc possidebat, etiam ante acclamationem, & collationem Pontificis ac populi, optimo jure uti, & uti fortas-
14. sis imposterum secum constituerat; Romani vero, quod futurum subodorantes, collationem maturare voluerunt, ut potius elegisse Imperatorem, quàm accepisse dicerentur. Quamquam Carolo id minus placuisse inde conjicere licet, quod Eginhardus (*in vita eius*) narrat, Carolum affirmasse, si Pontificis consilium præscivisset, se eo die (quo Imperator salutatus & coronatus fuit) quamvis maxima, & præcipua solemnitas esset (celebrabatur Natalis Domini)
15. Ecclesiam non accessurum fuisse. Denique, quod de humilitate annectit Orator, à communi sensu alienum est, quo novimus armatum victorem, potius in alia omnia, quam humilitatem, inclinare. Præstat audire Fridericum I. Romanorum legato respondentem, & illius verbis, quæ supra ad capitul. Caroli V. ad procemium (*ex Othone Frisingensi Chron. l. 7. c. 31. p. 462. tom. 1. Germ. histor. Vrstisii*) retulimus, Oratori os obturare.

Haben und Halten.

Vide quæ annotavi supra in capitulatione Caroli V. artic. xxx. (*vers. Königlicher Residentz.*)

Ihr Ampt zu versehen.

Vide supra in Capitulatione Ferdinandi I. artic. xxvii.

AD ARTICULUM XL.

Vide supra Capitul. Caroli V. art. xxxii. & Ferdinandi I. art. xxix.

Wie auch.

Nova est additio.

In Anno Fünffzehenhundert fünff und fünfftzig.

Anno MCCCC XCV. in Comitiis Wormatiæ habitis, consultatum fuit ab Imperatore Maximiliano I. & Statibus Imperii, de judicio Cameræ instituendo, & simul tunc prima eius ordinatio confecta die vii. Augusti (*quæ in Codice recessuum Imperii habetur, pag. 18. & seqq.*) Verum, non prius realiter institutum fuit, quam die xxxi. Octobr. eiusdem anni, Francofurti ad Mœnum, ubi mox die iii. sequentis mensis, Novembris scilicet, prima audientia (quam vocant) habita, & die xxvi. Februarii, anno MCCCC XCVI. prima sententia banni Imperialis pronunciata. (*Bucholcer. in indice Chronolog. ad dict.*

annum

annum 1495. *p. m.* 443.) Cum autem postea, per aliquod temporis spatium, in suspenso, & sine operatione fuisset anno MD. in Comitiis Augustanis Imperatori & Statibus placuit, idem judicium redintegrare, in usum revocare, atque ordinationi jam latæ novos addere articulos (*quod videre licet in prædicto Codice pag.* 47. *& seqq.*) illis anno MDVII. in Comitiis Constantiensibus accesserunt alii (*p.* 67.) & iterum alii, processum attinentes, anno MDVII. Ratisponæ (*p.* 72. *& seqq.*) ac Wormatiæ, anno MDXVII. (*pag.* 101.) Atque hæc quidem omnia Maximiliano imperante facta: Cui, cum in Imperio successisset Carolus V. ne videretur negligere, quod antecessor non perfunctoria cura amplexus fuerat, statim anno MDXXI. in Comitiis Wormatiensibus, ordinationem Cameræ promulgavit (*pag.* 112. *& seqq.*) quam secuta fuit alia à Regimento Cæsareo facta, processum concernens, (*p.* 152.) ac hanc illa, quæ à Cameralibus anno MDXXVII. in lucem edita, (*cuius fragmentum reperitur in d. Codice p.* 179. *& seq.*) & iterum alia, nomine reformationis, anno MDXXXI. (*p.* 223.) ac anno MDXXXII. in Comitiis Ratisponensibus (R. A *de dicto anno tit.* Cammer-Gericht betreffend/ *p.* 231. *& seqq.*) quam insecuta est brevis illa, anno MDXXXIII. quæ legitur d. Cod. (*p.* 238. *& seq.*) & hanc anno MDXXXVIII. illa quæ reperitur *p.* 241. *& seqq.* necnon postea anno MDXXXVIII. alia (*cuius mentio fit in* R. A. zu Augspurg *de dict. anno* 48. §. Und wollen darauff. *p.* 320. §. Und nach dem/ *p.* 321.) quæ ex omnibus antea factis ordinationibus collecta, aucta & emendata, ac tandem anno MDLV. in Comitiis Augustanis iterum revisa, & correcta, atque in partes tres divisa fuit (*p.* 419. *& seqq.*) Tantæ scilicet molis erat, hoc tribunal decore, & forma illustrare. Sed nec sic quidem ad perfectionem perventum esse, constat ex subsequentium Comitiorum recessibus, (*anno* 1557. *Ratisponæ*, §. Nach dem auch etliche/ *& seqq. p.* 505. *anno* 1557. *Spiræ p.* 510. *& seqq. Augustæ anno* 1559. §. Als dann auch/ *& seqq p.* 525. *& seqq. Augustæ anno* 1566. §. Nach dem dann/ *& seqq p.* 564. *& seqq. Spiræ anno* 1570. §. Weiters/ *& seqq. p.* 611. *& seqq. Augustæ anno* 1582. §. Wiewol wir auch/ *cum seqq. p.* 699. *Ratisponæ anno* 1594. §. Weiter/ *& seqq. p.* 717. *& seqq. Ratisponæ anno* 1598. §. Welcher gestalt/ *& seqq. p.* 745. *& seqq. Spiræ anno* 1600. *p.* 735. *& seqq. Ratisponæ anno* 1641. §. Wiewol wir dann auch zum dritten.)

Executions-Ordnung.

Hoc nomine (in Reichs Absch. zu Regenspurg *anno* 1557. §. Und sich hierüber/ *pag.* 505. *ac* R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. §. Und wiewol/ *pag.* 521.) appellatur constitutio, quæ modum & media præscribit, quibus contra turbatores pacis publicæ utendum, ac securitas publica, atque sententia in Camera lata (Cammer-Gerichts-Ordnung *parte* 3. *tit.* 49.) manutenenda. Hic enim finis est eius ordinationis, darmit der Reichs-Stände und

Unterthanen/ sich soviel gewisserer Sicherheit zu getrösten / und des H. Reichs Landfried in mehr fürträgliche Würcklichkeit gestellt / so ist zu einer beständigen Handhabung/Execution, und würcklicher Vollziehung desselben/ diese Ordnung verfasset worden/ (R. A. zu Augspurg *de anno* 1555. §. Und damit obgesetzte / *p.* 404. *Ordin. Cameræ part.* 3. *tit.* 49. *d.* R. A. zu Augspurg *de anno* 1559. §. Ferner haben wir/ *p.* 521. §.) confecta autem primum fuit in dictis Comitiis Augustanis anno MDLV. (*d.* §. Und darmit obgesetzte/ *p.* 404. *ubi in seqq. & paginis eiusdem tenor legi potest*) ac postea renovata, expolita, auctaque in Comitiis Ratisponensibus, anno MDLVII. (R. A. *de dicto anno* §. Und sich hierüber / *cum seqq. p.* 505.) Augustanis de d. anno MDLIX. (*ut ex recessu* §. so haben wir/ *& seqq. p.* 521. *& seqq.*) in conventu Deputatorum Wormatiæ anno MDLXIV. (*p.* 546.) in Comitiis Augustanis anno MDLXVI. (R. A. *de dicto anno* §. Und nach dem nicht weniger/ *p.* 555. §. Alsdann in fernern *p.* 557.) in Comitiis Spirensibus anno MDLXX. (R. A. *de dicto anno* §. Wann nun unser/ *cum seqq. p.* 605. *& seq.*) Ratisponensibus anno MDLXXVI. (R. A. *de dicto anno* §. Zum andern haben wir/ *cum seq. p.* 660. *& seqq.*) Augustanis anno MDLXXXII. R. A. *de eodem anno* §. Wann aber/ *cum seqq. p.* 696.) Ratisponensibus anno MDXCIV. (R. A. *d anno* §. Was/ und soviel/ *p* 713.)

Auffgericht worden.

Vide annotata ad Caroli V. artic. XXXII. (*verb.* durch Uns.)

Hohen Obrigkeit.

Vide supra Ferdinandi I. Capitul. artic. XXIX. (*verb.* Hohen Obrigkeit) & Ferd. II. artic. XXXVIII. (*verb.* nichts erlangen.)

AD ARTICVLVM XLI.

Vide supra Caroli V. artic. XXXIII.

AD ARTICVLVM XLII.

Vide supra Capitulationis Matthiæ artic. XL.

AD ARTICVLVM XLIII.

Vide dictum artic. XL. (*verb.* Geheimen und Reichs HoffRaht.) & Ferdinandi II. artic. XXXIX. (*verb.* insonderheit.)

AD ARTICVLVM XLIV.

Vide Ferdinandi II. artic. XI.

Bey nächster ReichsVersamlung.

Non factum sed dilatum. Hoc docent verba Ferdinandi nostri in R. A. zu Augspurg anno MDCXLI. circa fin. Erklären uns auch hiemit und in Krafft dieses/ daß wir die unfehlbare ehiste Verordnung thun wollen/ damit Unser und des H. Reichs Churfürsten und Stände / gehorsamlichen suchen/ und sonsten des Reichs Nohtdurfft nach/ eine gewisse Reichs HoffRahts-Ordnung verfaßt/ und in derselben die Versehung gethan werde / alle/ von vorermeldten Chur-Fürsten und Ständen/ wohlmeinend erinnerte Mängel / und Unordnung

nung/ so viel sich deren bey jetzt ermeldtem Unserm Reichs HoffRaht/ und sonsten im Werck selbsten befinden/ abgeholffen werde / darob vestiglich gehalten/ und also die heylsame Justitia allen Chur-Fürsten und Ständen des Reichs schleunig und wol administrirt; nichts wenigers auch dahin alles angelegenen Fleißes gesehen werde/ damit inmittels/ und biß zu Auffrichtung solcher Reichs HoffRahts-Ordnung/ demselben/ was von Chur-Fürsten und Ständen/ bey uns nutzlich/ und wol erinnert worden/ nachgelebt und Folge geleistet/ auch sonsten in allem das jenige fleissig beobachtet werde / was die heylsame Justitz / so dann Chur-Fürsten und Stände/ Uns unterthänigst eingereichte unterschiedliche Memorialien/ mit und nach sich ziehen.

Was auch einmahl ꝛc.

Nova est hæc additio, cujus requisita junctim esse debent, ut locus effectui detur. Quod autem Sinoldus (*disp.* 4. *thes.* 44. *lit. d.*) per hunc & antecedentem articulum, concurrentiam Consilii aulici cum Camera Spirensi, jurisdictionem quod attinet, ab Electoribus approbatam videri, scribit, id mihi non sit credibile, antequam Electorum mens clarius exponatur.

AD ARTICULUM XLV.

Totus hic articulus novus est, ita autem perspicuus, ut explicatione, vel additione, opus non sit.

AD ARTICULUM XLVI.

Et hic quoque articulus novus est.

In Gnaden.

Alia sunt negotia gratiæ, alia justitiæ. Gratiæ sunt, quæ benignitati Principis subjecta, qualia sunt, dona facere, nobilitare, vel privilegia concedere &c. Justitiæ sunt, quæ pro fundamento habent jura, vel judicium; ut causas cognoscere, rem litigiosam examinare, ac determinare.

Fürsten-Grafen- und Herren-Stand.

1. *Cur Regiæ dignitatis hic nulla fiat mentio, conjectura una.*
2. *Quæ rejicitur.*
3. *Conjectura alia.*
4. *Carolus Pugnax, Burgundiæ Dux Regiam ambit dignitatem, sed eam non consequitur.*
5. *Ratio una.*
6. *Ratio alia.*
7. *Emanuel, Dux Sabaudiæ, ambit dignitatem Regiam.*
8. *Carolus V. voluit Belgium in regni fastigium evehere.*
9. *Autoris opinio.*

CUr omittitur Regia dignitas, cum & eam quoque olim contulerint 1. Imperatores? (*ut exemplis confirmavi de jure publ. lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 17. *& seq. ac in addit. ad eosdem.*) An quia hic de Regis Romanorum potestate, non Imperatoris agitur; Non puto. Nam etsi verum esset, Regem à Rege creari non posse, (*ut tradit Alstedius tom.* 4. *Encyclopæd. lib.* 23. *c.* 18. *p.* 1441.) de quo tamen citra ullum crimen dubitare licet; attamen textus, non

hic de ſolo tempore, quo Rex erit Ferdinandus III. ſed etiam de eo, quando
3. Imperator, verbis, künfftiger Kaiſer/ loquitur. An quia non amplius longo hucuſque tempore, Imperatores dignitatem Regiam aliis contulerunt? Am-
4. biit hanc dignitatem Carolus Pugnax, ultimus Dux Burgundiæ, tempore Imperatoris Friderici III. ſed non obtinuit, quamvis promiſſam: (*Pontus Heuter.*
5. *rer. Burgund. lib. 5. pag. 173.*) ſive quod non haberet numerum Epiſcopatuum Regiæ Maieſtati debitum. (*vide magnum chronicon Belgicum apud Piſtorium inter rerum German. Scriptor. ſex, pag.* 402. eodem ex fundamento, *de quo videre licet Doctores ad c. ſcitote, 6. quæſt. 3.* Canoniſtis mirum viſum, Ducem Boëmiæ Regem factum, cum unicum tantum haberet Epiſcopum, ſcilicet Pragenſem; dictumque ab iisdem, propterea eum proprie tunc non habuiſſe Regnum.
6. (*Spiegel. ad lib. 6. Ligur. ap. Reuber. tom. 1. p. 372.*) ſive quod non conſultum videre-
7. tur, eum creari Regem. Simili ambitione laboraſſe Emanuelē, Ducem Sabaudiæ, legi (*en l'inſtruction donnée á Meßieurs les Ambaſſadeurs extraordinaires pour la Maieſtè Treschreſtienne, vers l'Empereur, Princes & Potentats d'Allemagne, en l'année* 1610.
8. *au 3. volume des memoires d'Eſta: pag.* 370.) Narratur quoque de Carolo V. Imp. eum Belgium in regni faſtigium evehere aliquando delibaraſſe, nomine Regni Leonum, quod (*ut putat Mich. Aitſinger de Leone Belgico, in præfat.*) omnes fere provinciæ illæ leonibus inſigniantur. At nobis hic quæſtio non eſt, an conceſſerint, ſed an concedere potuerint, & poſſint adhuc, quod affirmandum.
9. Credo ego, ſub titulo Fürſten/ etiam regium latere: Principis enim titulus generalis eſt, & Regibus quoque tribuitur, imo etiam ipſi Imperatori. Quando autem, & quorum conſilio, ac conſenſu Imperator, vel Rex Romanorum Regem creari poſſit, à quæſtione, an poſſit, multum differt.

Nobilitationes.

1. *Cui competat ius nobilitandi in Germania.*
2. *In Gallia id competit ſoli Regi.*
3. *Et ademptum fuit Ducibus & Comitibus.*
4. *Cur ille, qui nobilitatur, Regi certam pecuniæ ſummam ſolvere teneatur.*
5. *Cur teneatur dare eleemoſynam pro populo.*
6. *Litera nobilitatis ubi annotanda.*

1. AGitur hic de Nobilitate, quæ confertur benignitate Imperatoris, vel Regis Romanorum, cuius in teſtimonium diploma datur: Non enim diploma nobilitat, ſed Principis voluntas, verbis, vel facto declarata. *An in Impe-*
2. *rio noſtro ius nobilitandi etiam competat Statibus*, diſputatum à me fuit de jure publico, (*lib. 6. c. 1. n. 36. & ſeqq.*) In Gallia pro certiſſimo habetur, Regem ibi ſolum nobilitatem concedere, & nobilitatis codicillos dare. (*Bret. livr. 2. de la ſouverain. du Roy chap. 7. p. 205. & ſeq.* (*Ceſt ennobliſſement* (*inquit Loyſeau des ordres chap. 5. n. 52.*) *ne peut eſtre fait que par le Prince, que Dieu* (*duquel tout*

honneur procede) a establi distributeur en ce monde, de ce don divin. C'est pourquoy, ioint, que l'ennoblissement diminue les droits du souverain, on a osté à bon droit aux Ducs, & Comtes, le pouvoir de faire Chevaliers, & mesme d'ennoblir, qu'ils avoient iadis usurpé parmy les autres de souveraineté. Voire, ceux-là mesme d'entre eux, qui iouïssent des droits de souveraineté, ont esté exclus & empeschés de cestuy-cy; tesmoin l'ancien arrest contre le Comte des Flandres, de l'an M.CC.LXXX. rapporté par Pithou, sur la coustume de Troyes, dictum fuit, quod non obstante contrario usu, ex parte Comitis Flandrensis proposito, non poterat, nec debebat facere de villano militem, sine authoritate Regis.) Hæc nobilitatio à solo summo Principe fieri potest, cui DEUS, autor omnis honoris, hoc in mundo distributionem divini istius doni commisit. Hanc ob causam, & quod nobilitatione imminuuntur jura superioritatis, rectè Ducibus & Comitibus ademta fuit potestas creandi Equites & Nobiles, quam olim usurpaverant, unà cum aliis juribus superioritatis. Imo vero, etiam illi, inter eosdem, qui jure superioritatis gaudebant, à jure nobilitandi exclusi, & idem exercere impediti fuerunt, ut testatur, vetus illa sententia, lata contra Comitem Flandriæ anno MCCLXX. quam refert Pithœus ad constitutiones Troyenses. 3.

Inter diplomata, quæ nobilitatem concessam esse testantur, magna, formulam & clausulas quod attinet, differentia est inter illas, quæ in Imperio in usu, & illas quæ moris sunt Gallici. In quibus hoc notabilius est, monente Loyseau (*d. chap. 5. n. 54. & seqq.*) *que comme és amortissements des heritages, aussi aux ennoblissements des personnes, le Roy doit estre indemnisé par le payement de certaine finance, qui est taxée par sa chambre des comptes, en consideration de ce, que la lignée de l'ennobly est affranchie de subsides, n'estant sa Maiesté reputée avoir donné, que ce, qui est de l'honneur, sans diminution de ses droits. Si ce n'est, que les lettres d'ennoblissement contiennent remise, & quittement exprés de ceste finance. Clause qui n'y est gueres publiée à present. Voire, encor que le Roy quitte la finance de son indemnité, on considere d'ailleurs la sur charge, qui revient au peuple, par le moyen de l'exemption de l'ennobly, & de sa lignée, à perpetuité: c'est pourquoy il en est deu aumosne, c'est à dire, une petite somme de deniers, que taxent pareillement Messieurs des comptes, en verifiant l'ennoblissement, pour estre converties en oeuvres charitables. Aumosne, qui n'est pas si communement remise par le Roy (pource qu'elle concerne les pauvres) que la finance de son indemnité; neantmoins il la remet quelque fois, & n'y a doute, qu'il ne le puisse faire. Au surplus, ces lettres d'ennoblissement doivent estre verifiées, tant à la Chambre des comptes, à cause de la diminution des droits du Roy, qu'à la Cour des aydes, à cause de l'exemption des tailles. Mesmement, c'est le plus seur, de les faire verifier au Parlement, qui est la* 4. 5. 6.

est la justice ordinaire, & naturelle des droits du Roy, & la iustice souveraine des personnes de ses subiects, tant à cause de l'exemption des frans fiefs, que sur tout, à cause du droit different, introduit par plusieurs coustumes pour les nobles. Et de fait, le mesme Pithou nous rapporte un arrest, de l'an M D XLIII. par lequel fut ordonnée, que la succeßion d'un, qui avoit obtenu lettres d'ennoblissement, & ne les avoit fait verifier de son vivant, ains seulement sa veufue aprée son decés, seroit partagée roturierement.) Ut quemadmodum in concessione juris emortuæ manus, respectu prædiorum, ita etiam in nobilitatione personarum, Rex debeat indemnis constitui, solutione certæ pecuniæ summæ, quam denominat, Camera computorum, quoniam progenies eius, qui nobilitatur, immunis fit à contributionibus, & subsidiis pecuniariis, atque præsumitur, Regem nihil concessisse aliud, quam quod honorem attinet, sine imminutione jurium sibi competentium, nisi literæ nobilitationis expresse contineant remissionem istius pecuniæ, quæ clausula vix hodie omittitur. Præterea, licet Rex hîc liberalis sit, consideratur etiam onus, quod accrescit cæteris subditis, dum Titius nobilitatus, una cum tota sua progenie in perpetuum eximitur à contributionibus, unde fit, ut, qui nobilitatur, obligetur ad dandum certam eleemosynam, hoc est, exiguam pecuniæ summam, quam similiter determinant præpositi Cameræ computorum, quando diploma nobilitationis approbant, quæ postea impendi debet in opera charitativa. Hæc pecunia non ita frequenter remittitur à Rege, quoniam ad pauperes pertinet, quam altera illa, quæ pro indemnitate eius solvitur, attamen remittitur aliquando, & hoc fieri posse à Rege extra dubium est. Debent quoque nobilitationis literæ approbari, tam in Camera computorum, propter diminutionem juris Regis, quam in Curia subsidiorum, propter exemptionem à contributionibus. In majorem autem securitatem fit, ut petatur, literas istas approbari in Parlamento (quod est justitiæ tribunal ordinarium, ubi de juribus Regis cognoscitur, & supremum, respectu subditorum) non solum propter exemptionem feudorum liberorum, verum etiam propter diversitatem juris, quod hinc inde locorum consuetudines Nobilibus attribuunt. Ita Pithœus nobis exhibet sententiam latam, anno M D XLIII. qua decisum fuit, ut hereditas eius, qui obtinuerat literas nobilitationis, sed eas adhuc vivus non curaverat approbari, (vidua autem tandem post eius mortem) divideretur jure plebeio.

Palatinaten.

Accipiendum hoc est de illis, qui codicillis datis fiunt Comites Palatini, quos, ad differentiam Comitum Palatinorum, qui de regali terra investiti sunt, non Pfalzgraven appellamus, sed Reichs Hoff Graven / (*de quibus egi de jure publ. lib.* 4. *c.* 4. *n.* 41. *& seqq.*)

Als Römischer König.

Ergo, si Comitem, Baronem, vel Nobilem faciat, non ut Rex Romanorum, vel Imperator, sed ut Archidux (nam Archiduci Austriæ hoc licere notum est, ex privilegio, quod exhibui de jure publico (*lib. 5. c. 2. p. 40. lit. e. f. g.*) atque ut talis, privilegia alia concedat, diplomata istos actus attestantia, non in Cancellaria Imperii, sed Archiducali scribi & expediri debent.

Und künfftiger Kaiser.

Scilicet, post mortem Ferdinandi II.

Ertheilen werden.

De Imperatore dubium nullum est, ei potestatem conferendi dignitates, de quibus hic mentio facta, competere: nec dubium quoque est, Regi Romanorum, si antiquo loquendi more accipiatur de eo, qui nondum à Pontifice coronatus, mortuo tamen Imperatore, successor eius in Imperio electione factus est, eandem potestatem competere; at de Rege Romanorum, qui Imperatori adhuc in vivis, & administratione Imperii degenti, additus fuit, dubitari potest, an eiusdem potestatis exercitium habeat. Dubitandi rationem suppeditat articulus XLIX. huius nostræ capitulationis; cui consonans est articul. XXII. Rudolphi II. Pro affirmativa faciunt, non solum in articulo præsenti verba, welche wir als Römischer König / ubi vox, welche / omnia præcedentia includit, verum etiam articuli subsequentis, quæ clarissima sunt. Accedit ex R. A. zu Augspurg de anno MDLXVIII. (§. Wiewol auch / *p.* 325.) ubi mentio fit Comitum, & Baronum, qui hanc dignitatem à Rege Romanorum acceperunt. Licet verò ibi Principum nulla fiat mentio, nec meminerim me ullum eius concessionis exemplum à Rege Romanorum, vivo adhuc Imperatore factæ, legisse; attamen ex capitulatione nostra apparet, quod factum non est, fieri posse. Sed idem an fieri debeat, solo Regis Romanorum nomine, an verò, Imperatore & Rege conjunctim, in capitulatione verbis non exprimitur. Dictus §. Wiewol auch, quem ex R. A. de anno MDXLVIII. allegavimus, probare videtur, collationem dignitatum, quarum ibi mentio fit, conjunctim fuisse: ait enim, so sie von uns / und (non oder) unserm freundlichen lieben Bruder / dem Römischen König empfangen. Verum meum hic non est decisivè loqui, sententia ab Electorali collegio dependet, apud quos capitulationis interpretatio residet. Hoc novi, Regem Romanorum, talem, de quo nobis hic sermo est, die coronationis suæ, Regio solo nomine suo, non addito Imperatorio, Equites creare, & postea gratiosa alia expedire. (*Ordin. Camer. part. 1. tit. 3. §.* Deßgleichen ꝛc.)

Der Reichs Cantzley.

Ne confundamus Cancellarias, sciendum est, aliam esse, die HoffCantzley (*vide* Kaiser *Ferdinandi I.* Ordnung des Kaiserl. HoffGerichts *apud Lehemannum lib.* 1. der Reichs. Handlung vom Religions-Frieden/ *cap.* 37. *pag.* 151.) quæ etiam dicitur die Reichs Hoff. Cantzley (*in decreto Rudolphi II. ap. Lehem. d.c.p.*153.) propterea quoniam in aula Cæsarea est: aliam autem, & separatam ab hac dici, die Reichs Cantzley (R. A. zu Speyer *de anno* 1542. §. Dargegen/ *p.* 278. R. A. *de anno* 1548. §. nach dem/ *p.*326.) in qua acta Imperii asservantur, sub cura Moguntini Archicancellarii; unde etiam alicubi vocatur die Maintzische Cantzley (d. R. A. *de anno* 42. §. Und zu *in fin. p.*279. *d.* R. A. *de anno* 48. §. etliche/ *p.* 324. §. Ferner/ *inf. p.*327. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1557. §. Alsdann/ *p.*501. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1598. §. Dabey/ *inf. p.*739.)

Noch.

Disponitur hic de usu aureæ bullæ, hoc est, sigilli aurei, quibus diplomatibus id addi debeat.

Gulden Bull.

Vide me de Jure publico (*lib.*1. *cap.*11. *num.*18. *& seqq.*)

Vraltes Insigne.

Vide *d. cap.*11. *num.*19.

Römischen Kaisers.

Potest tamen eadem quilibet uti, qui Imperatorem, vel alium superiorem non recognoscit. Vidi in Bibliotheca Oxoniensi literas latinè scriptas in favorem Medicinæ cuiusdam Doctoris, quem à se benignè dimiserat Magnus Moscoviæ Dux, cui aurea Bulla affibre facta adhærebat. Cæterum singularis hac in re est Pontifex, qui plumbo potius, quam auro uti volupe habet, (*vid. d. c.* 11. *n.*40.) qua in re minimè sequitur comparationem, qua se Solem, & Imperatorem Lunam dicit. Plumbum enim, non Solem, sed Saturnum patronum habet. Nec tamen Pontifex tam tenax plumbi est, ut aurum planè spernat; nam nisi me fallit Choppin. (*livr.* 2. *des droits des religieux & monasteres t.*1. *n.*33. *p.* 320.) etiam aurea aliquando Bulla utitur: Quod rarò fieri arbitror, ut sumptibus, parcatur. Plumbeo quoque sigillo, vel bulla plumbea, utitur Dux Venetus, ex privilegio Pontificis. (*Chop. de Doman Gall. lib.* 2. *c.*2. *pag.* 224. *n.*8. *Mutius Chron. Germ. lib.*18. *p.*158. *Ptolomæus Lucens. in annal. p* 14.) Alexander II. Pontifex tribuit civitati Lucensi bullam plumbeam pro sigillo communitatis. (*Ptol. Lucens. d. loc.*) Imp. quoque Othonem aliquando plumbea bulla usum legimus apud Goldast. (*inter Constit. Imp. p.*40.)

Oder Königs.

Lancellotus (*in templo omn. jud. lib.*1. *c.* 1. §. 1. *q.* 3. *ex clem. Romana inf. de* jure

Iureiur.) tradit, aurea bulla tantum uti poſſe Imperatorem à Pontifice coronatum. Uſus autem, & ratio, ac noſter hic verſiculus contrarium docent, & Fridericum II. ſex annis antequam à Pontifice coronaretur, bulla aurea uſum obſervavit, Canin. (*ſur la bulle d' orée pag. m.* 61.) ac Sigiſmundum Regem Romanor. eadem uſum conſtat. (*v. Goldaſt. tom.* I. *conſt. Imp. p.* 170.)

Außgefertiget.

Nulli diplomati aurea bulla appendi debet, quam illi, quod conſentiente Imperatore, vel Rege Romanor. in Cancellaria Imperii confectum. Hoc tamen non ita accipiendum, quaſi omnibus diplomatibus, quæ ex Cancellaria Imperii, conſentiente Imperatore, prodeunt, aurea bulla appendi debeat.

Geſchenckt worden.

Applicatur hæc bulla, vel appenditur diplomatibus, quod etiam in cerea communiter fieri ſolet, ut capſulæ incluſa diplomati appendatur Licet aliis in literis, membranæ, vel chartæ imponatur cera, & huic imprimatur ſigillum. Sigillum autem nobis duo ſignificat, nempe rem ſignatam, hoc eſt, typum, cui inſculptum eſt ſignum, quo utimur; & rem, vel figuram, quæ ex impreſſione typi in ceram facta, apparet. Typus ille, vel typaria Imperialia, ſive Regalia, ferè ſacra ſunt, & digna, non ſolum exacta cuſtodia, ſed etiam veneratione. Hinc fieri videmus, ut quando ſolemnis curia ab Imperatore, vel Rege Romanorum celebratur, ſigilla, vel typaria illa, ſtatim ubi benedictio menſæ peracta, ante Imperatorem vel Regem ponantur in menſam, ab Electoribus eccleſiaſticis; & poſtquam ea illis reddita, ille, in cuius Archicancellariatu ſolemnis curia celebratur, majus ſigillum collo appenſum uſque ad finem convivii geſtet, & ſecum in hoſpitium ſuum reportet. (*A. B. c.* 27. § 2.) Eodem ex capite, venerationis ſcilicet, uſu obtinuit in Gallia, ut, quando Rex ſolemni introitu Lutetiam ingreditur, vel alium Monarcham, eam ingredientem, ſolemni pompa excipere curat, ſigillum Regium equo albo tolutario impoſitum, magnam pompæ & ornatus partem occupet. Theodore Godefroy (*au ceremonial de France pag.* 368. & 495. *nec non pag.* 267.) ubi, adventum Caroli V. Imperatoris Lutetiam, deſcribens, addit (*en cette meſme entrée eſtoit le Chancellier de France, & puis venoit une hacquenée blanche, couverte de trap d' or, ſur laquelle eſtoit le ſeau du Roy, dans-un coffre de veloux violet, ſemé de fleurs de lis d' or couvert d' un voile de creſpe*) in hoc ipſo introitu præſens erat Cancellarius Galliæ, quem ſequebatur tolutarius equus albus, tectus panno aureo, portans ſigillum Regis, incluſum capſulæ, factæ ex holoſerico violaceo, intertextis liliis aureis, & coopertæ velo translucido.

Tax.

A latino *taxare*, Galli nomen *taxe* fecerunt, & latinæ linguæ corruptores, taxa, quos secuti Germani nostri, susceperunt vocabulum Tax / quod significat æstimationem alicuius rei, & pretii impositionem, vel determinationem, ac alio nomine dicitur der Werth / Anschlag.

Mit Nachlassung.

Est hæc tertia dispositio articuli nostri, quæ prohibet, *primo*, detractionem, quæ fit, ubi Imperator aliquid remittit de taxa ordinaria, quæ Cancellariæ aulici consilii Imperii debetur. *Secundo*, additionem, qua fit, quando Imperator huic Cancellariæ novum imponit onus pecuniarium. Cum enim pecunia ista, quæ taxæ nomine solvitur, vel tanquam regale, ut hodie loquuntur velut pars salarii, ad alios pertineat, non autem ad Imperatorem, contra jus fieret, si Imperator de alieno esset liberalis, aut duriorem conditionem illis imponeret, quam receptum. Salarium maximo favore dignum, & ubi semel constitutum ac promissum est, integrum exsolvi debet. Ita legimus in R. A. zu Speier de anno 1529. (§. *Item* Nach dem *Doctor*, *&c. p.* 188.) Es seye vor billig ermessen / daß ein jeder seines gebührlichen Solds entrichtet werde / quod iisdem verbis repetitum in R. A. zu Augspurg de anno MDXXX. (§. *Item* nach dem *p.* 210.) hodie diceremus, daß einem jeden sein gebührlicher Sold entrichtet werde. Licet verò, dictis locis vocabulum, jeder / non unumquemque generaliter significet, sed unumquemque ex illis, quorum ibi fit mentio, attamen specialis illa decisio ex generali juris dispositione deducta fuit, quæ varia etiam remedia pro consequendo salario suppeditat. (*vide amicum meum Dn. Waltherum de statu, iuribus & privilegiis Doctorum, c.* 19. §. 142. *p.* 404.) Cæterum de salariis constituendis, egregia congessit Menochius (*de arbitr. judic. quæst. casu* 514. *per tot.*) monetque (*n.* 10. *&* 11.) ut Princeps in constituendo salario, sua prudentia consideret, personarum, temporis, & officiorum qualitatem, varietatemque. Non enim convenire, tantum salarii esse præstituendum Prætori, vel Senatori Mediolanensi, quantum uni Præsidum. Nec etiam, juri, & æquitati consentaneum esse, ut prædictis idem, nostra hac parum felici ætate, pendatur salariũ quod ante triginta, quadraginta, ac plures annos, præstitum; cum olim annona fuerit valde vilior hoc tempore, domus multo minori conducta pretio, servorum, ancillarumque mercedes, & salaria viliora, vestium impensa valde tenuior. Esse etiam, quod Princeps rationem habeat, ut Judices, & Magistratus, qui ei inserviunt, quotannis summam aliquam in arcam reponant, quæ vel senectuti, vel posteritati consultant. Nullum enim tam vilem mercenarium, dietim operas suas locantem, esse, qui præter id, quod in se alendo impendit, nolit etiam mercedis partem superesse. Ad hoc videri potest *l. per hanc* 7. *Cod. de advoc. divers. iudic.*

Die

Die gewöhnlichen Tax-gelter.

Nulla, ut hodie mores sunt, est in Europæ Cancellaria, ubi non literæ, vel diplomata, actusq; vel judiciales, vel gratiosi, certa taxa æstimati sint. Verbi gratia, in Imperio pro collatione dignitatis Comitis, wann einer vom Kaiser zum Graven gemacht wird/ taxæ loco solvi debent bis mille aurei floreni, pro diplomate, seu testimonio collatæ huius dignitatis, pro juribus Cancellariæ CC. aurei floreni, pro collatione tituli, Hochgeborn/ taxa solvitur CXXX. aurei flor. & Cancellariæ XL. aurei flor. pro collatione tituli, Wolgeborn/ C. aurei flor. & Cancellariæ XXX. aurei flor. &c. In Gallia, *une lettre de Noblesse, pour ceux qui veulent estre annoblis, couste* M C C C. *escus, de prix faict.* (*Du Plessis Mornay en ses Memoires. p.* 333.) De taxa, quæ in Camera Imperiali Spirensi observare debuit, videri potest (Cammer-Gerichts-Ordnung *part.* 1. *tit.* 33.) Reichs Absch. zu Augspurg de anno MDLXVI. (§. Irrungen/ *p.* 569.) & de eadem materia Gylman. (*Symphor.* 10. 1. *p.* 2. *t.* 16.) Scipio (*in decis. rotæ Spir. libr.* 4. *decis.* 105. 109. 142.) De taxa Cancellariæ Electoris Brandeburgensis, Scheplitz. (*ad consuetud. March part.* 2. *tit.* 9.) Taxam sacræ pœnitentiariæ Cameræ Romanæ exhibet Hortled. von Ursachen deß Teutschen Kriegs (*lib.* 6. *c.* 47. *pag.* 564. *& seqq.*)

Reise-gelter.

Verba intelligo, sed gravamina satis mihi nota non sunt.

Vorwissen und Bewilligung.

Archicancellarius Imperii per Germaniam, (quod muneris incumbit Electori Moguntino) non solum sub cura sua, & inspectione habet consilium Aulicum Imperii, sed ni fallor, etiam participat de illius taxa: Unde mirari haud licet, cur eius consensus hîc requiratur.

AD ARTICULUM XLVII.

Bey unser.

Credo, vitio scribentis, vocabulum, bey / pauculis verbis interpositis, duabus vicibus, positam reperiri, ideoque hic mallem legere Zeit / vel, in Zeit unserer/ rc.

Collatio.

Rex Galliarum, Principes, in excellenti significatione, non facit, nisi quos cum Regina coniuge procreat. (*A present* (inquit Loyseau *au traité des ordres. chap.* 7. *n.* 85. *pag. m.* 123.) *c' est un droict estably en France, sans controverse, que le tiltre, & le rang de Prince, ne peut provenir que de race, n' estant la principauté dative, ains native. Car tant s' en faut, que ces petites Seigneuries, erigées en tiltre de principauté, produisent l'ordre & le rang de Prince, qu' au contraire, les Duchez & Comtez les devancent sans difficulté. Et me souvient d' une rencontre du feu Comte de S. Paul, Prince du sang, de la maison de Bourbon, qui dit au Roy François, luy demandant advis sur l' erection d' une telle*

principaute, que sa Maiesté ne pouvoit faire des Princes qu' a la Royne.) Nunc in Gallia ita constitutum, & sine controversia est, titulum gradum Principis, non aliunde provenire, quàm à sanguine, vel genere, & esse nativum, non dativum. Tantum abest, ut minores istæ dynastiæ, quibus titulus Principatus datus fuit, ordinem & gradum Principis producant, ut etiam, Ducatus, & Comitatus, istis Principatibus, sine contradictione præferantur. Recordor etiam faceti dicti, defuncti Comitis S. Pauli, Principis sanguinis, è familia Barbonica, qui Regi Francisco, interroganti, quid sentiret de erectione novi principatus? respondit: Vestra Maiestas Principem facere non potest, nisi ex concubitu cum Regina talem procreet.

Vornemlich.

Principaliter hæc tria, in collatione dignitatis Principis, vel Comitis, ab Imperatore consideranda sunt; possunt tamen etiam alia cum his concurrere, sed ut minus principalia.

Allen denen.

Non alii dignitas Principis, vel Comitis conferri ab Imperatore debet, quam illi, in quo hæc tria concurrunt, meritum, domicilium in Imperio, & opes, ad splendorem dignitatis necessariæ.

Vor andern.

Merita non exigua, vel vulgaria, sed magna, & talia esse debent, ut aliorum longè præcedant.

Wol meritirt.

Ergò, collatio hæc fieri debet propter meritum præteritum, non futurum: quod enim post collationem dignitatis fit, non tam meritum dici debet, quam debitum. Unde in eiusmodi diplomatibus legimus, auch hinfüro kan/ mag und soll. Cæterum politicorum præceptum est, bene meritis dignitates, & præmia deberi; at, quæ, & qualia ad dignitatem Principis consequendam requirantur merita, hic non exprimitur. Dubium autem nullum est, cum dignitas Principum, Ducum, &c. non inter togatas, sed sagatas referatur, merita quoque potissimum eiusdem generis esse debere: quod etiam de Comitis dignitate, eo sensu, quo hic accipitur, intellectum volo. Non enim me fugit, Comitis dignitatem alio in sensu, etiam ex togatis meritis, & eruditione provenire, (*arg. l. un. C. de Professor. qui in urbe Constantinop. docentes ex lege meruerunt Comitivam, lib.* 12.) quale privilegium Studio Patavino Fridericum Imperatorem indulsisse, ex Deciano (*tom.* 3. *responsor.* 38. *num.* 31.) notum est. Multis autem videtur, hanc Comitivam citra cingulum pro solo honore deferri, (*quod de aliis dicitur in l.* 9. *C. de metatis, lib.* 12.) & cum nude honoraria sit, nihil aliud, nisi (*ut Novell.* 70. *in pr. loquitur.*) purum honorem, iis, quibus præbetur, conferre; unde Ausonii verbis eos appellare solent.

Muneris expertes, nomine participes.

Im

Jm Reich gesessen.

An nativitate Germani, vel alterius nationis sint, hic non attenditur, modo in Imperio larem constituerint, teneantque. In Imperio, inquam, cuius fines non sola Germania terminantur. Unde etiam illi, qui in Italia, sub Imperio sedem habet, dignitas Principis vel Comitis, conferri potest, ut sæpius factum novimus. Novimus quoque, aliquoties dignitatem Principis, Comitisve, exteris collatam, qui domicilium suum extra Imperium, & ut conjicere licet, bona nulla in Imperio habuerunt. Ita Razivilius Polonus, Princeps Imperii factus, & eius posteri eadem adhuc dignitate clari sunt. Ita Principis Imperii nomine, & dignitate, nuper innotuit supremus Cancellarius Regni Poloniæ, Comes de Tencryn, Dux in Osselin. Ita quoque Johannem Arundelium, Anglum (quod fortiter & strenuè se gesserat in Hungaria, in apertis præliis, & in civitatum ac castrorum oppugnationibus, & spectato fortitudinis exemplo, in expugnatione oppidi aquatici juxta Strigonium, vexillum Turcis sua manu eripuerat) omnes que & singulos liberos ejusdem heredes & posteros, & descendentes legitimos, utriusque sexus natos, æternaque serie nascituros, veros sacri Imperii Comites & Comitissas, creavit, & nominavit Rudolphus II. Imperator. (*Lansius de Principat. provinc. Europæ, p. 493.*)

Und die Mittel haben.

Ne vilescat dignitas Principis, vel Comites, ei tantum conferri debet, qui censum dignitati convenientem habet, aut, si merita perquam magna sint eius, qui tantum non habet, quantum splendor dignitatis, quam optimè meretur, requirit, ei dignitas cum bonis sufficientibus conferri debet, ne virtus diutius præmio careat. Quantum verò bonorum ad Principis vel Comitis dignitatem sustinendam requiratur, nulla Imperii regula exprimitur, unde id arbitrio Imperatoris relictum esse videtur. In Gallia, edicto publico aliquando determinata qualitas & quantitas fuit, rei, quæ novo dignitatis titulo mactanda. (*Touchant les marques des Seigneuries de dignité (inquit Loyseau au traicté des Seigneuries, chap. 4. num. 72. pag. 62.) il fut faict un bel edict par le feu Roy en l'an* M D LXXIX. *qui n'a esté verifié qu'au Parlement de Bretaigne, portant, que suivant l'arrest du privé Conseil du dixiesme Mars* M D LXXVIII. *il est defendu publier aucunes erections de Seigneuries en nouvelles dignitez, si non que les Seigneuries, aux quelles sera attribuée nouvelle dignité, soyent de la qualité requise. Asçavoir, que la terre qui sera erigée en Chastellenie, ait d'ancienneté, justice haute, moyenne, & basse, droict de foire, marché, prevosté, peage, & preeminence sur toutes Eglises, estans au dedans de la dicte terre. Que la Baronnie sera composée de trois Chastellenies, pour le moins, qui seront unies & incorporées ensemble, pour estre*

tenues

tenues à un seul hommage du Roy. Que le Comté aura deux Baronnies, & trois Chastellenies, pour le moins, ou, une Baronnie, & six Chastellenies, aussi unies, & tenues du Roy. Que le Marquisat sera composé de trois Baronnies, & de trois Chastellenies, pour le moins, ou deux Baronnies, & six Chastellenies unies, & tenues, comme dessus &c. Edict qui meriteroit bien estre verifié par tout, & soigneusement observé, pource que la douceur de nos Roys (qui ne veulent refuser aux Seigneurs de leur Cour ces tiltres d'honneur) à desia produit, & erigé tant de Seigneuries de dignité. que ces beaux tiltres sont desormais beaucoup avilis, & par le nombre qu'il y en a en France, & par la communication, qui en a esté faite à des terres, qui ne le meritent nullement.) Quantum concernit notas Dominatuum dignitate conspicuorum, egregia constitutio facta fuit à Rege anno MDLXXIX. quæ approbata fuit solum in Parlamento Britanniæ, qua dictum, ut juxta sententiam Consilii intimi, latam decimo Martii anno MDLXXVIII. nullæ erectiones dynastiarum in novas dignitates promulgarentur, nisi illi Dominatus, quibus nova dignitas attributa, sint habiles ad illam recipiendam. Scilicet, ut prædia, quæ erigi debent in Castellaniam, ab antiquo habeant, jurisdictionem altam, mediam & bassam, jus nundinarum, fori, præfecturæ, vectigalis, præeminentiam in omnes Ecclesias, quæ in illis sitæ sunt. Baronia autem debeat componi ex tribus Castellaniis, ad minimum, quæ uniantur, & invicem incorporentur, ut uno juramento fidelitatis recipiantur à Rege. Comitatus habeat duas Baronias, & tres Castellanias, ad minimum, aut unam Baroniam, & sex Castellanias, etiam unitas, & à Rege, tanquam unius massæ feudum, concedendas. Marchionatus debeat esse compositus ex tribus Baroniis, & tribus Castellaneis, ad minimum, aut duabus Baroniis, & sex Castellaniis, unitis, à Rege unius feudi titulo recipiendis, &c. Edictum hoc meretur approbari in omnibus Parlamentis, & exactè observari. Regum enim benignitas, qui noluerunt magnatibus aulæ denegare istos dignitatum titulos, hucusque tot tantasque dynastias erexit, ut egregii illi tituli, tam propter excessivam multitudinem, quam quod collati fuerunt prædiis, minus hoc honore dignis, maximè eviluerint.

Affectirten Stand.

Quid ergò, si Imperator, vel Rex Romanorum, has dignitates motu proprio conferat illis, qui eas non affectarunt? Eadem, propter easdem rationes, quæ in altero casu militant, etiam hoc in casu observanda esse, nullus ambigo.

AD ARTICVLVM XLVIII.

Est plane similis articulo XLI. capitulationis Ferdinandi II. quem vide cum ibidem notatis.

AD ARTICVLVM XLIX.

Vide supra Ferd. I. artic. II. verb. auch vor Uns selbst/ & Rudolphi II. artic. XXXII.

AD ARTICVLVM L.

Singularis hic est articulus, novus, & eo tendens, ut factum, vel exemplum speciale, iuri nihil deroget.

Aus erheblichen gewissen Ursachen.

Electorem Trevirensem à milite Hispano captum, atque ab Imperatore Ferdinando II. custodia detentum fuisse, nemo nostratium est, qui ignoret: at factum tam male habuisse Regem Galliæ, ut armis, captivum libertati restituere, summo studio annixus fuerit, simul omnes novimus. Imperatorem denique modernum, Ferdinandum III. eundem Trevirensem, liberum & integri iuris à se dimisisse, manifestum est. Quæ omnia, sine dubio, magnis rationibus constant. Tempore actus primi, in Gallia, ubi tunc eram, communi fama ferebatur, Trevirensem se protectioni Regis Christianissimi subdidisse; audivi tamen postea, Cardinali Richelio, eodem vocabulo protectionis utenti, à legato Trevirensi responsum fuisse, assistentiam quæsitam, non protectionem. Quicquid horum, vel aliorum fuerit, cardo negotii in eo vertitur, utrum tantum crimen contraxerit Trevirensis, ut capi, in custodiam mitti, & ab officio Electorali suspendi debuerit? Quod ad iudicium Electorum, vel Statuum Imperii pertinet, non nostrum, quibus obsequii gloria relicta est. De thesi vero, an Imperii Status, vel Princeps, absque consensu, & licentia Imperatoris se in alterius protectionem conferre possit, videri potest Martinus Magerus à Schœnberg *de advocatia armata* (*cap. 6. n. 63. & seqq.*) cuius fundamenta examinavi *de iure publico* (*lib. 4. cap. 8. n. 57. & seqq.*)

Der Churfürst zu Trier.

Non dicitur des Churfürsten zu Trier Liebden / (quæ loquendi formula alias usitata, & hac in capitulatione quoque, *supra articulo* 46. *inf.*) quod signum esse potest animi in Trevirensem haud propensi.

Weder in Person.

Quia custodia detinebatur.

Noch durch Gesandten.

Quia hoc ei non permittebatur.

In künfftigen Fällen.

Exemplum præsens, in futurum non debet pro regula allegari, aut præiudicare aureæ bullæ, & laudabili ab antiquo receptæ consuetudini, quasi nunc ab ea recessum fuerit, & receptum, Regem Romanorum, vel Imperatorem, eligi posse, licet non omnes Electores ad electionem fuerint vocati.

Præiudiz.

Fuisse etiam Trevirensi ius suum aliquo modo conservatum, dum ipsius ratihabitioni locus relictus, & datus, nonnullis videtur.

Der guldenen Bull.

1. *An electio Imperatoris, quæ facta non vocatis omnibus Electoribus, sit valida?*
2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. *Rationes pro affirmativa.*
9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. *Rationes pro negativa.*
16. 17. 18. 19. 20. *Exempla.*
21. *Autoris distinctio prima.*
22. *Distinctio altera.*
23. *Bohemus non fuit vocatus ad electionem Maximiliani I.*
24. *Causa omissæ vocationis.*
25. *Qua bulla expressa fuerit pœna in non vocantes?*
26. *Autoris opinio, pœnam illam quod attinet.*
27. *Quid illi agendum, qui ex contemtu non fuit vocatus ad electionem?*
28. *Quid illi, qui ob culpam suam?*
29. *Quid si indignus electus sit?*
30. *Responsio ad rationem primam.*
31. *Differitur de pœna emanentis.*
32. *Responsio ad secundam.*
33. *Ad tertiam.*
34. *Ad quartam.*
35. *Ad quintam.*
36. *Ad sextam.*
37. *Ad septimam.*
38. *Ad fundamenta Arumæi.*
39. *An electio, quæ facta non vocatis omnibus Electoribus, sit ipso iure nulla?*
40. *Huius decisionis consectaria.*
41. *Responsio ad can. obeuntibus dist. 63.*
42. *Responsio ad cap. quia 42. de elect. & electi potest.*
43. *Fridericus III. Imper. præsens fuit in conclavi, ubi eligebatur Maximilianus I.*
44. *Ratio cur admissus.*
45. 46. 47. *Responsio ad alias obiectiones.*
48. *Explicatio c. venerabilem, de elect. & electi potest.*
49. *Responsio ad exemplum electionis Conradi III.*
50. *Responsio ad exemplum electionis Philippi.*
51. 52. 53. *Et ad alia.*

1. Regula est; omnes, & singulos Electores, ad electionem Regis Romanorum vocari debere. (*A. B. c.* 1. §. 18.) Quid vero, si non omnes vocentur, an nihilominus electio, quæ à reliquis facta, valida erit? Videbatur distinguendum, ut si unus, vel alter non vocetur, modo maior pars vocetur, ele-
2. ctio valida dici debeat. I. quia electio robur obtinet, licet ad eandem o-
3. mnes Electores non comparuerint. (*A. B. c.* 1. §. 21. *cap.* 4. §. 2.) II. rite electus
4. dicitur ille, qui à maiori parte Electorum electus fuit. (*A. B. c.* 2. § 4.) III. etiam non vocatus à Moguntino, motu proprio, pro fidei suæ virtute, qua sacrum prosequi tenetur imperium, (*ut A.B. d. c.* 1. §. 19. *loquitur*) ad electionem se sistere debet: quod si non fecerit, non poterit electionem impugnare,
5. cum, qui venire debuit, nec venit, electionis voto careat. (*d. c.* 1. §. 20.) IV. innocentes puniri non debent; at si unus, vel alter Electorum, à Moguntino ad electionem Regis Romanorum non fuit vocatus, innocentes sunt cæteri qui vocati fuerunt, & innocens quoque est ille, qui fuit electus. Non enim

enim horum muneris eſt, Collegam, vel Electorem, vocare, vel non præſentem expectare. Quod ſi vero electio, propter abſentiam non vocati, retractari deberet, punirentur Electores, tam ratione votorum, quæ annullarentur, quam ratione ſumtuum, quos fruſtra erogaſſent, cum alios iterum in novam electionem facere cogerentur: ob alienam quoque culpam damno afficeretur electus, cui ius ſuum electione quæſitum, hoc modo intervertere-
tur, & ſumtus facti inanes redderentur. V. Ipſa quoque aurea bulla, 6.
quæ vult, ut omnes Electores à Moguntino ad electionem Regis Romanorum vocentur, non addit, ſi unus vel alter à Moguntino non vocatus fuerit, electionem factam à cæteris qui vocati, & præſentes fuerunt, infirmari poſſe: Ergo, nec nos hoc dicere debemus, ne ſine lege loquamur, vel plus dicamus,
quam illa conſtituit; quorum utrumqe vitioſum foret. VI. Negari nequit, 7.
Moguntinum in culpa eſſe, ſi hunc, vel illum Coëlectorem ſuum, ad electionem non vocet; at, quoniam in culpa quoque ille eſt, qui licet non vocatur, comparere tamen debuiſſet ad electionem motu proprio, (*ut ex d. cap. 1. §. 19. Aur. Bull. probavimus*) culpa cum culpa compenſari debebit, vel dici poterit, (*ad exemplum Vlpiani in l. 14. §. 14. ff. de religioſ. & ſumt. funer.*) Moguntinum
quidem non recte feciſſe, pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe. VII. de- 8.
nique, quod ſi nec hæc quidem locum inveniat, actione ſibi conſulere poterit ille, qui ad electionem non fuit vocatus, qua Moguntinum pulſabit, non cæteros Electores, nec Electum. Iniuria enim illa in hoc potiſſimum conſiſtere videtur, quod non fuit vocatus, non autem in illo, quod Sembronius Rex Romanorum electus fuit. Qui contrariam opinionem fovent, generaliter ſtatuunt, ſi aliquis ex Electoribus non fuerit citatus ad electionem, totam electionem vitioſam eſſe. Reinkingius (*de Regim. ſeculari lib. 1. claſſ. 3. c. 3. n. 17. &
ſeqq.*) pro fundamentis adducit, I. textum Aureæ Bullæ d. c. 1. §. auch ſetzen / ord- 9.
nen II. allegat cap. quod ſicut, cap. in geneſi, extra de electione. III. annectit 10.
rationem; quia; quoties deficit ſolemnitas in actu à lege requiſita, actus ipſo 11
iure non ſubſiſtit. (*Gail. 1. obſerv. 124. num. 4. & in tract de pignorat obſervat.*
1. num. 2.) IV. quia electio facta, neglectis & excluſis Coëlectoribus, ir- 12.
rita eſt, & nullius momenti. (*cap obeuntibus, in fin. dict. 63. Petr. Gregor.
Tholoſan. in Syntagm. iur. univerſi lib. 17. cap. 12. num. 32.*) V. Arumæus 13.
(*diſc. 1. ad Auream Bullam theſi 25. pag. 57.*) pro eadem ſententia allegat caput.
quia propter, extra de electione & el. cti poteſt. VI. Cum per electionem 14.
hanc, temporale caput populo Chriſtiano conſtituatur, (*Aurea Bulla cap. 2. §. 2.*) & de re omnium graviſſima inſtituatur diſceptatio, abſonum fore, non omnium eorum, quos electionis actui intereſſe oportet, vota exquirere (*Marc. deciſ. Delphin. 779. numer. 8. tom. 1.*) Ita Arumæus
(*dict. loc. pagin. 58.*) VII. hoc ſubindicare noſtros tum velle (pergit loqui 15.

Arumæus *d. p.*) communibus suffragiis explosa Hostiensis sententia, quando
tradunt, ius eligendi Imperatorem, non ut ad singulos, sed ut ad collegium
& universos pertinere, (*Lupold. de Babenberg. cap. 6. de iurib. Regni & Imp. Rom.
Henning. Goden consilio 1. vers. de modo & eligendi forma num. 1. Simon Pistor. consil. 1.
num. 9. volum. 1. inter consil. Modestini.*) Id enim hunc intellectum recipere,
tunc scilicet recte ad electionem procedi, non ubi unus, aut alter, sed omnes,
15. & Collegium integrum, convocatum fuit. VIII. Idem Arumæus (*d. p.*)
addit, ius eligendi, tanquam incorporale quoddam individuum, ideo ad o-
mnes Electores in solidum pertinere, ut nullus eorum negligi possit, idque
exemplo iuris patronatus constare posse, quod si pluribus heredibus compe-
tat, dicatur apud singulos in solidum esse, ita ut omnium in eligendo requi-
ratur assensus (*Modestin. Pistoris consil. 44. num. 61. vol. 2.*) quapropter si unus
Electorum vocatus non fuit, plus eius contemtum electioni, quam cætero-
16. rum contradictionem, adversari. (*c. venerabilem de elect. & electi potest.*) IX. ad-
ducit Arumæus exemplum Conradi, cuius electio, cum à Principibus non-
nullis Confluentiæ facta esset, à Saxonibus, & Henrico Duce Bavariæ, qui
ad eam vocati non erant, non legitima, sed subreptitia dicta fuit. (*Otho Fri-
17. sing. lib. 7. annal. cap. 22.*) X. eandem ob causam, electionem Philippi à qui-
busdam Principibus impugnatum fuisse, ex c. venerabilem, extra de elect.
patere, scribit Vischer. (*in discurs. de elect. Regis & Imp. Romanor. membro 5. art.
18. 1. conclus. 20. n. 102.*) XI. (*ex paralip. ad Visperg. in Ludov. Bav.*) refert Arumæus,
cum in Ludovici Bavari Electione Electores seculares, indignum putantes,
quod ab ecclesiasticis solis ea potestas expectaretur, non expectatis tribus Ar-
chiepiscopis Electoribus, ad electionem procederent, Archiepiscopos, id
ad suum contemtum reputantes, nullam esse electionem protestatos fuisse.
19. XII. restitisse quoque cum aliis Principibus Comitem Palatinum Carolo IV.
inter alia prætendendo, quod non aperte, sed latenter, id est, non omnibus
Electoribus legitime, & ut oportet, convocatis, electus esset. (*ex Cuspin. in
20. vita Caroli IV. Arum. pag. 59.*) XIII. Cum tempore electionis Maximiliani
I. quod forte non satis conveniebat inter Fridericum Cæsarem, & Bohe-
miæ Regem, præteritus fuisset Bohemus, adeo non dissimulanter tulit, ut
pœnam in aurea Bulla positam instanter postularet, armaque minitaretur;
nec in gratiam redire voluit, nisi hac conditione, ut remitteretur Regibus Bo-
hemiæ obsequium, quo Imperatori in Italiam concedenti, adstringitur, aut
ipsi liceret eius vice octingentos ducatos exsolvere. Quod, cum ipsi fuisset
denegatum ab Electoribus, tandem transactione conventum, ne, sub pœna
quingentarum marcarum auri puri, Reges Bohemiæ imposterum exclu-
derentur, (*ex Hartmanno Mauro de coronat. Caroli V. Knichen de Saxaniæ non pro-
voc. iure cap. 1. num. 236.*) Vt, quod mihi videtur, dicam, lis, non una, &
21. generali decisione componi potest, sed distinctim procedendum est. I. Qui-
dem

dem distingui debet, inter causam, cur hic, vel ille, ex Electorum numero, non vocatus sit ad electionem? Illa, aut sola negligentia Moguntini dependet, aut aliunde; & si aliunde, vel à contemtu & iniuria est, vel non est iniuriosa. Si non iniuriosa, ea aut à delicto non vocati provenit, aut à consideratione temporis, & moræ, atque ita boni publici. Ita considerandum puto, an absentia non vocati, vel non vocatorum, Imperio nociva fuerit, an non. Nocivam dico, si persona inhabilis electa, aut maior illi potestas data sit, quam mixtus Imperii nostri status admittit. Non nocivam illam dico, ubi omnia ad salutem Imperii peracta, & solus defectus est in non facta vocatione omnium. II. distingui debet, inter id, quod non vocatus facere potest, 22. & inter illud, quod facere debet, amore boni publici. Cum enim propter non factam vocationem unius, vel alterius, ipso iure irrita non sit electio, (*Nicol. Boër. decis.* 1. *n.* 16. *&* 17. *Iacob. Menoch. consil.* 67. *n.* 31. *aliiq; allegati à Vischero in d. disc. historico-politico-iurid. de electione Regis & Imperat. Roman. artic.* 1. *membr.* 5. *conclus.* 20. *num.* 102. *circa f.*) in non vocati optione consistit, ubi propter illegalem causam non vocatus fuit, an velit agere ad annihilandam electionem, an vero eam ratam habere, & solam vindicare iniuriam sibi illatam. Qua in optione ad examen causæ omissæ vocationis redeundum. Si ea à sola negligentia Moguntini est, Moguntinus reprehensionem meretur; ut autem propterea ad annullationem electionis præfracte agere debeat is, qui ad eam non fuit vocatus, cum vocari debuisset, nollem ego autor, suasorque esse: sed eo potius inclinarem, ne ius suum acerbius exerceat, ac amore pacis & boni publici, electionem ratihabeat, atque ita Electi benevolentiam sibi conciliet, & Electorum cæterorum affectionem sibi sartam tectam constituat; ad quod eo promptior esse debet, casu, quo scivit, vel scire potuit, ac debuit, electionem Romanorum Regis fieri debere: nempe, postquam Imperium vacare contigit. Eo enim casu, etiam non vocatus comparere debuisset, (*d. cap.* 1. *A. B.* §. 19. quod si non fecit, neglexisse vocem suam sponte videbitur. Idem, quod modo dixi, fieri suadeo, etiam tunc, quando consensu reliquorum Electorum, ob causam moræ, ad electionem aliquis eorum vocatus non fuit: quod tamen vix alii Electorum contingere potest, & contingit, quam Regi Bohemiæ, qui nec fraterna unione cum cæteris Electoribus, (quæ vult, ut res Imperium concernentes, ab omnibus, non vero aliquibus tantum ex iisdem peragantur) nec ad comitia, vel convetus Electorum collegiales, vocatur. Tempore Imperatoris Friderici III. anno MCCCCLXXXVI. cum E- 23. lectores propter negotia Imperii, alia tamen quam electionem Regis Romanorum concernentia, Francofurti convenissent, & inter consultandum, certis ex causis etiam utile visum fuisset, Romanorum Regem propediem eligi, factum est, ut Rex Bohemiæ, temporis redimendi causa, & ad excludendam

omnem moram, quæ detrimentoſa Imperio videbatur, ad electionem non fu-
24. erit vocatus. Cauſam non factæ vocationis alii ad diſcordiam, quam inter Imperatorem & Regem Bohemiæ tunc viguiſſe tradunt, referunt; ſed magis eſt, ut ſequamur Electorum effatum, (*apud Goldaſt.part.* 2. der Reichsſatzung/ *p.*178.) nempe, daß ſolch nicht Forderung des Königs in Böhmen zur Wahl/ nicht in Verachtung/ oder Abbruch ſeiner Königlichen Würde/ Ehr und Ge-
25. rechtigkeit/ ſondern allein auß zufälligen Sachen in der Eile beſchehen. Poſtulaſſe tunc Bohemum pœnam aureæ bullæ, ex Hartmanno Mauro narrat Arumæus (*d.pag.* 59.) quod non accipi debet, quaſi in aurea bulla Caroli IV. quæ ſecundum excellentiam ita, etiam nomine conditoris amiſſo, appellatur, pœna reperiatur dictata in caſum, ubi Bohemus, vel alius Elector ad electionem Regis Romanorum vocatus non eſt: ſed intelligi debet, de privilegio ſingulari Regibus Bohemiæ (quod A. B. ſignatum) dato, cuius mentio etiam fit *in modo à me allegato loco*, apud Goldaſt. (*d.p.* 178.) ad quod deinde nova acceſſit Electorum obligatio, anno M CCCC LXXXIX. quam (*dicto loco*) exhibet Goldaſtus. Ita hodie Regi & Regno Bohemiæ, ſi ad electionem Regis Romanor. non vocetur, licet à cæteris Electoribus, quorum conſenſu & præſentia electio confecta fuit, exigere quingentas marcas auri, modo & coditionibus,
26. in allegatis literis expreſſis. Quæ, ne fortaſſis lectori ſcrupulum moveant, & eo inducant, ut credat, ab unoquoq; Electorum quingentas marcas auri ſolvendas eo caſu eſſe, arbitror, non ut apud Goldaſtum legitur, Jhme fünffhundert Marck Goldes/ wölle ein jeglicher/ ſo viel inſonderheit für ſich bewilliget haben/ legi debere; ſed ita, Jhme fünffhundert Marck Goldes/ wölle ein jegli-
27. cher/ ſoviel inſonderheit Jhm darvon betrifft/ bewilliget haben. Porro, ſi ex contemtu quis hodie, poſt latam Caroli IV. bullam ad electionem non vocetur, & hanc ob cauſam electionem ratihabere nolit, antequam honori ſuo conſultum ſit, credo eum laudem mereri; at ſi proteſtationibus etiam arma adiungat, ſciens electum talem eſſe, qui dignus & aptus, ut Imperium adminiſtret,
28. arbitror eum terminos boni publici tranſcendere. Si ob culpam ſuam, vel delictum commiſſum, ad electionem non vocetur, non tunc, nec poſtea, ubi gratia delicti ei facta eſt, ut boni publici cauſa fieri poteſt, habet, quod ægre ferat, vel conqueratur ſe ad electionem non vocatum. Damnum enim, quod
29. culpa ſua ſenſit, non videtur ſenſiſſe. Denique omni caſu, quo non vocatus ad comitia Electoralia certo novit, electum indignum & incapacem muneris eſſe, aut cum conditionibus Imperio damnoſis admiſſum fuiſſe, non poterit modo, ſed etiam debebit, his omnibus contradicere, & cæterorum Statuum auxilio, ſalutem Imperii tueri. Verum cum hic caſus abominabilis ſit, nefas erit credere eum evenire poſſe. Cæterum, ad rationes ſupra in prima acie
30. poſitas, I. reſponderi debet, aliam eſſe quæſtionem, an omnes, & ſinguli Electores, ad electionem Rom. Regis vocari debeant? & an omnes ac ſinguli comparere debeant? Prima quæſtio affirmatur; nam ſi hoc non fiat, non poterit dici

dici Moguntinum in officio suo satisfecisse, (*A. B. c. 18. verb. ex officii nostri debito*) nec cæteros Electores observasse id, ad quod obligati. Unica est exceptio, si ob delictum vocatio suspendi debeat; quod non solo iudicio Moguntini, sed omnium innocentium Electorum fieri debet. Altera quæstio regulam habet. comparere omnes debent, vel ipsimet, vel per nuntios, (*d. c. 1. A. B. § 18. 20. 21. & c. c. 18. & passim in d. bulla*) si velint (*c. 4. §. 2. verb. voluerint.*) Nam in ipsorum electione est an venire, & voto suo uti; an vero emanere, & voto carere (*d. c. 1. §. 21.*) h. e. an velint satisfacere officio suo, (*d. c. 1. §. 19. quod si idem, vers. pro fidei suæ c. 19. in pr. verb. sollicitudine debita*) vel carere fructu officii. Alia enim pœna in emanentem, si vocatus fuerit, non manet, quod admirationem parit. Videtur sane, hoc modo utilitati, & securitati Imperii consultum non esse, sed 310 aliam pœnam maiorem, nempe privationem officii totalem, constitui debuisse. Quid enim futurum, si ex vocatis nullus Eelctorum veniat, ne quidem vocans ipse? ac licet tunc eligendi Rom. Regem potestas, ad Status Imperii reverteretur, ea vice, ex mora tamen, & difficultate conveniendi, nec non ex processu eligendi nondum præscripto, non nisi calamitas Imperii augmentum sumeret. Elector, à Coëlectore suo requisitus de præstando conductum, per loca ubi conducendi ius habet, versus civitatem in qua electio Regis Roman. celebranda, si conductum præstare nolit, vel in eo negligentem se præbeat, periurii pœnam incurrit, & perdit illa vice, vocem suam, quam in electione huiusmodi erat habiturus (*d. c. 1. §. 1.*) Elector autem vocatus ad electionem, omnino non comparens, solummodo voce sua carebit? quæ hæc delictorum proportio ad pœnam est? Impediens venire volentem, maiorem incurrit pœnam, quam qui, ubi venire debuit, & potuit, ipse non venit. Quasi vero Elector, qui iuramento se adstrinxit ad utilitatem Imperii promovendam, & officio suo satisfaciendum, si illam insuper habeat, & officii sui caput, quodque ipsi nomen dedit, ex proposito negligat, non mereatur periurii pœnam? Admirandum & illud est, Electorem, salvum conductum Coëlectori suo debito modo non præstantem, periurii pœnam incurrere, neque tamen vocem electoralem, non nisi illa vice, perdere. Quasi vero is qui periurium commisit, non fiat infamis? quasi vero famosus, præsertim ob eiusmodi delictum, dignitatem Electoralem non amittat? Cæteri Imperii Principes universi, ac omnes, necnon & Comites, Barones, milites, clientes & nobiles, conductum Electori, ad electionem proficiscenti, debito modo non præstantes, reatum periurii & privationem omnium feudorum, quæ à sacro Rom. Imperio, & à quibuscunq; aliis obtinent, & etiam omnium possessionum suarũ, à quocunq habeant incurrunt; (*d. c. 1. §. 2.*) at Elector, qui non uno vinculo iuramenti, sed pluribus Imperio adstrictus; sc. ut Elector, ut Princeps, ut Comes, &c. & electionem promovere magis quam quisquam alius Imperii fidelium debet, minori pœna in maiori, vel etiam simili delicto subiicitur. Certe hæc omnia iustitiæ minus conve-

nire

nire videntur. Prætendi tamen poteſt, legem ita poſitam, nec ratione ſua carere: Electores poteſtatem eligendi, potius ex privilegio habere quam ex mandato. Vix ac ne vix quidem fieri poſſe, ut nullus Electorum, poſtquam vocatus vel non vocatus, motu tamen proprio ductus ad Electionem Regis Romanorum compareat, vel ipſe, vel per legatum, nuncium aut mandatarium, poſtquam certum eſt, velle ſuum cuique eſſe, cum alieno raro conveniens, nec omnes negligentes eſſe in obſervantia iuris ſui. Poſito, minorem Electorem partem tantum comparere, emanentium tamen vota his, quaſi iure quodam accreſcendi, accedere, ut vim maiorum votorum obtinere debeant, & ita tandem, ut unus ius totius Collegii hoc modo repræſentare, & exercere
32. poſſit. Ad II. rationem ſuperius allatam, notandum eſt, illam militare tunc,
33. quando omnes vocati. (*Klok de contribut. cap. 6. v. 135.*) III. non valere, niſi eo in caſu, ubi Elector non vocatus ad electionem Regis Romanorum, neſcivit electionem fieri debere; quod vix alio in caſu, quam quo Regi, vel Imperatori viventi adiutor, vel ſucceſſor eligitur, contingere poteſt. Et olim quidem nulli facilius contingere potuit, quam Regi Bohemiæ; hodie autem & ni facies rerum mutetur, in poſterum, vix ulli minus contingere poteſt, poſtquam continuato longo ordine, Imperator Rex Bohemiæ ſimul, & ita qui Imperator, etiam, ut Rex Bohemiæ, Elector ſit, Rex autem Romanorum, vivo Imperatore, non niſi huius conſenſu requiſito, eligi debeat. Ad
34. IV. pertinet, quod licet ordinarie iuris ſolius Moguntini ſit, Electores convocare, eſt tamen & hoc receptum, ut antequam electionem, vel etiam ad alium actum Collegialem conveniant Electores, inter ſe, eccleſiaſtici potiſſimum cum eccleſiaſticis, & laici cum laicis, per literas, conſultent, aliquando etiam per legatos, ſicque vix evenire poſſit, ut quiſquam horum neſciat imminere tempus electionis Regis Romanorum. Poſito autem caſu, eſſe aliquem, qui non vocatus, neſciat quid agatur, & proinde non veniat ad electionem, ille, præterquam quod Collega, aut fraternæ unionis inter Electores inſtitutæ ſocius eſt, aut non eſt, qualis ſolus Bohemiæ Rex. Si ſocius eſt, merito à cæteris, non ſolum ut collegis, ſed etiam ut ſociis, ſi non in termino compareat, inquiri debet, an vocatus fuerit; & ſi percipiant non vocatum fuiſſe, curare debent, ut vocetur, interim proteſtatione ſibi indemnitatem parare poſſunt. Si vero conſentiant, ne vocetur, ſibi imputare debent, ſi quid damni inde ſentiant. Rex Bohemiæ, cum collega ſit, ſi non vocatus, eadem inquiſitione à collegis facta vocandus eſt, & actus electionis ſuſpendendus, niſi velint Electores pœnam ſtatutam, de qua ſupra diximus, incurrere, & alia damna ſubire. Is autem, qui in Imperatorem electus fuit, ſi electionem acceptet, & inſcius, an rite & ſecundum normam legis peracta fuerit, extra culpam quidem eſt, ſed aliud non accipit, quam quod eligentes dare potuerunt, non quod voluerunt.

De

De damno tamen pecuniario omnino illi ab eligentibus, casu, quem diximus, satisfieri debebit. Quod V. attinet, quoniam aurea bulla hic tacet, 35.
præsumitur etiam dispositioni iuris communis rem subiecisse. Nam si contra huius dispositionem, actum pro omnino valido haberi voluisset, id debuisset disertis exprimere verbis, ne locus superfuisset audire, quod mutatum non est, cur stare prohibeatur? VI. Quoad compositionem culpæ, in 36.
sciente locum habere potest, non autem in nesciente. Quod vero Moguntino nulla pœna in aurea bulla, in eo casu, dictata, non eum propterea immunem ab omni actione constituit, sed iuris communis dispositioni adhuc subiectus manet. VII. locum meretur, ubi Moguntinus solus in culpa 37.
est. Ad secundæ classis argumenta, allegatas leges, canones atque auto- 38.
ritates, I. loco sciendum est; In Aurea Bulla cap. 1. §. Auch setzen und ordnen / (qui in Latino Codice Palatino est §. XVIII.) non haberi, quod allegatur. II. quod attinet cap. quod sicut 28. de electione & electi potestate (*lib.* 1. *tit.* 6. *decretal. Gregorij Papæ IX.*) si decisio, quæ ibi legitur, ad casum nostrum extendi debet, dicendum est, eos ad electionem vocari debere, qui eidem interesse debent, si sine periculo possint convocari: Quod si vocati vel nequiverint ad electionem celebrandam accedere, absentiam eorum non posse electionem impedire. Quod si vero eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemtos, (id est, neglectos) electionem celebratam infirmandam esse penitus, nisi postea, propter bonum pacis, consenserint in electionem. Capitulum, *in genesi* 2. sub eodem titulo de electione, loquitur de electione, multis ex causis, quæ ibidem recensentur, vitiosa; inter quas etiam ultimo loco ponitur, quod Canonicus quidam non fuerit vocatus ad electionem illam, licet fuerit in tali loco, de quo fuerat vocandus. Omnibus itaque illis vitiis intellectis, de consilio fratrum prædicta electio, utpote contra formam concilii attentata, decernitur irrita & inanis. III. si electionem quæ non vo- 39.
cato eo, qui ad eandem vocandus erat, ipso iure nullam esse arbitratur Reinkingius, non solum non satis eum antea à se positis (retractari, & annullari) videtur convenire, verum etiam contradicentes habet illos, quos supra ex Vischero allegavimus, Inter quos Franciscus Marcus (*decis.* 1332. *num.* 1. *parte* 1. *si Arumæi allegationem d. disc.* 1. *ad A. B. thes.* 32. *pag.* 69. *sequimur.*) clare definit, vocationem absentium non esse de substantia actus, sed de iustitia; quæ, si negligatur, valere nihilominus electionem. Hoc si verum est, & confertur cum allegato loco Gailii, (*Observ.* 124. *num.* 3.) dici poterit, electionem legitimam, habere formam substantialem, & accidentalem: illa omissa, actum esse nullum, hac omissa, subsistere actum, donec

40 annulletur. Hinc vero magni effectus quæstio dependet, an acta, gesta-
que à Rege Romanorum, qui electus fuit, non vocato uno vel altero Ele-
ctore, nulla sint ipso iure: & quod huic annexum est, si is qui non vocatus
fuerat, post aliquod demum tempus consentiat in electionem, atque ita eam
ratam habeat, an iste consensus, vel illa ratihabitio retrotrahatur ad tem-
pus electionis olim factæ, an vero électio demum incipiat valere tunc, quan-
do consensus vel ratihabitio secuta fuit? Si, quod generaliter enunciat Im-
perator (*in l. 7. in pr. C. ad SC. Macedon.*) sine exceptione admittimus, nem-
pe, novella lege omnem ratihabitionem prorsus retrotrahi, & confirmari,
ea, quæ ab initio subsecuta sunt, facilis est operæ, rem determinare cum
Gailio (*lib. 1. observat. 47. num. 5.*) At vero, si exceptionibus ab illa ge-
nerali regula cum aliis (*vide Hotoman. quæst. illust. 9.*) locum damus, res
41. nondum in vado est. IV. loco adductum *can. ob euntibus 35. dist. 63.* lo-
quitur de casu, quo illi, qui ad electionem vocandi, à cæteris, malo
conatu excluduntur, statuitque, electionem, quæ his exclusis facta fuit,
absque eorum assensu, & conniventia irritam haberi & vacuam. Qui ca-
sus, cum eo, ubi Moguntinus, per incuriam, aut negligentiam, vo-
cationem unius intermisit, comparari nequit; cum illo autem, quando
malo conatu, & cum consensu, vel approbatione nonnullorum Electo-
42 rum, id factum, potest. V. cap. *quia propter 42. d. tit. de electione & ele-
cti potestate*, certam Ecclesiasticis præscribit formam eligendi, quam qui
non observant, privantur ea vice potestate eligendi. Illa autem forma
ad electionem Imperatoris non pertinet, sed hæc, quæ in Aurea Bulla
Caroli IV. constituta fuit, observatur. Cæterum illud admittimus, quod
(*eodem in capite*) statuitur, electionem celebrandam esse præsentibus o-
mnibus, qui debent & volunt, & possunt commodè interesse electioni,
43. modo, ad solos Electores referantur. Licet non ignorem, Imperatorem
Fridericum III. cum ejusdem filius Maximilianus I. in Regem Romano-
rum Francofurdiæ eligeretur, anno M CCCC LXXXVI. in conclave ab
Electoribus admissum fuisse, non sedisse tamen inter Electores, sed ut cre-
do, loco ab illis satis remoto. Ratio admissionis legitur apud Goldastum
(*part. 1.* der politischen Reichshändel *num. 4. pag. 4.*) Damit seine Majestät
44 mittler zeit der Wahl nicht hätte vor der Thür bleiben müssen. VI. potius
ad exquirenda vota, quam ad vocationem pertinet, & phrasis, *interesse*
45. *oportet*, non satis cum Aurea Bulla convenire videtur. VII. nostrorum
thema, jus eligendi Imperatorem non ad singulos Electores, sed ut ad
collegium & universos pertinere, verum est, & inde sequitur, collegi-
aliter electionem peragi debere, nec sufficere, vota citra collegialem con-
ventum

ventum exquirere vel præstare, diversis in locis, (*Klock. de contribut. cap. 6. num.* 130) majoraque vota concludere. VIII. quod de Jure patronatus dicitur, certo respectu ad quæstionem nostram referri potest, in omnibus non quadrat. Quod verò *ex c. venerabilem.* 33. *de electione & electi potestate*, repetitur, electioni plus contemtum unius, quàm contradictionem multorum obsistere, ex ibidem proximè antecedentibus verbis explicandum est, & casu ipso, de quo in illo capitulo agitur. Mortuo Imperatore Henrico VI. Principes & Ordines Imperii in diversa abierunt studia, & cum conjunctim unum Regem Romanorum eligere debuissent, diversim duos elegerunt. Pars una Othonem Saxonem, postea quartum dictum, pars altera Philippum Sueviæ Ducem. Pontifex, pro Othone, contra Philippum pugnans, triplici ratione utitur, una principali, personam Philippi indignam esse, cæteris, electionem non ritè peractam, & Imperii Principibus præjudicialem esse. Ex his secunda ad casum nostrum facit, quam proponere hujus loci est; totum autem capitulum propter varia absurda quæ exhibet, infami nota laborat. Ait Pontifex, fautores Ducis Philippi, absentibus & contemtis aliis, qui eligendi Regem in Imperatorem promovendum, de jure, ac consuetudine obtinent potestatem, præsumsisse eligere Philippum, atque in hoc perperam processisse. Rationem addit, cum electioni plus contemtus unius, quàm contradictio multorum obsistat; hoc est, duo cum sint, quæ electioni obstare possint, nempe contradictio eorum, qui in actu electionis præsentes sunt, & allegatio absentiæ, atque contemtus eorum, qui ad electionem non vocati fuerunt, cum vocari debuissent, obstaculum posterioris majoris efficaciæ esse, quàm prius; plus enim unius non vocati, & contemti, impugnationem valere, quàm mulorum præsentium contradictionem. Nempe multorum præsentium contradictio, non facit ut electio vitiosa dici possit, ubi major pars eam confecit; at si vel unus tantum contemnatur, & non vocetur, vitiosa dici poterit. Hanc puto Pontificis mentem esse. Non satis autem illa mihi facit, quando perpendo, idem vitium electioni Othonis objici potuisse, quod Philippi; nam uterque in schismate ita electus fuit, ut una Principum & Ordinum Imperii factio, uno in loco (Colonia ni fallor) altera in alio (Mülhusii, vel Erphordiæ, ut traditur) convenerit. An una alteram ad se vocarit, vel contemserit, non recordor me observasse, persuasum tamen mihi habeo, reciprocum fuisse contemtum. Major pars, & præcipua fuit, quæ Philippum elegit; minor, quæ Othonem, (*ut videre est apud Lehemann. lib.* 3. *Chron. Spirensis cap.* 70. *pag.* 566. *& eodem libro cap.* 74. *pag.* 581.) quod Pontifex negare non potuit, indeque 48.

cautè in capitulo præſenti dicit, legatum Apoſtolicæ ſedis, Philippum indi-
gnum, Othonem autem dignum Imperio denunciaſſe, non tam propter ſtu-
dia eligentium, quàm propter merita Electorum. Nam quod addit, plures
ex illis, qui eligendi Regem, in Imperatorem promovendum, de jure, ac con-
ſuetudine obtinent poteſtatem, (quo non intelligit plures ex ſeptem Electo-
ribus, ſed ex omnibus Imperii Principibus & Ordinibus, quibus tunc adhuc
jus eligendi Regem erat, ut rectè contra Hoſtienſem Baronius 10. *annal. anno
996. num. 62. docet*) conſenſiſſe in Othonem, ita accipio, ne veritati vis infe-
ratur. Nempe, non unum, vel alterum, ſed plures conſenſiſſe; ut plures,
hìc multos ſignificet, non autem majorem partem omnium. Ad exemplum
49 impugnatæ electionis Conradi III. quod numero IX. adductum ſupra fuit,
addendum eſt. Viſcherum (*d. concluſ.* 20. *num.* 102.) monere, Saxoniæ Du-
cem poſtea eam ratificaſſe, idque rectè ex Othone Friſingenſi, (*d. lib.* 7. *annal.
c.* 22. *&* 24.) probaſſe Cardinalem Robertum Bellarminum (*lib.* 3. *de trans-*
50. *lat. Imper. verſ. quod autem.*) Quod X. loco, ex eodem Viſchero (*d. num.*)
retulimus, electionem Philippi Sueviæ Ducis à quibusdam Principibus im-
pugnatam fuiſſe, quod contemti, & non ad eam vocati fuiſſent, id, *d. c. vene-
rabilem*, quod allegat, non probatur. Loquitur enim ibi Pontifex, non Prin-
51. cipes, nec horum, ſed ſuam exponit mentem. XI. loco, ab Arumæo rela-
tum exemplum, ſi id, quod Albertum Argentinenſem ſcribere annotavit Le-
hemann. (*d. Chron. Spirenſi lib.* 7. *cap.* 14. *pag.* 742.) ſequimur, ad quæſtio-
nem noſtram non pertinet, & cum Paralippomenis ad Urspergenſem mini-
52. mè convenit. XII. de electione Caroli IV. quid dici debeat, ex allegato Cu-
53. ſpiniani loco hauriendum eſt. XIII. loco adducitur Maximiliani I. electio,
de qua videri poſſunt, quæ ſupra ſcripſimus, & ſimul notari debet, u-
nicum ex allegatis hoc eſſe exemplum, quod poſt factam Auream Bul-
lam contigit, cætera illo tempore eveniſſe, quo confuſio adhuc regnum
tenebat.

Abbrüchig seyn.

Exceptio non infirmat regulam, ſed firmat in caſibus non exceptis. Regula eſt, omnes Electores ad electionem Regis Romanorum eſſe vocandos. Exceptio eſt, niſi delictum obſtet. An autem Trevirenſis delictum tale fuerit, vel an is deliquerit, meum non eſt, decernere. Sanè à parte Cæſaris eum pro noxio tunc habitum, nemo dubitare poteſt.

AD

AD ARTICVLVM LI.

Vide notata ad Ferdinandi II. articulum XLII.

AD ARTICVLVM LII.

Vide, quæ annotavi ſupra ad Caroli V. articulum XXXI.

AD CONCLVSIONEM.

Deß zu Vrkund.

Hæc omnia ſtylum communem ſapiunt.

Sechs.

Vide, quæ ſupra annotavi ad Caroli V. articulum XXXVI. *verb.* dieſer Brieff ſechs.

Vnſern.

In dicto articulo XXXIV. Caroli V. legitur, Vnſerm Königlichen/ in cæteris autem omnibus, omittitur Königlich.

Anhangenden.

Vide annotata ad §. XLVI. *verb.* gehenckt werden / Capitul. præſentis.

Inſigel.

1. *Auguſtus ſphinge ſignavit.*
2. *Mæcenas rana.*
3. *Auguſtus poſtea ſignavit imagine Alexandri.*
4. *Sigillum Imp. Othonis.*
5. *Imp. Friderici Primi.*
6. *Nonnulli inter illos, qui fuerunt electi in Imperatorem, ante coronationem non alio ſigillo, quàm Imperii uſi ſunt.*
7. *Sigillum quo hodie utitur Imperator, & Rex Romanorum.*
8. *Materia varia, cui ſigillum imprimitur.*
9. *Cera alba.*
10. *Cera rubra.*
11. *Sigilli Regis Galliarum.*

12. 13. *Deſcriptio Sigilli maioris.*

14. *Quid innuat iſtud ſigillum.*
15. *Materia, cui olim imprimebatur hoc ſigillum.*
16. *Hodie eſt cera flava, & viridis.*
17. *Olim etiam alba.*
18. *Cuius coloris cera uſus à Ludovico XI. conceſſus fuerit Renato.*
19. *Sigillum Mahometi, prophetæ Turcarum.*
20. *Sigillum Oſmanni.*
21. *Sigillum Hali.*
22. *Sigillum modernorum Impp. Turcicorum.*

VIde quæ ſcripſi ad dict. artic. XXXIV. Caroli V. *verb.* Königlichen anhangenden Inſigel / & ad d. §. 46. *verb.* angehenckt werden / præſentis Capitulationis. Fuerunt autem, & ſunt adhuc ſigilla Magnatum varia. Auguſtus, ut Plinius (*lib.*37. *hiſt.natur. cap.* 1.) ait, inter initia ſphinge

1. ſignavit. Duas in matris annulis indiſcretæ ſimilitudinis invenerat; Altera per bella civilia, abſente eo, amici ſignavere epiſtolas, & edicta; quæ ratio temporum nomine eius reddi poſtulabat, non infaceto lepore accipienti-
2. um, ænigmata afferre eam ſphingem. Quin etiam Mæcenatis rana, propter
3. collationem pecuniarum, in magno terrore erat. Auguſtus poſtea, ad evitanda convitia ſphingis, Alexandri imagine ſignavit. Otho III. (*ut apud*
4. *Goldaſtum videmus inter Conſtitut. Imper. pag.* 40.) bulla plumbea uſus, in cujus una parte ſcriptum, OTTO IMPERATOR ROMANORUM, in altera erat caput hominis, cum pilis criſpis, cumque ſpatulis, & inſcriptio-
5. ne, AUREA ROMA. Sigillum Friderici, quod privilegio Spirenſibus anno MCXXXII. conceſſo, additum, in circumferentia nomen eius exprimit, in medio autem habet effigiem Imperatoris, ſedentis in throno, & tenentis in ſiniſtra globum Imperialem, & in dextera manu, ſceptrum. (*Lebeman.*
6. *Chron Spir. lib.* 5. *c.* 531.) Nonnulli inter Electos in Imperatorem, tempore quo nondum fuerunt coronati, alio, quam Imperii ſigillo uſi ſunt, ut nos docet Carolus in dem Beſtättigungs-Brieff der Privilegien / ſo Käiſer Friderich der Andere dem König / und Reich Böhmen gegeben / (*apud Londorpium tom.* 1. *actor. public. lib.* 2. *cap.* 9. *pag.* 182.) § über das / ibi, fügen wir zu wiſſen / daß vorgemeldter Brieff / mit der Bull Ihrer Majeſtät beſagten Friderici, erwöhlten Römiſchen Käiſers / aureo typario, oder Stempel betruckt ſind / welcher ſich er / als König in Sicilien / Hertzog in Apulien / und Fürſt zu Capua / vor Römiſcher Königlicher Crönung gebraucht / wie uns bewuſt iſt / und gleich wie vorweilen Henricus Unſer Großvatter / Römiſcher Kaiſer / mit dem Inſigel der Graffſchafft Lützenburg / und auch Wir Uns der Marggraffſchafft
7. Mähren Siegel / vor Unſerer Crönung gebraucht. Frequentius, & more in hunc uſque diem protracto, Aquila biceps Imperatoris, uniceps Regis Romanorum, qui viventi Imperatori adjunctus, ſigillum repræſentat, circa
8. quam nomen Imperatoris, vel Regis expreſſum. Materia cui ſigillum Imperatoris, vel Regis imprimitur, eſt varia. Aliquando aurum, (*ſupra artic.* 46. *huius Capitulat. verb.* Gulden Bull) aliquando olim etiam argentum, (*Bulengerus de Romano Imperio lib.* 2. *pag.* 349.) quod poſtea videtur ab aula receſſiſſe: aliquando plumbum, quo adhuc Othonem tertium uſum fuiſſe, modo vidimus, aliquando cera; modo alba, qua uſus etiam Ludovicus Ba-
9. varus (*ut apud Herwartum pro Ludovico contra Bzovium p.* 233) & Wenceslaus (*ut apud Goldaſt. part.* 2. der Reichs Satzungen *pag.* 82. *videre licet*) modo ru-
10. bra, (*Lebeman. d. p.* 531.) quæ adhuc in frequentiſſimo uſu. Priores materias ad uſum ſigilli ab Imperatoribus nulli conceſſas, non habeo quod affirmem; Ceram autem utriusque prædicti coloris, communicatam, variis exemplis

exemplis monemur. Fridericus III. Ducem Modenæ & Reggi creans, eidem dedit facultatem sigillandi cera alba (*Pigna lib. 7. de l' historia de i Principi d' Este p. 544.*) Maximilianus I. Anno M. D. XII. concessit Comitibus Mansfeldiis usum ceræ rubræ. (*Spangenberg. in Chron. Mansfeld. c. 348 pag. 404.*) & ante ipsum Fridericus Anno M CCCC XXXV. eandem facultatem dedit Civitati Laybacensi in Carinthia (*Megiser. in annal. Carinthiæ lib. 10. cap. 2. pag. 1112.*) Sigismundus civitati Constantiensi (*Stumpf.* in Schweizer *Chronic. lib. 6. cap. 17. pag. 153.*) Maximilianus II, anno MDLXX. Stetinensi in Pomerania (*Frideborn. lib 2.* der Stettinischen Geschichten/ *pag. 86.*) Eiusdem coloris ceræ usus etiam illis qui nobilitantur, conceditur, (*Meister. lib. 5. Specul. Notar. pag. 716.*) ac competit Doctoribus. In Gallia, Regis 11.
nomine varia sigillorum forma est. (*Il y a à present,*) (*inquit Loyseau des offices livre 2. chap. 4 pag. 281. & seqq. n. 23. & seqq.*) *deux sortes de seaux Royaux, à sçavoir ceux de Chancellerie, & ceux de justice, qu' on appelle les petits seaux. Quant aux Chancelleries, il y en a de trois sortes, sçavoir est, la grande, estant chez le Roy; les petites Chancelleries, instituées pour chacun parlement; & les Chancelleries presidiales, instituées de nouveau, pour chacun Siege Presidial. Le grand* 12.
seau de France a l' image du Roy emprainte, & est tousiours gardé par Mons. le Chancellier, ou le garde des seaux de France, & en celuy seul sont expediées toutes lettres de commandement, ou de finance, & encor celles de justice, concernantes les affaires pendantes au Conseil d' Estat, ou au grand Conseil: & si peuvent y estre expediées toutes lettres cõcernantes les Parlements; & ce seau est executoire par tout le Royaume. Le seau de petites Chancelleries, a non l' image du Roy, mais seulement ses armes, emprainte, est gardé par l' un des Maistres des Requestes tour à tour, & sert pour toutes expeditions de justice, qui eschéent en tout le ressort de son Parlement, & n' est point executoire ailleurs. Bref, le seau des Chancelleries Presidiales, a pareillement les armes du Roy emprainte, mais en beaucoup moindre forme, que celuy des petites Chancelleries &c. Quand aux petits seaux de justice, ils ont pareillement les armes du Roy emprainte, mais en forme encore plus petite, que ceux des Chancelleries Presidiales. &c.) Hodie sigilla Regis sunt duplicis generis; nempe, illa, quibus utuntur Cancellariæ, & illa, quorum usus est in judiciis. Cancellariæ triplices sunt, magna apud Regem est, minores sunt, Cancellariæ institutæ in unoquoque Parlamento, & denique Cancellariæ præsidiales, de novo institutæ in singulis judiciis præsidialibus: Magnum Galliæ sigillum imaginem Regis insculptam habet, huius custodia Cancellario, aut custodi sigillorum mandata est: & eo solo utimur in expeditione mandatorum, aut literarum, ærarium concernentium, vel etiam justitiam, in iis

in iis negotiis, quæ coram Consilio Status, aut in Concilio magno ventilantur, possuntque sub hoc sigillo ibi expediri omnes literæ, quæ ad Parlamenta scribuntur, & habet hoc sigillum eam vim, ut executionem pariat per totum Regnum. Sigillum minorum Cancellariarum non exprimit imaginem Regis, sed tantùm eius insignia; Custoditur autem ab uno magistrorum libellorum supplicum, per vices; adhibetur omnibus rebus judiciariis, quæ expediuntur in illo Parlamento; executionem autem alibi non parit, in locis, quæ non sunt subjecta jurisdictioni istius Parlamenti. Denique sigillum Cancellariarum judiciorum præsidialium itidem repræsentat insignia Regis, sed in forma longe minori, quam sigillum Cancellariarum minorum, hoc est, Parlamentorum &c. Quantum attinet minora sigilla judicialia, & illa quidem insignia Regis exprimunt, sed charactere minori Cancellariarum judiciorum præsidialium. Iisdem de sigillis videri etiam potest Bret, *de la Souveraineté du Roy (livre 4.*
13. *chap.* 1. *p.* 282. *& seqq.*) Fauyn, *au theatre d'honneur* (*livre* 2. *chap.* 12. *pag.* 292.) ubi inter alia ait: (*Les Roys de France sont représentés en leur grand seau assis en leur lict de iustice, vestus à la Royale, & en habit pacifique, au lieu, que les autres princes se font paroistre armés & montés à cheval*) Reges Galliæ repræsentantur, in magno eorum sigillo, sedentes in throno justitiæ, vestiti generaliter, sed veste pacifica, ubi alii Principes volunt
14. se repræsentari armatos, & insidentes equo. Et, ut apud le Mercure François (*tom.* 5 *p.* 233.) legitur, (*tenant la main de justice de l'une de leurs, & le sceptre de l'autre, pour monstrer qu'ils aiment mieux estre tenus grands justiciers, que grand guerriers, & qu'ils ne font iamais la guerre, que pour faire regner la iustice*) una tenentes manum justitiæ, altera sceptrum, ut significent, se malle pro justitiariis haberi, quam bellatoribus, quodque nunquam bella gerant alium in finem, quam ut justitia regnum teneat, (*monstrans par lá* (*inquit Bernhard. de Girard. de l'Estat & succés des affaires de France livre* 3. *pag. mihi.* 319.) *qu'ils estiment la iustice non les armes, estre le vray lien d'un Royaume, & qu'il est plus convenable à un Roy d'estre justicier, que vaillant*) innuentes, se justitiam, non arma habere pro vinculo Regni, magisque decere Regem, esse justitiæ administratorem, quam bel-
15. latorem strenuum. Olim materia, cui sigillum Regium imprimebatur, erat simplex quædam massa (*enclose dans un parchemin, accommodé en rond: ce qui a duré inques à ce, que l'on a trouvé l'usage de la cire, dont à present les lettres sont seellées és Chancelliers. Pierre de Miraulmont en ses memoires sur*

sur l' origine & institution des Cours souveraines &c. tiltre Chancellerie, fol. 57. b.) Inclusa membranæ vel pergamento, in formam rotundam coacta, qui mos duravit eousque, donec usus ceræ inventus fuit. Sic hodie in Cancellariis cera literis additur, cui imprimitur sigillum Regis. Color ejusdem ceræ non unus est, sed varius, aliquando albus, aliquando flavus, aliquando viridis. Docet hoc Fauyn *(livre 3. p. 683.) (Aux Chancelleries de France, on use de cire iaune en toutes sortes de lettres excepté aux Chartres, privileges & remissions, qui sont expediés & seellées en cire verde, sur lacs de soye rouge & verde: & le Vendredy sainct, apres midy, on ne seelle qu' en verd en la grande Chancellerie, pour les cas tenus pour irremissibles, & qui sont de pardon par misericorde, que nos Monarques ledit iour ont accoustumé de preferer à la rigueur, à l' exemple du Roy des Roys, & Seigneur des Seigneurs, qui à tel iour fust eslevé en l' arbre de la croix, pour nous redimer de la mort eternelle, que nous avions meritée. Les Roys de la premiere & seconde lignée, seelloient en cire blanche, à leur image enfoncée de porfil, ou seants en leur lict & throsne de iustice; façon practiquée par nos Roys de la troisiesme lignee, & particulierement aux lettres d' importance, & ce, qui concernoit principalement leur honneur, & Majeste sacrée, & coustumierement les expeditions, mandements, & commissions des ordres de chevallerie, par eux instituez: De sorte, qu' il n' estoit permis à Prince, quelqu' il fust, au sainct Royaume de France, de seeller en cire blanche, sans en avoir lettre d' octroy, & de permission du Roy, par un special privilege de honneur.)* In Cancellariis Galliæ utuntur cera flava, in omni genere literarum, exceptis instrumentis Regni, privilegiis, ac veniis delictorum, quæ expediuntur, & sigillantur cera viridi, additis laqueolis, ex serico rubro & viridi contortis. Die Veneris, septimanæ sanctæ, ante festum Paschatis, in magna Cancellaria solius ceræ viridis usus est, in sigillandis literis veniæ delictorum, quæ habentur pro irremissibilibus, & condonantur ex misericordia, quam Reges nostri dicto die solent præferre rigori, ad exemplum Regis Regum, qui eodem die cruci affixus fuit, ut nos redimeret à morte æterna, quam meriti eramus. Reges primæ, & secundæ familiæ, sigillabant cera alba, cui imprimebatur ipsorum imago, lusca facie; aut repræsentabantur sedentes in throno justitiæ. Qui modus & in tertia familia Regum nostrorum in usu fuit, potissimum autem in literis magni momenti, & quæ principaliter attinebant eorum honorem, & majestatem sacram, ac regulariter in expeditionibus, mandatis & commissionibus ordinum Equestrium, ab ipsius institutorum. Nulli autem Principum, in sancto Regno Gal- 17.
liæ, permissum erat, cera alba in sigillandis literis uti, nisi ex privilegio & concessione Regis speciali. Tale à Ludovico XI. datum Renato, Siciliæ Regi, anno M.CCCC.LXVIII. & sequenti, ut memorat Iean du Tillet *(au recueil* 18.
des Roys de France, leurs couronne & maison, sub rubrica, tiltres, grandeur, &

excellence des Roys & Royaume de France, pag. 175. editionis Parisiensis in fol. de an-
no MDLXXXVI.) in quo tamen contradictorem habet Louys Guyon (*tom.*
3. des diverses leçons, livre 3. chap. 25. 490.) qui ceræ flavæ usum hoc privile-
gio Renato datum scribit: quod etiam inculcat Bodin. (*livre 1. de la Republ.*
chap. dernier) & addit; *celuy qui transcrit les memoires du Tillet, en son livre a*
mis en cire blanche, de laquelle nos Roys iamais n' ont usé, suivant l' erreur de son au-
theur.) Qui Commentarios Tilleti in librum suum transcripsit, certam al-
bam expressit, qua nostri Reges nunquam usi fuerunt, & sic errorem autoris
sui secutus est. Ego Gallis, utra relatio vera sit, judicandum relinquo, non
nescius tamen, album colorem Regibus Galliæ præ cæteris placuisse. (*vide*
19. *quæ annotavi de Iure publ. lib. 1. c. 11. num. 31.*) Mahometi, Turcarum Prophe-
tæ, sigillo quo utebatur, literis, & lingua Arabicis insculpta erant verba,
hunc in sensum: *Mahometes nuncius Dei.* Osman, Calipharum tertius, qui
20. Mahometem secutus, primum sigillo antecessorum usus fuit; sed cum illud
in puteum aliquando, ipsius incuria, decidisset, aliud fieri curavit ex argento
puro, cui inscriptum Arabicè, *aut induresces, aut te pœnitebit.* Hali Calipha-
21. rum quartus, sigillo suo insculptum habuit Arabico sermone: *Corde sum de-*
votus, Deus est meus Dominus. (*Michael Baudier en l' histoire generale de la religion*
des Turcs, liv. 1. c. 2. p. 34. ch. 5. p. 40. chap. 6. p. 42.) Idem (*in historia generali*
du Serrail & de la Cour du grand Seigneur, Empereur des Turcs livre 2. chap. 19. pag.
179.) sigillum Imperatoris Turcici ita describit; *le seau Imperial des grands*
22. *Seigneurs Turcs, n'a point d' autre figure, que certains caracteres Arabes, qui expri-*
ment leur nom, celuy de leur pere, & marquent l' orgueil de la felicité qu' il vante.
Achmet Empereur, qui mourut en l' an 1617. avoit fait graver cets mots dans le seau,
dont ses patentes estoient seellées; Achmet ibni Mehemet cham sadet, *c' est à di-*
re, Achmet fils de Mehemet, Empereur tousiours victorieux. *Les autres Mo-*
narques Ottomans, ont presque la mesme devise, les noms seulement chanchez. Il
est veritable, que les lettres Arabiques sont tellement entrelassées, les unes dans les
autres, à peu pres comme les chiffres dont nous exprimons nos noms en France, que
peu de personnes dans son Estat le peuvent expliquer: le seul Vizir, ou celuy qui seelle
en a la parfaicte intelligence.) Sigillum imperiale, magni Monarchæ Turca-
rum, non aliud continet, quàm certos characteres Arabicos, qui exprimunt
nomen imperantis, & patris à quo genitus, ac notas superbiæ, felicitatis eius
de qua gloriatur. Achmetus Imperator, qui mortuus est anno MDCXVII.
hæc verba sigillo suo insculpta habuit: *Achmetus filius Mehemeti, Imperator*
semper victoriosus. Cæteri Imperatores Ottomanni ferè eodem utuntur, tan-
tum mutato nomine. Literæ autem Arabicæ, quibus ista verba exprimun-
tur, inter se connexæ sunt (eo fere modo, quo in Gallia utimur in exprimen-
dis nominibus nostris per cifras, vel characteres) ut pauci reperiantur in illo
Imperio,

Imperio, qui eas explicare norint, ſolus Vizierius, (qui magnus Vizierius communiter dicitur, & eſt poſt Imperatorem primus, locum tenens generalis Imperii & exercituum, magnus Cancellarius, & caput conſilii, ubi juſtitia adminiſtratur. (*Baudier d. tr. & liv. 2. chap. 16. p. 160.*) aut ille qui ſigillat, has perfecte intelligit.

Bekräfftiget.

Vide, quæ annotavi ſupra ad dictum art. XXXIV. Capitulat. Caroli V. verb. bekräfftiget. Facit ad idem propoſitum, quod legitur in reformatione Imp. Sigismundi (*apud Goldaſt. in Conſtit. Imper. p. 193. c. 15.*) Man ſoll wiſſen/ daß es wahr iſt / daß in geiſtlichen und weltlichen Stat / alle Ding befeſtiget und beſtätiget ſind/ mit dem Inſigel/ und es bezeichnet auch alle Warheit/ wañ was verbriefft und verſigelt wird/ das ſoll wahr ſeyn. Aber man ſihet viel und dick/ daß man gröſslich wider verſiegelt Brieff redt und thut; Es iſt aber von angende nicht alſo geweſen/ Sy ſullen ſtet und veſt ſeyn. Brieff und Inſigel ſind bey den Eiden erkent/ darumb ſy auch beſtehen ſullen. Sy ſind beyde die lauter Warheit der Sachen.

Unſer und des H. Reichs Statt.

Vide annotata ad artic. XVIII. Capitulationis Maximiliani II. verb. in Unſer und des H. Reichs Statt.

Monats.

Vide annotata ad d. art. XXXIV. Caroli V. verb. des Monats.

Tag.

39. Ob eben diesen/ und andern obgemeldten Articuln und Puncten/ einiges zu wider erlangt/ oder außgehen würde/ das alles soll krafftloß und ab seyn/ in massen Wir es auch als dann/ und dann als jetzo/ hiemit cassiren/ tödten und abthun/ und/ wo Noht / den beschwerten Parteyen derhalben nohtdürfftige Urkund und briefflichen Schein zu geben/ und widerfahren zu lassen/ schuldig seyn sollen/ Argelist und Gefährde hierinnen außgeschieden.

40. Wir

40. Wir wollen und sollen auch allen des H. Reichs Churfürsten/ Fürsten und Ständen / so wol Ihren Bottschafftern und Gesandten jederzeit schleunige Audienz und Expedition ertheilen / denenselben ihre confirmationes Privilegiorum, auch Lehen und Lehen-briefe/ nach dem vorigen tenor, unweigerlich/ und ohne einige contradiction, (als welche zum rechtlichen Außtrag zu verweisen) ungehindert/ widerfahren/ dabey auch dieselbe über die Edition der alten Pactorum familiæ, mit exhibition ein oder ander Hauß allein concernirender/ und von dem Lehenthumb keine dependenz habender/ nicht beschweren lassen; in wichtigen Sachen/ so das Reich betreffen/ und von hohem præjudiz und weitem Außsehen/ bald anfangs der Churfürsten/ auch nach Gelegenheit der Sachen/ Fürsten und Ständen Rahts-bedenckens Uns gebrauchen/ und ohne dieselbe hierinnen nichts vornehmen.

41. Wir sollen auch künfftig bey Antrettung Unserer Kaiserl. Regierung/ Unserm geheimen Raht/ wann etwa die Zahl jetziger Kaiserlicher geheimen Räthe zu vermehren/ oder an der absterbenden Platz newe anzusetzen/ (dann sonsten die gegenwertige / wegen ihrer bey Kriegs- und Friedens-zeiten geleisteter Trewe und nutzlicher Dienste / bey ihrem Stand und Würden billich zu lassen) wie auch Unsern Reichs Hoff- und Kriegs-Raht / wann nemblich Wir des H. Reichs wegen im Krieg begriffen/ mit Fürsten/ Graffen/ Herren/ vom Adel/ und andern ehrlichen Leuthen/ nicht allein auß Unsern Untersassen/ Unterthanen und Vasallen / sondern mehrern theils auß denen / so im Reich Teutscher Nation/ anderer Orten gebohren und erzogen/ darinn nach Stands gebühr angesessen und begütert/ der Reichs-Sachen wol erfahren/ gutes Nahmens und Herkommens/ und niemands/ dann Uns/ und sonsten weder Churfürsten/ noch Ständen des Reichs/ noch auch in- oder außländischen Potentaten/ mit Dienst-pflichten verwand seyn: Ingleichem Unsere Königliche und des Reichs Aempter/ am Hoff und sonsten am Reich / mit keiner andern Nation/ dann gebohrnen Teutschen/ die nicht niedrigen Standes noch Wesens/ sondern nahmhaffte hohe Personen/ und mehrentheils von Reichs-Fürsten/ Graffen und Herren/ besetzen und versehen/ auch obgemeldte Aempter bey ihren Ehren/ Würden/ Gefällen/ Recht und Gerechtigkeiten/ bleiben/ und denselben nichts entgehen/ oder entziehen lassen; In Bestellung aber Unserer Reichs-Hoff-Rahts-Cantzley/ so wol mit des Reichs ViceCantzlers/ als der Secretarien und anderer darzu gehöriger Personen / Unsern lieben Neffen/ dem Churfürsten zu Maintz/ als Ertz-Cantzlern / durch Germanien / keinen Eingriff thun/ noch darinn Maß oder Ziel geben / da auch dergleichen geschehen/ zu keiner Consequenz ziehen/ noch kommen lassen.

42. Darzu in Schrifften und Handlungen des Reichs / keine andere Zungen noch Sprachen gebrauchen lassen/ dann die Teutsche/ oder Lateinische

Zungen/

Zungen/es wäre dann an Orten/da gemeiniglich ein andere Sprache in übung wäre/ und im Gebrauch stünde.

43. Gemeldtem Unserm Reichs Hoff-raht wollen Wir gewisse Ordnung und Instruction, nach Inhalt des mehrbesagten Münster- und Oßnabrückischen Frieden-schlusses/ verfassen und vorschreiben/ denselben auch jährlich/ oder in 2. Jahren einmahl/ mit Zuziehung Unsers lieben Neffen/des Ertz-Bischoffen zu Maintz/ als Ertz-Cantzlern in Teutschland visitiren; Was auch einmahl in gemeldtem Unserm Reichs-Hoffraht in Judicio contradictorio, cum debita causæ cognitione, ordentlicher weiß abgehandelt/ und geschlossen ist/ dabey soll es allerdings verbleiben/ und nirgends anders/ es sey dañ durch den ordentlichen Weg/ deren in offtbemeldtem Frieden-schluß beliebter revision, von newem in cognition gezogen/ noch dessen execution gehindert; die am Kaiserl. Cammer-Gericht zu Speyer aber anhängig gemachte/ und noch in unerörterten Recht schwebenden Sachen / von dar ab/ und an Unsern Reichs-Hoffraht nicht avocirt, auch obbemeldtem Unserm lieben Neffen dem Churfürsten von Maintz/ eine und andere Sachen der klagenden Ständen/ (wann schon dieselbe Unsere Geheime/ und Reichs-Hoff-räht betreffen) in dem Churfürstl. oder gesampte Reichs-Rähte / ihrer Art und Eigenschafft nach zu bringen/ zu proponiren/ und zur deliberation zu stellen/ kein Einhalt gethan/ noch sonsten in dero Ertz-Cancellariat/ oder Reichs-directorio, Ziel und Maß gegeben; auch kein Stand des Reichs / in Sachen / so præviam causæ cognitionem erfordern/ mit Kaiserl. decretis auß dem Geheimen Raht übereilt/ noch dieselbe in Judicio angezogen werden sollen.

44. Wir sollen und wollen auch in fleissige Obacht nehmen / daß die jenige expeditiones, so in Gnaden und andern Sachen / insonderheit aber diplomata über den Fürsten- Graffen- und Herren-Stand / auch Nobilitationes, und Palatinaten/ sampt andern Freyheiten und Privilegien/ welche Wir/ als Römischer König/ und künfftiger Kaiser ertheilen werden / bey keiner andern als der Reichs-Cantzley / wie solches von Alters löblich Herkommen/ auch Unserer/ und des H. Reichs Hoheit gemäß ist/ geschehen / noch die Guldene Bull/ als ein vraltes Insigne eines regierenden Kaisers/ oder Römischen Königs/ an einig ander diploma, als welches bey gedachter Reichs-Cantzley mit Unserer Verwilligung außgefertiget worden ist / gehänget werde; auch nicht gestatten / daß dergleichen bey dem Königlichen Böheimischen / und Ertz-Hertzoglichen Oesterreichischen Cantzleyen / unter Unserm Kaiserl. Titul und Nahmen/ zeit wehrender Unserer Kaiserlichen Regierung/ zu Schmählerung Unserer Reichs-Cantzley / und Taxt-Ampts-Gefällen expedirt werde; da auch dergleichen ins künfftige beschehe/ das soll alles nichtig und krafftloß seyn/ und die Impetranten sich derselben keines wegs zu erfrewen / oder zugebrauchen

brauchen haben/noch auch von Uns/ oder jemanden anders ihnen der Titul oder prædicat, so in dem also erhaltenen diplomate oder privilegio sonsten zugeleget worden/ gegeben werden. Was auch für Gnaden-brieffe und Privilegien in Unserer Reichs-Cantzley außgefertiget/ und von darauß dem Königl. Böheimischen/ und Ertzhertzoglichen Oesterreichischen Hoff-Cantzleyen/ und anders wohin intimirt worden/ dieselbe sollen daselbst/ nicht allein ohne allen Entgelt/ oder Abforderung einiger newen Tax-oder Cantzley-Jurium, wie die Nahmen haben mögen/ angenommen/ sondern auch jedes mahls gebührend respectirt, und der Impetranten / dem erhaltenen Stand und Privilegio gemäß/ das verwilligte prædicat, und Titul / unweigerlich in denen expeditionibus daselbst gegeben werden.

45. Deßgleichen wollen Wir/bey Unserer Königl.und künfftigen Kaiserl. Regierung/ bey collation Fürstlicher und Gräfflicher / auch anderer dignitäten/ vornemlich dahin sehen/ damit/ auff allen Fall/ dieselbe allen denen von Uns ertheilt werden/ die es vor andern wol meritirt/im Reich gesessen/ und die Mittel haben/ den affectirenden Stand pro dignitate außzuführen; niemand aber von den new erhöheten Fürsten/ Graven und Herren / dem Fürstl. Collegio, es sey gleich auff selbigen oder der Graven Bäncken/ ad sessionem & votum, wider deroselben Willen/ aufftringen/sie haben sich dann darzu mit Fürstmässigen/ oder Gräfflichen Reichs-Gütern vorhero genugsam qualificirt, und zu einer Stands-würdigen Stewren in einem gewissen Craiß eingelassen/ und verbunden/und über solches alles/neben dem Churfürstlichen/ auch das jenige Collegium, oder Banck/ darinnen sie auffgenommen werden sollen / vorhero gnugsam gehöret worden.

46. Dieweil Uns auch sonderlich gebühret/des H.Reichs Churfürsten/ als Unsere innerste Glieder und Haupt-Seulen des Reichs/vor männiglichen in sonderbahrer hohen consideration zu halten/ so wollen Wir die Verfügung thun/ wann deroselben Ampts-verweser/und Erb-ämpter/bey unserm Kaiserl. Hoff begriffen/ daß dieselbe jederzeit/ und insonderheit / wann und so offt Wir auff Reichs-Wahl-und andern dergleichen Tägen/ Unsern Kaiserl. Hoff begehen/ oder Sachen vorfallen/ darzu die Erb-ämpter zu gebrauchen seyn in gebührenden Respect halten/ und ihnen von Unsern Hoff-ämptern keines wegs vor-oder eingreiffen/ oder/ da je auß gewissen Ursachen / ihre Stellen mit berührten Unsern Hoff-ämptern jeweils ersetzet werden sollen/ wollen Wir doch/ das ihnen/ den Churfürstl. Ampts-verwesern und Erb-ämptern / einen weg als den andern/ die von solchen Verrichtungen fallende Nutzbarkeiten / weniger nicht/ als ob sie dieselbe selbst verrichtet/ und bedienet / unweigerlich gefolget / und gelassen werden.

47. Wir sollen und wollen auch Uns keiner Regierung/oder Administration

im Heil. Röm. Reich weiter/ oder anders unterziehen/ dann so viel Uns des von Kaiserl. Majest. vergönnet oder zugelassen wird/ auch Ihrer Kaiserl. Majest. die Zeit ihres Lebens/ an Ihrer Hoheit und Würde des Kaiserthums keine Irrung noch Eintrag thun.

48. Damit auch Unsere Geheime/ so wol als Hoff-Rähte/ wie auch Unser Kaiserl. Cammer-Gericht zu Speyer / dieser Capitulation gebührende Wissenschafft haben/ und in ihren Rahtschlägen/ und sonsten sich darnach richten/ wollen Wir Ihnen dieselbe nicht verhalten/ sondern auch bey Leistung ihres Ampts- und Dienst-pflicht/ ernstlich einbinden/ dieselbe/ so viel einem jeden gebüret/ jederzeit vor augen zu haben/ und darwider weder zu thun noch zu rathen/ solches auch Ihren Dienst-eyden mit außtrucklichen Worten einverleiben lassen.

49. Solches alles und jedes / wie obstehet/ haben Wir Römischer König den gedachten Churfürsten/ vor sich und im Nahmen des H. Römischen Reichs/ geredet/ versprochen / und bey Unsern Königlichen Ehren / Würden und Worten/ im Nahmen der Warheit zugesagt/ thun dasselbige auch hiemit und in Krafft dieses Brieffs / inmassen Wir dann das mit einem leiblichen Eyd zu GOtt und dem Heiligen Evangelio geschworen/ dasselbe stät/ vest/ und unverbrochen zu halten/ deme getreulich nachzukommen / darwider nicht zu seyn/ zu thun/ noch zu schaffen gethan werde / in einige weiße oder wege/ wie die möchten erdacht werden; Uns auch darwider einige Behelff/ oder Außnahm / dispensationes, absolutiones, Geist- und Weltliche Rechten/ wie das Nahmen haben mag / nicht zu statten kommen sollen. Dessen zur Urkund haben wir dieser Brieff sieben in gleichem Laut gefertiget / und mit Unserm anhangenden Insigel bekräfftiget / der geben ist / in Unser und des Reichs/ Statt Augspurg/ den zweyten Monats Tag Junij/ / nach Christi unsers lieben HERRN und Seligmachers Geburt/ ein tausend/ sechshundert / und im drey und fünfftzigsten/ Unserer Reiche/ des Römischen im ersten/ des Hungarischen im sechsten/ und des Böheimischen im siebenden Jahre.

Ferdinand. etc.

(L. S.)

Frantz Scheidler/ C.

Johann Widmer.

ANNO-

ANNOTAMENTA AD CAPITULATIONEM FERDINANDI IV.

AD PROOEMIUM.

In Germanien.

REges statim à Coronatione Romana Imperatores Romani audierunt, reliquorum Regnorum nulla facta mentione: quasi ille titulus absorpserit alios minores, fortè quod aut simplicitas, aut procul fastus magnanimitas, illa tempestate non ferret cumulum titulorum, nomen autem Cæsareum ea ætate adeò haberetur magnificum, ut adjicere quidquam videretur indecens. Constat sanè eos nec adjecisse titulos Ducatuum & Comitatuum, quos tamen unà cum Regia & Imperatoria dignitate, possidebant. Primus, quantum videtur, Fridericus II. præter Cæsareum nomen, Siciliæ & Hierosolymæ titulum usurpavit, Suevici tamen Ducatus titulo non adjecto. Eum imitatus, centum & quinquaginta ferè annis post, Carolus IV. & Romanorum Imperator, semper Augustus, & Bohemiæ Rex noluit dici. Ejus filius Sigismundus, & Imperator, & Hungariæ & Bohemiæ Rex, audivit. Fridericus III. non multò pòst adjecit plurima, propter Ducatus, Comitatus, & alias Provincias sibi subditas, Germanici licet Imperii feuda essent, qui mos ab eo usque tempore invaluit. Primus Maximilianus, Rex etiam Germaniæ noluit dici. (*Conringius de Germanorum Imperio Romano, cap. 12. pag. 106. & seqq.*)

Carl Ludwigen Pfaltzgraffen bey Rhein/ Hertzogen in Bayern.

Rationem ob quam Elector Palatinus, (qui hodie inter Electores octavus est, *Instrument. Pacis art. 4. §. quod ad domum*) hìc præponatur Coëlectorum suorum, qui ipsum præcedunt, legatis, exposui in annotam. ad Capitul. Ferdinandi III. (*art. 4. verb.* Churfürstliche Gesandten/) & ad eandem materiam pertinent, quæ scripsi de Jure publico (*lib. 4. cap. 9. n. 55. & in tom. 1. addit. ad d. c. & n. p. 652.*)

Vor sich/ und samptliche Fürsten/ und Stände des Heiligen Römischen Reichs.

Hæc verba in cæteris Capitulationibus non reperiuntur, & planè nova sunt. Ex illis autem patet, hodie, post Instrumentum pacis Osnabrugensis, statuum partes circa Capitulationem Regi Romanorum præscribendam,

ampliores esse, quàm antea, (*vide supra Prolegom. ad Capit. Impp. sect. 3. & tom. 2. addit. ad lib. 1. Iur. Publ. cap. 12. n. 14. p. 171.*)

AD ARTICULUM I.

Ohne Unterscheid der Persohnen/ Stände/ Würden und Religion.

Nova sunt, ac pro majore explicatione prioribus adjecta.

Auch in Sachen Unser und Unsers Hauses eigene Interesse betreffend.

Nova additio, fundata in ipsa justitia, ejusque præceptis.

Die drey Churfürsten/ zu Sachsen/ Brandenburg und Pfaltz.

Quoniam tempore Maximiliani II. quando primùm hæc limitatio Capitulationi inseri cœpit, Electores seculares (excepto Bohemo, qui cum cæteris in præscribenda Capitulatione non concurrit) Pontifici, & Religioni Catholicæ Romanæ repudium miserant, illorum mentio non singulariter, sed generaliter facta fuit, verbis, die vorgemeldte Unsere liebe Oheimen / die Weltlichen Churfürsten/ quod etiam in Capitulationibus sequentibus, Rudolphi, Matthiæ, ac Ferdinandi II. observatum. In Capitulatione autem Ferdinandi III. in specie nominati leguntur, beyde Churfürsten zu Sachsen und Brandenburg/ quoniam hi tantum contra Papam stabant, Elector autem Bavariæ pro illo. Itaque cum hodie sint quatuor Electores politici (Bohemum enim hîc non connumeramus, ob rationem modo dictam) inter quos unus Catholicus Romanus, & tres non Catholici Romani, hoc nominatim exprimere conveniens visum.

Pfaltz.

Hîc alius ordo, quàm in procemio, observatur, quoniam Elector Palatinus hîc non cum legatis, sed cum ipsis Coëlectoribus suis concurrit, inter quos postremum locum tenet.

Vor sich/ und ihre Religions-Verwandten.

Nova additio, ex causa superius ad procemium annotata.

Noch jetzt gedachte Advocatia, dem Religion- und Prophan-Frieden/ zu præjudiz angezogen und gebraucht/ rc.

Novum, & propterea additum, ne locus exceptioni detur, quasi pax religiosa & prophana, observari debeant, iis tantùm in passibus, in quibus Advocatiæ, quam Imperator Pontifici & Sedi Romanæ se debere profitetur, non sunt contrariæ. Quanquam verò hîc nihil dicatur de Catholicis Electoribus, & Statibus, qui Advocatiam illam approbant; idem tamen illis placere

placere debere apud me extra dubium est; memor enim sum, eos ad observantiam utriusque pacis, sine ulla exceptione, se obligâsse.

AD ARTICULUM II.

In dem jüngst.

Scilicet anno MDCXLIIX. XXIV. Octobr. utriusque enim pacis instrumentis hoc tempus est appositum.

Zu Münster und Oßnabrug.

Quanquam pax facta Monasterii primo loco, & ante pacem Osnabrugis compositam, hîc, & alibi, in Imperii actis ponatur, attamen in Recessu Imperii Ratisbonensium Comitiorum anno MDCLIV. primo loco Instrumentum Pacis Osnabrugensis exhibetur, & post hoc Instrumentum pacis Monasteriensis. Innocentius quoque decimus, Pontifex Romanus, in declaratione nullitatis articulorum pacis Germaniæ, Romæ anno MDCLI. impressa, Osnabrugensem ante Monasteriensem collocat. Tenor istius declarationis hic est.

INNOCENTIUS *Papa X. ad perpetuam rei memoriam. Zelo Domûs DEI animum nostrum assiduè commovente, in eam præcipuè curam sedulò incumbimus, ut Orthodoxæ fidei integritas, ac Ecclesiæ Catholicæ dignitas, & autoritas ubiq; sarta tecta conservetur, neve eorum, qui quærunt sua potiùs, quàm quæ DEI sunt, facto, jura Ecclesiastica, quorum Assertores à Domino constituti sumus, aliquod detrimentum accipiant, Nosq; supremo Iudici rationem villicationis nostræ reddituri, negligentiæ in credita Nobis administratione arguamur. Sanè cum intimo doloris sensu accepimus, quod per plures annos Osnabrugis die 6. Augusti An. 1648. inter charissimum in Christo filium nostrum Ferdinandum, Romanorum Regem, & Imperatorem Electum, cum suis Fœderatis, & Adhærentibus ex una, ac Suecos cum eorum itidem Fœderatis & Adhærentibus ex altera, nec non alterius pacis Monasterii Westphal. die 24. Octobris ejusdem anni 48. inter eundem Ferdinandum, Romanorum Regem, & Imperatorem Electum, cum suis pariter Fœderatis & Adhærentibus, ex una, atque charissimum etiam in Christo filium nostrum Ludovicum, Francorum Regem Christianissimum, cum suis similiter Fœderatis, ex altera partibus, respectivè initarum, articulos, gravissima Religioni Catholicæ, divino cultui, Sedi Apostolicæ & Romanæ, ac inferioribus Ecclesiis, ordiniq; Ecclesiastico, ac Iurisdictionibus, Autoritatibus, Immunitatibus, Libertatibus, Exemtionibus, Privilegiis, Pactis, Prærogativis, ac Iuribus illorum illata fuerunt præjudicia. Etenim pactionibus partim utriusq;, partim alterius pacis hujusmodi, inter alia bona Ecclesiastica, aliaq; ab Hæreticis occupata, illis, eorumq; Successoribus in perpetuum addicuntur; Hæreticis Augustanæ, ut vocant, Confessionis, liberum suæ hæreseos exercitium, in plerisq; locis, permittitur, & locorum pro ædificandis ad hunc effectum templis, assignatio permittitur, ipsiq; cum Catholicis ad publica munia*

& officia, ac ad nonnullos Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, aliaſq; dignitates, & Beneficia Eccleſiaſtica, precumq; primariarum, eidem Ferdinando in Imperatorem Electo, à præfata Sede Apoſtolica conceſſarum, participationem admittuntur; Annatæ, Iura Pallij, Confirmationis, Menſes Papales, & hujusmodi Iura, ac Reſervationes in bonis Eccleſiaſticis, dictæ Confeſſionis Auguſtanæ, excluduntur, Confirmationes Electionum, ſeu Poſtulationum, Prætenſorum Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, aut Prælatorum, ejusdem Confeſſionis, poteſtati ſeculari attribuuntur; Plures Archiepiſcopatus, Epiſcopatus, Monaſteria, Præpoſituræ, Balliviæ, Commendæ, Canonicatus, & alia beneficia. & bona Eccleſiaſtica, Principibus hæreticis, eorumq; hæredibus, etiam ſublatâ denominatione Eccleſiaſticâ, in feudum perpetuum, ſub dignitatis ſecularis titulo, conceduntur. Contra pacem hujusmodi, ullumve eius articulum, nulla Iura canonica, vel civilia, communia, ſpecialia, Conciliorum decreta, Religioſorum Ordinum regulas, Iuramenta, aut concordata cum Romanis Pontificibus, ullave alia ſtatuta, ſive Politica, ſive Eccleſiaſtica, Decreta, diſpenſationes, abſolutiones, aut exceptiones allegari, audiri vel admitti debere diſponitur; numerus ſeptem Electorum Imperii, olim Apoſtolicâ autoritate præfinitus, ſine Noſtro, & Sedis noſtræ præfatæ beneplacito augetur, & Octavus Electoratus, in favorem Caroli Ludovici Comitis Palat. Rheni, Hæretici, inſtituitur; aliaq; multa, quæ pudet referre, orthodoxæ Religioni, Sediq; præfatæ, ac Romanæ, & inferioribus Eccleſiis, cæteriſq; præmiſſis ſummoperè præjudicialia, & damnoſa, decernuntur. Et quamvis venerabilis Frater, Epiſcopus Neritonenſis, Noſtræ, & Sedis præfatæ, ad Tractum Rheni, & inferioris Germaniæ partes, Nuncius extraordinarius, in executionem mandatorum noſtrorum fuerit palam, noſtro, & eiusdem Sedis Apoſtolicæ nomine, proteſtatus, ejusmodi eſſe irritos, nullos, iniquos, ac per non habentes poteſtatem temerè contractos, atq; pro talibus ab omnibus habendos; ac notiſſimi juris ſit, quamcunq; transactionem, ſeu pactionem, in rebus Eccleſiaſticis, ſine præfatæ ſedis Autoritate factam, nullam, nulliusq; roboris & momenti exiſtere; attamen, quò efficaciùs præmiſſorum indemnitati conſultum ſit, pro commiſſi nobis ex alto paſtoralis officij debito providere volentes, ac inſtrumentorũ utriusq; pacis hujusmodi, omniumq; in illis contentorum, cæterorumq; hic etiam neceſſariò exprimendorum, & inſerendorum, tenores etiam veriores, & datas, ac ſi de verbo ad verbum inſerentur, præſentibus pro plenè, & ſufficienter expreſſis, & inſertis habentes, illa propriè & ex certa ſcientia, & matura deliberatione noſtris, deq; Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine prædictos alterius, ſeu utriusq; pacis hujusmodi articulos, cæteraq; in dictis Inſtrumentis contenta, quæ Catholicæ Religioni, divino cultui, animarum ſaluti, eidem Sedi Apoſtolicæ Romanæ, & inferioribus Eccleſiis, ac Ordini, & ſtatui Eccleſiaſtico, illorumq; perſonis, membris, rebus, bonis, Iurisdictionibus, autoritatibus, immunitatibus, libertatibus, privilegiis, prærogativis, & juribus quibuscunq;, quomodolibet officiunt, ſeu præjudicium etiam minimum afferant, aut inferre, ſeu intuliſſe, & alias nocere, aut nocuiſſe, quomodo dici, intelligi, prætendi, vel cauſari poſſent, cum omnibus

bus

bus inde secutis, & quomodocunq; sequendis, ipso jure nulla, irrita, invalida, iniqua, injusta, damnata, reprobata, inania, viribusq; & effectu vana omninò fuisse, esse, & in perpetuo fore, neminemq; ad illorum & cuiuslibet eorum, etiamsi juramento vallata sint, observantiam teneri, neq; ex illis cuiquam aliquod jus, vel actionem, aut titulum coloratum vel causam præscribendi, etiamsi longißimi, & immemorabilis temporis possessio, seu quasi possessio, etiam citra ullam interpellationem, seu interruptionem subsequatur, acquisitum fuisse, nec esse, minusve ullo tempore acquiri, & competere posse, neq; illa ullum statum facere, vel fecisse, atque perinde, ac si nunquam emanâssent, pro non extantibus, & non factis perpetuò haberi debere, tenore earundem præsentium decernimus, vel declaramus, & nihilominus ad abundantiorem cautelam, & quatenus opus sit, articulos præfatos, aliaque præmissa, ut præfertur, præjudicialia, motu, scientia, & deliberatione, & potestatis plenitudine penitus damnamus, reprobamus, nullamus, cassamus, annullamus, viribusque & effectu vacuamus, & contra illa, deq; eorum nullitate coram Deo protestamur, & quatenus ibidem opus sit, easdem Sedem Apostolicam, Romanamque, & inferiores Ecclesias, ac qualibet loca pia, & quascunque personas Ecclesiasticas, adversus illa in integrum ac pristinum, etiam in quo ante prædictas, & quascunque alias assertas, seu prætensas anteriores transactiones, pactiones, seu conventiones circa præmissa, ubicunque & quomodocunq; factas, erant, statum restituimus, reponimus, ac plenariè redintegramus, præsentes quoque literas cum omnibus & singulis in iis contentis, etiam ex eo quod præfati, & quicunque alij, etiam specialis mentione & expreßione digni, & in præmißis, seu eorum aliquo interesse habentes, seu habere quomodolibet prætendentes, illis nullatenus consenserint, nec ad ea vocati, citati, vel auditi, minusq; causæ, propter quas eædẽ præsentes emanarent, deductæ, verificatæ, seu aliàs sufficienter, aut etiam ullo modo, justificatæ fuerint, nullo unquam tempore de subreptionis, obreptionis, nullitatis, aut invaliditatis vitio, seu intentionis nostræ, & alio quovis, quantumlibet magno, inexcogitato & substantiali defectu, aut ex quovis alio capite, à jure, vel facto, aut statuto, vel consuetudine resultante, aut ex quorumq; alio colore, prætextu, causa & occasione moveri, impugnari, invalidari, retractari, in jus vel controversiã revocari, aut in terminos Iuris reduci posse, sed easdẽ præsentes semper validas, firmas & efficaces existere, & fore, suosque plenarios ac integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus & singulis, ad quos spectat, & spectabit quomodolibet, in futurum inviolabiliter observari, sicque, & non aliter, in præmißis omnibus & singulis, per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam Palatii Apostolici Auditores, nec non S. R. E. Cardinales, etiam de latere Legatos, ac eiusdem Sedis Nuncios, & quosvis alios, quâcunque authoritate fungentes, nunc & pro tempore existentes, sublata eis, & eorum cuililibet quâvis aliter judicandi, declarandi, & interpretandi facultate & authoritate semper & ubique judicari & definiri debere, ac irritum & inane; quicquid secus super his à quoquam, quâvis authoritate scienter vel ignoranter contigerit, attentari decernimus.

mus. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis Constitutionibus & ordinationibus Apostolicis tàm generalibus quàm specialibus, etiam in Comitiis universalibus editis, & quatenus opus sit, Nostra & Cancellariæ Apost. regula de non tollendo jure quæsito, constitutione fel. recordat. Pij Papæ IV. Prædecessoris nostri, de gratiis qualecunq; interesse Cameræ Apost. concernentibus, intra certum tunc expressum tempus in eadem Camera præsentandis & registrandis, ita ut præsentes nullo unquam tempore in eadem Camera præsentari, seu registrari necesse sit; legibus quoq; Imperialib. & municipalib. nec nō quibusvis, etiā juramento, confirmatione Apostolicâ, vel quâvis firmitate aliâ roboratis statutis, usibus & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, privilegiis quoque indultis, concessionibus & literis Apostolicis, quibuscunque locis & personis, etiam Imperiali, Regali, & aliâ quâvis, sive Ecclesiasticâ, sive mundanâ dignitate fulgentibus, & aliàs quomodolibet qualificatis, ac specialem expressionem requirentibus, etiam motu, scientiâ, de liberatione, & potestatis plenitudine similibus, etiam consistorialiter sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatoriis, aliisque efficacioribus & insolitis clausulis, & decretis etiam irritantibus, & alias quomodolibet in contrarium præmissorum concessis, editis, factis, ac pluries & iteratis viribus confirmatis, approbatis & innovatis. Quibus omnibus, & singulis, etiamsi pro sufficienti illorum derogatione de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio facienda, aut alia exquisita forma ad hoc servanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum inserti essent præsentibus hoc plenè & sufficienter expressis & insertis, formamque in illis traditam proservata habentes, ad præmissorum effectum specialiter & expressè derogamus, ac derogatum esse volumus, cæterisque contrariis quibuscunq;. Volumus autem, ut earundem præsentium transsumptis, etiam impressis, manu Notarii publici subscriptis, & sigillo personæ in dignitate Ecclesiasticâ constitutæ munitis, eadem prorsus fides ubiq; locorum & gentium, in judiciis, & extra illud, adhibeatur, quæ ipsis præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Datum Romæ, apud Sanctam Mariam majorem, sub annulo Piscatoris, die 26. Novembr. & solenniter ibidem publicatum 3. Januar. Anno 1651. Pontificatûs nostri octavi.

M. A. Maraldus.

Quid de his sentiendum sit, docuit Johannes Hornbeck, in ejusdem bullæ examine, quod typis excusum Ultrajecti; nec non personatus Ludovicus de Montesperato, in vindiciis Pacificationis Osnabrucensis & Monasteriensis, à declaratione nullitatis articulorum arrogantiæ Pontificum temerariæ præjudicialium, imprudenter satis & audacter attentata ab Innocentio Papa X.

Auff

Auff den achten Electoratum.

1. *Electoratus Octavus ab Imperatore consensu Imperii publ. tranquillitatis causâ institutus est.*
2. *Id ægrè fert Pontifex.*
3. *An Electores Imperij à Pontifice primùm instituti fuerint?*
4. *Baronij testimonia pro sua opinione remissivè.*
5. *Vischeri invectio in id negantes.*
6. *Autoris responsio.*
7. *Pontificis assertio de potestate eligendi Germ. Principes, fidem nō meretur.*
8. *Innocentius III. & Clemens V. de institutione VII. Electorum imperfectè testantur.*
9. *Imperator Pontificis affirmationem simplicem non accipiet.*
10. *Pontifici affirmanti quoque incumbit probatio.*
11. *Paulus IV. se liberum nominavit Principem ius habentem in omnes mundi Principes, qui nemini suarum actionum rationem redderet.*
12. *Id cæteros sensisse Pontifices ex variis Iuris Canonici capitulis, notum est.*
13. *Sed fides his non adhibetur.*
14. *Et Glossa illorum capitulorum id falsum esse prædicat.*
15. *Instrumentum donationis Constantini à multis quoque Catholic. Romanorum pro falso habetur.*
16. *Inprimis à Cas. Baronio in annalib. suis Ecclesiast. consensu Pontificis Maximi editis.*
17. *Qui semel malus, semper præsumitur talis.*
18. *Num Imperium ab Ecclesia in Germanos translatum sit?*
19. *Pontificis potentiam & subiectionem Imperatoris ac Imperii concernentia.*
20. *Collegij VII-viralis institutionem tàm Imperatori, quàm Pontifici adscribentes, in exhibitione diplomatis deficiunt autore.*
21. *Collegium Elect. licet non speciali Imperat. constitutione, tamen consuetudine, & tandem quoque lege introductum & confirmatum est.*
22. *Favor libertatis ingens est.*
23. *Regnum in quo caput electione alieni assumitur, non potest dici liberum.*
24. *Num Pontifex Ius eligendi Regem certis ex Germ. Principibus privativè dederit?*
25. *Omnes Germaniæ ordines ad eligendum Regem olim iure libertatis conveniebant.*

26.27. *Electores non à Pontifice, sed ab Imperio ius eligendi habent.*

28. *Electores tàm seculares, quàm Ecclesiastici de Electoratu ab Imperatore non à Pontifice investiuntur.*
29. *Mich. Lonigi consilium de persuadendo Maximiliano Bavaro, ut confirmationem obtenti Electoratus à Papa peteretur.*
30. *An Pontifex hoc consilium secutus fuerit?*
31. *Innocentius X. exaggerat, quod sine suo placito numerus Electorum auctus fuerit.*
32. *Num Sedes Romana rectè dicatur Apostolica?*
33. *An septenarius Elect. numerus ab Imperatore & Imperij Statibus augeri potuerit?*

34. 35. 36. 37. 38. 39. *Sunt qui id negarunt, rationibus adhibitis.*

40. *Autoris conclusio.*

41. 42. 43. 44. *Eiusdem ad adductas rationes negationis responsio.*

45. *Numerus septenarius in electionibus non est necessarius.*
46. *Exempla id docent.*
47. *Quorum consensu & autoritate Elect. numerus auctus fuerit?*
48. *Cur non solius Imperatoris autoritate?*
49. *Cur non tantùm Electorum & Imperatoris?*
50. *Cur hic nulla habita ratio consensus Pontificis?*
51. *An Aurea Bulla à Carolo IV. consensu Pontificis sit constituta?*
52. *An protestatione interpositâ dissensum docuerit?*

53. *Septem sint, vel octo Electores parum interest Pontificis.*
54. *Num Octavus Electoratus in favorem Caroli Ludovici Com. Palatini, ut Innoc. X. dicit, institutus sit?*
55. *Haretici titulo illum inquinat.*
56. *Quos Pontifex nominet hareticos?*
57. *Quis hareticus dici possit?*
58. *Definitio haretici.*

VIde Instrumentum Pacis (*art.* 4. §. *Quod ad Domum Palatinam,*) ibi: *Im-*
1. *perator cum Imperio, publicæ tranquillitatis causâ, consentit, ut vigore præsentis conventionis institutus sit Electoratus octavus, quo Dominus Carolus Ludovicus, Comes Palatinus Rheni, ejusque hæredes & agnati totius lineæ Rudolphinæ, juxta ordi-*
2. *nem succedendi in Aurea Bulla expressum, deinceps fruantur.* Hoc ægrè fert Pontifex, ut in modo exhibita Bulla audivimus, quando scribit: *Numerus septem Electorum Imperii olim Apostolicâ autoritate præfinitus, sine nostro & Sedis præfatæ beneplacito, augetur, & Octavus Electoratus, in favorem Caroli Ludovici, Comitis Palatini Rheni, hæretici, instituitur.* Ita quidem ille, ira & furore percitus, sed non, ut decebat patrem patratum, veritati addictus. Controversum hucusq;
3. fuit; an à Pontifice Electores Imperii primùm instituti fuerint, à quo, & quando id factum, nec ullus inter omnes, qui Pontifici hoc adscribunt, repertus fuit, qui bullam institutionis producere potuerit; unde non frustra in ea opinione confirmatus sum, nullam unquam ea de re confectam, quam tamen expedire Pontifex non supersedisset, ut in rebus minoris admodum momenti observatum, si ab ipso Illustrissimum hoc Collegium fundatum fuisset.
4. Testimonia, quæ pro opinione sua adduxit Baronius, non probant id, quod intendit, ut à me demonstratum (*in additionum tom.* 1. *ad Iuris publ. lib.* 3. *cap.* 1. *num.* 1.) quò benignum lectorem remitto. In nostrates invehitur Augustus
5. Vischerus, (*in Discurs. histor. polit. jurid. de electione Regis, & Imperatoris Romanor. conclus.* 5. *membr.* 1. *num.* 2.) quando *c. venerabilem. de elect. & electi potestate, ac Clementinam Romani, de Iurejur.* tanquam testimonia domestica rejiciunt, additque: *Quid si Imperator prædecessoris sui, aut prædecessorum leges, constitutiones &c. aut proprias alleget? ut infinita exempla in Iure nostro Civili, & Recessibus Imperii, occurrunt, an idem dicent; testes esse in propriâ causâ, ergò illis non credendum? non remur; sciunt enim, quod crimen læsæ Majest. incurrant. Quid si Principes constitutiones, aut leges suas proferant, idem objicient? non putamus: Cur ergò sanctissimis Pontificibus, de juribus & privilegiis competentibus attestantibus, credere recusant? vis habere rationem diversitatis? adversarij sunt, sic volunt, si Diis placet, sic jubent, sit pro ratione voluntas, non secus ac illorum verba essent edi-*
6. *cta Prætorum.* Perpendere verò secum debuisset hîc desultor, assertioni Principis, Regis, Imperatoris, credi in præjudicium suum, vel ubi de nullius præjudicio agitur, sed de iis, quæ à Principis voluntate & potestate pendent, aut ubi agitur de modico præjudicio, vel respicit factum proprium Principis, vel quatenus

quatenus de facto alieno, ejusdem assertionem facere præsumptionem aliquam in adversarium onus probandi rejiciendo. Non dari autem assertioni Principis, de commodo & interesse proprio ejusdem, & quando de magno tertii præjudicio agitur, aut de auditu alieno referret, neque asserenti quoad extraneos non suos subditos, aut super relatione & narratione partis, aut assertioni incidenter factæ, vel contra juris præsumtionem: (*Althusius, dicæolog. lib.3. c.36. n.46.* & Dd. *ibidem ab ipso allegati*;) Feratur nunc idem judi- 7.
cium de Pontifice, & certum erit, illum, asserentem ab Ecclesia Romana jus & potestatem eligendi Regem, in Imperatorem postea promovendum, ad certos Germanorum Principes pervenisse, fidem non mereri, cum hæc assertio fiat in magnum præjudicium Imperii, ipsorumque Electorum. Adde, In- 8.
nocentium III. (*in d.c. venerabilem.*) ac Clementem V. (*in d. Clem. Romani, de Iureiur.*) imperfectè testari de institutione Electorum, nec enim exprimunt certum Pontificem, à vel sub quo, nec certum tempus, quando jus eligendi Regem Romanorum ad certos Principes Germaniæ pervenerit, nec exponunt specialiter nomina, nec numerum illorum Principum, quem Innocentius X. in bulla sua, Apostolicâ autoritate septenarium præfinitum asserit. Si inter Romanos Pontifices & Imperatores controversia vertatur, quis cre- 9.
dat, Pontificem simplicem affirmationem Imperatoris, pro testimonio classico accepturum? malè itaque nec ipse ferre debet, si Imperator & Imperium simplicem ejus affirmativam pro certo testimonio, in consimili casu, non habeant. Si affirmanti Pontifici nulla incumberet probatio, sed satis esset affir- 10.
masse, pessima Imperii & regnorum foret conditio, & jamdudum à Pontifice sub jugum missa fuissent. Paulus IV. Albano, Vegam; Regis Catholici ora- 11.
torem, ab ipso in vincula conjectum, repetenti, se liberum Principem esse, respondit, qui propterea nemini suarum actionum rationem reddere teneretur, imò sibi jus esse in omnes terræ Principes, utpote se inferiores, & sibi subjectos, proindeque adstrictos ei rationem reddere: (*Roussel histor. Iurisd. Pontif. lib.7. c.4. n.41. p.754.*) Idem sensisse cæteros Pontifices notum est ex variis 12.
capitulis in corpore juris Canonici emendati, quod Gregorii XIII. jussu editum, (*nempe c. solicitæ, de maioritate & obedientia. c. fundamenta, de electione & electi potestate in 6. Clement. Pastoralis, de sententia & re judicata. can. duo sunt. dist. 96. c. si fratrum. extr. ne sede vacante aliquid innovetur. c. unam sanctam. extr. de major. & obed. c. un extr. de consuetud. c. alius. 15. qu. 6.*) Si fidem his, aliisq; 13.
capitibus adhibere necesse est, quid tandem aliud de nobis futurum, quàm ut pro veris falsa, & pro Junone nubem amplecti cogamur. Totum enim hoc corpus juris canonici est, rempli d'un tres grand, & quasi infini nombre de passages, tirés des escrits faux, & supposés: (*Marc. Vulson, de la puissance du Pape, & des libertés de l'Eglise Gallicane, livr 3 chap.17. p.201. n.3.*) quod etiam 14.

in multis observavit ipsa illorum capitulorum Glossa, quando addidit; *Illud
non est verum, malè dicit, falsum est, dico te planè mentitum esse Gratiane, &c.* In
15. tanta falsitatum copia inter primos referri meretur instrumentum donationis
Constantini, (*quod exhibetur in can. Constantinus dist. 96.*) à multis etiam inter
Catholicos Romanos, pro falso habitum, ac à nostratibus oppugnatum:
(*Vide Vulson. d.l.3.c.14. per tot.*) & quamquam non defuerint inter adulatores
Pontificum, qui hoc defendere conati sunt, hodie tamen nulla amplius causa
16. disputandi superest, postquam Cæsar Baronius, Rom. Ecclesiæ Cardinalis, &
Bibliothecarius Apostolicus, in annalibus suis Ecclesiasticis (*tom.3. sub ann.
Christi 324. n. 118. & seqq. ac tom.12. sub ann. Christi 1191. p. 825. & seqq.*) Pon-
tificis Maximi consensu, autoritate, judicioque editis, palam professus est, in-
strumentum illud falsum atque commentitium esse, malâ fide, dolo & fraude
excogitatum, ab impostore aliquo scriptum, ad probandam Constantini do-
nationem, tàm non idoneam, ut eam ambiguam potius reddat, quàm probet.
17. At verò, qui semel malus, semper præsumitur talis, maximè in eodem genere
18. delicti. Si Pontificum affirmativa rem planam facit, credendum est, Impe-
rium ab Ecclesia in Germanos translatum, Electores ab eadem constitutos
& præfinitos, quando in electione Regis Romanorum vota Electorum divi-
duntur, post admonitionem & expectationem alteri partium favere posse
19. Pontificem, & coronare quem velit: (*c. venerabilem. de elect. & electi potestate*)
Pontificem habere jus examinandi personam electam in Regem, promoven-
dam ad Imperium: (*d c. venerabilem.*) eandemque approbandi: (*Clement.
Romani, de Iureiur.*) vel reprobandi: (*d.c. venerabilem.*) ungendi, consecran-
di, coronandi, seu diadema Rom. Imperii imponendi: (*d. Clement. ac d.c. vene-
rabilem.*) conferendi nomen Imperatoris & promovendi ad Imperium (*d. c.
venerabilem.*) ac Jus Imperiali Aurea Bulla in literis utendi: (*d. Clement. Ro-
mani.*) Imperatorem præstare debere Pontifici juramentum fidelitatis: (*d.
Clement. Rom. c. ibi domino. dist. 63.*) Papam esse judicem Imperatoris: (*d. Cle-
ment. Rom.*) Imperatorem à Papa posse exauctorari: (*c. vel Apostolicæ, de sent.
& re judicat. in 6.*) Papam vacante Imperio Imperatori in potestate succedere:
(*Clement. Pastoralis, de sent. & re judic.*) aliaque hujus generis potentiam Pa-
pæ & subjectionem Imperii & Imperatoris concernentia. Equidem non dif-
20. fiteor, illos, qui institutionem Septemviralis Collegii Imperatori adscribunt,
in exhibitione Imperialis diplomatis quoque deficere, ac in hoc pares esse il-
lis, qui Pontificem Electoralis Collegii autorem prædicant; Cum autem,
21. ut, (*lib.3. de Iur. publ. cap.1. num.7. & seqq.*) docui, hoc Collegium non speciali,
aut expressâ alicujus Imperatoris Constitutione, cœperit, sed usu & con-
suetudine primùm fuerit introductum, postea verò lege quoque, quæ Aurea
Bulla dicitur, firmatum, frustra eam constitutionem requirimus, quæ nun-
quam

quam in rerum natura extitit. Sufficere tamen debet in hoc partium conflictu, rationes audire, & admittere, easque saniori judicio submittere. Ma- 22.
gnus est favor libertatis, & unusquisque præsumitur liber, donec contrarium probetur: axioma est, quod non solùm de singulis hominibus, verum etiam de Rebuspublicis, Regnis atque Imperiis exaudiendum. Regnum, in quo 23.
caput electione assumitur, si Electores ab alia potestate constitutos habeat, non potest dici liberum, cum non liberè, sed ex præscripto alterius, caput accipiat; hîc enim obtinet regula: quod quis per alium facit, ipse fecisse videtur. Itaque, casu nostro Pontifex eligeret Germanis Regem, non Germani sibi, quod à libertate nostra alienissimum. Si dicant, Pontificem de- 24
disse jus eligendi Regem certis ex Germaniæ Principibus privativè, ita, ut ipse amplius non concurrat, agnoscamus opus est, electionem Regis Germaniæ antea apud Pontificem fuisse. Id verò Germanis opprobrium, nec unquam hactenus probatum. Res verò ita se habet: Olim ad eligendum Re- 25.
gem omnes Germaniæ ordines concurrebant, jure libertatis suæ; posteaquam autem difficulter omnes convenirent, paulatim per consuetudinem hoc eligendi jus à paucioribus exerceri cœpit, & sic jus hoc à Germanis, non aliis, originem habuit, perpolita illa deinde consuetudo fuit variè, per varia temporum intervalla, & tandem in legem scriptam relata à Carolo IV. cui nomen Aureæ Bullæ datum. Ex hac lege, quæ inter fundamentales Regni, vel 26.
Imperii nostri, meritò locum non postremum obtinet, satis cognoscere datur, Electores non à Pontifice, sed ab Imperio jus eligendi habere, & exercere. De secularibus Electoribus (*cap.* 7. §. 1.) dicitur, generaliter longè lateque, & publicum quasi per totum orbem notoriè manifestum esse, Regem Bohemiæ, nec non Comitem Palatinum Rheni, Ducem Saxoniæ, & Marchionem Brandeburgensem, virtute Regni, & Principatuum suorum, in Electione Regis Romanorum, in Cæsarem promovendi, jus, vocem, & locum habere; idemq; repetitur *cap.* 20. *d. A. B.* At hoc Regnum, cœterosque Principatus, quibus 27.
jus Electoratûs inhæret, non tenent à Pontifice, sed ab Imperio: ergò ab Imperio jus eligendi habent. Nempe, investiuntur de his Principatibus, juribusque Electoralibus, iisdem annexis, ab Imperatore, & si vacant isti principibus, redeunt ad Imperium, & aliis conferuntur ab Imperio, (*d. c.* 7. §. 3.) Ecclesiastici quoque Electores, de Electoratu investiuntur ab Imperatore, & 28.
jura Electoralia ab eodem suscipiunt, non verò à Pontifice; & hoc respectu sunt & dicuntur Vasalli Imperii, non Pontificis. Michaël Lonigus Præfe- 29.
ctus Vaticani, Gregorio XV. consilium dedit, de persuadendo Maximiliano Bavaro, tunc temporis à Ferdinando II. de Electoratu Palatino investito, ut Electoratûs obtenti confirmationem peteret à Papa: *Beatissime*, inquiens, *Pater, maximum ad Romanam Ecclesiam emolumentum accederet, & ingenti gloriæ*

*decore Sanctitas vestra felicissimum Pontificatum sibi à DEO creditum cumularet, si
Bojorum Dux, nuper ad Electoratus Imperialis dignitatem evectus, in illam sententiam
pelliceretur, ut à Sedis Apostolicæ autoritate hunc sibi titulum confirmari expostularet.
Hoc enim uno obtento, tantum in præsentia Beatitudo vestra lucrifaceret, quantum
ne ducentorum quidem annorum curriculo à superioribus Pontificibus acquisitum fuit,
aut potius, ut verius loquar, rursum illud vindicaret, atque redimeret, quod à Gregorij
XI. temporibus, ad hæc usque nostra, de juribus, quæ in constituendis rebus & ordini-*
30. *bus Imperij ad Ecclesiam attinebant, cæteri amiserunt.* An Pontifex hoc consili-
um secutus fuerit, & Bavarus ab eodem confirmationem tituli Electoralis pe-
tierit, nolo hîc investigare, sufficiat nobis scire, Collegæ unius factum, juri to-
31. tius Collegii, aut cæterorum Collegarum, nihil posse præjudicare. Porrò,
ut ad Innocentium X revertamur, exaggerat ille, quod sine suo, ac Sedis
32. Apostolicæ beneplacito, numerus Electorum auctus fuerit. Nolo inquire-
re in titulum Sedis Romanæ, an rectè Apostolica dicatur, sed Theologis, ad
quos hoc pertinet, relinquam expendendum; interea duo alia expediam,
33. nempe, an ab Imperatore, Electoribus, & reliquis Imperii Statibus, septena-
rius Electorum numerus potuerit augeri? & si potuerit, an hoc sine consen-
34. su & beneplacito Romani Pontificis fieri potuerit? Sunt, qui negarunt, nu-
merum Electorum augeri, vel minui posse, ut monet Nicolaus Mylerus, (*in*
35. *addit. ad Rümelini dissert. in A. B. part. 2. dissert. 5. coroll. 2. pag. m. 535.*) cujus ra-
tio esse potest, quòd non consuetudine modò, verum etiam lege Imperii pu-
blicâ, & fundamentali, hic numerus approbatus fuerit: (*A. B. in proœm. ibi:*
36. *inter septem Electores, cap. 4. §. 1. & 3. cap. 28. §. 3.*) Non possunt autem (*verba
sunt Petr. Greg. Tholos. de Republ. lib. 7. cap. 19. n* 17.) leges illæ fundamenta-
les Regnorum, quæ jam coaluerunt, & radices cum longa temporis compro-
batione egerunt, sine subversione & clade populorum convelli, & facilè qui-
dem est, in omnibus, non solum dico Regnis, sed etiam quibuscunque rebus,
aliquem defectum, & vitium, aut abusum, aut incommoditatem annotare;
verùm non facile est meliorem statum, illo subverso, replantare. Senescunt
Regna, Regumque Imperia, & majestas, & utilitas; sed satius est, cum ali-
qua consueta jam incommoditate & carie, colere & conservare annosam ar-
borem, quam ea eradicata, nova plantata, novos ex illa, aut nullos spectare
aut percipere fructus: facilius est corpori viventi pati capitis dolorem, aut he-
micraniam temporalem, quàm capite ademto, unà cum illo omninò repentè
37. concidere. Facit quoque pro hac opinione, quod septenarius Electorum
numerus strictè semper fuerit observatus. Cum Maximilianus I. Imper. de
augendo Electorum numero, & in eum recipiendo Archiducem Austriæ, sol-
licitus esset, id ab Electoribus impetrare haud potuit (*Freber. ad Petrum de*
38. *Andlo lib. 2. c. 1.*) ac, cum annis superioribus Gabriel Bethlehem, Transyl-
vaniæ

vaniæ, & Zecculorum Princeps, desideraret, ut Regi Hungariæ locus inter Electores concederetur, repulsum tulit. (*Goldast. lib. 3. Bohem. cap. 5. num. 5. Ludov. de Montesperato. in vindic. Pac. Osnabrug. & Monast.* §. 20. *n.* 80. *& seq.*)
Poterit etiam mysterium, & ad electionem aptitudo numeri septenarii, de quo 39.
alii multa cantant, pro obstaculo haberi, ne extendatur ille numerus. Verùm, hisce non obstantibus, concludendum est, quemadmodum numerus Ele- 40
ctorum septenarius gravi ex causâ olim nostratibus placuit, hodie ex causa gravissima octonarium placere potuisse ad tempus; (*Instrum. Pac. d. art.* 4. §. *Quod si verò.*) vel etiam in perpetuum. Licet enim septenarius Aur. B. stabi- 41.
litus, attamen lex illa, ut in aliis, ita etiam hoc in puncto, corrigi & abrogari potuit: (*vide me tom. I. Iur. publ. lib.* 1. *c.* 11. *n.* 125 *& seqq.*) sic, quod de stabilitate legum fundamentalium ex Tholosano adductum, ab ipso ita limitatum, 42.
ut ab illis temerè non sit recedendum: Recedi ergò poterit, si causa adsit prægnans, uti in casu nostro adfuisse mox dicendum erit. Strictè quidem idem 43.
numerus ad nostra usque tempora observatus fuit, & continuata, sine dubio, fuisset illa observantia, nisi salus Imperii, quæ suprema lex, aliud fieri suasisset. Si eadem salus in petitione Maximiliani I. atque in Gaboris repre- 44
hensa fuisset, potuisset etiam tunc augeri numerus; at deficiente illâ in utrisq;, nihil immutari debuit. Nec tandem numerus septenarius tanti faciendus, ut ab illo recedere non licuerit, ut patet ex illis, quæ scripsi (*tom.* 1. *Iur. publ. l.* 3. *c.* 1. *n.* 33. *& seq.*) Sit commodus in electionibus iste numerus, non est ta- 45.
men necessarius. Papa non eligitur à septem tantum Cardinalibus, sed à quam 46
plurimis; Reges Daniæ, Poloniæ, Duces Veneti, Genuensis &c. non septem habent Electores, sed plures, ut notum. Cæterum videndum est, quorum 47.
consensu & autoritate numerus Electorum auctus fuerit? Respondemus ex *ipso Instrumento Pacis*, id factum esse consensu Imperatoris & Imperii. At cur non solius Imperatoris? quoniam in ipsius solius potestate non est, leges 48.
Imperii abrogare, nec novas ferre. Cur non tantùm Electorum, aut conjunctorum cum Imperatore? quia res quietem totius Imperii concernit, nec 49.
solum interesse Electorum, vel eorum, & Imperatoris tantùm. Ad negotia autem Imperium concernentia, præsertim ubi leges ferendæ, &c. suffragium & consensus Imperii Statuum requiritur; (*d. Instrum. Pac. art.* 8. §. *Gaudeant.*) Cur autem hîc nulla habita fuit ratio consensus Pontificis? Quia, ut 50.
nullas in constitutione septenarii numeri Electorum debuit habere, & habuit partes, ita nec in extensione numeri. Dicat mihi Pontifex, an suo consensu Aurea Bulla à Carolo IV. sit constituta? si hæret, aut fatetur, consensum suum 51.
non fuisse requisitum; dicat, an unquam requirendus fuerit, & postquam omissus, an protestatione interpositâ dissensum suum docuerit? Mihi de neu- 52.
tro horum constat, omninò tamen persuasum habeo, ejus consensum ad con-

stituendos

ſtituendos Aur. Bullæ articulos non fuiſſe requirendum, nec requiſitum, indeq; nec ad abrogationem ac correctionem illorum, aut nonnullorum ex iisdem, pertinere. Quorum eſt legem ferre, illorum demum eſt eam abrogare.
53. Nihil certè, aut parum Pontificis intereſt, ſeptem ſint, an octo Electores Imperii, ſit ille ſollicitus de ſeptem ſuis Sacramentis, ne ad pauciora reſtringantur, proprio ſuo damno; curam verò de augendo Electorum numero ſepte-
54. nario, relinquat Imperatori & Imperio. Pergit Innocentius aſſerere octavum Electoratum fuiſſe inſtitutum in favorem Caroli Ludovici Comitis Palatini Rheni: nobis autem videtur ſecurius, verbis Inſtrumenti adhærendum, dicendumq; fuiſſe, hunc octavum Electoratum inſtitutum in favorem publicæ tranquillitatis: quæ autem in favorem Sereniſſimi Caroli Ludovici
55. conſtituta, recenſeri *in d. art.* 4. §. *præterea, &* §. *cum autem.* Ultimum eſt, quod Dominum Carolum Ludovicum hæretici titulo inquinat. Scilic. Pontifices hoc in more habent, ubi vident, ſe aliis machinis nihil proficere, ut
56. hæreticos declarent eos, quos odio proſequuntur. Proſequuntur autem odio omnes, qui non conſentiunt in purgatorium, loculorum propriorum, nec ſe ſuæq; libidini Pontificum volunt ſubmittere. Pontifex alios nomi-
57. nat hæreticos, ipſe hæreticorum primus. Quicunque aliter Scripturam intelligit, quàm ſenſus Spiritus S. flagitat, à quo ſcripta eſt, hæreticus appellari poteſt; ita conſtitutum legitur, (*in can. Hæreſis.* 24. *quæſt.* 3. & *in can. ſe-*
58. *quenti d. quæſt.* 3.) Hæreticus eſt, qui alicujus temporalis commodi, & maximè gloriæ, principatusque ſui gratiâ, falſas ac novas opiniones vel gignit, vel ſequitur. Arrigat ad hæc aures Pontifex, & ſe ſuosque examinet Anteceſſores.

Den Frieden in Religion

Elector Moguntinus apud Leheman. (*act. publ. lib.* 2. *c.* 15. *p.* 281.) ait, **daß man den Religion-Frieden der Kaiſerlichen** Capitulation **einverleibet/ das binde einen Kaiſer oder König nicht härter/ weil derſelbe durch den Reichs Abſchied und Verfaſſungen gleich ſo ſtarck zum Obhalt/ und zur Nachfolg/ als ein jeder Stand des Reichs verpflicht / ob ſchon die** Capitulation **des Inhalts gantz mangelte.** Seculares Electores Auguſt. Confeſſ. ſtudioſè laborabant, ut illo tempore, quo de Capitulatione Rudolpho II. præſcribenda agebatur, non ſolum pacis religioſæ, ſed etiam ejusdem declarationis, (quæ ſcil. à Ferdinando I. facta in Comitiis Auguſtanis Anno MDLV. XXIV. Sept. & legitur apud Lehemann. *in act. publ. de pac. relig. lib.* 1. *c.* 28. *p.* 122.) fieret mentio; verùm Electores Eccleſiaſtici nolebant conſentire, ut ulla declarationis fieret mentio, ob rationes, quas videre licet apud Lehemann. (*d. tract. lib.* 2. *cap.* 15. *pag.* 278. *& ſeq.*)

Sonder-

Sonderlich aber obgemeldten Münster- und Osnabrugischen Frieden-schluß.

De his specialis fieri debuit mentio in Capitulatione; sic enim placuit pacem ineuntibus, (*in Instrum. Cæsar. Suecic. Osnabrug. art.* 17. §. *pro majori. in Instrum. Cæsar. Gallic. Monasterii.* §. *pro majori. pag m.*42.)

Nürnbergischen Executions-Recess.

Extat in R. A. zu Regenspurg/ de Anno 1654.

Wie auch alles das jenige. rc.

Rex noster Romanorum non solum obligatur ad observantiam legum Imperii ante latarum, verùm etiam earum, quæ in futurum ferre placuerit, non minus, ac si illæ huic Capitulationi verbis expressis insertæ legerentur.

Als ein immerwährendes Band.

Transactio anno MDLII. Passavii inita, & hanc, anno MDLV. secuta Pax Religionis, prout ea anno MDLXVI. Augustæ Vindelicorum, & pòst in diversis Sacri Romani Imperii Comitiis universalibus confirmata fuit, in omnibus suis capitulis, unanimi Imperatoris, Electorum, Principum & Statuum, utriusque Religionis, consensu initis, ac conclusis, rata habeatur, sanctéque & inviolabiliter servetur. Quæ verò de nonnullis in ea articulis controversis hac transactione (inter Imperium & Suecos Osnabrugis inita) communi partium placito statuta sunt, ea pro perpetua dictæ pacis declaratione, tam in judiciis, quam alibi observanda habebuntur, donec, per DEI gratiam, de Religione ipsa convenerit, nō attenta cujusvis, seu Ecclesiastici, seu Politici, intra, vel extra Imperium, quocunque tempore interposita contradictione, vel protestatione, quæ omnes inanes & nihili vigore horum declarantur. Ita legimus (*in dict. Instrum. Pacis Osnabrug. art.* 5. §. 1. & 3.) constitutum, ut conventio hæc sit perpetua, & pax semper duratura.

Haupt und Gliedern.

1. *Stamlerus, Status Imperij collectivè etiam sumptos Imperatori subesse, vult probare.*
2. *Eiusdem positio prima & pro fundamentis positionis suæ textus allegati.*
3. *Autoris responsio & textuum explicatio.*
4. *Positio secunda.*
5. *Responsio.*
6. *Positio tertia allegatis textibus probata.*
7. 8. 9. 10. *Responsio & textuum adductorum explicatio.*
11. *Positio quarta cum allegatis textibus.*
12. 13. 14. 15. 16. 17. *Responsio & textuum declaratio.*
18. *Positio quinta.*
19. 20. 21. 22. 23. 24. *Responsio.*

IOhann. Henricus Stamlerus *in libro de reservatis Imperatoris Romano-German.* 1.
(§ 12 *n.*1. *p.*42.) Status Imperii, etiam collectivè sumptos, Imperatori sub-

2. esse docet, & pro fundamentis suæ assertionis adducit: 1. Quod Status, universim sumpti, se subjectissimos Imperatoris profiteantur; allegans ad hoc varia actorum Imperii loca, quæ tamen planè nihil ad rem faciunt. Primo loco adducit Aur. Bull. tit. 2. non exprimit autem, quo in §. d. tituli, vel capitis, id profiteantur universi Status; nec certè potuit designare ullum, quoniam toto illo in titulo nullibi illa extat Statuum professio. Deinde provocat ad R. A. *de anno* 1566. §. Demnach in 64. der mindern Zahl (*in eod. Recess. p.* 555. *& seq*) ubi quidem observare licet, vocabulum Unterthänigkeit/ item, allergnädigsten Gefallen/ & postea, in allerunterthänigstem Gehorsam:
3. Verùm, si rectè examinentur, ad universos Status, Imperium repræsentantes, referri nequeunt, sed tantum ad singulos. In illo quippe contextu, non solius Imperatoris & Statuum, fit mentio, sed etiam Imperii cum utrisque; sic tres sunt distincti inter se, de quibus agitur, at si hîc Status ut universi considerarentur, duo tantum darentur, nempe Imperator, & Imperium, quod universi repræsentant. Ut ergo numerus sibi constet, necesse est, quod de Statibus dicitur, vel prædicatur, referre ad singulos; quod etiam patet ex verbis ejusdem contextûs, sie sich zu allen denjenigen/ so ihnen geziemet/ &c. nam si de universis sermo esset, dicendum fuisset, so dem Reich geziemet/ item, und sie/ vermöge der Reichs-Ordnungen zu thun schuldig / ita intelligendum esset, und das Reich/ vermöge seiner Ordnungen/ zu thun schuldig. Hinc concludere licet, eos, qui in constitutionibus Imperii obligati erant præstare, was sie schuldig/ esse eosdem, die damahls auch in allerunterthänigstem Gehorsam
4. sich darzu erbotten. Secunda Stamleri positio est, quod Imperator ubique
5. præponatur, & Imperio, & Ordinibus: Sed hoc falsum esse manifestis tex-
6. tibus probavi; contra Stilerum, (*in addit. tom* 2 *ad lib.* 1. *J. P. c.* 12. *n.* 27.) Tertia est, quod Imperator omnibus universim, & singulis, & plenitudine potestatis imperet, allegans Reformat. Francofurt. Friderici III. *de anno* 1442. *in pr. ibi*:
7. Und darumb / &c. (*in Cod. Recess. pag.* 16.) Resp. Hunc textum de universis Statibus, atque ita de Imperio intelligi non posse, manifestum fit ex verbis, Unsern und des Heiligen Reichs Unterthanen. Imperii enim subditi sunt Status omnes & singuli, alle und jegliche/ h. e. nullo eorum excepto, considerati ut singuli, non ut universi. Cùm enim ut universi considerati Imperium repræsentent, impossibile est, illos Imperium esse, & Imperii subditos simul,
8. uno respectu; nemo enim sibi ipsi subditus. Adducit præterea Reformat. des Westphälischen Gerichts/ de anno 1495. §. Und befehlen euch allen sämptlich/ und besonders. (*in cod. Recess. pag.* 33. *sub* §. Demnach.) Resp. Nec hunc locum de universis Statibus, collectim sumptis, intelligi posse, evincunt verba illa, quæ in eodem leguntur, bey Vermeidung Unser/ und des Reichs schweren Ungnade: Si enim de universis intelligeretur, sensus esset: Wir gebieten

dem

dem Reich/ bey Vermeidung Unser und des Reichs schweren Ungnade: at
hoc absurdum. Idem patet etiam ex contextu sequenti, qui non nisi singu-
lis applicari potest. Allegat porrò die Erklärung des Landfriedens/ *d. anno* 9.
1522. §. *fin.* (*pag. m.* 147. *tit.* Wie / und bey was Straffen. §. Und gebieten
darauff) quæ etiam de singulis exaudiendus, ob verba, bey den Eyden/Pflicht
und Gehorsam/ damit Ihr Uns und dem H. Reich verbunden seyd. Item
ob verba, halb in Unser Cammer/ und den andern halben Theil den Beschä-
digten/ rc. Adducit etiam Reformat. Polit. zu Augspurg *de anno* 1530. *inpr.* 10.
verb. Demnach rc. (*pag.* 213.) Verùm, si verba ponderentur, clarum est, intel-
ligenda esse de singulis & omnibus, non autem universis, & non solùm de
Statibus, verum etiam de omnibus eorum subditis. Idem dicendum de Or-
dinatione des Landfriedens zu Wormbs *de an.* 1521. *rubr.* Handhabung des
Friedens/ ibi: Darauff befehlen rc. (*pag.* 131.) ubi etiam nota, befehlen allen
und jeden obgeschriebenen/ & posteà, durch Euer Fürstenthumb rc. Quarta 11.
est, quod Status Imperii collectivè sumpti, in Recessibus, Constitutionibusq;
Imperii simpliciter, nullaque facta mentione Imperii, Imperatoris esse di-
cantur. Allegat R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. Dieweil auch/ ibi: Un-
sere Churfürsten und Stände. Resp. est § Dieweil auch solch/ (*pag.* 205.) ubi 12.
ita legitur, so haben Wir denselben Unsern Churfürsten/ Fürsten und Stän-
den; Stamler omisit Fürsten. Electores sind des Kaisers Churfürsten/
quoniam eligunt Imperatorem, & sunt etiam des Reichs Churfürsten/ 13.
quoniam eligunt Imperatorem nomine Imperii. Principes sunt Principes
Imperatoris, quoniam ab eo investiuntur de Principatibus, & sunt quoque
Principes Imperii, quoniam Principatus suos recognoscunt ab Imperio:
Status quoque Imperatoris dicuntur, quia illi consilio & auxilio adsistunt, &
stationem habent in Comitiis Imperialibus. Sed rarissima est hæc loquendi
formula, & altera frequentissima, cum adjuncto prædicato, Unser und des
Reichs. Sic in hoc ipso Recessu unâ vel alterâ tantum vice, eam legimus, 14.
illam copiosissimè. Triplex autem formula in hoc Recessu reperitur, una
& altera, de quibus modò diximus, tertia verò ita se habet, ut simpliciter di-
cantur, Churfürsten Fürsten und Stände (§. Auff welchem Reichstage p. 193.)
Demnach haben Wir. (p. 194) §. Demnach Wir/ auch Churfürsten. (d. p. 205.)
§. Dieweil. (d. p.) qui etiam ipsi utuntur, in §. Darauff haben Wir. (d. p.)
vivente Imperatore, sunt & dicuntur, des Kaisers und des Reichs Churfür-
sten und Stände/ vacante verò Imperio, sunt, & dicuntur, Stände des Reichs. 15.
Cæterum, quod illa phrasis, quæ omittit Imperium, intelligenda veniat de 16.
Statibus collectivè sumptis, à veritate est alienissimum. Porro in testimoni-
um adducit handhaben des Friedens zu Worms/ anno 1495. auffgericht/ in
pr. (p. 26.) Resp. repetendo priora; observo quoque hoc in loco, primum
reperiri formulam usitatissimam, & postea illam, quæ rarissima. Denique

17. allegat R. A. zu Augspurg *de anno* 1500. *tit.* Wie die Irrung. (*pag.* 61.) ibi:
Unsern Churfürsten. Remitto hîc lectorem ad illa, quæ d.l. Stilero repo-
18. sui. Quinto loco annectit, quod Status eodem in Recessu, §. Dieweil/ & pas-
19. sim, subditorum planè Imperatoriorum axiomate insigniantur. Resp. in eo-
dem Recessu, ad quem se refert, (qui est allegatus R. A. zu Augspurg *de anno*
1500.) nullus extat §. qui incipiat Dieweil/ ut planè enorme hoc sit erratum,
20. inde proveniens, quod illum Recessum non, ut debebat, inspexerit. Credi-
bile autem est, errori ansam præbuisse typographum, qui in meis annot. ad
Capitulat. Caroli V. *artic.* 2. *verb.* Unsere/ und des H. Reichs Churfürsten/
pag. 137. omisit R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. & saltem expressit, Unsere
21. Unterthanen im Reich/ §. Dieweil. Verùm ex additione expressæ paginæ
202. facilè potuisset conjicere, non esse illum Recessum Augustanum de ann.
1500. cujus paginam 61. antea allegaveram: Verba autem Unsere Unterthanen im Reich/ non saltem intelligi possunt de Statibus, verùm etiam de aliis,
qui Status non sunt. In Ordinatione Cameræ, (*de an.* 1555. *part.* 2. *tit.* 1.) gene-
raliter exprimuntur, alle des Heiligen Reichs Verwandte und Unterthanen.
22. Omnes enim Imperatori, ratione Imperii, subditi sunt, sive sint mediati, sive
23. immediati. Hîc autem universos Status non intelligi, unde facilè patet, quo-
niam singuli cum singulis litigant, non universi, atque adeò Imperium ipsum
24. cum se ipso. Quòd autem adversarius putat, hanc appellationem non mo-
do in d. §. sed & passim reperiri, debuisset exprimere, an hoc passim fiat in Recessibus Imperii, vel aliis actis.

Zu schreiben/ oder ichtwas in offentlichen Truck heraußzugeben.

Vide dict. Instrum. Pacis (*artic.* 5. §. 17.) ubi distinctè ita statuitur, ut utriusque Religionis Magistratus severè & rigorosè prohibeat, ne quisquam publicè privatimque, concionando, docendo, disputando, scribendo, consulendo, Transactionem Passaviensem, Pacem Religiosam, vel hanc imprimis, sive declarationem, sive transactionem, uspiam impugnet, dubium faciat, aut assertiones contrarias inde deducere conetur.

Gebührend abzustraffen/ ꝛc.

Pœna hîc non exprimitur, sed pro modo delicti imponi poterit, generaliter tamen tenendum, eam esse debere, quam, seditionem concitantes, vel promovere volentes, merentur.

Dardurch nur Auffruhr/ ꝛc.

De eodem effectu vide R. A. zu Speyer/ an. 1570. §. Wiewol auch/ pag. 122. ibi: Dadurch nichts guts/ sondern nur Zanck/ Auffruhr/ Mißtrawen und Zertrennung alles friedlichen Wesens angestifft.

Die

Die Scripta und Abdruck zu cassiren.

Multi dantur modi, quibus in hæc & similia scripta animadverti potest, nempe, possunt supprimi, daß sie nicht feil gehabt/ gekaufft/umbgetragen/noch außgebreitet/ sondern den Verkäuffern genommen/ und soviel immer müglich/ untergedruckt werden. (Policey-Ordnung zu Franckfurt Anno 1577. auffgericht/ art. 35. §. Und setzen/) possunt confiscari, (d. R. A. de anno 1570 §. Da aber deren ding. d. pag. 622.) possunt lacerari vel consumi igne, adhibita etiam opera carnificis, ut sæpius factum in Gallia; (*vide Gramond. lib. 1. hist. pag. 10. & seq. & meam Notitiam Regni Franciæ lib. 2. c. 6. lit. aa.*) ubi non modo privatorum scripta Vulcano dedicata aliquoties fuisse constat, sed etiam Pontificum Romanorum Bullas, (*vid. d. c. b. lit. ss.*)

Gegen die Authores so wol/ als complices, mit Ernst zu verfahren.

Complices sunt 1. Typographi, qui ejusmodi scripta typis excudunt, hi puniuntur aliquando in bonis; (d. R. A. de anno 1570. §. Zum andern. & §. Da aber. d. pag. 622.) vel alio modo, nach Gestalt und Vermög gemeiner Recht: (d. §. Da aber.) etiam in bonis & corpore, nach Gelegenheit an Leib und Gut: (R. A. zu Augspurg de anno 1530. §. Und nach dem durch die unordentliche Druckerey/ pag. 199.) 2. Bibliopolæ, vel alii, qui vendunt ejusmodi libros, Buchführer/ Händler/ und Verkäuffer: (d. Policey-Ordnung. art. 35. §. Wo aber. pag. 691.) aut etiam gratis distribuunt, & disseminant. (d. pag. 691. §. Doch wo.)

Der §. Die Hinter-Pommerische Posten/ und Lande/ etc.

In Instrumento Pacis Osnabrugæ confecto, cautum legitur *art.* 10. §. 1. ut Regina Suecicæ, retentâ Pomeraniâ exteriore, & à Pomerania ulteriore, Stetino, Gartz, Dam, Golnau, &c. restituat Electori Brandenburgico, reliquam Pomeraniam ulteriorem, cum omnibus appertinentiis, bonis & juribus. (*d. artic.* 10. *Regia quoq; Majestas.*) Hac eadem de restitutione postea in dem Executions-Receß zu Nürnberg/ §. Die Hinter-Pommerische Posten/ ita constitutum: Die Hinter-Pommerische Posten/ und Lande/ so deß Herrn Churfürsten zu Brandenburg Lbd. vermög des Frieden-Schlusses zukommen/ sollen alsdann evacuirt, und abgetretten werden/ wann zuförderst zwischen Ihrer Königl. Majest. zu Schweden/ und seiner Liebden hierzu verordneten Herren Commissariis, wegen Entscheidung der Gräntzen/ und anderer geringen Sachen eine völlige Richtigkeit getroffen ist. Postquam autem hæc restitutio eo tempore, quo Rex Romanorum eligebatur, nondum facta erat, & Sueci videbantur, esse in mora, (unde etiam Cæsarea Propositio in Comitiis Ratisbonensibus differebatur) ad instantiam, & securitatem Electoris Brandenburgensis, hæc clausula Capitulationi inserta fuit.

AD ARTICULUM III.

Nach Inhalt der Guldenen Bull/ sonderlich des 13. Articuls.

Agit ille articulus de Privilegiis Electorum, & revocatione illorum, quæ his derogare censentur: Hujus autem articuli in anterioribus Capitulationibus nulla fuit mentio.

Wie auch die unmittelbahre Freye Reichs Ritterschafften.

Nec hoc in prioribus Capitulationibus, sed primùm in hâc præsenti expressum. Hinc amplius opus non est, cum Carpzovio (*de Lege Regia Germ. cap.3. sect.12. n.26. & seqq*) dicere, Nobiles immediatos, in lata significatione esse, & vocari Status, & sic sub nomine Statuum comprehendi.

Auch sonsten jeden.

In anterioribus Capitulationibus non usurpatum, auch sonsten/ sed simpliciter expressum jeden/ ꝛc.

Den Ständen.

In anterioribus legitur, und ihnen/ scil. de quibus ibi dictum.

Auff gebührendes Ansuchen.

Hæc verba noviter expressa, & in vicem illorum, ohn alle Weigerung/ quæ in prioribus Capitulationibus habentur, substituta.

Confirmiren.

Cùm, ex instituto Tiberii, omnes dehinc Cæsares beneficia, à superioribus concessa Principibus, alter rata non haberent, quàm si eadem iisdem & ipsi dedissent, Titius Flavius Vespasianus, primus præterita omnia uno confirmavit edicto, nec à se peti passus est: (*Sueton. in vita Titi. pag.225. edit. Gruteri*) Hoc apud nostros Imperatores in usu non esse, verba, auff gebührendes Ansuchen/ evincunt.

Keinem seine Landsassen und Unterthanen.

Hæc omnia, usque ad verba, doch männiglich/ nunc primùm Capitulationi inserta sunt. Cæterùm, quod nomen Landsassen attinet, ego hîc illud accipio, non pro inferioris ordinis subditis, sed pro Nobilibus subditis, ut honoris causâ ita appellentur; sub subditorum tamen nomine generali quoq; contineantur. Licet enim sint Nobiles, non tamen sunt in censu Nobilium immediatè Imperio subjectorum, sed illorum, qui mediatè Imperio subsunt. (*vide me tom.2. Iur. publ. lib.6. c.4. n.1. & seqq.*)

AD ARTICULUM IV.

Außländischer Potentaten.

In anteriori Capitulatione tantùm legitur, außländischer Fürsten / & omittun-

omittuntur Potentaten und Republiquen. Vocabulum Potentat/ origine sua est Italicum, & significat *Signore che hà Dominio grande*; usu postea etiam apud nos Germanos ita invaluit, ut in Recessibus Imperii sæpius occurrat. Utuntur eodem etiam Galli, sed non admodum frequenter; *Les potentats d'Allemagne.* (*Loyseau, au traicté de Seigneuries chap.2.n.36.p.24.*)

Republiquen.

Latinis dicitur Respublica; Italis *Republica*, (h.e. *Stato & gouverno di città libera*) Gallis *Republique*; ac hoc in significatu etiam hîc legitur, non in generali illo, quo utuntur Politici, qui de Republica scripserunt.

Unter dem Nahmen und Vorwand/ als wären sie für gecrönte Häupter/ und also denselben in Würden gleich zu halten.

Prætendunt Respublicæ omninò liberæ, cum superiorem in terris nullum recognoscant, sed summâ potestate, non minus ac Reges, suis in Regnis, fruantur, dignitate his æquales censeri debere.

Derer recht titulirten.

Qui titulo Regis insignitus, & coronâ Regali coronatus est, antefertur Reipublicæ liberæ.

Denenselben aber die Churfürstliche Gesandten rc.

Hæc, usq; ad finem paragraphi, nova sunt, nec in anteriore Capitulatione verbotenus habentur.

AD ARTICULUM V.

Totus hic art. convenit cum anterioribus Capitulatt. hoc solo excepto, quod in illis mentio fit sex Electorum, in hoc autem septem Electorum; ratio exposita supra (*ad art. 2. vers.* Auff den Achten *Electoratum*,) Octavi, Bohemi sc. hîc nullæ partes sunt, ut monui (*in annot. ad Capitulat. Caroli V. art. 5. vers.* Sechs Churfürsten.) In hac Capitulatione itaq; semper loco sex Electorum exprimuntur septem, (*vide art. 7. 9. 11. 14. 19. 23. 24. 29. 30. 35. & ult.*)

AD ARTICULUM VI.

Keines wegs aber darzu rc.

Hæc, usque ad finem articuli, nova sunt.

Schutz- und Schirms- brieff.

De materia protectionis studiosa diligentia scripsit Mart. Magerus, in opere suo *de Advocatia armata*.

Ohne imploration außwendigen Anhangs und Assistenz.

Vide quæ scripsi *de Iur. publ. tom. 2. lib. 4. cap. 8. n. 52. & seqq. & tom. 4. in addit. ad d. n. 52.*

Mißbräuch

Mißbräuch der Brabandischen Guldenen Bull.

Vide quæ de hac Bulla annotavi *tom. 4. Iur. publ. addit. lib. 5. cap. 2. n. 53. p. 705.*

Nach Inhalt des jüngsten Reichs-Abschieds de Anno 1641.

In dicto Recessu §. Nach dem auch die Stände / ita legitur: Nach dem auch die Stände des Niderländisch-Westphälischen Craises / sich jetzo abermahlen gar hoch beklaget / daß die Brabandische Regierung zu Brüssel / unter dem Vorwand eines von Kaiser Carl dem IV. erhaltenen Privilegii, welches sie die Brabandische Guldene Bull nennen / ihnen allerhand unleidentliche Beschwerungen zufügten / so wol in personal, als real-Sprüchen / da auch solche ausser ihrer / der Regierung / Gebieth / vel ratione contractûs, vel delicti, vorgeloffen / ob schon der schuldige an solchem Ort sich befindet / die Oberkeitliche Erkantnuß nicht verstatten wollen / und zu dessen Behauptung mit verbottenen / und zwar solchen schweren Repressalien de facto verfahren / daß offtmahls in einer Sach / welche nur hundert Gulden werth / bey 10000. Gulden / oder mehrer / tertiis innocentibus, vorenthalten und eingezogen / auch in die benachbarte Lande mit gewaffneter Hand geruckt / adeliche Häuser und Schlösser mehrmahls occupirt, und eingenommen worden: solches alles aber dem gemeinen Rechten / Reichs-Satzungen / dem Vertrag von Anno 1548. und mehren andern / auch dem wahren Verstand des angezogenen Privilegii selbst / zu wider lauffet: in massen es dann die Abgesandte des Nider-Burgundischen Craises auff dem Reichs-Tag zu Regenspurg Anno 1603. selbst also angedeutet / daß es nemlich secundum jus commune, und nur dahin zu verstehen / daß die Brabandische Unterthanen / in personalibus extra territorium nicht zu evociren / oder der Procefs ab arresto wider sie anzufangen. So haben Wir auff der Churfürsten / Fürsten / und Stände Abgesandten unterthänigstes Bitten / uns allergnädigst erbotten / so wol des Königs in Hispanien / als des Cardinals Infante Ldd. Ldd. beweglichst zu ersuchen / und zu erinnern / daß dergleichen hochbeschwerliche / und unbillige Verfahrungen / alsbald abgeschafft / künfftig allerdings verhütet / auch den beleidigten umb ihre erlittene Schäden gnugsamer Abtrag erstattet werde / nicht zweifflend / diese unsere freundliche Abmahn- und Erinnerung gebührend beobachtet / und ohne Frucht nicht abgehen werde. Im widrigen / und da / gegen alle bessere Zuversicht / mit solchen Thätlichkeiten ein- als den andern weg fortgefahren werden solte / alsdann die sämptliche Stände nicht zu verdencken seyn werden / wann sie sich deren / in den Reichs-Satzungen auffgerichteten Land-frieden / und Executions-Ordnung erlaubten Mittel / nach Nohtdurfft / und ihrer selbst eigenen / oder der Betrangten / Rettung gebrauchen.

Und jetzt-ermeldten Friedenschlusses.

Instrument. Pacis Osnabrug. artic. IX.

Im Jahr 1548.

Vide me de Jure publico (*tom.2. lib.5. cap.2. n.50. & tom. 4. in addit. ad d. l.5. c.2. num. 50.*)

Die zehen vereinigte Reichs-Stätte im Elsaß.

Nempe Hagenoa, Colmaria, Selestadium, Weissenburgum, Landavium, Obereinhemium, Roshemium, Monasterium in valle S. Georgii, Keisersbergium & Turchemium.

Krafft Instrumenti Pacis.

Vide Instrum. Pacis Cæsar. Gallic. Monasterii Westphalor. XXIV. Oct. Anno MDCXLVIII. confectum, §. *Tertio Imperator. & §. Teneatur Rex Christianissimus.*

AD ARTICULUM VII.

Der Churfürsten/ Fürsten und Stände Bewilligung.

1. *Autoris in hunc §. recordatio.*
2. *Stamleri reprehensio in eos, qui, statum mixtum in Imperio Romano Germ. existere, asserunt.*
3. *Summam Imperij potestatem penes Imperatorem & Ordines simul nequaquam esse dicit.*
4. *Ex ipsis Autoris contra Witzendorffium traditis in Imperio nostro vigere Monarchiam, vult probare.*
5. *In Imperio Romano ab Imperatore tantùm imperari administratio.*
6. *Autor respondit negando, omnia scil. maiestatis iura solius Imperatoris nomine exerceri.*
7. *In Imperio non solius Imperatoris leges fundamentales nomine & potestate constituuntur.*
8. *Sed consilio & consensu Statuum Imperij.*
9. *Nec leges personales.*
10. 11. 12. 13. 14. *Quædam, aut omninò perhibetur, dare, aut confirmare nequit; aut non, nisi cum consensu totum Imperium repræsentantium, dare potest.*
15. *Autor adversarium suum erroris convincit unico.*
16. *Quo modo lex ab Imperio constituta, nomine Imperatoris promulgetur?*
17. *Imperator, legem ab universis Ordinibus conditam, tanquam administrator Imperij edicat.*
18. *Autoris tandem duæ opprobrationes ad Stamlerum.*

IN anterioribus tantùm consensus Electorum mentio fit, hîc autem non eorum modo, sed etiam reliquorum Imperii Statuum requiritur consensus; 1. & sic reditum est ad id, quod olim observatum fuit, & ut idem reduceretur, placuit inserere Instrumento Pacis Osnabrugensis art. 8 §. Gaudeant. (*vide me supra in annotament. ad Capitulat. Caroli V. artic. 7. verb.* kein Bündnuß oder Eingang machen/ *& Ferdinandi III. artic. 7. verb.* Es wäre dann.) Stamlerus (*de reservat. Imperat. §.15. n.1. & seqq.*) inquit: destructâ, secundum ante libata, Hippolithianâ illâ Aristocratiâ, tanto facilius etiam reprehenditur 2. eorum sententia, qui Imperii nostri statum mixtum ex Aristocratia & Monarchia esse contendunt, uti Limnæus (*lib. 1. Iur. publ. c. 10.*) Gyringius (*de Pac.*

religion. concluſ. 14.) noviſſimè Dn. Suevius (*in Theſ. ſecular. ad pac. religioſ. diſput.* 18 *fin.*) vel quod idem eſt, qui jura majeſtatis nonnulla à Statibus & Imperatore, quædam verò ab Imperatore ſolo exerceri ſtatuunt; aut qui unam ſummæ poteſtatis ſemiſſem Imperatori, alteram Ordinibus univerſis Imperii adjudicant, uti Paurmeiſt. (*de Iurisd. lib.* 2. *c.* 2. *n.* 20.) Ut enim hìc rurſum non repetamus, quæ ſupra fuſiùs contra mixtionem rerum publicarum adduximus, certè poſito eo, ſed non conceſſo, dari ejusmodi ſtatum, nihilominus hujus ſententiæ falſitas, inquirenti eam ſubtili ratione, prout fieri de-
3. bet, apparebit. Erit etenim ita ſumma Imperii Romano Germanici poteſtas, penes Imperatorem & Ordines ſimul, quod tamen quam parum ſubtiliter ſtatuatur, ex eo cognoſcere licet, (*docente illuſtr. Dn. Schütz. in ſæpè laudat. prælect. Iur. publ. lib.* 1. *tit.* 1. *poſit.* 19.) quòd omnia majeſtatis jura ſolius Imperatoris, non etiam Ordinum, vel, quod idem eſt, Statuum Imperii nomine exerceantur, ſicque nulla poteſtatis diviſio, ſed Monarchica contingat
4. adminiſtratio. Quæ famigeroſiſſimi viri aſſertio juvari poteſt, quod ipſe Limnæus (*lib.* 1. *Iur. publ. cap.* 10. *ibique in addit.*) & ex profeſſo contra Reverendum Dn. Witzendorffium (*in Apolog. ſect.* 3. *num* 6.) diſtinctionem illam inter Status, ejusque adminiſtrationem, rejecerit, additâ ratione, quòd ſibi planè perſuaſum habeat, exercitium, & adminiſtrationem, à forma ita informari, ut ejus qualitati conformis ſit, & conveniens, indeque Monarcham monarchicè adminiſtrare neceſſe eſſe; quod ſi verum eſt, non poteſt non ſequi, quia in Imperio noſtro monarchica adminiſtratio, & quidem quam eſſentia-
5. lem nonnulli vocant, (neque enim coram Imperatore, Statibusque univerſis conjunctim ſumptis, ſed ab eo tantùm imperatur. *vide Edict. execut. Pac. Norinberg. de anno MDCL ibi*, So gebieten Wir hiemit allen und jeden Churfürſten) in Imperio noſtro vigere Monarchiam, eamque Imperatori adſcribendam eſſe; aliàs enim non talis effectus, qualis cauſa, non talis etiam orietur adminiſtratio, qualis adminiſtrator, quod tamen abſurdum eſſe idem docet Limnæus (*paulò ante allegat. loc.*) & ſic, quia ſibi ipſi contrarius, nemo onere
6. eum nos refutandi gravabit. Reſp. negandum eſſe, omnia Majeſtatis jura ſolius Imperatoris nomine exerceri. Inter majora referuntur, legum, tam fundamentalium, quam aliarum, conſtitutio, nec non belli geſtio, fœderum pactio, pacis conſtitutio, & alia ejus generis, quæ ad regendam & defenden-
7. dam Rempublicam pertinent. Leges fundamentales in Imperio non ſolus Imperator ſuo conſtituit nomine & poteſtate, ſed in exercitio hujus juris majeſtatici Imperii nomen & autoritas primum locum tenent, unde etiam leges fundamentales Imperii, à majori, non Imperatoris, audiunt, des H. Reichs fundamental-Geſetze / (*Capit. Ferdin. III. art.* 14.) quæ denominatio etiam communis eſt, cœteris Imperii legibus, quando dicuntur des Heiligen Reichs

Ordnung

Ordnung und Gesetze/ (*Capitulat. Caroli V. artic.* 2. *&* 32. *Ferdinandi I art.* 2. *&* 29. *Maximiliani II. art.* 16. *Rudolphi II. art.* 2. *& art.* 33. *Matthiæ, artic.* 2. *&* 39. *Ferdinandi II. art.* 2. *&* 38. *Ferdinandi III. artic.* 2. 30. *&* 40. *ut & in hac Capit. Ferdinandi IV. art.* 6. 11. 33. 38. *& passim in Recessibus Imperij.*) Ac, ut cognito nomine, ad rem ipsam accedamus, notum est, leges in Imperio non nisi 8.
consilio ac consensu Statuum Imperii constitui, ut inductione variorum Imperii Recessuum confirmavi, (*tom.* 1. *de Iur. publ. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 32. *ac supra in annotam. ad Capit. Caroli V. art.* 2. *verb.* Bessere. *n.* 1. *pag.* 138. *nec non ad articulum* 32. *verb.* Durch uns ꝛc. *n.* 14. *& seqq. pag.* 361.) Sic nempe apud nos haud valet Juris Romani regula, quod Principi placuit, legis habet vigorem. Porrò quod leges personales, hoc est, privilegia, attinet, nec in illis quoque 9.
indistinctim Imperatoris potestas sola in actu est. Nonnulla dare omninò pro- 10.
hibetur: (*Capit. hac Ferdinandi IV. art.* 6. *&* 18.) nonnulla confirmare nequit; 11.
(*d. Capit. Ferdin. IV. art.* 6) alia non nisi cum præscitu, aut consensu Electorum, qui tunc reliquos Status, sicque totum Imperium repræsentant, dare potest. (*Capit. Caroli V. art.* 18. *Capit. Rudolphi II. art.* 29. *Capit. Matthiæ, art.* 23. *d Ferdin. IV. art.* 19 *ibi,* ohne besondern und zwar Collegial-Raht/ Wissen/ Willen und Zulassen der bemeldten sieben Churfürsten *art.* 21. *&* 35. *vide me supra in annot. ad d. Capit. Matthiæ, art.* 23. *verb.* mit Bewilligung. *pag.* 564. *& ad art* 34. *verb.* hohen Privilegien. *pag* 572.) De 12.
bello decernendo, & quæ ad gerendum illud pertinent, non est incognitum, illa cum consensu Imperii peragi debere, (*vide me tom* 1. *addit. ad Iur. publ lib.* 1. *cap.* 10. *n.* 29. *pag.* 111. *& in annot. ad capit. Caroli V. art.* 11. *verb.* der Reichs-Stände. *pag.* 184. *& seqq. verb.* zum wenigsten. *pag.* 188. *in annotam. ad Capit. Ferdin. II. art* 19. *verb.* mit Raht der sechs Churfürsten. *pag.* 598. quibus adde *h. Capit. Ferdin. IV. art.* 11. *&* 13.) Idem dicendum de ineundo fœ- 13.
dere; (*Capit. Caroli V. art.* 7. *ubi ego in annotam. ad verb.* kein Verbündnuß. *pag.* 159. *Capit. Ferdin. III. art* 7. *ubi ego in annot. ad verb.* Collegial-Zusammenkunfft. *p.* 687. *& ad verb.* Es were dann. *& seqq pag* 688. *& seq.* quibus jungi debet *hujus Capitulat. artic.* 7.) Item de constituenda pace: (*vi-* 14.
de annot. ad Capit. Caroli V. art. 11. *ad verb.* der Reichs-Stände. *n.* 36. *p.* 188.) Pax anno 1648. Osnabrugis, inter Imperium & Suecos, ac eodem anno Monasterii Westphalorum, inter Imperium & Regem Galliæ, confecta, dicitur im allgemeinen Reichs-Friedenschluß/ (*Capit. præsent. art.* 2. *&* R. A. zu Regenspurg *anno* 1654. § Und aber bey dem ersten Haupt-puncten.) Et quoniam constituta fuit, non à solo Imperatore, sed ab illo & Statibus Imperii, cum Gallo, Suecisque; Dieser Frieden ist durch Verleihung des Allerhöchsten/ und Zuthun der gesampten Churfürsten und Stände / zu Münster und Oßnabrück geschlossen und verkündiget worden / (*d.* R. A. *de*

anno 1654. in pr.) Solcher Frieden ist zu Münster und Oßnabrück zwischen der Kaiserl. Majest. auch Churfürsten und Ständen des Heiligen Reichs und beyden außwertigen Cronen/auffgericht/publicirt, und ratificirt worden. (d. §. Und aber bey den ersten.) Mit Zuthun und Beliebung Unserer und des Heiligen Reichs darzu sonderlich beruffenen Churfürsten und Ständen; (Kaiserlich *Executions-Edict de anno 1648. in pr.*) Mit Vorwissen/Einraht und Belieben. (*in medio*) (*edictum illud reperitur in d.* R. A. *de anno 1654. p. 63.*) præsentibus, suffragantibus & consentientibus Sacri Romani Imperii Electoribus, Principibus ac Statibus, ut legitur in Exordio Instrumentorum istorum Pacis; unde etiam in iisdem multoties non solius Imperatoris, sed illius & Imperii, hoc est, Statuum consensus mutui fit mentio; nempe, Imperator cum Imperio consentit, ut institutus sit Electoratus Octavus, (*Instrum. Osnabr. art. 4. §. Quod ad domum Palatinum,*) unanimi, Cæsareæ Majestatis, omniumq; Ordinum Imperii consensu placuit &c. (*d. Instrum. artic. 7. in pr.*) Cæsarea Majestas de consensu Electorum, Principum, & Statuum Imperii, (*art. 10.*) Imperator de consensu totius Imperii, (*d. art. 10. §. Secundò Imperator, &c. & §. Tertiò Imperator.*) Sacra Cæsarea Majestas, de consensu Statuum Imperii,

15. (*art. 11. §. 1. & § teneatur idem, &c.*) At verò, quid multis opus, Stamlerum erroris convincere, sufficit illi opponere unicum §. Gaudeant, (*art. 8. dict. Instrument. Pacis Osnabrugg.*) ubi ita constitutum; *Omnes & singuli Electores, Principes, & Status Imperij Romani, gaudeant, sine contradictione, jure suffragij in omnibus deliberationibus, super negotiis Imperij, præsertim ubi leges ferendæ, vel interpretandæ, bellum decernendum, tributa indicenda, delectus aut hospitationes militum instituendæ, nova munimenta intra Statuum ditiones extruenda nomine publico, veterave firmanda præsidiis; nec non ubi Pax, aut fœdera facienda, aliave eiusmodi negotia peragenda fuerint, nihil horum, aut quicquam simile, posthac unquam fiat, vel admittatur, nisi de Comitiali, liberoque omnium Imperij Statuum suffragio & consensu.*

16. Contrà hactenus à nobis exposita, non patrocinatur adversario, quod lex, constituta ab Imperio, nomine Imperatoris promulgetur, ipseque jubeat, ut illi obedientia præstetur, (*d. Instrum. Pacis art. 16. §. Imprimis quidem Imperator, &c. & variis Recessuum Imperij locis.*) Etenim hoc fit, auff die/von Churfürsten/Fürsten und Ständen vorgeschlagene Weiß und Form/ (*d.* R. A. zu Regenspurg *de an. 1654. in exordio*) & quandoque peculiari edicto, (Cammer-

17. Gerichts-Ordnung *de anno 1555. in exordio pag. 420.*) & propterea, cum nemo sibi imperare possit, ac ita nec universi Status universis, ut legem, quæ ab universis condita, singulis observandam edicat Imperator, tanquam

18. Administrator Imperii, & Rector singulorum. His ita deductis, duo adhuc pro conclusione addenda sunt, nempe, ex falso principio falsam illationem ab adversario contra me factam esse, atque, cum Imperii nostri Status sit mixtus

ex Aristocratia & Monarchia, ejus administrationem non esse monarchicam, sed Statui convenientem. Deinde Stamlerum, licet sit Jurium Licentiatus, non tamen esse Sacerdotem Justitiæ, cujus præceptum est, unicuique suum attribuere.

Biß man zu einer gemeinen Reichs-Versamlung gelangen kan.

Hoc novum est, & in anterioribus Capitulationibus non habetur.

AD ARTICULUM VIII.

Oder was Churfürsten / Fürsten und Stände/ ꝛc.

Hoc etiam novum est.

Ohne Unterscheid der Religion.

Nova additio.

AD ARTICULUM IX.

Gemeldter Churfürsten samptlich.

1. *De alienatione Iurium & bonorum Imperij quæstiones.*
2. *Quæstio 1. an ante Carolum V. licuerit Imperatoribus, vel Regibus Rom. bona & iura alienare?*
3. *Quæstio 2. quæ partes sint Imperatoris in eiusmodi alienationibus? ac quæ partes Electorum?*
4. *Quæstio 3. an in his nullæ sint partes reliquorum Statuum?*
5. *Responsio ad primam remißivè.*
6. 7. 8. 9. *Responsio ad secundam ex Conringio.*
10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. *Responsio ad tertiam ex Conringio.*
17. 18. *Autoris iudicium, cum multorum exemplorum adductione.*

Circa alienationem jurium & bonorum Imperii, in quæstionem venit, pri- 1.
mùm; *An ante Carolum V. licuerit Imperatoribus, vel Regibus Romanorum, bo-* 2.
na & jura alienare? Secundò; *Quæ partes sint Imperatoris in ejusmodi aliena-* 3.
tionibus? ac quæ partes Electorum? Tertiò; *An in his nullæ sint partes reliquorum* 4.
Statuum? *Primam* quæstionem tetigi in annotamentis ad Capitulationem 5.
Caroli V. (*art.9. verb* **verschrieben.** *num.3. & verb.* **in andere wege veräussern.** *num.1. & seqq.*) & probat Conringius (*in Tract. de finibus Imperij, c.19. pag.m.376. & seqq.*) dudum ante Carolum V. etsi non scriptâ lege, tamen receptâ consuetudine, ejusmodi alienationes Imperatoribus denegatas. *Ad*
secundam respondet Conringius (*d.c. pag.382.*) nullam alienationem fieri pos- 6.
se, nisi accedente Cæsaris autoritate. Cujus rei ratio est, inquit, quoniam ille caput est Reipublicæ, sive Imperii, cujus proinde autoritas, ut ad aliam omnem Reipublicæ administrationem, ita indubiè ad hanc etiam, quæ magni
adeò est momenti, requiratur. Penes Cæsarem inter omne omninò alienan- 7.
di jus potiore ex parte est. Ex alia parte verò, & penes Electores esse, saltem à

Carolo V. uſque liquidò patet ex verbis Capitulationis illius; quæ penè omnia repetita etiam ſunt in Capitulationibus Cæſareis reliquis; Non cœpiſſe verò hoc juris demum cum Carolo V. ſed jam ante, & quidem ab illo tempore, quo à Carolo IV. aurea, quæ dicitur bulla, condita, argumento eſt magna illa, & propè æmula Cæſareæ Electorum in Republica poteſtas, quæ
8. exinde uſque invaluit. Summæ enim poteſtatis pars eximia inde uſque penes Electores fuit utique, ac proinde ad illos non potuit non ex parte alie-
9. nandi quoque poteſtas pertinere. Ad hoc verò certum eſt, Electores illos inter Principes Germaniæ etiam dudum ante, & quidem etiam tum, cùm illis ſolis nondum eſſet electio Cæſarea commiſſa, primario fuiſſe loco: Principes verò illos Germaniæ nunquam non in partem veniſſe, non ſollicitudinis duntaxat, ſed autoritatis etiam Regiæ, cum primis à ſeculo uſque duodecimo vim autoritatemque eorum multùm creviſſe, ut nihil magnæ rei potuerit agi in Republica, niſi de illorum conſenſu. Quamobrem vel hoc titulo ad Electores, & quidem ſemper, non levi ex parte jus illud alienandi fuit. Hæc
10. Conringius. De *Tertia* idem Author (*d.c.19.p.*384.) ita ſentit: Non ſolis Electoribus id juris competere, haud injuria fortè ex eo collegeris; quod à primis uſque Reipubl. noſtræ exordiis, ad omnia pariter ſummæ poteſtatis munia, in publicis Comitiis Proceres omnes ſint tracti, nulla officialibus, qui appellantur, aut Electoribus conceſſa prærogativa, uſque ad ſeculum tertium
11. decimum. Exinde hi prælati quidem ſunt aliis, attamen quarumvis maximarum rerum conſultatio Comitiis Imperii publica & communis permanſit. Inter maxima autem omninò numeranda eſt alienandi licentia. Nec ve-
12. rò juri ſuo reliqui Proceres unquam renunciaverunt apertè quidem, nec agitatum quidem unquam fuit palam, ut illo cederent: Imò, ſicubi ab exteris, aliisque violata fuerunt Imperii jura, Cæſares identidem injuriam illam conqueſti ſunt, non apud ſolos Electores, ſed Ordines Imperii univerſos. Quo
13. ipſo videntur indicâſſe, ad omnium judicium pertinere, ſi quæ fiat Imperii bonis detractio. Quin etiam non adeò pridem, cum de alienandis quibusdam fuit actum inter Cæſarem & Gallum aliosque delatum id negotium eſt ad conventum publicum, definitumque conſenſu, non Electorum duntaxat, ſed
14. omninò omnium Ordinum, cum Monaſterii, tum Oſnabrugæ. Non ſanè exteri Reges ſatis ſibi cautum exiſtimarunt, niſi ubi & aliorum Ordinum probatio acceſſiſſet. Ex adverſo dixeris; Electoribus hoc quoque præcipuum deberi, quoniam in Capitulationibus, quas appellant, nulla aliorum Principum, Ordinumque factâ mentione Electorum conſenſionem ſe ſectaturum Cæſar promittit. Sed fortaſſis non ea mens eſt illarum legum, quaſi ſoli Electores à Cæſare ſint compellandi; Sed quòd hi primariò conveniri debeant, ut factâ ab his præconſultatione, ex omnium denique arbitrio aliquid conſtituatur.

ſtituatur. In quem ſenſum & Capitulationum ejusdem notæ alia ſolent ac- 15.
cipi. Si ſanè aliunde conſtat, auctoritatem alienandi aliis quoque Principibus communem eſſe, non poteſt alius ſenſus Capitulationis admitti. Nec enim Electores, quorum eſt lex illa, Principibus aliis jura ſua ereptum ivere; nec, ſi vellent, ejusmodi quidem legibus potuêre illis quidquam præjudicare.
Utut ſit, cum in Capitulationes ſerò demũ hoc receptum ſit, non licet hinc pe- 16.
tere argumentum ejus, quod ante Carolum V. obtinuit. Et verò olim promiſcuè ad omnes Principes jus illud pertinuiſſe, non eſt fortè, quod multùm dubitemus. De hodierno tamen Statu malo, ipſe in re dubia, nunc ἐπέχειν, arbitrandi facultate aliis relicta. Ita Conringius, cujus ad exemplum ego 17.
quoque meum hîc ſuſpenderem judicium, niſi ignarus eſſem, nonnullos Statuum conſenſum ſuum ad alienationes illas hodie neceſſarium eſſe contendere, ratione ex Inſtrument. Pac. Oſnabrug. (*art.* 8.) & Monaſterienſis (§. *ut autem proviſum.* & §. *ſeq.*) deſumpta, quamquam in illis de alienatione in ſpecie nulla fit mentio: additisque ſpeciatim exemplis (quæ à Conringio generaliter indicantur) nempè, ceſſionum & translationum, in Galliæ Regem ſupremi dominii & jurium ſuperioritatis, in Epiſcopatum Metenſem, Tullenſem & Virodunenſem, urbesq; cognomines, eorumq; Epiſcopatus, diſtrictus &c. (*Inſtrum. Pac. Monaſt.* §. *Primò, quod ſupremum dominium.*) in Pinarolum; (*d. Inſtrument.* §. *Secundò, Imperator.*) in Briſacum, & Landgraviatum Alſatiæ; (*d. Inſtrum.* §. *Tertiò, Imperator.*) Conceſſionis in Reginam & Regnum Sueciæ, Pomeraniæ, (*Inſtrument. Pac. Oſnabrug. art.* 10. §. *Primò.*) Civitatis, portûsque Viſmarienſis; (*d. art.* §. *Secundò, Imperator.*) Archiepiſcopatus Bremenſis, Epiſcopatus Verdenſis, &c. (*d. art.* §. *Tertiò, Imperator.*) nec non ceſſionis civitatis Biſuntinæ in Regem Hiſpaniæ, Anno MDCLI. xv. Martii factæ, primum ab Imperatore, ſalva tamen Electorum, Principum, & Statuum Imperii conſenſu, ac expreſsâ promiſſione, ſe in proximis Comitiis, Principum & Statuum Imperii aſſenſum procuraturum, utpote in negotio publicam Imperii & ſingulorum ſalutem concernente, deinde approbatæ eodem anno xxiii. Maij ab Electoribus, jure unà cum cæteris Statibus illis competente; tandemque in Comitiis Ratisbonæ, iii. xiii. Februar. ann. MDCLIV. aſſenſu communi Statuum perfectæ. In quo Inſtrumento expreſsè legitur, quod Imperator Regi Hiſpaniarum tranſcripſerit civitatem Biſuntinam, ſalvo Sacri Romani Imperii Electorum, Principum & Statuum ad eam tranſcriptionem neceſſario, libero, & ſolenni aſſenſu, & in illis Comitiis univerſalibus productum diploma Cæſareum, tribus, Electorum, Principum & Statuum conſenſu, ſtatutumq; fuiſſe, &c. (*vide me de I. p. Tom.* 2. *in addit. ad lib.* 7. *c.* 6.) unde abunde conſtare tradunt, ſenſum Capitulationis non poſſe eſſe alium, quàm ut eum accipiendum conjicit Conringius: & firmari poteſt exemplo

in artic.

18. in *artic.* Capitulationis, de qua nos agimus, *ſeptimò*, deſumpto. Cæterùm, credo alienationes iſtas facere nulli noſtrorum Imperatorum unquã competiiſſe, quamquã negari haud poſſit, fuiſſe inter eosdẽ aliquos, qui facto aliud conteſtati fuerint, inter quos non ultimus fuerit Carolus IV. ut ex hiſtoriis notum, qui quidem vicariis & proviſoribus Imperii omne genus alienationis, & obligationis rerum Imperialium prohibuit, (*A.B. c.5.* §. 1. *&* 2.) ipſe verò frequenter exercuit.

Umb ſolches zu der vorigen Churfürſten Wiſſenſchafft zu bringen.

Nova additio, ex qua patet, Regem Romanorum hunc in finem Moguntino, Archi-Cancellario Imperii, inſinuare notitiam feudorum & bonorum Imperii, quæ ab aliis detinentur, ut ipſe cum cæteris Electoribus ſuis communicet.

AD ARTICULUM XI.

Oder führen laſſen.

Hæc verba noviter addita, ut Imperator ſciat. non modò ſibi non licere exercitum exterorum in Imperium ducere, ſed etiam non debere permittere, ut id fiat ab alio.

In Sachen/ da in dem Verzug Gefahr ſtunde ꝛc.

Nova additio.

Oder auch frembden Regenten.

Nova additio. De materia ipſa vide Grotium, (*de Iure belli & pacis lib.* 2. *cap.* 2. *n.* 13.) Sinoldum (*vol.* 2. *de Statu Rei Romanæ, diſp.* 10. *th.* 5. *lit.c.*)

Oder durch.

Nova additio.

Weme ſie auch gehören / ꝛc.

Nova additio, & prohibitio generalis.

Gewalt mit Gewalt hintertreiben/ ꝛc.

Noviter addita, usque ad verba gedeyen laſſen.

AD ARTICULUM XII.

Quod hîc conſtituit art. XII. in Capitulatione Ferdinandi III. eſt artic. XXIX. & ſic alius hîc placuit ordo.

Auch die unmittelbahre Reichs Ritterſchafft.

Nova additio, & fortaſſis inde, ne Nobilitas immediata Imperii videretur venire ſub nomine Statuum.

Pfandungen.

Nova additio; omittuntur autem hîc, quæ in Capitulatione Ferdinandi

nandi III. d. art. xxix. annexa leguntur, nempe, auch mit Durchzügen/Einquartierungen/ ohne höchste unumbgängliche Noht / und alsdann anders nicht/ als mit Vorbewust deß Craiß-Obristen/ und deren nach- und zugeordneten/ wie auch der Craiß-Stände/ die damit betroffen werden/ zubeschweren.

AD ARTICULUM XIII.

Alia verborum hîc est dispositio, quàm in Ferdinandi III. Capitulatione art. XII. ratio differentiæ inde est, quia illo tempore exercitus ad defensionem Imperii erat conscriptus, & sub signis; Itaque disponendum erat, tam de conscripto, quam de conscribendo: tempore verò hujus Capitulationis non extabat conscriptus, & sic de conscribendo tantùm disponitur. Præterea non conveniunt hi paragraphi in illo, quando in Ferdinandi III. Capitulat. dicitur, ohne des Reichs Stände / oder auffs wenigst der sechs Churfürsten Vorwissen und Bewilligung. In hoc autem nostro legitur, ohne Churfürsten und Ständen Vorwissen und Bewilligung. Unde videtur dicendum, omni casu non solùm Electorum, verùm etiam cæterorum Statuum consensu æqualiter in hac materia hodie requiri, & illud, ad minimum, cessare. Tertiò ultima verba Capitulationis Ferdinandi III. hîc omittuntur, quoniam hoc tempore alius fuit rerum Status, nec cogitandum fuit de licentiando milite, qui non extabat.

AD ARTICULUM XIV.

Ohn nohtdürfftiglich nicht beladen/ 2c.

In Ferdinandi III. Capitulatione art. XIII. habetur, ohnnohtdürfftiglich/ und ohne redliche tapffere Ursachen/nicht beladen.

Aufflagen.

In dict. art. additum, Aufflagen und Reichstäg.

Anders nicht / als nach Anweisung berührten Friedenschlusses.

Vide Instrumentum Pacis Osnabrug. (*art.*8. §. *Gaudeant.*) cum quo etiam convenit Instrumentum Pacis Monasteriensis. (§. *Gaudeant.*)

Durch die ordentliche Weise/ auff Reichs- und Craiß-tägen.

Vide supra in annotam. ad Capitul. Ferdinandi III. *art.* 14. *verb.* Craiß-täge. Id porrò notabile est, cùm in d. Ferdin. III. Capit. art. 13. distincti fuerint casus summæ necessitatis, à reliquis, atque in illis solus Electorum consensus ad imponenda tributa requisitus, hîc omissam fuisse distinctionem illam, & generaliter ad dispositionem Instrumenti Pacis provocatum.

Oder sie von selbsten des Reichs Angelegenheit halber uns darumb unterthänig angelangt / und erinnert.

Nova additio, qua docemur, Imperatorem vel motu proprio ad indicenda Comitia properare, vel ad instantiam, & requisitionem Electorum.

Noch jemanden seinen gebührenden Antheil an den bewilligten Reichs-hülffen/ andern zu Nachtheil/ nachlassen/ oder verringern.

Nova additio, fundata in jure & æquitate. (R. A. zu Worms *an.* 1521. §. *Item* haben wir uns weiter/ *pag.* 135. R. A. zu Augspurg *anno* 1551. §. Nemlich also/ *pag.* 391. R. A. zu Augspurg *anno* 1582. §. Dieweil dann in dieser/ *pag.* 694. *vide Klock. de Contribut. c.* 16. *sect.* 1. *n.* 39. *& seqq.*)

AD ARTICULUM XV.

Alius hîc observatus fuit articulorum ordo, quàm in Capitulatione Ferdinandi III. Quæ enim in illa art. xv. & xvi. proposita, in hac nostra remissa sunt ad art. xli. & xlii.

Andere des Reichs und deren Unterthanen.

Hæc in d. Capit. Ferdin. III. art. xvii. ita leguntur, auch andere Stände und Unterthanen des Reichs.

Bey seiner Immedietät/ Privilegiis de non appellando & evocando.

Nova additio.

Und dero unmittelbahren Richtern/ rc.

Hæc omnia, usque ad finem paragraphi, aut nova sunt, aut aliis verbis expressa, quàm factum in Capit. Ferdin. III. d. art. xvii.

Wider das Kaiserl. Hoff-Gericht zu Rohtweil.

Vide R. A. zu Speyer anno MDLXX. §. Und nach dem Uns/ pag. 613. R. A. zu Regenspurg anno MDCXLI. §. Ubrige übergegebene Memorialia.

Weingartische und andere Land-Gericht in Schwaben.

Das Land-Gericht in Schwaben habetur Ravenspurgi, Wangæ, Isnaci (Kreydemann von des Teutschen Adels/ sonderlich der freyen Reichs-Ritterschafft in Schwaben/ Staat/ Stand/ Ehren/ rc. *quæst.* 14. *p.* 96. *num.* 4.) & in pago Altorff/ genannt Weingarten/ (*Speidelius in notis Iurium &c. sub lit.* 6. *num.* 7. *pag.* 604.)

Im Friedenschluß.

Instrument. Pacis Osnabrug. (*art.* 5. §. 20. *circa finem.*)

AD ARTICULUM XVI.

Le concordat d'Allemagne est une Bulle du Pape Nicolas V. faite en l'année 1442.

1442. (pro 42. debet poni 47.) *Comme le concordat de France est une Bulle du Pape Leon X. faites, l'une & l'autre, apres avoir concordé & convenu de certains articles, & pour ce la s'appellent concordats.* Le Cardinal *d'Ossat, liv.7. epist.296. pag.* 1113. Hæc autem concordata, quæ est Curiæ Romanæ ambitio non integra fide postea servata, tum multa exempla docent, tum vel illa gravamina, quæ anno MDX. Maximiliano Imperatori exhibita recitat Goldastus (*tom.* 2. *Constit. Imperat.*) Nec silent hac de re gravamina centum Noribergæ exposita, quæ à Lutheranis in odium Papæ conficta esse, contra publicorum actorum fidem asserit Bellarminus (*lib.* 1. *de translat. Imper. Rom. c.* 2.) Hinc utique factam arbitratur Conringius, (*de Constitutione Episcopor. German. th.* 65. ut Clemens VII. anno MDXXXIV. peculiari constitutione illa concordata, cum ea non satis æquo animo Germani ferrent, iterum confirmaverit, cui deinde Anno ejusdem seculi LXXVI. altera Gregorii XIII. declaratio de mensibus reservatis accessit. Utraq; extat VII. decretal. lib. 11. tit. 11. utramq; suis institutionibus Juris Canonici, cum concordatis Nationis Germanicæ, notis illustratis, subjunxit Henricus Canisius. De his concordatis etiam videri potest Georgius Brand, Augustanus Canonicus, tractatu peculiari, quem de illis scripsisse dicitur Michaël Roussel. (*histor. Pontific. Iurisdictionis lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 10. *pag.* 134. *cap. ult. pag.* 300. *& seq.* & ego *in annotam. ad Capit.* Caroli *V. art.* 16. *ac in mantissa ad eand. Capit. pag.* 395. *& seqq.*)

Resignation solcher Præbenten &c.

Nova additio, usque ad verbum, præbendarum.

Ad Curiam Romanam.

Curia Romana intelligitur ubicunque est Papa, & in locis vicinis diversorio Papæ, intra videlicet duas diœtas legales. Ergò, si absit Roma, non erit ibi Curia, nisi specialiter id declaraverit Pontifex, cujusmodi Pius II. ad Concilium Mantuanum proficiscens, relictis Romæ nonnullis Cardinalibus & auditoribus Rotæ, declaravit, Romanam Curiam apud eos non secus, quàm secum esse, ut refert Johannes Gobelinus, vide Roussel. *lib.* 2. *histor. Pontif. c.* 12. *num.* 20. *pag.* 281. *& seq.* ubi agit de beneficiis vacantibus in Curia apud Sedem Apostolicam, & vacantibus in Curia simpliciter.

Rath.

Imperator Antoninus, Philosophus dictus, cum optimatibus non solùm bellicas res, sed etiam civiles, priusquam faceret aliquid, contulit. Denique, sententia illius præcipua semper fuit hæc, æquius est, ut ego tot, & talium amicorum consilium sequar, quàm ut tot & tales amici meam unius voluntatem sequantur, (*Iul. Capitolinus in vita Antonini philosophi cap.* 22. *pag.* 268. *edit. Gruteri.*)

Zu Augspurg in dem 15,0. Jahr.

In Capitulat. Ferdinandi I. (*art.* 15.) Rudolphi (*art.* 15.) Matthiæ (*art.* 17.) Ferdinandi II. (*art.* 15.) & Ferdinandi III. (*art.* 18.) dicitur der mindern Zahl im dreissigsten Jahr; sed rectius nunc expressus est annus MDXXX. ne ansa detur dubitandi, cujus seculi annus trigesimus hîc debeat intelligi, an prioris, an verò nostri currentis.

Doch soviel diesen 2c.

Nova additio, & ex parte reiteratio ejus, quod supra art. 1. expressum. Nova autem non ratione rei, sed verborum. (*Vide Capitulat. Maximiliani II. art.* 2. *Rudolphi Art.* 1. *Matthiæ art.* 1. *Ferdinandi II. art.* 1. *Ferdinandi III. art.* 1.)

AD ARTICULUM XVII.

Totus hic articulus novus est.

Ad Nuncios Apostolicos.

Legati summi Pontificis triplices sunt. Quidam *Legati à latere*, Cardinales videlicet, ab ipso ejus, cui assistunt, latere, cum amplissima autoritate, emissi, provinciæ administrandæ, pacis inter Principes stabiliendæ, majorum consiliorum causâ. Secundi, vulgato sermone, *Nuncij Apostolici*, (hi & missi) qui frequenter etiam cum potestate Legati à latere. Ii Cardinales non sunt, sed Antistites, à summo Præsule ad Principes, aliosve, qui Imperium exercent, destinati, ut agant, indagent, vel expediant negotia non maxima, vel, ut tanquam Apostolici Judices delegati, certas causas cognoscant. Tertii demum, *Legati nati*, quòd nimirum eo ipso, quo Ecclesiis præficiuntur, & Præsules creantur, Legati Apostolici nomen & dignitatem assequantur. (*Fridericus de Marselaer de Legato lib.* 2. *dissert.* 1. *p.* 249.)

AD ARTICVLVM XVIII.

Vnd unzuläßigem Vorkauff.

Nova additio.

Mit Wucherung.

In Carolina Capitulatione (*art.* 17.) Ferdinandi I. (*art.* 16.) Rudolphi II. (*art.* 16.) legitur, mit Thewrung. In Matthiæ (*art.* 18.) mit Steigerung. In Ferdinandi II. (*art.* 16.) Ferdinandi III. (*art.* 19.) & hac præsenti, mit Wucherung.

Keines wegs aber 2c.

Nova additio.

Den Reichs Satz- und Ordnungen zu wider.

Vide supra annotamenta ad Caroli V. Capitulat. *art.* 11. *verb.* Mit Theurung.

Es seye

AD ARTICULUM XIX.

Es seye gleich zu Wasser oder zu Land.

Quod in anterioribus Capitulationibus generaliter & indefinitè dictum Zöll, & hîc clarius & specialiter exprimitur.

Auch der Handlung und Schiffahrt 2c.

Nova additio.

Doch soll den jenigen 2c.

Nova additio, & salutaris clausula.

Da der Churfürsten Consens per pacta & Capitulationes noch nicht eingeführt.

1. *Potestas Regum Rom. in nonnullis olim fuit liberior.*
2. *Stamlerus reprehendit Autorem propter adductam Grotij deductionem, circa quaest. an & Capitulatio lædat vel minuat Maiestatem Imperatoris?*
3. *In reprehendendo Lindenspurio autorem facilitate vult notare.*
4. *Parùm accuratam distinctionem Maiestatis in realem & personalem æstimandam esse putat.*
5. *Veram maiestatem omnimodæ subiectionis expertem esse asserit.*
6. *Ante translationem Imperij populo liberum esse, quam velit Rempublicam ligere, at non postea.*
7. *Particularem summitatem nomine maiestatis planè indignam esse.*
8. *Autoris Responsio 1.*
9. *Responsio 2.*
10. *Responsio 3.*
11. *Responsio 4.*
12. *Responsio 5.*
13. *Responsio 6.*
15. *Responsio 7.*
16. *Responsio 8.*

HInc patet, Regum Romanorum potestatem olim in nonnullis fuisse libe- 1.
riorem, quæ postea ab Electoribus per pacta, seu Capitulationes, limitari cœperit. Joh. Henricus Stamlerus (*de reservatis Imperatoris Romano-Germa-* 2.
nici §.8. *n.*1.*pag.*31.) scribit, Grotianam istam quoque deductionem non ita pridem (*in tract. de Iure publ. c.*12. *n.*36. 37. *& seqq.*) postmodum, quamvis ignorans, amplexus Limnæus, uti ipse fatetur (*in prolegom. ad Capitulat. Imperat. sect* 8. *n.*22.) in quæstione, *an & Capitulatio lædat vel minuat Majestatem Imperatoris nostri*: quam quidem utroque in loco negativa (quam etiam nostram esse superiori positione dictum, & hac dicenda manifestant) beat sententia, ita tamen obscurè, ut vix de veritate assertionis constare possit. In prolego- 3.
menis enim ad Capitul. (*citato loco n.*4.) non sine magna admiratione se legisse scribit, quod Dn. Lindenspur Consiliarius quondam Judicii Aulici illustris, nunc verò Rotæ Romanæ, nomine Cæsareæ Majestatis, Auditor Eminentissimus, (*in dissert. de success. ac mut. Imper. cap.*30. *pag.* 99.) animosè asserat, capitulatione potestati Imperatoris terminos non poni, sed id tantùm agi, ne Imperii vires per alienationes, oppignorationes & similia flaccescant, cum tamen in Capitulatione utramque fieri iis notum sit, qui sanis oculis eam percurrunt. Nos, uti nec quicquam honori Limnæi detractum volumus, ita tamen nulli dubitamus, quin æquè Dn. Lindenspur, ac ipse, tenorem Capitula-

pitulationis sanis inspexerit oculis; proinde, concedat nobis Limnæus, si hac in parte ejus assertiones invicem non posse subsistere dicamus: quod si enim Majestati Imperatoriæ per Capitulationem termini ponuntur, vel eidem leges fundamentales arctiores fines præscripserunt, uti ait *tom. 1. de Iur. publ. c. 9. in pr.* Domitiana quæstio censeri meretur, *an ipsa Majestas per Capitulationem minuatur, vel lædatur*, cùm necessariò unum ex altero sequatur. Neque rem expedit, quando postmodum (*num. 25.*) infert, majestatem personalem in Imperio libero esse talem, qualem Respublica confert ei, quem ad Imperium promovet, atque eam nihilominus in eadem Republica certo respectu summam esse, licet in alia Republica summa majestas majori libertate
4. fruatur. Respondetur enim (1.) parum accuratè majestatem aliquam personalem dici, oppositivè, nimirum ad realem, cum in omni Republica non nisi una reperiatur majestas. Et licet distinctio hæc Majestatis à politicis non tantùm, sed & Juris publici Doctoribus unanimiter propemodum approbetur, multis tamen ea, & non immeritò, ob rerum politicarum genium, suspecta videtur. Quod si enim majestas personalis dependet à reali, eique subjecta est, (*Besold. dissert. politic. de majest. in gen. num. 6. Dn. Carpzov. ad l. Re-*
5. *giam. Germ. cap. 1. sect. 14. num. 14.*) certè vera & propria majestas dici nequit, cùm hæc omnimodæ subjectionis expers. (*confer. Cellar. politicor. c. 4. n. 21. &*
6. *seqq.*) Respond. (2.) Concedere quidem, in Imperio libero, ante translationem nimirum potestatis, integrum esse populo, quamcunque velit rerum publicarum formam eligere; postquam verò e. g. Monarchiam & in ea Regiam dominationem elegit, necessum esse, ut etiam potestas Regia illibata, secundum naturam regni, ipsi conferatur; quid enim, si populus, maximè præcipua potestatis summæ jura sibi reservaret, minutissima verò Regi concederet, an & tum Regius iste Status appellaretur? Minimè gentium, oriretur enim subversio & confusio regiminis. Neque refert, quod Limn. affert, cer-
7. to nihilominus majestatem respectu summam esse. Respondemus siquidem, quia tum citra illum respectum inferior populo esset, majestatis nomine planè illam peculiarem summitatem indignam esse, cum ejus natura sit pervagari omnes Reipublicæ partes, eamque non particulari, non respectivo, sed universali, omniumque supremo animare Imperio. (*Besold. supr. citato cap. 2. Synops. Politic. doctr. in pr. Arnis. de Iur. Majest. lib. 1. c. 3. n. 1. per tot.*) ut jam non dicamus, quòd ita unum idemque numero subjectum, uno eodemque tempore, nunc summum, nunc inferius esse posse contra primum principium, non potest idem simul esse, & non esse, tacitè concludatur; summum enim esse, & superius quid habere, contradictoria sunt, quæ simul stare nemo nisi Piscator credit, uti inquit Henning. Arnis. *cit. loc. in fin. num. 1.* Hactenus, benevole Lector, audivisti Stamlerum, nunc percipe, si lubet, quid mihi de his videatur.

deatur. *Primò* respondeo, illum maximè errare, qui scribit me ignorantem & amplexum esse Grotianam deductionem, (quam exhibet *de jure belli & pacis lib.*1. *c.* 3. *n.*16. *pag.m.*61.) & hoc me ipsum fateri, (*in prolegom. ad Capit. Imper. sect.*8. *n.*22.) Hoc saltem enim ibi contestatus sum, me in Jure publico (*lib.*1. *c.*12. *n.*37. *& seq.*) docuisse, capitulationem non lædere vel minuere majestatem, & postea deprehendisse, idem etiam placuisse Hugoni Grotio. Deductionem Grotii adduxi quidem (*tom.*4 *Iur. publ. in addit. ad Iur. publ. tom.* 1. *lib.*1. *cap.*12. *n.*36. *& supra in proleg. ad Capit. Imp. d sect.*8. *n* 22.) sed nullibi approbavi, nec possum approbare, cum statui nostro, & quæstioni propositæ, non conveniant exempla, quibus usus. Magna quippe est differentia inter illum, qui potestatem suam habet jure suo, & illum, qui eam habet à collatione alterius. Ille potest, si velit, eam integrè exercere, cum nullis limitibus est terminata; alter, cujus potestati in collatione ipsa termini positi sunt, eam haud aliter exercere potest, quàm sub conditionibus præscriptis. In eo tamen quodammodo conveniunt, quod uterque de jure, quod habet, possit aliquid remittere, ille quidem liberrimè, alter verò non ita, propter interesse eorum, à quibus potestatem obtinuit. Non est autem hîc quæstio nostra; an Imperator possit aliquid remittere de potestate illa, quam ab Imperio accepit? verùm hæc; *An ejus potestas, cùm limitata sit, nec absoluta, majestas vera sit, & dici possit?* Quod affirmo, dum nego Capitulationem majestatem lædere vel minuere.
Secundò, an sententiam meam ita obscurè enunciaverim, ut vix de veritate as- 9.
sertionis constare possit, Lectori benevolo judicandum relinquo, mihi certè obscura non videtur, Benè autem, omnem in eventum, se res habet, quod de veritate assertionis adversario, licet vix, constiterit, nisi *vix* pro omninò non intelligi voluerit: quo casu ipse in culpa erit, qui veritatem noluit accipere.
Tertiò, Lindenspurii patrocinium frustrà suscipit, quoniam negare 10.
integrâ fronte nequit, in Capitulationibus Imperatoris non tantùm agi, ne Imperii vires per alienationes, oppignorationes, & similia flaccescant, ut ille affirmavit, sed etiam terminos potestati Imperatoriæ in aliis poni. Certè inter alios fines Capitulationis est etiam ille, ut nôrit Imperator, quid agere sibi liceat, & quomodo liceat, an soli pro arbitrio, an verò non nisi consensu & consilio Electorum, aut etiam Statuum Imperii. Hinc eunti per singula capita, palàm fiet, potestati Imperatoriæ terminos esse præscriptos, ut in aliis multis, sic etiam in alienatione rerum Imperii.
Quartò, malè infert adver- 11.
sarius, Majestati Imperatoriæ per Capitulationem ponuntur termini, vel, eidem leges fundamentales arctiores fines præscripserunt, ergò per Capitulationem ipsa Majestas imminuta vel læsa est. Putat ille, necessariò unum horum ex altero sequi, mihi autem videtur, Majestatem Imperatoris Capitulatione conferri & stabiliri, nō lædi vel imminui. Majestas, quæ nondum existit,

non

non potest lædi; at ubi illa cœpit existere, lædi demum poterit. Itaque, si Capitulatione læditur, necesse omninò est, electum Imperatorem, antequam in Capitulationem consensit, & eam se observaturum juramento promisit, habuisse Majestatem, & sic, ut adversarius vult, absolutam potestatem, quæ postea per Capitulationem & restrictionem imminuatur. At res omninò aliter se habet, quoniam electus in Imperatorem unam, & semel in Imperio obtine Majestatem, eamque saltem talem, qualem explicat Capitulatio: hæc
12. autem suos habet terminos. *Quintò*, videtur adversario in omni Republicâ non nisi unam reperiri Majestatem; at non sufficit hoc asserere, sed probatione opus est; In contrarium Juris Civilis, & historicorum Romanorum antiquorum facit testimonium, quo confirmatur, uno eodemque tempore in Romana Republica diversas fuisse majestates populi (quæ etiam dicta publica) Imperatoris, & aliorum, ut probavi (*in annot. ad Capit Rudolphi II. Imper. artic.* 32. *verb.* von Kaiserl. Majest. *n* 5. *& seqq. ac n* 54.) ubi ex Recessibus Imperii adduxi loca varia, Imperatoris & Imperii majestatem, dignitatem &
13. potestatem concernentia. *Sextò*, præsupponit, veram & propriam majestatem dici non posse eam, quæ non sit omnimodæ subjectionis expers. Ego gradus majestatis dari, demonstravi, (*ad d. art.* 32. *verb.* von Kaiserl. Majest. *n.*13.) & majestatem etiam illam propriè dici, quæ summa non est, (*d. l. n.*11.) Non nego tamen, eam majestatem, quæ absoluta est, excellentiorem es-
14. se illâ, quæ ab alio dependet. *Septimò*, quoniam purus Monarchicus Status nostris non placuit, ideoque etiam non placuit Imperatori conferre illimita-
15. tam Majestatem, vel potestatem. *Octavò*, captiosè mecum agit adversarius, dum negat, unum idemque numero subjectum, uno eodemque tempore nunc summum, nunc inferius esse posse; debuisset enim non solùm unius temporis meminisse, sed & unius quoque respectus. Redolet præterea etiam captionem principii allegatio, non posse idem simul esse & non esse: sunt simul majestas realis, ac personalis, sed non pares, & summæ, eodem respectu. Ex his nunc qui mente liber est, ferat judicium, an ego, vel Stamlerus Domitiani imitator dici jure queat?

Rechtmässig erlanget.

Vide annotamenta ad Capitulat. Maximiliani II. art. XIX. *verb.* gar nicht gestatt. *pag.* 495. Rudolphi II. art. XXVI. ac de Jure publico, *tom.* 2. *lib.* 5. *c.* 2. *num.* 32. §. Die Ertzhertzoge mögen. *& tom.* 4. *in addit. ad lib.* 5. *c.* 7. *n.* 176.

AD ARTICVLVM XX.

Hic totus novus est.

AD ARTICVLVM XXI.

Damit man auch über die hin und wider im Reich ꝛc.

Nova additio.

Vnd da jemand.

Quod hîc conjungitur, in Ferdinandi III. Capitulat. constitut. art. XXIII.

AD ARTICULUM XXII.

Convenit ex parte cum Ferdinandi III. Capitulat. art. XXII. ex parte autem nova.

AD ARTICULUM XXIII.

Zu Land und Wasser/ ꝛc.

Nova additio.

Behörige nohtdürfftige Reichs-mittel.

Nova additio.

AD ARTICVLVM XXIV.

Auch alle die jenigen Proceß ꝛc.

Omnia nova usque ad finem paragraphi.

AD ARTICVLVM XXV.

Auch andern Ströhmen.

Nova additio.

Auch Exceptions-Befehl.

Nova additio.

AD ARTICVLVM XXVI.

Die Freye Reichs Ritterschafft mit eingeschlossen.

Nova additio, quæ in Ferdinandi III. Capitulatione art. XXVII. non reperitur.

Immedietät.

Novum.

Abfordern.

Nova additio.

AD ARTICVLVM XXVIII.

Vnd was derentwegen/ ꝛc.

Nova additio, usque ad verba verglichen werden möchte. Omittuntur autem hîc verba illa, quæ habentur in Capitul. Ferdinandi III. art. XXX. Doch dem Beschädigten seine Gegenwehr / vermög des Landfriedens/ unabbrüchig.

AD ARTICVLVM XXIX.

Convenit cum Capitulat. Ferdinandi III. art. XXXI.

AD ARTICVLVM XXX.

Ohne Vorwissen der sieben Churfürsten.

Nova additio.

Einige Expectanz.

1. *Berlichij error circa quæstionem, an Imperator investituram quoque de feudis maioribus in casum mortis, absq; consensu Electorum conferre possit?*
2. *Capitulationes Cæs. ipsæ responsionem prabent negativam.*
3. *Ferdinand. III. Statuum consensu Imperij deficiente masculo Electoralis Domûs Brandenburg. Regno Sueciæ Pomeraniam ulteriorem concessit.*
4. *Elector Brandeburgicus Expectativam in Episcopatum Magdeburg. obtinuit.*
5. *Johannes Georgius a Ferdinando II. Expectantiam in feuda Comitum de Hanau & Schwartzenburg &c. obtinuit.*
6. *Eadem Cæsareo diplomate confirmata est à Ferdinando III.*
7. *Eiusdem diplomatis copia.*

1. LOngissimè à veritate recessit Berlichius (*conclus. pract. part. 2. conclus.* 54. *num.* 9.) quando docuit, Imperatorem posse investituram, etiam de majoribus feudis, in casum mortis, absque consensu & voluntate Electorum & aliorum Procerum Imperii, conferre, allegans & laudans Nicol. Everhard. jun.
2. *consil. I. quæst.* 1. *num.* 9. 10. 11. & 12. *vol.* 1. Licet enim hæc scripserit ante hanc Capitulationem nostram, attamen ex Capitulatione Caroli V. art. XXIV. Ferdinandi I. art. XXIII. Maximiliani II. art. XII. Rudolphi art. XXV. Matthiæ art. XXIX. discere debuisset, rationem generalem, in illis positam, hanc investituram, vel expectantiam, non admittere. Exempla quoque veritatem il-
3. lustrant. Nam An. MDCXLVIII. XXIV. Octobr. Ferdinandus III. in generali Pacis publicæ constitutione, communi adhibito Statuum consensu, disposuit, ut, deficiente generatione masculinâ Domûs Electoralis Brandeburgicæ, ulterior Pomerania cum citeriore totoque Episcopatu & integro Capitulo Caminensi Regibus & Regno Sueciæ cederet. (*vide Instrum. Pac. Cæ-*
4. *sareo-Suec. art.* 10. §. *titulis & insignius.*) Vicissim verò Serenissimus Elector Brandeburgicus, compensationis ergò, Expectantiam in Episcopatum Magdeburgensem obtinuit, (*d. Instrum. Pacis art.* 11. §. *Similiter.*) eundemq; nunc
5. firmiori jure & transmutato nomine tenet. An. MDCXXV. XIII. Aug. Ferdinandus II. interveniente consilio & approbatione Electorum Johanni Georgio I. Serenissimo Electori Saxoniæ gloriosiss. memor. propter singularia ejusdem merita, & inprimis seditionis tempore exhibita officia fidelissima Expectantiam in feuda Imperii Illustriss. Comitum de Hanau, & Schwvar-
6. tzenburg item Ducum Brunsvicensium & Lüneburgensium concessit, quam Cæsareo diplomate confirmavit Ferdinand. III. Pragæ An MDCXXXVIII. XVII. Sept. (*vide tom. 2. addit. ad lib. 5. cap. 15. pag.* 453. ut & *Nobiliss. ac Generosiss. Dn. ab Helldorff, Dissert. Feud. de Iure Expectativæ thes.* XVI. *pag.* 18.) Copiam eiusdem diplomatis, Archivis Superiorum concreditam & inde securâ manu acceptam, ulterius exhibuit Dn. Schatz *dict. cap.* 15. allegatus; quam propterea ad uberiorem rei illustrationem hîc inserere visum est: cujus tenor ita se habet.

Wir

WJR Ferdinand der Dritte/ von Gottes 7.
Gnaden/ Erwöhlter Römischer Kaiser / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs/ in Germanien / zu Hungarn / Boheim/ Dalmatien/ Croatien/ und Sclavonien ꝛc. König/ Ertzhertzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / ꝛc. ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff/ und thun kund jedermänniglich/ daß Vns der Durchleuchtigste Hochgeborne Johann Georg/ Churfürst zu Sachsen/ ꝛc. in Vnterthänigkeit zu erkennen geben / welcher massen Weyland der Allerdurchleuchtigste Fürst und Herr/ Herr Ferdinand der II. Römischer Kaiser/ Höchstseligster Gedächtnuß / Vnser freundlich geliebter Herr und Vatter/ Seiner Liebden auß sonderbahren Gnaden und Gewogenheit/ eine Anwartschafft und Expectantz/ nicht allein auff die jenige Stück / so die Graffen zu Hanau und Liechtenberg/ sondern auch auff alles das / was die Graffen zu Schwartzenburg / der vier Graffen des Reichs/ Herrn zu Arnstatt/ Sundershausen/ Lohra und Kettenberg vom H. Reich zu Lehen tragen/ und in ihren beederseits unterschiedlichen Lehen- brieffen begriffen und benennt / gnädiglich gegeben und mitgetheilet. In massen Vns dann Ihrer Liebden berührte Anwartschafft und Expectantz in glaubwürdigem Schein gehorsamlich vorbringen lassen. So von Wort zu Worten hernach geschrieben stehet/ und also lautet:

WJr Ferdinand der Ander/ von GOttes Gnaden/ Erwöhlter Römischer Kaiser/ ꝛc. ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieff/ und thun kund allermänniglichen: Wiewohl Wir auß angebohrner Güte und Kaiserl. Mildigkeit geneigt seind/ allen und jeglichen Vnsern und des Heil. Reichs Vnterthanen und Getreuen/ Vnsere Kaiserl. Gnad mitzutheilen; so ist doch Vnser Gemüht mehr begierlich/ solches gegen denen im Werck scheinen zu lassen/ die Vns und dem Heil. Reiche/ als die nächsten Glieder/ die Bürden und Sorgfältigkeit desselben mit steten und getreuen Diensten helffen tragen/ und sich hierinnen mit sonderm emsigen Fleiß für andern gutwillig erzeigen/ und beweisen. Wann Wir dann gnädig angesehen / wahrgenommen und betrachtet die getreue / auffrichtige / nutzliche und hoch erspriеßliche Dienste/ so Weyland Vnsern nächsten Vorfahren am Römischen Reich Kaiser Rudolphen und Kaiser Matthiaßen Hochlöbl. Gedächtnuß/ als auch Vns selbsten/ von zeiten Vnser angetrettenen Kaiserl. Regierung/ sonderlich aber bey der/ vorgegangenen Jahren / und Vnsern widerwertigen Vn-

terthanen und Rebellen in Unserm Königreich Böhmen erweckt und angezündet/ und hernacher in die incorporirte und andere benachbarte Länder außgeschlagen / und außgebreiteten schweren Auffruhr und Widersätzligkeit/ der Durchleuchtigste / Hochgebohrne Johann Georg Hertzog zu Sachsen/ ꝛc. ꝛc. Unser lieber Oheim und Churfürst geleistet und erwiesen: In dem Ihre Liebd. die von Uns zum theil deroselben auffgetragene Executions-Commission mit grosser Gefahr/ ungeacht dero selbst eigenen Churfürstl. Person/ in hertzhafftem Helden-muht über sich genommen/ und vermittelst dero heroischem Valor und treuer Assistenz die Sach dahin dirigirt, daß gedachte widerwertige Unterthanen theils durch die Waffen/ theils durch gütliche Submission und Accommodirung zu schuldigem Gehorsam und gebührender Subjection widerum gebracht worden: Auch nochmalen in solchē lob-würdigen Actionen stets continuiren und fortfahren / und alles das / so zu gäntzlicher Auffhebung des im H. Röm. Reich Teutscher Nation währenden Ubelstands / und Auffrichtung eines allgemeinen Friedens/ dienstsam und ersprießlich zu erhalten / dero mit getreuem sorgfältigem Eyffer lassen angelegen seyn / auch noch hinfürderst zu thun urbietig seyn/ auch wohl thun können/ mögen und sollen.

Als haben Wir zu gnädiger Erkäntnüß kürtzlich angezogener hohen Verdiensten/ mit wolbedachtem Muht/ gutem Raht/ rechtem Wissen / und auß selb-eigener Bewegnuß obbesagtes Unsers Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebd. und allen deroselben nachkommenden männlichen Lehens-Erben/ diese besondere Gnade gethan/ und denselbigen nachfolgende Anwartschafften und Expectanzen/ auß Röm. Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ wissentlich in Krafft dieses Brieffs gegeben und verliehen: Darüber Wir auch der Ehrwürdigen / Durchleuchtig: Hochgebornen Johann Schweickardten zu Maintz/ Ferdinanden zu Cölln/ und Philipps Christophen zu Trier/ Maximilian Pfaltzgrafen bey Rhein/ Hertzog in Ober- und Nider Bayern ꝛc. und Georg Wilhelmen Marggraffen zu Brandenburg / zu Stettin / Pommern/ ꝛc. Unsern lieben Neven / Vettern/ Schwägern/ Oheimen und Churfürsten / Approbation und Bewilligung zu erhalten / in keinen Zweiffel setzen/ als nemlichen *

** Hic quædā negligētius descripta & propterea omissa sunt.*

Ingleichē die Anwartschaft und Expectantz aller und jeder Stücke/ so der

so der Hochgeborne Friderich Ulrich/ Hertzog zu Braunschweig und Lüneburg/ Unser lieber Oheim und Fürst/ Lehens-weiß von Uns und dem H. Reich inn hat/ und mit außtrücklichen in der gesamten Hand mit der Hertzogen zu Lüneburg Liebd. oder auch der von Weyland Kaiser Maximiliano II. Christ- mildester Gedächtnuß/ dem Churfürsten zu Brandenburg gegeben / und auff jetztberührte gesampte Hand geruhete Expectantz begriffen.

Geben und verleyhen jetztbemelte Anwartungen und Expectantzen obgedachtes Unsers Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebd. und allen seinen künfftigen ehelichen männlichen Leibes-Erben/ also und dergestalt / wann unter obbemelten Lehen/ es sey * * * oder gedachtes Fürstenthumb Braunschweig Liebd. so Wir verstanden/ auff die gesampte Hand nicht gerichtet seye/ Uns oder Unsern künfftigen Nachfolgern im Reich/ den Römischen Kaisern/ und dem H. Reiche heimfället/ daß Wir oder jetztgedachte Unsere Nachfolger am Röm. Reich gedachtes Churfürsten zu Sachsen Liebd. oder dero männlichen Leibes-Erben/ so alsdann im Leben seyn werden/ nach Lehens- art vor männiglichen solche Lehen zu verleihen und aufftzutragen / schuldig und verbunden seyn sollen. Da auch ichtwas von Uns oder Unsern Nachkommen am Reich wider jetztgedachte Unsere ertheilte Anwartschafften und Expectantzen außgehen würde / in was Schein das beschehe / soll doch solches keine Krafft haben: wie Wir dann solches jetzt als dann / und dann als jetzt derogirt und vernicht haben wollen.

Und gebieten darauff allen und jeden Churfürsten/ Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prælaten/ Grafen/ Freyen / Herren/ Rittern/ Knechten/ Land- vögten/ Hauptleuten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern / Amptleuten / Landrichtern/ Schultheißen/ Bürgermeistern/ Richtern/ Rähten / Bürgern/ Gemeinden/ und sonst allen andern Unsern und des Reichs Unterthanen und Getreuen/ was Würden/ Stand/ oder Wesen die seyn/ ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß Sie offtgedacht Unsers Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebd. und dero männliche Leibes- Erben/ an dieser Unserer Begnadigung und ertheilter Anwartung / nicht hindern/ noch irren/ sondern Sie deren geruhiglich gebrauchen/ geniessen/ und gäntzlich dabey bleiben lassen / und hierwider nicht thun/ noch jemand anders zu thun gestatten / als lieb einem jeden sey

Vnser und des Reichs schwere Vngnad und Straffe / und darzu eine Pœn / nemlich 500. Marck lötiges Golds / zu vermeiden / die ein jeder / so offt er freventlich hierwider thäte / Vns halb in Vnser und des H. Reichs Cammer / und den andern halben theil dem obgemeldten Vnserm Oheim des Churfürsten zu Sachsen Liebden / und dero Ehelichen männlichen Leibes-Erben unnachläßlich zu bezahlen verfallen seyn solle. Mit Vrkund dieses Briefs besigelt mit Vnserm Kaiserl. anhangenden Insiegel. Geben in Vnserer Statt Newstatt den 13. Augusti nach Christi Vnsers lieben Herrn und Seligmachers Geburt 1625. Vnserer Reiche / dem Römischen im sechsten / des Hungarischen im achten / und des Böheimischen im neundten Jahre.

Ferdinand rc.

Peter Heinrich von Stralendorff.

Ad Mandatum Sacræ Cæs.
Majest. proprium.

Johann Söldner.

VNd Vns darauff offtgedachtes Vnsers lieben Oheims des Churfürsten zu Sachsen Liebden gehorsamlich angeruffen und gebetten / daß Wir deroselben hievorstehende von Weyland Vnserm freundl. geliebten Herrn und Vattern / Kaiser Ferdinando II. ertheilte Anwartschafft und Expectantz / über obvermelte der Grafen zu Hanaw / und Schwartzenburg / habende Reichs-Lehen / als jetzt regierender Römischer Kaiser / alles seines Inhalts zu ernewern / zu confirmiren und zu bestättigen / gnädiglich geruheten. Das haben Wir angesehen / solche S. Liebden gehorsamst ziemliche Bitte / wie auch die sehr angenehme / getrewe / gehorsame / nutz- und ersprießliche Dienste / welche höchstgedachtem in Gott ruhendem Herrn und Vattern / und Vns selbsten seither Vnserer angetrettenen Kaiserl. Regierung / besagtes Churfürsten Liebden / nach dem löblichen Exempel dero VorEltern in vielen hochwichtigen

gen Sachen und Geschäfften/ ungespart Ihrer Liebden Land und Leuthe/ ehrlich und auffrichtig erzeiget und bewiesen / S. Lbd. auch solches noch täglich thut/ und hinführo Uns und dem H. Reich nicht weniger zu thun/ willig und urbietig ist/ auch wohl thun kan/ mag und soll.

Und darumb mit wolbedachtem Muht/ gutem Raht und rechtem Wissen/ vorgedachtem Unserm lieben Oheim und Churfürsten/ Hertzog Johann Georgen zu Sachsen/ die obeinverleibte Anwartung und Expectantz in allen ihren Puncten/ Clausuln/ Articulen/ Inhalt- Mein- und Begreiffungen / als jetzt regierender Römischer Kaiser gnädiglich vernewert/ confirmirt und bestätiget/ ernewern/ confirmiren und bestättigen auch Seiner Liebden solches alles von Römisch. Kaiserl. Macht/ Vollkommenheit/ hiemit wissentlich / in Krafft dieses Brieffs/ was Wir von Rechts und Gewonheit wegen daran erneuern/ confirmiren und bestättigen sollen und mögen: Und meynen/setzen und wollen/daß mehrberührte Anwartung und Expectantz über der Graffen zu Hanau/ und Schwartzenburg/ Regalia und Reichs- Lehen/ auff den Fall dieselbe und deren Männliche Leibes- Lehens- Erben tödtlich abgehen / und von denselben keiner mehr im Leben seyn würde/stet/vest und unverbrüchlich gehalten und vollzogen/ und dawider das wenigste nicht gehandelt oder vorgenommen werden solle. Doch Uns und dem H. Reich/ und sonst männiglich an seinen Rechten unvergriffen und unschädlich.

Und Wir gebieten darauff allen und jeden Churfürsten rc. rc. (ad longum ins Reich) ernstlich und vestiglich mit diesem Brieff/ und wollen / daß Sie mehrgedachten Unsern lieben Oheim und Churfürsten Hertzog Johann Georg zu Sachsen/ und S. Liebden / Nachkommen / bey obinserirter Anwartung und Expectantz/ und dieser Unserer Kaiserlichen Ernewerung / Confirmation und Bestättigung keines wegs hindern noch irzen / sondern S. Liebd. dessen alles geruhiglich gebrauchen und geniessen lassen/ dieselbe hierwider nicht beschweren/ noch das andern zu thun gestatten / in keinerley weiß noch wege/ als lieb einem jeden sey Unser Kaiserliche Ungnad und Straffe / und darzu die Pœn in höchstgedachtes Unsers geliebten Herrn und Vatters hierinnen begriffener Anwartung und Expectantz bestim̃t und vorgesehen/ zu vermeiden: Die ein jeder/ so offt er freventlich hierwider thäte/ Uns halb in Unser und des Reichs Cammer/ und den andern halben Theil offtgedachtes Churfürsten zu Sachsen Liebd. und dero Nachkommen/ so hierwider beleidiget würden / unnachlässig zu bezahlen verfallen seyn solle. Mit Urkund dieses Brieffs / besiegelt mit Unserm Kaiserlichen anhangenden Insiegel: Der geben ist zu Prag den 17. Septembr. A. 1638.

AD ARTICULUM XXXI.

Convenit cum articulo xxx. Capitul. Ferdinandi III. ubi in annotamentis (*pag. 565.*) dixi de feudis, quæ Imperium adhuc in Italia habet; quibus nunc addo in ſupplementum, & majorem cognitionem ea, quæ poſt illa mihi innotuerunt. Anno MDCL. xxiii. Julii Magnus Dux Hetruriæ inveſtituram ab Imperatore obtinuit civitatis Pontremoli, quæ ad Ducatum Mediolanenſem antea pertinuerat, ſed emptionis titulo ad dictum Hetruriæ Ducem fuerat translata. Fillaterro, & quelques autres Marquiſats de la Lunigiune, appertenants autres fois à la caſa Maleſpina, tient aujourd'huy le Grand Duc de Toſcane en fief de l'Empire. (*D'Avity en la deſcription de l'Europe, tom. 3. tilt. Eſtat du grand Duc de Toſcane pag. 209.*) Il y a dans plombin une forte garniſon d'Eſpagnols, qui ſont par ce moyen maiſtres du port, & du Seigneur meſme, qui tient ces pays en fief de l'Empire, auſſi bien que l'Isle d'Elbe. (*Idem d.t. 3. tilt. Eſtat du Seigneur de Plombin pag. 216.*) L'Isle d'Elbe eſt au Seigneur de Plombin qui la tient de l'Empire. Mais ce Seigneur ſe voyant trop foible pour la garantir des courſes des Turcs & Corſaires, l'a miſe entre les mains du grand Duc de Toſcane, & des Eſpagnols, qui s'y ſont fortifies, ſe reſarvant toutes fois quelques revenus, & le droit Seigneurial. (*Idem d.t. 3. tilt. Eſtat du Grand Duc de Toſcane d. pag. 216.*) Les Ducs de Mantoue, de Modene, de la Mirandole, & de Sabionete, relevent de l'Empire: Les Princes de Maſſe, de Guaſtelle, de Bozzolo, & de Correggio, tiennent leur terres de l'Empire, de meſme que le Marquis de Caſtillon (qui à ſon pays proche de la frontiere des Venetiens, du coſté de Nort, pre du Breſſan, & ioignant l'Eſtat du Duc de Mantoue) Maſeran, Maleſpine, Torriglia, & Mendola, le Comte de Milleſimo, & les Seigneurs de Monaco (*Idem d. t. 3. au diſcours general de l'Italie, pag. 23. & pag. 66. 79.*) Les Seigneurs de la Mirandole eurent premierement le tiltre des Comtes, puis furent appellez Princes de la Mirandole, & Comtes de la Concordè. Mais celuy, qui vit à preſent, à fait eriger, pour cinquante mille eſcus, ſon pays en Duché à l'Empereur, du quel il le tient en fief. (*Idem d'Avity d.t. 3. pag. 80.*)

Empfangen laſſen.

1. *Duæ quæſtiones: an ſcil. Imperator inveſtituram feudorum immediatè ab Imperio dependentium ipſe recipere, eorumque nomine iuramentum fidelitatis præſtare debeat?*
2. *De prima quæſtione in Capitulatione nihil habetur.*
3. *Pro affirmatione poſterioris quæſt. facit generalis regula feudalis.*
4. *Pro negatione eiusdem, regula civilis, &c.*
5. *Autoris opinio.*
6. 7. 8. *Unum hominem duorum vicem ſuſtinere difficile, ſed non impoſſibile.*
9. 10. *Unum eſſe duo naturæ eſt contrarium, non tamen pro duobus haberi.*
11. *Significatio verb.* Empfahen laſſen.

12. 13. 14.

12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. *Explicatio tituli 100. lib. 4. feud.*
19. *Hottomanni sententia.*
20. *Ejusdem error.*
21. 22. *Autoris refutatio.*

QUæritur; *an Imperator feuda, quæ ab Imperio tenuit, antequam ad dignitatem Imperialem fuit evectus, vel, quæ postquam Imperator factus ad eum legitimè, non quidem ut Imperatorem, sed, ut hodie exemplum est, tanquam Archiducem perveniunt, debeat ipse per investituram recipere, eorumq; nomine juramentum fidelitatis præstare?* De priori casu nihil in Capitulatione habetur. Cùm autem ab 1. 2. Imperatore noviter electo, unusquisque investituram feudorum suorum, quæ ab Imperio immediatè recognoscit, intra tempus legitimum petere debeat, inquirendum est, an e. g. Archidux Austriæ Imperator factus, ipse quoque investituram Archiducatûs, & aliorum feudorum, immediatè ab Imperio dependentium, requirere & suscipere debeat? Pro affirmativa facit generalis 3. regula feudalis, de petenda post mortem Domini renovatione investituræ, nec non specialis dispositio Friderici II. Imperatoris, qui, exponens privilegia Ducis Austriæ, (vide quæ exhibui *tom. 2. de Iure publ. lib. 5. cap. 2. num.* 30.) vult, ut ille, pro conducendis feudis requirere, seu accedere debeat Imperium, &, more aliorum Principum Imperii, conducere ab Imperio feuda sua. Pro negativa videtur stare, unum eundemque hominem, regulariter, vicem duo- 4. rum subire non posse: (*l. si plures. 9. in pr. ff. de pact. Gail. de arrest. c. 7. n. 19. l. 71. ff. de fidejuss. Ioseph. Ludovic. com. conclus. 16. num. 151.*) quod tamen hîc fieret, si à se ipso Imperator peteret investituram, & idem sibi eam concederet, ac à semetipso requireret juramentum fidelitatis, & idem sibi ipsi præstaret. Porrò expressè docet Autor, der Reichsvogteyischen Apologi (*pag.* 328.) Daß kein Kaiser in Teutschland/ eine von dem Reich zu Lehen rührende Herrschafft/ oder Herrligkeit/ für sich selbst/ salvâ Imperii majestate, anschwören und verdienen/ aber wol den seinigen selbige erwerben / oder durch einen Substituten sie übernehmen könne; allegans *tit.* 100. *lib.* 4. *feudor.* & Cujacium *ad d. t.* Ve- 5. rùm, neque id, quod pro affirmativâ, neque quod pro negativa adduxi, mihi satisfacit. Privilegii Austriaci tenor accipi debet de casu eo, quo Archidux non est simul Imperator, sed solâ qualitate Archiducali præfulget; & juris feudalis dispositio de casu ordinario, ubi de duabus personis agitur. Diffi- 6. cile esse, ut unus homo duorum vicem sustineat, non nego; Impossibile verò id esse, pernego. Et, ut maneamus in terminis nostris, experientia nos ha- 7. ctenus docuit, unum eundemque hominem esse posse Archiducem Austriacum, vel Ducem alterius Ducatus, ab Imperio immediatê dependentis, & simul etiam Imperatorem. Scilicet, qualitas illa Ducalis, vel Archiducalis &c. non reddit individuum incapax dignitatis Imperialis, & potest unus homo universitati obligari, tanquam ejus caput, & iterum respectu alio, tanquam 8. membrum: Diversi enim respectus, & qualitates diversæ, in unum eundemq;

hominem, cadere possunt: (*Gail. de arrest. Imper. cap.6. num.4.*) contrarii cadere non possunt. (*arg. l.21. ff. de usurp. & usucap. Gail. 2. observ.142. n.17.*)
9. Quamquam verò naturæ sit contrarium, unum esse duo, non tamen est con-
10. trarium, unum pro duobus haberi. In casu itaque nostro absurdum non est, Imperatorem, ut talem, conferre sibi, ut Archiduci, feudum Imperii, ac, ut evidentior sit personarum distinctio, nempe dantis & accipientis, potest Imperator ipse investituram perficere, per procuratorem autem feudum su-
11. scipere, & fidelitatis juramentum præstare. Atque etiam hoc innuere videntur verba paragraphi nostri, empfangen lassen. Licet enim de alio casu loquantur, in hoc tamen casus illi convenire possunt, quando de collatione
12. feudi immediati agitur. Quod porrò præstationem juramenti feudalis attinet, & inde deductum obstaculum, tenendum est, (*d. tit.* 100. *lib.* 4. *feudor.*) nostram facti speciem non contingere. Agit ille non de feudo immediato Imperii, sed de mediato, & tali, quod Fridericus non ab Imperio, sed ab alio tenebat Domino, qui ab eo requirebat fidelitatem. Eam verò ille præstare detrectabat, quasi majestati suæ minùs conveniret, fidelitatem facere inferiori. In nostro casu quæstio est de feudo immediato, ac de juramento præstan-
13. do Imperio, quod salvâ majestate fieri potest. Cæterùm, postquam nonnemo, quanquam in aliâ quæstione, magnum præsidium *in hoc cap.* 100. quærit in gratiam studiosæ juventutis, quid mihi de eo videatur, aperiam. *Illud in genere* notum est, esse hoc capitulum extraordinarium, & sic exiguæ, vel nul-
14. lius autoritatis. *Secundò*: narrat, Fridericum, antequam crearetur Imperator, fuisse Ducem, & pro eo Ducatu fidelitatem fecisse Domino suo, sed nec Ducatum, nec Dominum nominatim exprimit, nec quotus numero Fridericus: conjectura tamen inducor, ut credam, Autorem hujus relationis, sive ille fuerit Ardizo, vel alius, designare voluisse Fridericum I. aut II. Quod si ita est, novimus utrumque antequam eligeretur in Imperatorem, fuisse Ducem Sueviæ. Ducatus autem ille, tempore Conradi Imperatoris, circa annum 916. Imperio adjectus, & pro feudo Imperii immediato, cum consensu Principum, collatus fuit Burchardo, & post ejus mortem, ann. 929. Hermanno Landgravio Hassiæ: (*Guler. in sua Rætia lib.* 8. *pag.* 104. *&* 105.) proinde, vel *d. cap.* 100. autoris relatio falsa est, vel alius Ducatus mediatus nominari debet, quem Fridericorum unus vel alter, antequam Imperator factus, ab alio
14. susceperit. *Tertiò*: Dominum feudalis Ducatus à Friderico Imperatore petiisse fidelitatem; at non est Domini hoc petere, sed vasallo incumbit petere renovationem investituræ, & se ad præstationem fidelitatis offerre: (*tit.* 22. *in*
15 *pr. lib.* 1. *Feud. tit.* 24. *tit.* 40. *in pr. tit.* 52. *in f.* 2. *Feudor.*) *Quartò*: Responsum Imperatoris partim videri esse ambiguum, partim non satis congruum & concludens, partim veritati contrarium. Quid per omne hominum genus intelligi

telligi debeat. dubitari poterit, quando expendimus, illud posse accipi de omnibus vasallis, sensu quo vasallus homo dicitur: (*Hottomannus de verbis feudal. verb. homo. & in Disput. de Iure feudali c.24. pag.128.*) At non hoc juri feudali congruens erit, quo vasallus vasalli Imperatoris, non potest dici Imperatoris vasallus: (*Vultejus de Feudis lib 1. cap.10. n.84. p 539.*) Si verò per omne hominum genus intelligi vult totum genus humanum, scilicet, quod Imperio Romano-Germanico subjectum, certum est, maximam hujus partem fidelitate feudali Imperatori non obligari; quod si de fidelitate, quam subditus Domino suo debet, accipiendum sit, collectio à diversis erit, & sic ad propositum haud faciens: Non enim hanc, sed feudalem Dominus à Friderico, tanquam Duce considerato, requirebat. *Quintò*: Quam fidelitatem Deo 16.
debeat Imperator, notum est, sed nec illa quoque feudalis, ut iterum ab illa ad feudalem non possit inferri. *Sextò*: Quod de Romano Pontifice dicitur, 17.
Imperatorem illi debere fidelitatem, à veritate est alienissimum, si fidelitatem feudalem, ratione Imperii, spectemus. Cùm Hadrianus Papa coronam Friderico I. Romæ imposuisset, eique scripsisset, sese illius beneficii non pœnitere, commotus eo verbo Imperator, quasi Papa Germanicum Imperium feudum Ecclesiæ esse statueret, atque Imperatorem illo feudali beneficio à se affectum, stomachosè rescripsit, Papam mentitum esse. Papa verò, quo Imperatorem placaret, hac moderatione usus fuit, ut beneficium non pro feudo, sed pro bono facto interpretaretur, ut dixi (*de Iur. publ. lib. 2. cap. 4. num. 98.*) & rem fusiùs enarrant Otho Frisingensis, Abbas Urspergensis, Abbas Trithemius, Radevicus, Nauclerus, & alii complures. Quid autem Imperator Pontifici promittat, dixi *d. lib. 2, c. 4. n. 95. in textu, qui tom. 2. addit. ad d. c. n. 95. & seq.* Sunt, qui pro salvando textu (*d.t.100.*) scribant, Fridericum Pontifici fidelitatem debuisse, non ratione Imperii, sed alterius cujusdam feu- 18.
di; verùm non probant, quod prætendunt. *Septimò*: Postquam Dominus hac Imperatoris responsione non contentus, adhuc insisteret, res ad Proceres delata; his autem prudenter visum, feudum amissum esse, vel alium Ducem in Ducatu constituendum, qui feudo servire deberet, & Domino fidelitatem faceret. Hottomannus (*quæst. illustr. 35. pag. m. 222.*) contra hanc decisio- 19.
nem disputans, ait, Ardizonem testari, ita placuisse nonnullis Proceribus; hoc autem judicio seniori, à quo Ducatum Fridericus in feudum acceperat, ejusq; posteris apertissimam injuriam illatam fuisse, cùm absurdum sit, propter novam vasalli dignitatem, seniorem detrimento affici, cui jus suum, nisi certis de causis non eripitur: (*2.F.23. & tit. sequenti.*) quare multò probabiliorem & meliorem eorum fuisse sententiam, qui Ducem alium in illo Ducatu sufficiendum esse judicabant; propterea, quòd vasallo permissum, si obsequium ipsemet præstare nolit, alterum suum in locum substituere: (*2.F.8. ult. & tit.*

 34. §.3.

20. 34. §.3. *& tit. 55. §. præterea*) Lapsum hîc Hottomannum fuisse, omninò mihi persuasum habeo, non modò, quando Proceribus, ut Ardizo generaliter, sine restrictione scribit, vocabulum, *nonnullis*, addidit, verùm etiam tunc quando in injuriam senioris sententiæ primum caput latum esse arbitratur, quod ego in ipsius favorem factum agnosco, & contra Imperatoris excepti-
21. onem. Nempe, si Imperator nolit Domino fidelitatem præstare, eum feudum amittere, id quod juri feudali planè est conveniens, (2.*F. tit.*24. §.1.) Feudum amittere dicitur vasallus, non Dominus; hîc enim, ubi causæ adsunt, di-
22. citur privari proprietate feudi. (2. *Feud. tit.*26. §. *Domino. & tit.* 47.) Alterum sententiæ membrum est, alium Ducem in Ducatu constituendum; ubi quæri potest, à quo ille constitui debeat? an ab Imperatore? an verò à Domino feudi? Si constituendum idem sit, quod substituendum, fieri illud potuit per Imperatorem, non autem per Dominum feudi, quod confirmatur per particulam, *vel*, quæ disjunctiva est, aut si velit retinere feudum, faciat & fidelitatem, & præstet servitia per substitutum, vel procuratorem, vel, ut hodie loquimur, durch einen Lehenträger. Et hoc fieri posse, à jure feudali alienum non est: (2.*Feud. tit.*3. §. *fin. Vultejus lib.*1. *Feud. cap.*7. *num.*32. *pag.*175. 2. *Feud. tit.* 55. §. *præterea.*) Reliqui verò textus, ab Hottomanno ad hoc allegati, nihil, aut parum ad rem faciunt.

Nicht bequemlich geschehen könte.

Non est impossibile, ut Imperator ab Imperio recipiat feudum, sed id quandoque commodè fieri nequit. Cæterùm silentio hîc præterire nolo, Imperatorem non modò familiæ suæ, sed etiam sibi, ut ejus membro, competentia privilegia confirmare posse. Exemplum habes in *tom.* 2. *Iur. publ. lib.*5. *cap.*2. *num.*32. *ibi*: als Römischer Kaiser / Ihm (Ferdinando, Cæsaris fratri) an Unser/ und sein selbst statt/ und Unserm löblichen Hauß Oesterreich/ alle und jegliche Freyheiten ꝛc. zu confirmiren. & iterum paulò post, von Unsert und sein selbst wegen/ ꝛc. (*num.* 35. *in pr. confirmationis.*) Et hoc fieri posse propter respectum duplicem, qui in Imperatore deprehenditur, extra dubium est.

AD ARTICULUM XXXII.

Affter- und Lehenschafften.

Nova additio.

Mit Vorwissen und Bewilligung der Churfürsten.

Nova additio.

Und dafern dem zuwider.

Nova additio, usque ad finem hujus articuli.

AD ARTICULUM XXXIII.

Totus hic articulus novus est.

AD ARTICULUM XXXIV.

Omittitur hîc materia, de qua actum in Capitulatione Ferdinandi III. artic. xxxv.

Auff jetzt instehendem Reichstage.

Nova additio.

AD ARTICULUM XXXV.

Und Müntzstätten.

Nova additio,

Sonderlich de anno 1570.

Nova additio; (vide **R. A. zu Speyer** *anno* 1570. §. **Als haben neben uns.** *cum seqq. pag.* 619.)

Oder sonsten rechtmässig hergebracht.

Nova additio.

Denen mittelbahren Ständen.

In Capitulatione Ferdinandi III. artic. xxxvii. habetur, **den geringen Ständen.**

AD ARTICULUM XXXVI.

Unsere Erben und Nachkommen.

Senator Consularis, Metius Falconius, ad Tacitum, dum eligebatur Imperator, inter alia dixit, (teste Flavio Vopisco *in vita Taciti pag.* 41. *edit. Gruteri inter histor. Aug. scriptores latinos minores.*) te Tacite Auguste convenio, petens, obsecrans, liberè pro communis patriæ legibus deposcens, ne parvulos tuos, si te citius fata prævenerint, facias Romani heredes Imperii: nec sic Rempubl. patresque conscriptos, populumque Romanum, ut villulam tuam, ut colonos tuos, relinquas. Quare circumspice, imitare Nervas, Trajanos, Hadrianos; Ingens est gloria morientis Principis, Rempublicam magis amare, quàm filios.

AD ARTICULUM XXXVII.

Cur hîc, & in antecedentibus Capitulationibus quoque, fiat tantùm mentio Coronæ Regalis, & Imperialis, Mediolanensis autem (cujus meminit Carolus IV. *in A. B. cap.* 26. §. 4. quamque suscepit Carolus V. vide me *tom.* 1. *de Iur. publ. lib.* 2. *c.* 4. *n.* 41.) alto silentio transmittatur, inquisitionem meretur. Puto, eam pro non necessaria haberi, posse tamen ab Electo in Cæsarem suscipi, si velit, quoniam, ut in Capitulatione ad hanc suscipiendam non obligatur, ita quoque eam suscipere non prohibetur, sed hoc ipsius voluntati relictum, ut exemplum Caroli V. docet. Ejusdem juramentum, quod præstitit, nos admonet, quòd non solùm se Regem Romanorum, sed etiam Longobardorum dixerit, apud Roussel. *histor. jurisdict. Pontif. lib.* 7. *c.* 3. *num.* 43. *pag.* 278.

Des mehrern theils.

In Capitulatione Caroli V. art. xxx. additur, so viel möglich/ quod etiam fit in Capit. Rudolphi II. art. xxxi. Matthiæ art. xxxviii. Ferdinandi II. art. xxxvii. Ferdinandi III. art. xxxix. in hac autem præsenti omittitur hæc clausula. Fortassis visa fuit superflua, cum sequentia verba generalia, Uns in allem rc. possibilitatem exprimant. Cæterùm, licet ratio hujus promissionis, quæ Electores movit Carolum V. ad hoc obligare, ut in Germania sedem suam ordinariè teneret, (de qua dixi in annot. ad Capit. Caroli V. *d. art.* 30. *verb.* des mehrentheils/ *pag.* 339.) videatur fuisse personalis, & cessâsse in subsequentibus Imperatoribus, attamen in omnium capitulationibus illam promissionem repetere hucusque placuit, sola Ferdinandi I. & Maximiliani II. (prout eam exhibuit Goldastus) excepta.

AD ARTICULUM XXXVIII.

Oder wie dieselbe ins künfftig rc.

Nova additio.

Auch mehrermeldten:

Nova additio, usque ad verbum, vermeldet.

Und Ordnungen.

Nova additio.

Oder Commission.

In Capitulatione Ferdinandi III. art. xl. habetur, oder ichts anders beschwerliches.

Von niemand.

In capitulationibus anterioribus, Ferdinandi I. art. xxix. legitur von einiger hohen Obrigkeit/ in Maximiliani II. art. xvi. omittitur hohen/ in Rudolphi II. art. xxxiv. iterum additur hohen / quod fit etiam in Matthiæ art. xxxix. Ferdinandi II. artic xxxviii. Ferdinandi III. art. iv. tandem placuit in præsenti, in vicem einiger hohen Obrigkeit/ dicere von niemand. Quid alii de absolutione ab ejusmodi juramentis sentiant, & cum illis Catalonii, nobis exponit Vittorio Siri (*tom.* 2. *Mercurii sui lib.* 1. *pag.* 31.) (*di tal vigore essere il giuramento, particolarmente il promissorio, che il Sommo Pontifice, il quale può rilasciare il voto, ch' è una promessa fatta à Dio, non può dispensare il giuramento che presta il Rè à suoi vasalli. Il Prencipe è dispositore & padrone delle leggi, mà non dà contratti on suoi vasalli, perche in questo rappresenta una persona particolare, & il Vasallo acquista ragione uguale, mentre il patto hà da essere tra eguali, onde, come il vasallo non può licitamente mancare alla fedeltà del suo Signore, cosi questo non può contravenire à quello, che con patto solenne promise à suoi vasalli; dalle quali certissime promesse cavano la conclusione li Theologi, che in tal*

caso

caso mortalmente peccarebbe il Prencipe, & sarebbe spergiuro con l'innosservanza delle leggi conventionali, non potendole violare senza offesa della propria conscienza.) Juramentum, præsertim promissorium, esse ejus vigoris, ut summus etiam Pontifex, qui potest remittere votum, quod continet promissionem Deo factam, non possit absolvere Regem à juramento, quod præstitit suis vasallis. Princeps sub potestate sua tenet leges, at non contractus, quos iniit cum suis vasallis, in his enim repræsentat personam particularem, ac vasallus fit ei æqualis, quoniam paciscentes respectu obligationis sunt æquales. Proinde, ut vasallus non nisi illicitè fidelitati, quam suo promisit Domino, deesse potest; ita quoque Dominus non potest sine nota contravenire pacto solemnis promissionis, factæ suis vasallis. Hinc concludunt Theologi, Principem, ejusmodi pacta, seu leges conventionales, non observantem, peccare mortaliter, & fieri perjurum, cum non possit illis contravenire salva conscientia.

AD ARTICULUM XL.

Confirmationes Privilegiorum.

Nova additio, quæ in Capit. Ferdinandi III. art. XLII. non habetur.

Vnd ohne einige contradiction.

Nova additio.

Dabey auch dieselbe über die edition &c.

Nova additio.

Vnd von hohem Præjudiz, und weitem Außsehen.

Nova additio.

Auch nach Gelegenheit der Sachen/ etc.

Nova additio.

Vnd ohne dieselbe hierinn nichts fürnehmen.

Nova additio.

AD ARTICULUM XLI.

Wir sollen auch künfftig etc.

Nova additio, usque ad verba, im Krieg begriffen.

Nach Stands gebühr angesessen.

Nova additio.

Vnd niemands dann uns etc.

Nova additio.

Ingleichem Unsere Konigliche.

Hæc ex parte conveniunt cum illis, quæ habentur in Capitulatione Ferdinandi III. art. XV. ubi de hac materia agitur. Ex verbis autem, keiner andern Nation/ als gebornen Teutschen/ Sluterus concludit (*in animadvers. in Hippol.*

Hippol. à Lapide differt. de ratione Status part. 1. *cap.* 16. §. 7. *pag.* 671.) factos ab Imperatore cives, non ideò muneribus istis adhiberi, quod non sint capaces, verùm quòd capitulationes, quæcunque aliàs subsit ratio, eos adhiberi vetent.

Nidrigen Stands noch Wesens.

Pierre de Brosche, le pauvre barbier, ou chirurgien, qu' il avoit esté au temps du Roy *S. Louys, est parvenu à l' estat de Grand Chambellan de France*: (Charron. *en l' histoire universelle chap.* 134. *pag.* 1000.) *On blasme Louys XI. d' avoir conuié ses plus importantes affaires à son barbier; Olivier le Dain estoit un excellent raseur, mais un mavais politique*: (Le Sieur de Ceriziers, *és reflexions sur la vie des* Roys *de France pag.* 219.) add. *annot. mea ad Capitul. Caroli V. artic.* 13. *verb.* nicht nidern Stands noch Wesens/ *p.* 205.

Namhaffte.

In d. art. xv. post namhafte/ additum, redliche Leuthe / quæ verba hîc omittuntur, additurque, hohe Personen/ und mehrentheils von Reichsfürsten. In d. art. xv. tantùm habetur Fürsten / & post Comites ac Barones exprimuntur von Adel und sonst tapffern guten Herkommens/ quæ verba hîc omittuntur.

In Bestellung aber Unserer Reichs- Hoffrahts- Cantzley.

Nova additio, usque ad finem articuli.

AD ARTICULUM XLII.

De hoc dispositum in Ferdinandi III. Capitulat. art. xvi. verba autem, alsdann mögen Wir/ und die Unserigen/ Uns derselben daselbst auch behelffen/ hîc omittuntur.

AD ARTICULUM XLIII.

Convenit, ratione materiæ, hic articulus cum articulo xliv. Capitul. Ferdinandi III. verbis autem discrepat, dum hîc nonnullæ adjiciuntur, nonnullæ omittuntur.

Nach Inhalt des mehrbesagten 2c.

Nova additio.

Und vorschreiben.

Nova additio.

In Teutschland.

Nova additio.

Es seye dann durch den ordentlichen Weg.

Nova additio.

In offt bemeldtem Friedenschluß.

Instrum. Pacis *art.* 5. §. 20. *vers. quoad processum.*

Die

Die am Kaiserl. Cammergericht ꝛc.

Novæ additiones, usque ad finem articuli.

Nicht avociret.

Videatur Gailius (*lib.1.observ.pract. 41.n.3.*) Speidelius (*in notab.jurid.histor. &c. lit. A. n.2. pag.* 4.)

AD ARTICULUM XLIV.

Auch nicht gestatten ꝛc.

Nova additio usque ad finem articuli.

AD ARTICULUM XLV.

Auch andern.

Nova additio, quæ in Ferdinandi III. Capitulatione artic. XLVII. non habetur.

Niemand aber von denen neu erhöheten Fürsten/ ꝛc.

(Nova additio.)

1. *Status Imperij esse, qui Cæsaris & communi Imperij Procerum consensu in matriculam Imperij recepti sunt, communis est opinio.*
2. *Sinoldus verò, de necessitate consensus eorum, qui jam Status sunt, dubitat.*
3. 4. *Eiusdem ratio dubitandi (1.) cùm Imperator solus primos Status fecerit. (2.) cùm Statibus de novo factis solus in Comitiis de sessione prospiciat. (3.) cùm sessio in Comitiis potissima pars sit juris Statuum. (4) cùm solus Imperator Principes Imperij faciat, regalesque dignitates conferat.*

5. 6. 7. 8. *Autoris responsio.*

9. *Pro communi opinione textus valdè perspicuus.*
10. *Electores quoque suo assensu cæteris Statibus præjudicare nolunt.*
11. *Dignitatem Status ambientem bonis, non solum ad sustentationem; sed & ad splendorem sufficienter instructũ esse oportet.*
12. *Egregia pars bonorum illorum in Imperio ab illo immediatè dependentium sita esse debet.*
13. *Bona ad examen revocantur, & ex illis urgente necessitate, ad præstandum subventionis nomine Imperio aliquid certi determinatur.*
14. *Nomen novi Status immatriculatur, & annotatur summa oneris.*
15. *Denique fit illius introductio & assignatio sessionis votique.*
16. *Introductio novi Status varia esse potest.*
17. *Quis introducatur?*
18. *A quo introductio peragatur?*
19. *Interdum quoque mentio fit reversaliũ.*
20. *Gratulationes, quas gratiarum actiones sequuntur, interveniunt.*
21. *Clausula benè notanda de casu dispensationis, si ad sessionem & votum bona immediata in Imperio nondum possidentem, admittere placet.*
22. *Principum numerus valde auctus.*
23. *De multitudine novorum Statuum Bavari sententia.*

STatus Imperii vocamus eos, inquit Gailius, (*lib.* 1. *observat.* 21. *n.* 2.) qui, 1.
Cæsaris, & communi Procerum Imperii consensu, in album, sive matriculam Imperii recipiuntur. Atque hæc hactenus communis fuit opinio. Unicus verò Justus Sinoldus (*de Statu rei Romanæ disput.* 6. *th.*2. *lit.c.*) dubitari hîc 2.

non sine ratione posse de necessitate consensus eorum , qui jam Status sunt,
3. scripsit. Cùm enim Imperator solus primos Status fecerit, hodieque Statibus de novo factis, solus de sessione in Comitiis , quæ potissima pars Juris Statuum, prospiciat, (*juxta* §. Nach dem auch. R. A. *de anno* 1570.) So-
4. lus quoque Principes Imperii faciat Regalesque dignitates conferat; ipsius quoque solius voluntatem, autoritatem in Statu faciendo etiamnum sufficere
5. videri. Verùm hæc tanti momenti apud me non sunt, ut mereantur attendi. Præsupponit, Imperatorem solum primos fecisse Status, rectius autem, meliusque factum, si Imperatorem illum, tempusque, quo primi Status in Imperio ab illo facti, & quomodo, ac an non conventione mutuâ, & adjectâ conditione, ut deinceps non nisi his consentientibus novi collegæ illis adjungerentur, expressisset. Quamquam etiam, si omnia tunc solo Cæsaris arbitrio peracta fuissent, malè idem hodie fieri debere inferretur; quoniam Cæsarum potestas hodierna alia est, quam olim fuit, (*vide huius Capitulat. articul.* 19.) Planè, ut hîc vulgatum illud, quod mutatum non est, cur stare prohibeatur, inverti dicique debeat, quod mutatum est, cur stare dicatur. Res à more & observantia hodierna, non antiqua, si unquam ulla in contrarium fuit, depen-
6. det. Imperatorem hodie Statibus de novo factis solùm de sessione in Comitiis prospicere, allegatus §. Nach dem. R. A. zu Speyer. de anno 1570. p. 623. non videtur probare, uti nec praxis ipsa. Posito tamen, & dicto Recessu, & hodiernâ praxi, illud, quod Sinold. placet, confirmari, attamē cū diversi actus sint, Statum facere, & sessionem, seu locum certum & peculiarem illi, qui Status factus est, quem in conventibus tenere debeat, assignare, fieri poterit , ut in uno Imperatoris potestas sit liberior, quàm in altero, ac præsertim eo in actu, qui minor est. Certè quando Status consentiunt, ut Titium Collegam & publicæ societatis consortem habeant, consentiunt eo ipso quoque, ut Titius inter illos sessionem & votum habeat, quo loco autem sedere debeat, & sententiam dicere, si opus, deliberant; in quo si convenire nequeant; mirum
7. non est, si ad Imperatorem res controversa referatur. Porrò , sessionem in Comitiis regulariter potissimam partem esse juris Statuum , lubens agnosco, si cum voti dicendi jure conjuncta sit, ut esse debet: quòd si verò separatim considerentur, non sessio, sed votum prævalet. Hoc benè nôrunt illi, certas ob causas in Comitiorum conventibus & sessionibus non comparent, vota tamen sua ab alterius cujusdam Status legato proponi curant, cum præfa-
8. tione, suo ordine & loco. Imperatorem solum Principes Imperii facere , regalesque dignitates conferre, si Principem Imperii pro alio, quàm Statu accipimus, verum est: sed inferre; ergò Imperatorem etiam solum Statum Imperii facere posse; est à separatis argumentari, & à minori ad majus inferre,
9. quod regulæ non admittunt. Denique quid multis pro communi opinione

opus,

opus, cùm clarissimus eam protegat textus in R. A. zu Regenspurg de Anno
1641. circa finem. §. Und demnach Wir die Hochgeborne Unsere und des
Reichs Fürsten und Liebe Getrewe/Eitel/Friderich von Hohenzollern/Johann
Antoni/ Hertzog zu Crumau/ und Fürsten zu Eggenberg; und Wentzeln/Für-
sten und Regierern des Hauses Lobkowitz/ zur Session und Stimm im Reichs-
Fürsten-raht admittirt und zugelassen/ Churfürsten und Stände auch in
diese Unsere admission gewilliget. Præter hujus Capit. art. 45. adde & R. A.
zu Regenspurg de anno 1654. §. Uber dieses haben Wir. ibi: ohne der Churfür-
sten und Stände Vorwissen und Consens keiner zur Session und Stimm im
Fürsten-raht zugelassen werden. Atque hîc Cæsarem, Electores, cæterosq;
Status concurrere, extra dubium est. Ac Electores quidem necquicquam 10.
suo assensu cæteris Statibus præjudicare velle, testantur ipsi, in confirmatio-
ne diplomatis Eggenbergiani, (*quam exhibui tom. 4. Iur. publ. lib. 5. post c. 7.
pag. 861.*) ibi: Fürs andere/ will ein Hochlöbl. Collegium seine Verwilligung
anderer gestalt/ und weiter nicht darzu gegeben haben/ als es bey demselben ste-
het/ den sämptlichen Fürsten des Reichs aber / als welche dieses Werck vor-
nehmlich angehet/ ohne Nachtheil; bey welchen es auch Ihre Lbd. und Fürstl.
Gn. hiernächst auff einer Reichs-Versamlung zu suchen/und also das Werck
zum rechten Stand zu bringen/ wissen werden. Ut autem ille, qui dignita- 11.
tem Status ambit, consequatur, quod intendit, & votum ac sessionem in Co-
mitiis obtineat, requiritur, ut si, exempli gratia, in classem Principum reci-
pi desiderat, principali dignitate præfulgeat, & tantis instructus bonis sit,
quantis opus habet Princeps, non modò ad sustentationem, sed etiam ad
splendorem. Porrò, ex bonis illis egregia aliqua pars in Imperio sita esse de- 12.
bet, & ab illo immediatè dependere. Unde si talia non habeat, Candidatus
jubetur de illis sibi maturè prospicere, & prius non introducitur, nec admit-
titur ad sessionem & votum, nisi specialissima id fiat ex gratia. Bonis illis 13.
ad examen revocatis, potissimum in Circulo, in quo sita, ac cui incorporan-
da sunt, certum quid determinatur, (es wird ein Anschlag gemacht) quod au-
xilii & subventionis nomine Imperio inde præstari, vel solvi debeat, quoties
id necessitas efflagitaverit, vel utilitatis causa id fieri debere, Statibus visum.
Deinde nomen novi Status refertur in Matriculam, & annotatur summa one- 14.
ris: Introducitur quoque novus ille Status in Collegium Statuum, & sic ei 15.
assignatur sessio & votum, *Introductio* illa varia esse potest; *Solennissima*, 16.
nempe si in pleno consessu omnium Statuum fiat; *Solennis*, si tantùm fiat in
consessu Principum. Introducitur vel ipse, qui dignitate Statûs mactatur, vel 17.
ejus mandatarius aut legatus. Peragitur autē vel à Commissario ab Impera- 18.
tore ex Principum classe ad hoc delecto, interveniente tamen Mareschallo
Papenheimio, vel ab hoc solo. Novi etiam aliquando reversalium mentio- 19.

Qqqqq 2 nem

20. nem factam. Interveniunt gratulationes, has sequuntur gratiarum actiones.
21. De casu dispensationis, quando scilic. ad sessionem & votum admittere placet illum, qui nondum bona immediata in Imperio possidet, &c. notari maximè debet clausula illa, quam legimus in d. R. A. *de anno* 1654 §. Vber dieses haben Wir/ daß die jenige/ welche ohne vorgehende Vollziehung der schuldigen Præstationen/ und insonderheit der im Reich ohnmittelbahren Begüterung/ wegen dero vortrefflichen meriten dißmahl/ jedoch nach befag derselben zum Chur-Maintzischen Reichs-Directorio abgegebener schrifftlicher Erclärung/ admittirt und eingeführet worden/ von niemand/ wer der auch seye/ über kurtz oder lang/ pro exemplo, oder præjudicio nicht annoch zu einiger consequenz gezogen/ und das beneficium sessionis & voti auff dero Erben und Successorn nicht extendirt werden solle/ sie haben sich dann vorher mit ohnmittelbahren Fürsten-mässigen Gütern versehen/ und solle forthin ohne vorgehende real-Erfüllung aller nohtwendigen und bestimten Requisiten/ und insonderheit erstgedachter Begüterung/ und ohne der Churfürsten und Stände Vorwissen und Consens, keiner zur Session und Stimme im Fürsten-Raht zugelassen werden. Atque hæc omnia ex actis Comitiorum Ratisbonensium anno MDCXLI. & MDCLIV. celebratorum, cognosci possunt, præsertim
22. quod Principum classem attinet, quorum numerus hîc maximè & ita auctus fuit, ut vix ullorum Comitiorum antiquorum memoria simile suppeditare
23. possit. Quid autem tunc Bavaro de multitudine novorum illorum Statuum visum, ejus legatus in 132. gehaltenem Fürsten-raht 6. Septembr. hisce expressit: Es wolten itzo dergleichen Sachen gar zu gemein werden / und da man vorhero in 80. Jahren retrò, mehr nicht/ als eine Session und Votum im Fürsten-raht (credo innuere Arnberg) einkommen lassen/ solte anitzo gleich auff einem Reichstag deren zwo eingeführt werden/ so vor diesem nie erhört/ und hätten die alten Chur- und Fürstl. Häuser sich hie bey wohl vorzusehen. Et iterum: Bey dem 141. Fürsten-Raht 25. Septemb. Man hätte wegen der darzwischen kommenden Protestation des Fürsten von Salm billiche Vrsach/ umb soviel behutsamer zu gehen: dann es das Ansehen gewinnen wolte/ es möchten der newen Fürsten bald soviel auffkommen / als kaum der alten de præsenti seyn.

AD ARTICULUM XLVII.

Keiner Regierung/ oder Administration im Heiligen Römischen Reich weiter ꝛc.

1. *Stamlerus negat, Imperatorem tantùm esse administratorem Imperij.*
2. *Administrationem Imperatoris esse essentialem, non accidentalem dicit.*
3. *In Imperij Capitulationibus à tempore Caroli V. factis, verbum administrationis non repeti.*
4. *Defendit Witzendorffium contra Autorem.*
5. *Dilemma contra Autorem ponit.*

6. Nullam

6. *Nullam esse responsionem Autoris statuentis, Imperatorem administrare alieno nomine respectu maiestatis realis, & suo respectu Statuum singulorum, asserit.*
7. *Naturam veræ maiestatis esse à nullo alterius arbitrio dependere.*
8. *Autor negat administrationis verbum in Capitul. a tempore Caroli V. factis non reperiri, idque multis exemplis liquidè facit.*
9. *Nec Maiestati Imperatoris id dedecorosum est.*
10. *Otto II. & Ludovicus Procuratores Imperij nominati.*
11. *Carolus M. Tutor Imperij.*
12. *Witzendorffii causa admirationis imaginaria.*
13. *Cæsaris authoritati non tribuenda est exigua dignitas.*
14. *Officium Imperatoris non confundendũ cum dignitate & potestate ei adhærentibus.*
15. *Definitio officij Imperatoris.*
16. *Dignitas & potestas cohærent muneri Imperatoris.*
18. *Distinctio, inter administrationem essentialem & accidentalem, qualis?*
19. *Omnis administratio est accidentalis.*
20. *Quæ à Stamlero nominetur essentialis?*
21. *Ambiguitas iuris proprij.*
22. *Regimenta Imperii Imperatori non conferuntur abdicativè.*
23. *Imperator, cur propriè Dominus Imperii dici non possit?*
24. *Est Dominus supremus in Imperio, non Imperii.*
25. *Verba,* Unserer Reiche des Röm. etc. *quomodo intelligenda?*
26. *Num verba,* Unser gnädigster Herr/ *quæ in Recess. Imperii leguntur ad universos Imperii Ordines referenda sint?*
27. *Officium Imperatoris consistit in administratione Imperii.*
28. *Quid Imperator sit respectu officii, & respectu dignitatis & potestatis?*
29. *Autor ab adversario iniuriosè habetur ob recensionem saltem verborum, quæ tamen neq; probavit, neque improbavit.*
30. *In Imperio nostro vel una vel plures esse possunt maiestates.*
31. *Quicunque Reges tali modo, ut Imperator in Imperio, imperandi potestatem accipiunt, illi omnes alieno administrant nomine Regna, quibus præpositi.*
32. *Huius rei declaratio sumitur exemplum de Gubernatore navis.*

STamlerus (*dict. tr. §.25. pag. 96. & seqq.*) scribit; Quantum fundamento 1.
Limnæi sit tribuendum robur, quòd Imperatorem tantummodò Administratorem Imperii, adducto in eam rem *Recess. de anno 1559. ibi:* Und Uns mit der Bürde der Administration und Verwaltung des Heiligen Reichs / esse velit, ex subsequentibus statim verbis, und anhängender Dignität / Hoheit / Regierung / Titul / Scepter und Cron des Römischen Kaiserthumbs / im Namen des Allmächtigen beladen; unicuique constare potest, administrationem 2.
illam non accidentalem, sed essentialem esse, quæque nimirum profluit ex suprema illa, jura majestatis exercendi potestate, & non alieno, sed proprio exercetur nomine, monente hoc jam olim Reinking. (*lib. 1. d. 2. n. 190.*) ceu etiam in Imperatorum capitulationibus, quæ hactenus à tempore Caroli V. publi- 3.
ci juris factæ, verbum illud administrationis non repetitur, sed loco ejus simpliciter posita, Als Wir durch die ordentliche Wahl etc. zu der Ehr und Würde des Römisch. Königlichen Namens / und Gewalts erhöhet und gesetzt seyn/ ut

4. ut proinde ſat cauſæ habuerit Dn. Witzendorfius (*in Diſcurſ. de Stat. & adminiſtrat. Imper. Rom. hodiern. concluſ. 5. in fin.*) hanc Limnæi objectionem ſine admiratione non legendi, & cur tam exiguam ſummæ Cæſaris autoritati tribuat dignitatem. Infeliciter enim ipſum hac in parte à Dn. Limnæo (*in apolog. ſect. 8. num. 49. & ſeq.*) refutatum eſſe, lectio docere poterit. Neque enim illa ſufficit reſponſio, quòd cùm in præcedentibus, ex Imperii Receſſibus, aliisque conſtitutionibus retulerit, Imperatoris poteſtatem in quàm plurimis limitatam, nec abſolutam, deinde adjecerit, eum tantùm Imperii adminiſtratorem eſſe, eo ipſo ſe innuere voluiſſe, Imperii Dominum non eſſe, ſed tan-
5. tùm adminiſtratorem; idem enim ſenſus exinde reſultat. Aut enim intelligit adminiſtrationem eſſentialem, aut accidentalem; tertium enim non datur. Si eſſentialem, id eſt, quæ jure proprio, & quia regimenta in eum Imperii Romani tranſlata, exercetur, intelligit, nulla certè apparet ratio, quare non Dominus quoq; vocari poſſet Imperii Imperator, in ſenſu nimirum non deſpotici, ſed civilis Dominii, quale competit Regi propriè ſic dicto, & quod contra diſtinguitur Politicis, Dominatui & Tyrannidi. Quid, quod illud ipſum Imperium Romanum Imperatoris eſſe dicatur, uti ſupra ex fin. RR. & capitulationum contra Hippolithum à Lapide probatum dedimus, & quod ipſi etiam univerſi Ordines, qui utique materialiter Imperium Romanum, hoc eſt, ſubjectum Monarchiæ Romanæ paſſivum conſtituunt, Imperatorem Dominum ſuum Clementiſſimum appellare ſoleant: (R.A. zu Augſpurg. *d. anno 1525. in pr. ibi*: Unſer Allergnädigſter Herr.) Quòd ſi verò intelligit accidentalem, id eſt, quæ alieno, uti ante dictum, nomine exercetur, confiteri neceſſe habebit, eum nudum ſaltem Imperii adminiſtratorem eſſe, quod tamen ipſe ibidem non concedit, & proinde caveat, ne eandem, quàm hoc ſta-
6. tuentibus, pœnam ibi infligendam dictitat, jure talionis ipſe incurrat. Nulla per conſequens etiam eſt elabendi occaſio, quando putat, optimè dici Imperatorem adminiſtrare alieno nomine, reſpectu majeſtatis realis, ſed ſuo, reſpectu Statuum ſingulorum; verè enim huc illud quadrat, dato uno abſurdo, neceſſariò ſequitur & alterum. Aut enim iterum intelligi hìc vult majeſtatem realem, oppoſitivè ad perſonalem, aut unam illam majeſtatem, quæ ſecundum definitionem majeſtatis etiam unica in Republica eſſe poteſt, & non ineptè realem eam dicere poſſet, hactenus quatenus majeſtati realiter Jura illa ſummi Imperii inhærent: De prioris membri falſitate ex ſuperioribus conſtat, dum diximus, inſubtiliter admodum ita diſtingui majeſtatem; & poſito etiam ita diſtingui poſſe, exinde tamen nulla ratio apparet, quare magis eo reſpectu Imperator noſter alieno nomine, quàm alii Reges, qui certè etiam à populo, vel, quod idem erit Limnæo, majeſtate reali omnem imperandi po-
7. teſtatem conſequuntur. Quod ſi unicam illam, & verè cujuslibet Reipublicæ intelligat,

intelligat, planè excusari non potest, quippe cujus natura, & proprietas est, ex se ipsa agendi facultate, nullo exterius adveniente beneficio, dependere: (*Bornit. de fund. stat. Reipublic. cap. 4. Dn. Grasvvinckel. de jur. majestat. cap. 4.*) Hucusque Stamler, cujus fulgura ex pelvi me non terrent. Persisto itaque adhuc docere, Imperatorem esse administratorem Imperii, non verò Dominum proprietarium. Oppositis autem Resp. 1. A veritate alienissimum est, 8.
verbum administrationis in capitulationibus, à tempore Caroli V. publici juris factis, non reperiri. Reperitur enim reiteratio in procemio capitulationis Ferdinandi I. *ibi:* das Heilige Reich/ zu regieren/ verwalten und administriren; ac iterum, des Kaiserthums Administration und Regierung. Reperitur etiam in Capitulatione Maximiliani II. artic. XV. *ibi:* Wir sollen und wollen auch Uns keiner Regierung noch Administration im Reich weiters unterziehen. In Capitulatione Rudolphi II. art. XXXII. in Capitul. Ferdin. III. art. XLIX. & in præsente hujus Capitul. art. XLVII. Quod si distinguere fortassis velit adversarius, inter capitulationes Imperatoris, & inter Capitulationes Regum Romanorum, quales sunt Maximiliani II. Rudolphi II. ac Ferdinandorum III. & IV. id quidem per me illi licebit, debebit tamen perpendere, vocabulum administrationis vile non esse, sed de Imperatore ac Regibus Romanorum usurpari, idq; non solùm in Capitulationibus, verùm etiam in Recessibus & actis Imperii inveniri. Maximilianus I. (in der Ordnung zu Unterrichtung der offenen Notarien/ *ann.* 1512. zu Cölln auffgerichtet. *In pr. in eodem Recess. pag.* 95.) inquit, in Anfang Unserer Regierung/ und angenommener Administration des Heiligen Reichs. Ferdinandus I. (*in pr.* des R. A. zu Augspurg/ *anno* 1559. *in codice Recess. p.* 519.) ait, Er habe sich mit der Bürde der Administration und Verwaltung des Heil. Reichs beladen/ & (in R. A. zu Worms *anno* 1564. *pag.* 546. *in pr.*) so bald Er zu der Verwaltung des Römischen Kaiserthumbs kommen. Maximilianus II. (in R. A. zu Augspurg *anno* 1566. *in pr. pag.* 553.) dicit, er habe sich der Administration, und Regierung des erledigten Römischen Kaiserthumbs/ unterfangen. Hocque ut olim in usu fuit (vide Herodianum *in Histor. sui temporis lib.* 8. *pag* 619. *edit. Gruteri.*) ubi Maximinus ad milites ait, non unius tantum hominis peculiaris possessio principatus est, sed communis antiquitus totius Romani populi, siquidem in illa urbe sita est Imperii fortuna; nobis autem dispensatio tantùm, atque administratio Principatus, unà vobiscum demandata est. Adde ex Germanis Rudolphi Episcopi literas, quarum mentionem facit Meibomius (*in not. ad lib.* 1. *Witichindi pag.* 44.) quæ ita clauduntur; Acta sunt hæc Halberstadii &c. administrante Romanum Imperium Conrado III. &c.)
Sic etiam nondum esse desiit; idque majestati Imperatoris dedecorosum non 9.
est, ut nec illud, quando Diethmarus (*Chron. lib.* 3. *in pr. p.* 27. *edit. Reineccianæ*)

Othonem

10. Othonem II. Imperatorem nominat procuratorem Imperii; nec hoc dum Ludovicus, anno 1319. in literis investituræ Friderico Burggravio Norimbergensi datis, se dicit einen Reichspfleger/ hisce verbis; daß er nicht alleine zu des Reichs Pflege erwählet sey/ daß er das pflegen/sondern daß er es auch meh-
11. ren solle an Ehren und an Gut; aut Carolus Magnus nominatur tutor Imperii, (vide testamentum, quod Pithæus edidit, & annalibus suis ad annum 806. inseruit, & Bullam Johannis XXII. Papæ, apud Goldast. *in Stat. & rescript. Impp. p.* 98.) des Reichs Fürmund (in fœdere Caroli IV. cum Burggraviis No-
12. rimberg. anno 1535. inito &c.) Resp. 2. Nullam proinde causam, nisi imaginariam habuit Witzendorfius, cum admiratione legendi, id Imperatori, vel Regi Roman. à me attributum, quod illi capitulationes atque Recessus Im-
13. perii disertis verbis adscribunt. 3. Putavit adversarius, me summæ Cæsaris
14. autoritati perquàm exiguam tribuere dignitatem; at confudit munus, &
15. officium Imperatoris, cum dignitate & potestate, quæ muneri adhæret. Officium Imperatoris, das Kaiserliche Ampt/ (ut appellatur in R. A. zu Regenspurg/ *anno* 1532. *in pr. p.* 728. R. A. zu Nürnberg *anno* 1542. *pag.* 284. §. Und wiewol. R. A. zu Augspurg *anno* 1555. *pag.* 406. §. Und so abermahls / *& infinitis in actis Imperii*) est administrare, vel regere (hæc enim sæpius in dictis actis conjunguntur, ut & in Capitulationibus Impp. paulò superius à nobis
16. allegatis) Imperium. Huic autem muneri cohærent dignitas & potestas. De officio hoc dixi *lib.* 1. *de Iure publ. c.* 10. *n.* 36.) de dignitate autem & po-
17. testate *lib.* 2. *c.* 6. *&* 7. *ac c.* 9. Adhæc si animum advertisset Sciolus ille, admiratione supersedere omninò potuisset & debuisset etiam, modò non lividis oculis inspexisset, quod *d. n.* 36. quem oppugnat, verba illa: ex d. R. A. *de anno* 1559. *in pr.* desumpta, Und Uns mit der Bürde der Administration und Verwaltung des Heiligen Reichs/ auch anhangender Dignität/ Hoheit/ Regierung/ Titul/ Scepter und Cron/ des Römischen Kaiserthumbs/ im Na-
18. men des Allmächtigen beladen. 4. Distinctio inter administrationem essen-
19. tialem, & accidentalem, magis est cerebrina quàm legalis. Omnis enim administratio est accidentalis, tàm ratione rei, quam administramus, quàm per-
20. sonæ, quæ administrat. 5. Essentialem nominat eam, quam jure proprio ex-
21. erceat Imperator, quia regimenta Imperii Romani translata in eum sint. Ut hîc removeatur ambiguitas, expendendum venit, quomodo intelligi debeat
22. illud jus proprium. Quando Imperatori conferuntur regimenta Imperii, ea illi non conferuntur abdicativè, ut ejus propria fiant, sed ita, ut ea administrare debeat virtute sacri Imperii, (*ut habet Aurea Bulla Caroli IV. c.* 2. §. 5.) nec suo pro arbitrio, sed secundùm normam capitulationis; unde, reverà, administratio ei non ut Domino (qui suæ rei moderator & arbiter) Imperii,
23. sed ut ad eam electo competit. 6. Imperator propriè dici non potest Dominus

Imperii,

Imperii, quoniam Imperium non est ejus res propria, vel patrimonialis; potest autem dici, quoad providentiam Domini loco haberi, (*ut de tutore affirmat JCtus in l.27. ff. de admin. & peric. tut.. & l.56. §.4. ff. de furt.*) & appellari Dominus honoris, ac reverentiæ causa, quam illi debent vasalli, & subditi Imperii. Sic nempè est supremus Dominus in Imperio, sed non supremus 24.
Dominus Imperii. Recessuum Imperii, & capitulationum clausulæ, quarum meminit Stamlerus (§.14. *num.6. pag.51.*) Unserer Reichs/des Römischen 25.
im ersten/ 2c. intelligi debent, non de Dominio vero & proprio, sed de gubernatione, ut idem sit, ac si dicatur, anno gubernationis, vel administrationis nostræ Imperii, vel Regni Romani hoc clarè nos docent verba, quæ leguntur in ordinatione Imperii Maximiliani Anno M D X I I. zu Unterrichtung der offenen Notarien/ wie die ihre Aempter üben sollen: §. Darumb so gebieten (*in Cod. Recess. Imper. pag.95.*) also/ daß auff das wenigste ein Begriff des Heiligen Römischen Reichs/ den Nahmen und das Jahr der Regierung eines Römischen Kaisers oder Königs/ so zu derselben Zeit ist/ zu setzen/und in keinen Weg (als bißher von etlichen unbilligen und säumigen geschehen ist) unterlassen werde. 7. Quod Imperii Ordines universi Imperatorem Dominum su- 26.
um Clementissimum appellare soleant, probare intendit adversarius ex Reichs Abschied zu Augspurg *de anno 1525. in pr.* ibi: Unser Allergnädigster Herr: Verùm, verba illa ad universos Imperii Ordines malè refert, cùm sint non universorum, sed aliquot tantùm, qui tum erant Imperatoris Commissarii, und Gewalthaber/ quorum nomina ibi distinctim exprimuntur. 8. Non 27.
distinguit adversarius æquè, ac Witzendorfius, inter officium Imperatoris, quod consistit in administratione Imperii, & dignitatem ac potestatem Imperatoris. Respectu officii est tantùm administrator Imperii, non proprieta- 28.
rius, & rei suæ Dominus, sed rerum universitatis, & sic alienarum; Respectu autem dignitatis & potestatis, quæ administrationi cohæret, est administrator majestate præditus. Et hæc sunt illa, quæ docui *in tom.1. addit. ad Iur. publ. lib.1. cap.10 num.36.* ac, contrarium tenentes, scuticam mereri affirmavi. Hinc impertinenter jure talionis eadem mihi dictari poterit pœna, qui ejusdem non sum opinionis, quæ pœnam meretur. Caveat sibi Stamlerus, ne pœnam incurrat, mihi jam dudum satis cautum esse arbitror. 9. Injuriosè me habet 29.
adversarius, & impudenter agit, quando scribit, me putare, optimè dici, Imperatorem administrare alieno nomine, respectu majestatis realis, sed suo, respectu Statuum singulorum. Verba mea, quæ leguntur *in d. addit ad Iur. publ. lib.1. cap.10. num.37.* hæc sunt: Audivi aliquando distinctione conciliantem has opiniones, Imperatorem administrare nomine alieno, respectu majestatis realis; suo autem, respectu Statuum singulorum. Recensui solum, quid audiverim, non probavi, nec improbavi dicta. 10. In Imperio nostro vel una, 30.

vel plures simul esse possunt majestates. Una sola, quæ realis & perpetua, tunc existit, quando Imperium vacat, & caret summo capite; plures tunc vigent, quando illud habet Imperatorem, vel Regem Romanorum, vel utrumq;: quo de egi supra (*in annotam. ad Capitul. Rudolphi II Imper. artic. 32. verb.* von Kaiserl. Majestät/ *p.526.*) quorsum me nunc refero, & adversarium remitto.

31. II. Quicunque Reges à majestate reali, eodem modo, mediis, & conditionibus, imperandi potestatem accipiunt, uti Imperator in Imperio, omnes illi, Regna, quibus præpositi, alieno administrant nomine; huc pertinent, quæ de proprietate nominis scripsi, (*de Iure public. d. lib. 1. c. 10. n. 37. ac in Tom. 2. ad-*
32. *dit. ad d. n. 37.*) Exempli loco nobis esse potest Rector, vel Gubernator navis, ille, si navem habeat propriam, quam regit, Rector & Gubernator est rei propriæ, at si navis ipsius propria non sit, sed aliena, cujus gubernatio illi commissa, eam regit alieno jure, & nomine.

Kaiserlicher Majestät.

1. *Vox maiestatis, quid significet?*	9. 10. *Exempla imminutionis.*
2. *Non semper de summa potestate sumitur.*	11. 12. *Maiestatis* von *significat & dignitatem.*
3. *Maiestas augeri & minui posse, variisq; attribui ex antiquis Autoribus classicis patet.*	13. 14. 15. 16. 17. *Pro varietate significatus variis quoque attribuitur maiestas.*
4. 5. 6. 7. 8. *De auctionis maiestate exempla.*	

1. Quid vox majestatis significet, nempe, egregiam potestatem, reverentiam & honorem excellentem, autoritatem & dignitatem eximiam, & quod
2. non semper de summa potestate, reverentiâ, &c. apud classicos antiquos rei Rom. scriptores accipiatur, dixi supra (*in annotam. ad Capitulat. Rudolphi II. artic. 32. verb.* von Kaiserlicher Majestät. *pag. 526. & seq.*) cui nunc, in uberius
3. testimonium, addo sequentia autorum loca, ex quibus patet, majestatem au-
4. geri, & minui posse, variisque hinc inde attributam legi. Auctionis meminit Florus (*lib. 1. epit. rer. Roman. n. 5. p. 3. edit. Gruteri histor. August. script. lat. minor.*) Tarquinius priscus Senatus majestatem numero ampliavit, & centu-
5. riis tribus auxit. Et iterum Florus (*d. lib. 1. n 9. pag. 5.*) Valerius Publicola ex summo studio annixus est ad augendam liberi populi majestatem; nam & fasces ei pro concione submisit, & jus provocationis adversus ipsos (Consules puta) dedit: &, ne specie arcis offenderet, eminentes ædes suas in plana
6. submisit. Suetonius (*lib 2. de Cæsar. n. 29. p 127. edit. Grut.*) ait: Octavianus Augustus, urbem neque pro majestate Imperii ornatam, & inundationibus incendiisque obnoxiam, excoluit adeò, ut jure sit gloriatus, marmoream se
7. relinquere, quam lateritiam accepisset. Et (*lib. 3. n. 15. p. 149.*) de Tiberio verba faciens, inquit, nihil ex eo tempore prætermissum est, ad majestatem
8. ejus augendam, ac (*lib. 8. n. 7. p. 220.*) de Flavio Vespasiano, autoritas, & quasi

majestas

majeſtas quædam, ut ſc. inopinato, & adhuc novo Principi deerat; hæc quoq; acceſſit. Ad imminutionem refero, quod Suetonius (*d. lib.* 2. *n.* 37. *pag.* 129.) 9.
de Octavio; Exegit, ut quoties Conſulatus ſibi daretur, binos pro ſingulis collegas haberet; nec obtinuit, reclamantibus cunctis, ſatis majeſtatem ejus imminui, quod honorem eum non ſolus, ſed cum altero gereret. ac Florus (*lib.* 3. *n.* 17. *pag.* 31.) Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilii debilitatus, 10.
omne decus majeſtatis amiſerat. Porrò majeſtatem dignitatem ſignificare, 11.
ſatis patet ex Trebellio Pollione *de duobus Galienis* (apud Gruter. *d. tr. pag.* 392. *n.* 14.) quando ait: Conſtat de genere, (Galieni) non ſatis tamen conſtat de dignitate, vel, ut cœperunt alii loqui, de majeſtate. Tiberius ſpeciem liber- 12.
tatis quandam induxit conſervatis Senatui ac magiſtratibus, & majeſtate priſtinâ, & poteſtate, ita Suetonius (*in Tiberio pag* 152. *num.* 30. *edit. Grut.*) Pro 13.
varietate itaque ſignificatus, mirum non eſt, ſi variis attribuatur Majeſtas. Tiberius vicina urbi oracula disjicere conatus eſt, ſed majeſtate Prænestina- 14.
rum ſortium territus, deſtitit, cum obſignatas, devectasque Romam, non reperiſſet in arca, niſi relatas rurſus ad templum: Suetonius (*d. l. p.* 159. 63.) Æno- 15.
barborum familia autorem originis, itemq; cognominis habet L. Domitium, cui, rure quondam revertenti, juvenes gemini, auguſtiore formâ, ex occurſu imperâſſe traduntur, nunciaret Senatui, ac populo, victoriam, de qua incertum adhuc erat: atque, in fidem majeſtatis, adeò permulſiſſe malas, ut è nigro rutilum, ærique aſſimilem capillum redderent. Quod inſigne manſit & in poſteris ejus, ac magna pars rutila barba fuerunt: Sueton. (*in vita Neronis pag.* 189. *n.* 1.) Valentinianus Imperator, in oratione, quam ad milites ha- 16.
buiſſe annotavit Ammianus, Marcellinus (*lib.* 27. *rer. geſtar. p.* 626. *num.* 13. *d. edit. Grut.*) exercitui majeſtatem adſcribit. Gratianum hunc meum adul- 17.
tum, ait, in Auguſtum ſumere commilitium paro, ſi propitia cœleſtis numinis, veſtræque maieſtatis voluntas amorem juverit paternum.

AD ARTICULUM XLVIII.

Wie auch Unſer Kaiſerl. Cammergericht zu Speyer.

Nova additio.

Ampts.

Nova additio.

AD ARTICULUM XLIX.

Für ſie / und im Nahmen des H. Röm. Reichs.

Nova additio.

1. *Num hæc Capitulatio Ferdinandi IV. ſit perpetua?*
2. *Reſponſio.*
3. *Contrarium demonſtratur ex Receſſ. Imp.*
4. *Stamleri inſtantia.*
5. 6. 7. *Autoris refutatio.*
8. *Stamleri fruſtranea huius quæſtionis probatio.*

1. STamlerus (*§.17. n.16. pag.67. §.18. n.1. ac §.ult. n.1. pag.329.*) Ferdinandi IV.
capitulationem vocat perpetuam capitulationem in posterum servandam:
sed hallucinatur haud leviter, quoniam de perpetua illa, seu (ut habet *Instru-*
2. *mentum Pacis Osnabrug. art.8. §. Gaudeant.*) de certa constantique Cæsarea ca-
pitulatione nondum inter Electores, & Status, eo tempore, quo Ferdinando
præscribebatur, convenerat, & nec nunc quoque, quando hoc scribo, conve-
3. nit. Illud omnibus patet, qui Recessus Imperii Ratisbon. *de anno* 1654. §.
Wann aber bey erstgemeldter/ verba illa considerant; darunter auch die Wahl-
capitulation, nach Inhalt des Instrumenti Pacis, in obgemeldten dreyen
Reichs-Rähten alsobald für die Hand genommen/ berahtschlaget und erörtert
werden/ und gleiche Krafft haben sollen / als wann sie bey diesem Reichstag
4. weren ausgemacht worden. Stamler. (*d.* § 17. *n.*14. *p.*66.) inquit; quæ etiam
procul dubio Statuum Imperii sententia fuit, quando sub Rudolpho II. Ele-
ctoribus de jure præscribendi capitulationem controversiam moverunt, hisce
verbis; Und hat man dafür gehalten/ daß die Electores in tractandis Imperii
negotiis, etwas zu weit lauffen/ und ihre Facultät/ die allein auff die Election
restringirt, viel zu weit extendiren wollen: Londorp. (*tom. 2. actor. publ. lib. 3.*
5. *tract. 2. pag. 639.*) Erroribus hanc relationem Stamleri scatere patescit, quando
cum Londorpii traditis confertur. Refert ille (*d.l.*) literas scriptas à Ph. Rh.
in Habichwicheim / den 25. Maij 1612. quarum hic est tenor: Es finden sich/
wie ich von einem vertrauten Ort hero berichtet werde/ wegen der Ejection und
Exclusion die Fürsten hoch offendirt, von denen jetzunder Baden/ Würtem-
berg/ S. Moritz/ Onoltzbach/ zu Heppenheimb/ an der Bergstrasse beysammen
seyn. Es möchte vielleicht unter andern daselbsten die Güldene Bull exami-
nirt/und diese quæstio movirt werden; Ob die Churfürsten bemächtiget/ incon-
sultis reliquis Imperii Statibus, Cæsari eine newe Capitulation fürzuschreiben/
weil die alte compactata cum consilio Statuum auffgericht/ weniger nicht als
post Auream Bullam auch die exauratio Wenceslai, adplaudentibus istis, wie
die subscriptiones arguiren / vorgenommen worden? Man will apud istos
dafür halten/ Electores in tractandis Imperii negotiis etwas zu weit lauffen/
und ihre Facultät / die allein auff die Election restringirt, viel zu weit extendi-
6. ren wolten/ etc. Hisce in literis Statuum Imperii, indefinitè scilicet, ut
Stamlerus enunciat, non fit mentio, sed definitè, Principum, & ex illis ali-
7. quorum tantùm, quorum exprimuntur nomina. Deinde literæ non affir-
mant, Electoribus de jure præscribendi capitulationem controversiam mo-
tam fuisse, sed fortassis inter Principes, tunc Heppenhemi congregatos, illud
8. thema examen subiturum. Sanè nisi Stamlerus aliunde probet istam quæ-
stionem tunc à Principibus motam, & examini cum Aurea Bulla subjectam,
ac posteà ab illis Principibus Electoribus contradictum fuisse, frustra literis
illis innititur; an verò aliâ probatione instructus sit, valde dubito.

Stát

Stät/ vest und unverbrochentlich zu halten/

1. *Johannis Regis Franciæ de fide à Principe servanda, sententia.*
2. *Stamlerus negat, Imperatorem actionum suarum teneri, rationem reddere Imperio.*
3. *Eiusdem falsa in verba Matthiæ Imperat. hac de re in Comitiis facta interpretatio.*
4. *Autoris Responsio.* 1.
5. *Responsio* 2.
6. *Responsio* 3.

Jean Roy de France disoit, (comme le rapporte Froissart) que quand la foy seroit bannie du monde, que toutes fois elle devoit estre inviolablement gardée en la bouche du Prince, quoy qu'il ne peust estre force de tenir sa parole: Favyn *au theatre d'honneur liv.* 3. *pag.* 573 (Frossardus refert, Johannem Regem Franciæ dixisse: si fides toto mundo expelleretur, eam tamen inviolabiliter custodiendam in ore Principis, licet à nullo cogi possit, ut impleat promissa.) Idem alii attribuunt Francisco I. Franciæ Regi. (*Les recherches des antiquités, & de la grandeur des Roys de France liv.* 1. *disc.* 2. *p.* 48.) Stamlerus (*d. tract. &* §. 15. *num.* 6. *pag.* 56.) negans Imperatorem Imperio, actionum suarum rationem reddere debere, edoceri vult, quâ fundamentali Imperii lege, uti tamen illud fieri debuisset, sublimitas & magna hujus juris sequela postulat, qua in Imperatorem capitulatione eâ de re cautum, aut quibus in diætis Status universi, quibus, juxta aliorum sententiam, majestas competat, Imperatori onus reddendarum rationum imposuerint? Idem (§ 16. *num.* 6. *pag.* 62.) ad Matthiæ Imperatoris verba (quæ in contrarium allegata, *Jur. publ. lib.* 1. *c.* 10. *n.* 49. reperiuntur,) respondet, ita obtinere, quòd quando quis, actionum suarum rectitudini confisus provocat ad aliorum judicium, propterea potestati ipsius cum diminutione sui se subjecisse nequaquam censeri debeat; ita enim ipsum etiam cœli terræque Monarcham Summum Iehovam, Regem Regum, & Dominum Dominantium appellâsse aliquoties in sacro Codice legimus terrarum populos, ut inter se & populum Israëlis sibi sumerent judicium: (*Esaiæ c.* 5. *vers.* 3. *&* 4. *& seq.*) qui verò inde concludere vellet, incomprehensibili Deitati quid decessisse, horrendo sanè, sine dubio læsæ majestatis divinæ, animam mentemque suam, commacularet crimine. Resp. 1. Recta ratio, & jus commune nos docet, quemlibet administratorem rei alienæ rationem administrationis suæ reddere debere, adeò quidem, ut in damnum juris publici ejus remissio fieri nequeat (*l.* 5. §. 7. *ff. de admin. & peric. tutor.*) aut certè non fiat sine periculo. Imperatorem autem administratorem esse rei alienæ, nempè Imperii, supra (*in annot. ad art.* 47. *hujus Capit.*) firmavi; quod præterea vel ex hoc solo etiam cognoscitur, quando Imperator ipse distinguit inter bona sua, & suos subditos, quos hereditario habet jure, & inter bona, & subditos Imperii, quos habet respectu administrationis Imperii. (Handhabung des Landfriedens zu Worms/ *anno* 1495. auffgericht. *in pr. in eod. Recess. pag.* 26.

Marginal numbers: 1. (at "Jean Roy"), 2. (at "Stamlerus"), 3. (at "Imperatoris verba"), 4. (at "Resp. 1.")

Ordnung des Regiments zu Augspurg *anno* 1500. auffgericht. *sub tit.* Verbindung der Königl. Majest. *pag.* 43. Ordnung des Regiments zu Worms / *anno* 1521. auffgericht. §. Nemlich wollen Wir. *pag.* 108. & §. Des zu Urkund. *pag.* 110.)

5. Resp. 2. Multa sunt, ad quæ ex dictamine rectæ rationis, & jure communi, Imperator tenetur, nec tamen disertis verbis in legibus Imperii fundamentalibus exprimuntur. Sic in Capitulatione non habetur disertis verbis, Imperatorem debere reddere rationem actionum suarum, satis tamen veritas ejus enunciati patescit ex obligatione, cujus vi tenetur observare capitula, in quæ juravit: Quando enim unum vel alterum non observat, tenetur omninò, admonitus ab illis, quorum interest, reddere rationem, cur ab illo recesserit, aut fateatur, necesse est, se malè fecisse. Huc pertinent gravamina, quæ quandoque contra Imperatorum actiones fuerunt exhibita, vel à Statibus omnibus, vel ab Electoribus tantùm, Imperii tamen nomine; vel à nonnullis Statibus, qui se gravatos dixerunt, & responsiones Imperatoris ad easdem. (*vide mantissam 3. in annot. ad Capit. Caroli V. pag.* 384. *& mantissam post annot. ad Capit. Ferdinandi II. pag.* 636. *& seq. p.* 639. §. Wann aber/ *ac pag.* 645. *& seqq.*)

6. Resp. 3. Verba Imperatoris Matthiæ adeò clara sunt, ut nebulosam Stamleri interpretationem facilè dissolvant: planè autem impertinentissimè adducit locum Esaiæ *cap.* 5. *vers.* 3. 4. *& seq.* qui, si conferatur cum Imperat. Matthiæ verbis, manifestum fit, eum nihil ad rem facere. De Deo constat, illum nullis legibus constrictum, neminem habere superiorem, ac nulli actionum suarum rationem reddere debere: Imperatorem autem legibus fundamentalibus, capitulatione ac aliis teneri, ac esse sub Imperio, jam alibi probavi; haud mirum ergò, si dicatur, eum actionum suarum, quæ normam legis excesserunt, rationem reddere debere Imperio, coram Statibus, aut cui, certis ut puto casibus, consuetudine id datum olim fuit. (*A. B. c.* 5. §. 5. *ult.*) Casu verò quo nolit reddere, admoneri potest, ut reddat; aut si non possit, ut in posterum exactiùs observet debitum, aut, si excessus sint gravioris momenti, & utilitas publica severam animadversionem requirat, poterit à solio removeri. Matthias ergò memor obligationis suæ, se offert ad redditionem rationum, non verò sponte suâ, & cum conditione, ne id potestati suæ noceat. Reddere rationem paratus est, coram illis, ad quos cognitio rei jure pertinet.

Uns auch darwider einiger Behelff / ꝛc.

Nova additio.

CAPI-

CAPITVLATIO LEOPOLDI.

WJR Leopold von Gottes Gnaden / erwöhlter Römischer König / zu allen Zeiten Mehrer des Reichs / in Germanien / zu Hungarn / Boheim / Dalmatien / Croatien / und Sclavonien ꝛc. König / Ertzherzog zu Oesterreich / Hertzog zu Burgund / zu Braband / zu Steyer / zu Kärndten / zu Crain / zu Lützenburg / zu Würtenberg / Ober- und Nider-Schlesien / Fürst zu Schwaben / Marggraff des Heil. Römischen Reichs / zu Burgaw / zu Mähren / Ober- und Nider-Laußnitz / Gefürster Graff zu Habspurg / zu Tyrol / zu Pfird / zu Kyburg und zu Görtz / Landgraff im Elsaß / Herr auff der Windischen Marck / zu Portenau und zu Salins / ꝛc. Bekennen öffentlich mit diesem Brieffe / und thun kund allermänniglich: Als nach zeitlichem Ableben des jüngst erwöhlten Römischen Königs FERDINANDI IV. und hernacher der Römischen Kaiserl. Majestät Ferdinanden des Dritten / Christseligsten und Glorwürdigsten Andenckens / Wir auß Schickung des Allmächtigen / durch vorgenommene ordentliche Wahl / der Hochwürdig: und Durchläuchtigen / Johann Philippen zu Maintz / Carln Casparn zu Trier / Maximilian Heinrichen zu Cöln / Ertz-Bischöffen / Johann Georgen des Andern / Hertzogen zu Sachsen / Gülich / Cleve und Berg / Burggraffen zu Magdeburg / ꝛc. Carl Ludwigen Pfaltzgraffen bey Rhein / Hertzogen in Bayern / ꝛc. wie nicht weniger / an statt und von wegen der auch Durchleuchtigen / Ferdinanden Maria / in Ober- und Nider-Bayern / auch der Obern Pfaltz Hertzogen / Pfaltzgraffen bey Rhein / und Friederich Wilhelmen / Marggraffen zu Brandenburg und Burggraffen zu Nürnberg / ꝛc. aller des Heiligen Reichs durch Germanien / Gallien und Italien Ertz-Cantzlern und respectivè Ertz-Truchsässen / Ertz-Marschallen / Ertz-Cämmerern / und Ertz-Schatzmeistern / Unsern lieben Neven / Oheimben und Churfürsten / Ihrer Lbd. Lbd. vollmächtiger Pottschafften / Herman Egon / Graffen zu Fürstenberg / Heiligenberg und Wertenberg / und Johann Mauritzen / Fürsten zu Nassau / Grafen zu Catzenelnbogen / Vianden und Dietz / Herrn zu Beylstein / ꝛc. zur Ehr und Würde des Römischen Königlichen Nahmens und Gewalts / erhoben / erhöhet und gesetzet seyn / deren Wir Uns auch / GOTT zu Lob / dem Heil. Reich zu Ehren / und der Christenheit / und Teutscher Nation / auch gemeinen Nutzens willen / beladen / daß Wir Uns demnach / auß freyem gnädigen Willen / mit denselben Unsern lieben Nefen / Oheimen

Oheimen und Churfürsten / für sich/und sämptliche Fürsten und Stände des Heil. Römischen Reichs/ Geding- und Pacts-weiß dieser nachfolgenden Articulen vereiniget/ verglichen/angenommen und zugesaget haben/ alles wissentlich/ und in Krafft dieses Brieffs:

Zum Ersten: Daß Wir in zeit solcher Unserer Königlichen Würden/ Ampt und Regierung/die Christenheit/und den Stul zu Rom/auch Päpstliche Heiligkeit/ und Christliche Kirche/ als derselben Advocat / in gutem treulichen Schutz und Schirm halten / darzu insonderheit in dem H. Reich Frieden/ Recht und Einigkeit pflantzen/ auffrichten und verfügen sollen und wollen/ damit sie ihren gebührlichen Gang/ dem Armen wie dem Reichen / ohne Unterscheid der Personen/ Stands / Würden und Religionen/ auch in Sachen/ Unser und Unsers Hauses eigenes Interesse betreffend/ gewinnen und haben/ auch gehalten/ und denenselben Ordnungen / Freyheiten / und alten löblichen Herkommen nach/ verrichtet werden sollen/ gleichwol so viel diesen / wie auch den nachfolgenden 19. Articul gegenwärtiger Obligation, **Und als über und wider** Concordata Principum &c. belanget/ haben vorgemeldte Unsere liebe Oheimen/die drey Churfürsten/zu Sachsen/Brandenburg und Pfaltz sich außtrücklich gegen Uns erkläret/ was da von dem Stul zu Rom und Päpstl. Heiligkeit für Meldung geschicht/ daß Ihre Lbd. Lbd. Lbd. vor sich und Ihre Religions-Verwandte/ darinn nicht bewilligen/ noch Uns damit verbunden haben / noch erstgedachte Advocatia dem Religion- und Profan / auch zu Münster nnd Oßnabruck auffgerichtem Frieden zu præjudiz angezogen und gebraucht / sondern denselben gleicher Schutz gehalten und geleistet werden solle / wie Wir ihnen/denen dreyen Churfürsten/dann auch solches versprechen/ und Uns hiermit darzu verbinden.

2. Wir sollen und wollen auch die Guldene Bull / mit der in deme zu Münster und Oßnabruck auffgerichten allgemeinen Reichs-Friedenschluß/ auff den achten Electoratum enthaltener Extension, nach Inhalt erstberührten Frieden-schlusses/ den Frieden in Religion- und Profan-Sachen / den Landfrieden/ sampt der Handhabung desselben / wie auff deme zu Augspurg im Jahr 1555. gehaltenem Reichs-tage auffgerichtet/ angenommen / verabschiedet und verbessert/ auch in denen darauff erfolgten Reichs-Abschieden wiederholet und confirmirt worden/ sonderlich aber obgemeldten Münster- und Oßnabruckischen Friedenschluß/ und Nürnbergischen Executions-Recess, wie auch insonderheit alles das jenige/ was bey nächstvorigem Reichstag zu Regenspurg verabschiedet und geschlossen worden / und bey künfftigen Reichstägen ferner für gut befunden und geschlossen werden möchte / gleich wäre es dieser Capitulation von Worten zu Worten einverleibet / stät / fest und ohnverbrüchlich halten/handhaben/ und darwider niemand beschweren/ auch nicht gestatten/daß wider die im Reichs Abschied Ann. 1555. einverleibte Executions-

Ordnung/

Ordnung / directè vel indirectè gehandelt werde; Desgleichen sollen und wollen Wir auch andere des Heiligen Reichs Ordnungen und Gesetze / so viel die dem obgemeldten angenommenen Reichs-Abschied im 1555. Jahr zu Augspurg aufgerichtet/ und mehrerwehntem Friedenschluß nicht zuwider seind/ confirmiren/ ernewern/ und dieselbe mit Raht und Consens Unser und des H. Reichs Churfürsten/ und anderer Ständen/ wie das des Reichs Gelegenheit zu jeder zeit erfordern wird / bessern/ zumahlen auch die jenige / so sich gegen jetztermeldten Friedenschluß / und darinn bestättigten Religions-Frieden/ als ein immerwährendes Band / zwischen Haupt und Gliedern/ und den Gliedern unter sich selbst/ zu schreiben/ oder ichtwas in offentlichen Truck herauß zu geben/ (als dardurch nur Auffruhr/ Zwytracht/ Mißtrauen/ und Zanck im Reich angerichtet wird) unternehmen würden oder solten / gebührend abstraffen / die Schrifften und Abtruck cassiren / und gegen die Autores so wol als Complices, wie erst gemeldt/ mit Ernst verfahren/ auch alle wider den Frieden-schluß eingewendete protestationes & contradictiones, sie haben Nahmen wie sie wollen/und rühren woher sie wollen/nach besag erstgedachten Frieden-schlusses verwerffen.

7. dem ullo verbo (*d.pag*.195.) attigi. Pergit Stamlerus scribere, Sigismundum Imperatorem quoad indicenda Comitia Egriana, Ann. Chr. MCCCC XXXVII. consensum Electorum non adhibuisse, disertè liquere ex formula, qua liberam Imperii civitatem Spirensem ad eorundem concelebrationem invitaverit. Darumb so han Wir jetzund denselben Unsern Churfürsten/ Fürsten/ Grafen/ Herren und Städten/ ernstlich geschrieben / zu Uns gen Eger zu kommen auff den Heiligen Pfingsttag schirst folgend/ darin Wir Sie/ als Wir nicht zweifflen/ willig finden. (*extat* apud Lehemann. *lib*.7. *Chron. Spir. c*. 92.
8. *p*.905.) De Friderico III. *Reform. de anno* 1442.*pr. ibi*: Darumb insonderheit

heit her zu Uns zu kommen gebotten und geheissen haben. De Maximiliano I. 9.
qui immediatè ante Carolum V. regnavit, dubium etiam nullum remanere, *propter Ordin. Trevir. & Colon. de anno* 1512. verba, so haben Wir Churfürsten/ Fürsten und andere Stände des H. Reichs zu Uns anfänglich gen Trier auff einen gemeinen Reichstag erfordert/ (*pag* 83.) Quoniam de origine prædicti 10.
Electorum consensus nihil certi deprehendi posse video, nolo de ea anxius esse; Stamlero tamen ingenuè dicam, illum sibi blandiri, & falsò persuadere, ex allegatis locis disertè liquere, consensum Electorum illis temporibus ad indicenda Comitia nondum fuisse necessarium. Hoc solum patet, in illis consensus hujus nullam fieri mentionem: Non inde autem sequitur, ergò tunc non fuit necessarius. De Caroli V. tempore ex Capitulatione illius (*d. art.* 12.) 11.
omnibus notum, tunc consensum Electorum fuisse necessarium; at idem non solùm iisdem, vel similibus verbis, & phrasi usus, se Comitia indixisse, habu- 12.
isse, Statusque ad ea vocâsse, nullâ unquam factâ mentione consensus Electorum, (ut patet ex constitutione zu Worms *de anno* 1521. von Auffrichtung des Regiments/ *in pr. pag.* 106. R. A. *de dicto anno & loco pag.* 132. R. A. zu Nürnberg *de anno* 1522. §. Damit nun/ *pag.* 149. R. A. zu Nürnberg/ *de anno* 1524. *in pr. pag.* 156. *& seqq.* R. A. zu Regenspurg *de anno* 1527. §. Haben Wir/ *p.* 177. R. A. zu Augspurg *de anno* 1530. *in pr. pag.* 193. Ordnung und Reformation guter Policey zu Augspurg *anno* 1530. §. Nach dem Wir/ *p.* 212. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1532. *in pr. pag.* 228. R. A. zu Speyer *de ann.* 1544. §. Aber das alles. *pag.* 292. R. A. zu Worms *de anno* 1544. *in pr. pag.* 309. R. A. zu Regenspurg *de anno* 1546. *in pr. pag.* 314. R. A. zu Augspurg *de anno* 1548. *in pr. &* §. Derowegen Wir. *pag.* 316. R. A. zu Augspurg *de anno* 1551. §. Nach dem Wir nun/ *pag.* 379.) excepto unico (R. A. zu Regenspurg *de anno* 1541 §. Darzu haben Wir *pag.* 252.) Quod si verò Stamlerus opinioni suæ inhærere pergat, circumspectè cum illa conciliare studeat, §. Nach dem Wir dann/ R. A. zu Regenspurg *de ann.* 1641. *non procul à pr.* qui hoc adscribit, dem alten Herkommen/ und Kaiser Carl des IV. Güldener Bull.

Sowohl der Zeit als Mahlstatt.

1. *Stamlerus, Imperatorem pro lubitu Comitiis celebrandis locum aßignare posse, docet.*
2. *Reprehendit hoc in negotio Autoris sententiam.*
3. *Dilemma Autoris, quo sententiam probare voluit, examinat.*
4. *Respondetur Stamlero.*
5. *Electionem loci in arbitrio esse Imperatoris affirmatur.*
6. *Affirmationis exceptio*
7. *Dilemmatis dicti explicatio.*
8. *Imperatori arbitrium Comitiis celebrandis præscribendi locum est, sed non absolutum.*
9. *Quando arbitrium cesset.*
10. *Imperatorem solum, neque locum, neque tempus Comitiis celebrandis determinare posse, hodie extra controversiam est.*

1. Stamlerus (*dict. tr.* §.27. *n.*1.) docens, Imperatorem pro lubitu & arbitrio assignare Comitiis posse locum, ubi habenda, eumque etiam mutare posse, dummodo in Imperii Germanici territorio situs sit, ait, me *ad Capit. Caroli V.*
2. *artic.*12. *n.*8. (*verb.* mit den Reichstägen *pag.*195.) iniquum esse in Imperatorem, negando Imperatorem hîc absolutum esse, cùm tamen ea libertas Imperatoribus in capitulationibus, quibus tamen hoc fieri deberet, non adempta,
3. nec restricta reperiatur: Frigidum esse dilemma meum, Imperatorem teneri nominare locum, vel secundum legem, vel secundum commoditatem Imperii. Quærit præterea, ubi lex illa extet, quæ locum Comitiis celebrandis destinatum designet? certè A.B. *c.*28. §.5. ineptè pro ea reputari, quippe quod tantùm agat de primis à Regibus Romanorum Norimbergæ instituendis comitiis, & proinde frustra ad omnia in universum Imperii comitia adduci &c.
4. Verùm iniquus in veritatem est ipse, qui me in Imperatorem iniquum esse de-
5. blaterat. Loci electionem in arbitrio Imperatoris consistere disertè affirma-
6. vi (*tom.*3. *lib.* 9. *Iur. publ. c.*1. *n.*40.) excepi tamen, nisi speciale lege aliud sit cautum; (*vid. A.B. cap.* 12 §. 2.) vel inter Imperatorem atque Status aliud sit conventum. Hanc non mutavi sententiam (*in annot. ad Capit. Caroli V. d. ar-*
7. *tic.*12. *pag.*195. *num.*8.) quando scripsi, Imperatorem in determinatione loci non esse absolutum, sed adstringi nominare locum, vel secundum legem, vel secundum commoditatem Imperii. Potest enim electio loci esse alicujus arbitrio relicta, inde tamen non absolutè quemvis locum, etiam incongruum, nimis remotum, non satis tutum &c. poterit eligere, nisi velit fenestram aperire exceptioni. Sic multa arbitrio alicujus, tanquam viri boni, committuntur, quæ tamen in meram etiam absolutam ejus voluntatem non confe-
8. runtur, (*l.*75. *in pr. ff. de legat.*1.) Habet ergò nostro in casu Imperator arbitrium præscribendi locum, ubi Comitia celebrari debeant, sed non arbitrium absolutum, idque capitulatione exprimi non oportuit, cùm per se, & gene-
9. raliter notum. Hoc arbitrium Imperatoris cessat in primis ejus Comitiis, quæ ex legis præscripto habere debet Norimbergæ. (*A.B. tit.*28. §.5.) Inepta autem hæc allegatio non est, quoniam omninò ad exceptionem pertinet; nec aliter, quàm pro exceptione speciali à me allata fuit, quod adversarium expressa verba mea (*d.l. n.*9.) docere potuissent, nisi illi erga me mens læva fu-
10. isset. Et hæc quidem reponenda Stamlero duxi, antequam Capitulatio Leopoldina ad notitiam meam pervenerat; nunc postquam ea omnibus innotuit, extra controversiam est, Imperatorem solum, neque locum, ubi haberi debeant comitia, neque tempus, quando habenda, determinare posse.

Ausserhalb des Reichs.

1. *Imperator in Italia quoque cum Principibus istius nationis Comitia celebrare posse, docet Stamlerus.*
2. *Reprehendit Autorem.*
3. *Olim etiam Germaniæ Principes ad Comitia Italica vocatos fuisse, asserit.*
4. 5. 6. *Cui respondetur.*

Pergit

Pergit me impugnare Stamlerus (§.28. *n*.2.) ubi dixit, dubium non esse, 1.
quin Imperator etiam in finibus Italiæ cum reliquis Imperii membris, in Italia dominia possidentibus, Comitia celebrare queat, addens; adduci Li- 2.
mnæus in hanc rem (*ad d. artic.* 12. *Capit Caroli V. pag.* 200. *verb.* fürnehmen noch auszuschreiben/) probationis loco Comitia sub Friderico I. Imperatore anno 1158. Roncaliis instituta: verùm nostro judicio, minùs rectè, idq; duplici potissimùm de ratione; debebat enim exemplum adduci, quod post prohibitionem, ne scil. extra Imperium Nationis Germanicæ comitia indicantur, (*d. artic.* 12.) insitam, contigisse constet, aut certè tale, quod solius tantùm Italiæ Principes convocatos fuisse probet: jam verò ad comitia illa Ron- 3.
calensia non tantùm Italiæ, sed & Germaniæ Principes vocati, iisq; etiam de communi utilitate Imperii deliberantes interfuerunt: (*vide Lehemann. lib.* 5. *Chron. Spirens. c.*58.) ceu etiam in istis Comitiis famosissima *auth. habita.* C. *ne fil. pro patre*, gratissimum istud Academicæ turbæ privilegium, uti ex subscriptione ejusdem patet, constituta fuit, & propterea etiam nos Germanos in vim legis expressæ observanda obligat: idque tantò magis, quod Germaniæ Principes olim ad comitia etiam Italica vocatos fuisse, ipse Limnæus (*cit.loc.*) post Kyriandrum (*in Comment. de Aug. Trevir. part.*15. *pag.*160.) concedat, & nos ipsi etiam suprà, dum ante capitulationem Imperatorem ubivis in Imperio Romano locum Comitiis habendis designare potuisse, asseruimus, illud ipsum includere voluimus. Quicquid tamen sit, cùm hodiè, quia rarò Imperatores nostri Alpes transire solent, exemplum tale præstò non sit, nihilominus tamen potestatem eam ei amplius integram non esse perperam conclu-
cluderetur. Miror, Stamlerum hîc me voluisse obligare ad impossibile, 4.
nempe, ut exemplum Comitiorum in Italia tempore Caroli V. vel posteà ab Imperatore habitorum adducerem, cùm tale, quantum quidem ego sciam, nullum hactenus contigerit. Nec verò in eo occupatus fui, monstrare quid 5.
post Capitulationem Caroli V. in Italia observatum fuerit, sed quid mihi videatur observandum esse, nempe Imperatorem, re ita exigente, etiam in Italia posse Comitia indicere, & ad ea vocare Italos, qui Imperio subsunt. Id (nempè Imperatorem in Italia Comitia habuisse, & ad illa Italos vocâsse) olim aliquoties factum historiam testari &c. Quo volui innuere, cùm hæc facultas, quæ olim Imperatoribus fuerit, mutata non sit capitulatione Imperatoris, eam adhuc integram in Italos remansisse, Germanos autem ad Italica illa Comitia amplius vocari non posse. Nihil itaq; contra propositum meum 6.
facit, quod ad Comitia Italiæ, & Itali & Germani vocati fuerint, nec exempla adducere obligatus fui, quibus probarem in Italia olim ab Imperatoribus Germanis Comitia habita fuisse, ad quæ soli Itali fuerint vocati; quanquam ad hoc fortassis pertinere possit exemplum, ultimo loco à me propositum.

Vnd andere Reichs-lasten.

Nova additio.

Weniger gestatten.

Nova additio.

AD ARTIC. XVIII.

Convenit bona ex parte cum articulo xv. Capitulat. Ferdinandi IV.

Jngleichen.

In d. art. xv. Capitul. Ferdinandi IV. alia verborum structura observata fuit, ibi, pòst Grafen und Herren/ collocatur der Adel/ hìc pòst Herren ponuntur andere Stände des Reichs/ & his postponuntur Nobiles immediati.

Vnd Cammer-Gerichts.

Nova additio.

Ergangene Rescripten.

Nova additio.

Wollen Wir inmittels ꝛc.

Nova additio.

Wider die alte ꝛc.

Nova additio.

Vnd dieweil auch vorkommen.

Hæc nova sunt usq; ad finem hujus articuli.

AD ARTIC. XIX.

Convenit in plurimis cum articulo xvi. Capitulat. Ferdinandi IV.

Gleicher gestalt ꝛc.

Hæc in Capitulatione Ferdinandi IV. continentur artic. xvii.

Fürsten und Stände.

Nova additio, usq; ad verba, oder Landsassen seyn.

AD ARTIC. XX.

Convenit, paucis exceptis, cum artic. xviii. Capitul. Ferdinandi IV.

Vnd Monopolien.

Nova additio.

Vnd dieweil auch klagen

Novum, usq; ad finem articuli.

AD ARTIC. XXI.

De eadem materia agitur in artic. xix. Capitul. Ferdin. IV.

Jedoch unbeschädigt/ ꝛc.

Nova additio.

Es seyen dann die benachbarten.

Nova additio.

Vnd

Vnd hernacher.

Novum.

Die majora nicht attendiren.

In quibus causis majora vota attendi non debeant, dixi tom. 3. Jur. publ. (*lib. 9. c. 1. n. 182. & seqq.*) ac tom. 5. in addit. (*ad dict. lib. cap. & num.*

Vnd neben dem Churfürstl. Collegio.

Nov aadditio.

Auff den Fall auch einer.

De hoc agitur singulari articulo, nempe XXIII. in Capitulatione Ferdinandi IV.

Ausserhalb Vnserer Vorfahren am Röm. Reich.

Ind. artic. XXIII. capitulat. Ferdinandi IV. legitur, ausserhalb Vnserer Begnadigung.

AD ARTIC. XXII.

Conferri debet cum articulo XX. capitul. Ferdin. IV.

So bald bey Antrettung. &c.

Novum.

Ingleichem Vnsern Kaiserl. Fiscal.

Nova additio.

Der freyen Reichs-Ritterschafft.

Nova additio.

AD ARTIC. XXIII.

Convenit cum artic. XXI. capitulat. Ferdinandi IV.

Auch weder am Rhein.

Hoc particulari, & separato ab articulo praecedenti, in capitulatione Ferdinandi IV. exprimitur artic. XXII.

AD ARTIC. XXIV.

Concordat cum artic. XXIV. capitulat. Ferdinandi IV.

Vor Vns außgeführt.

1. *Num Imperator in judicio novorum teloniorum Electores adhibere teneatur?*
2. *Responsio prima.*
3. *Responsio secunda.*
4. *Num teloniorum concessiones à solius Imperatoris autoritate, absque Electorum consensu dependeant?*
5. *Num Electores quoque participes fiant Iuris maiestatici, cum illud Imperator non suo arbitrio, sed accedente eorum consensu, exercere possit?*
6. *Num Ius maiestaticum Imperatori, quia solo suo arbitrio exercere non potest, ademptum sit?*
7. *Num in Electores etiam cadat Ius concedendi nova telonia?*
8. *Num Imperatori in rebus maximi momenti libera relicta sit facultas, an velit Electorum vel aliorum Statuum consensum audire vel non?*
9. *Respondetur ad primam.*
10. *Ad secundam.*
11. *Ad tertiam.*
12. *Ad quartam.*
13. *Ad quintam.*

1. STamlerus (*d. tr. de reservatis Imper.* §. 41 *n. 5.*) ait, quod in explicatione verborum artic. XXIII. capit. Matthiæ, Limnæus (*pag. 564.*) vor Uns/ necessariò cæteros quoque Electores, qui ea in lite neque actoris, neque rei vices sustinent, unà cum Imperatore judicare debere asserit, est quod negamus; præcipuè quòd ipsi articulo capitulationis verbotenus contrarietur, dum dicitur, quòd ejusmodi controversiarum decisio vor niemands anders/ quàm
2. coram Cæsare ventilari debeat. *Resp.* 1. Verba mea aliter se habent, quàm ab adversario recensentur; vix poterit, dixi, judicium hoc Imperator aliter exercere, quàm vocatis in consilium cæteris Electoribus, qui ea in lite nec actoris, nec rei vices sustinent. Si voculam *vix* rectè perpendisset, percipere potuisset, me decisivè non agere, sed dubitativè, ut putem difficulter aliter esse posse. Constituentibus hunc articulum notum erit, quæ hìc illorum
3. mens fuerit, quibus decisio meritò relinquitur. *Resp.* 2. Verba, vor niemand anders excludunt omnia alia judicia, præcipuè verò Cameram Spirensem, ut textus ipse docet. Ergò Imperator hìc solus erit judex competens; sed cùm ad concessionem privilegii etiam Electorum consensum adhibuerit, ipsius majestati contrarium non erit, si eosdem quoque in judicio, de privilegio mo-
4. to, audiat. Imò ipsa ratio (pergit loqui Stamler.) quam Limnæus ibidem pro sua sententia affert, reprehensione non caret; quod enim præsupponit ejusmodi teloniorum concessiones non à solius Imperatoris autoritate, verùm etiam ab Electoribus suum esse habere, iterum est quod negari debet; neque
5. enim, etsi consensus Electorum accedere debeat, propterea hi participes quoque facti istius juris majestatici, nisi etiam aliàs omnibus plerisque Regi-
6. bus, hoc jus eatenus ademtum dicere velis, quod & ii communi Ordinum consilio illud exercere teneantur, quorum catalogus videri potest apud Hen-
7. ricum Klock. (*in discept. de Iur. vectigal. thes. 9.*) Uti enim Jurisdictionis supremæ Electores capaces non sunt, utpote quod nullum inferius, stantibus terminis discretivis, participet id, quod superius est: (*Curt. Senior consil. 63. col. 5.*) ita certè nec inseparabilis ejus effectus, vectigalium scilic. imponendorum jus in eos cadere: (*Klock. d. l.*) & propterea nec dici poterit, concessi-
8. onem eorum esse quoque suum à consensu Electorum nancisci. Et per consequens etiam ratione ea destructa frustraneum inde ad fundandam Electoralem jurisdictionem deducitur argumentum, præcipuè quod hodie Imperatori in rebus maximi momenti, & unde tumultus in Imperio exurgere possent, libera relicta facultas sit, Electorum, vel aliorum etiam Statuum consensum audire, vel non: ut suprà jam quoque in eam rem allegata fuit Pax Osna-
9. brug. (*artic. 5. §. 20. verb. quoad processum.*) *Resp.* 1. Sufficit ad fulciendam positionem meam, adversarium fateri Electorum consensum accedere debere ad concessionem novi telonii, quàm Imperator facere intendit. Rectè enim inde inferre licet, collationem ejusmodi, si absque hoc consensu peracta fuerit,

rit, haud subsistere. Ergò, cùm ad validitatem hujus concessionis pertine-
at Imperatoris benignitas, simulque Electorum consensus, ab illa, & ab hoc
conjunctim, esse suum habet; non interveniente hoc consensu concessio nul- 10.
la est, & sine subsistentia. *Resp.* 2. An hoc modo Electores participes fiant
juris majestatici vel non, alia disceptatio est, ad quam quid ego responden-
dum ducam, tunc aperiam, quando prius Adversarius me informaverit, an
Electores, dum eorum consensus ad indicenda Comitia requiri debet, etiam
juris majestatici convocandi Comitia, (*de quo ipse egit* §. 26. *n.* 5.) participes
facti sint? *Resp.* 3. Jus hoc majestaticum, aliudve consimile, quod Imperator 11.
non solo suo arbitrio, sed accedente consensu Electorum exercere potest, illi
in totum ademptum non est, sed limitatum, quod facilè in Imperio fieri po-
tuit, ubi ab antiquo hucusque monarchia pura nunquam locum invenit.
Resp. 4. Electores soli non habent jus concedendi privilegia telonia nova in- 12.
troducendi, sed illud jus habent, quod citra eorum consensum Imperator aliis
ejusmodi privilegium de jure non possit concedere. *Resp.* 5. Quod in Paci- 13.
ficatione Osnabrugensi *allegato loco* legitur, id adversarius suis verbis non
leviter deformat. Dicitur ibi: *Liberum sit suæ* (Imperatoris) *Majestati in cau-
sis majoribus, & unde tumultus in Imperio timeri possent, insuper etiam quorundam
utriusque religionis Electorum & Principum sententias & vota requirere.* Stamle-
rus omissis verbis utriusque religionis, (quod tolerabile,) pro *sententias &
vota requirere,* substituit *consensum audire, vel non,* videtur quoque textum ge-
neraliter accipere, quasi ille disponat, in omnibus rebus maximi momenti,
& unde tumultus in Imperio exurgere possint, Imperatoris libero arbitrio
relinqui, an velit Electorum, vel aliorum Principum sententias & vota requi-
rere; quo in maximè hallucinatur. Textus enim tantùm accipi debet de
illis causis, de quibus ibi antea dictum; nempe, quando pars gravata à sen-
tentia in judicio Aulico lata, ad Cæsaream Majestatem supplicat, ut acta ju-
dicialia denuò revideantur. Tunc Imperator petitioni annuens, non tan-
tum consiliariis aulicis, ut hoc fiat (secundum præscriptum in textu modum)
mandare potest, verùm insuper etiam liberum ei erit, si causa, cujus gratia re-
visio petita, major sit, & unde tumultus in Imperio timeri possit, quorundam
utriusque Religionis Electorum & Principum (quando scil. lis vertitur inter
diversæ religioni addictos) sententias & vota de illa causa requirere. Hæc
sine dubio fuit paciscentium mens, non illa, ut hâc positione Capitulationem
Imperatoris corrigerent eo in articulo (*est in capit. Matthiæ* 40. *Ferdinand. II.* 39.
Ferdinandi III. 42.) quo Imperator obligatur in wichtigen Sachen / so das
Reich betreffen / bald anfangs der Chur-fürsten Rath und Bedencken zu gebrau-
chen. Quod etiam post pacem constitutam anno 1653. se facturum promisit
Ferdinandus IV. Rex Romanorum, (*Capitulationis suæ art.* 40.) & Leopoldus
(*Capitulat. suæ artic.* 39.)

AD

AD ARTIC. XXV.

In vicem verborum, am Rhein/ und der Donau/ quæ habentur in capitulat. Ferdinandi IV. artic. xxv. hic positum an schiffbahren Ströhmen.

Auch keine Exemptions- privilegia.

Nova additio.

AD ARTIC. XXVI.

Oder darüber am Kaiserl. Cammer-Gericht.

Nova additio, quæ in capitul. Ferdinandi IV. art. xxvi. qui cum hoc nostro in cæteris concordat, non legitur.

AD ARTIC. XXVII.

Convenit cum artic. xxvii. capitulat. Ferdinandi IV.

Ingleichem die gefreyte.

Nova additio.

Mit der Confiscirung gewähren lassen.

In dict. artic. xxvii. capitul. Ferdinandi IV. additum, ohne einige Hinderung gewähren lassen.

AD ARTIC. XXVIII.

Concordat cum artic. xxviii. capit. Ferdinandi IV.

Ohne rechtmässige und gnugsame.

In d. capit. Ferdin. IV. saltem legitur, ohne Ursach.

Künfftigen Reichstag.

In d. capitulatione Ferdinandi IV. habetur, bey gegenwertigem Reichstag/ quia tunc habebantur Comitia.

Wie reservirt worden.

Parum interest, sive dicamus, hoc reservatum fuisse in *Instrum.* Pacis Osnabrug. (*artic.8. §. Gaudeant. vers. habeantur.*) sive in Comitiis Ratisponensibus anno MDCLIV. habitis.

Und ohne deren erfolgte. &c.

Nova additio.

AD ARTIC. XXIX.

Concordat cum artic. xxix. capitulat. Ferdinandi IV. paucis verbis exceptis.

Collegial.

Nova additio.

AD ARTIC. XXX.

Durch Todfall oder Verwürckung.

Nova additio.

Graffschafften.

In anterioribus capitulationibus post Graffschafften ponuntur Herrschafften/ hic verò omittuntur.

Ferner

Ferner niemand leihen.

1. *An Imperator Electoratum ad Imperium reversum, non adhibito consensu Electorum, alteri possit concedere?*
2. *Stamleri responsio.*
3. *Autoris responsio in contrarium* 1.
4. *Ejusdem responsio* 2.
5. *Stamlerus respondet ulterius.*
6. *Huic contraria Autoris responsio* 1.
7. *Responsio* 2.
8. *Responsio* 3.
9. *Stamleri reprehensio.*
10. *Autoris responsio.*
11. *Stamlerus pergit.*
12. 13. 14. *Autor respondet.*
15. *Stamlerus contra Autorem distinctionem D. Schüzii inter vacantiam Electoratus defectu familiæ; & ob delictum contingentem, ita ut priori casu Imperator non necesse habeat consulere Electores, posteriori utique vult defendere & approbare.*
16. *Autoris responsio* 1.
17. *Responsio* 2.
18. *Responsio* 3.
19. *Progreditur Stamlerus ad alteram distinctionis partem.*
20. *Fit responsio* 1.
21. *Responsio* 2.
22. *Responsio* 3.
23. *Responsio* 4.

STamlerus (*d. tr.* §. 47. *n.* 6. *& seqq.*) ad argumenta mea, quibus usus sum 1.
in annot. ad Capitul. Caroli V. *art.* 24. *verb.* Fürstenthum. (*n.* 16. *& seqq.*) in quæstione, an Imperator Electoratum ad Imperium reversum, suo pro arbitrio, non adhibito consensu Electorum, possit alteri concedere, respondet *Primò*: Etsi hactenus concedendum foret, reinfeudationem speciem quan- 2.
dam alienationis esse, hoc tamen loco sub ejus appellatione, & quidem quatenus ut illicita consideratur, minimè venire posse, argumentum fortissimum præbet, quod incrementum Imperii, imò planè ejus quietem, obtineri non posse, nisi Electoratus reinfeudentur, tàm Imperator quàm Electores ipsi, secundùm paulò ante allata testimonia, confessi fuerint: Quod denique de hac & illa diversis agatur locis: quod si enim jam tum vacantium feudorum reinfeudationem per illum ipsum (*Capitul. Caroli V. artic.* 7.) prohibuerunt nomine Imperii Electores, quale certè, si hîc reinfeudatio propriè alienatio dici posset, jus necessariò præsupponi oportet, profectò nulla fuit ratio, aut ad minimum nulla causa, illud ipsum placitum denuò artic. 24. repetere; quia tamen nihilominus nullum verbum censeri debet otiosè, & sine virtute operandi in actionibus positum, secundum Aldobrandin. (1. *consil.* 3. *num* 37.) Vultej. 2. *Consil. Marpurg.* 21 *n* 55.) inde & necessum erit, de alio negotio agi *in artic.* 7. de alio *in artic.* 24. & per consequens etiam tantò ineptius, ad reinfeudationem Electoratus ipsi necessariò accedendum Electorum consensum, deducere argumentum. *Resp.* 1. Omnis alienatio rerum ad Imperium per- 3.
tinentium (præsertim rerum magnæ æstimationis) Imperatori est prohibita. Ut autem licita fiat, requiritur ad eandem Electorum consensus: *d. artic.* 9. *Capit. Caroli V.* (*hic enim est, & non* 7. *ut in textu adversarii allegatur*) Electores autem non possunt omnia alienationi, quam urget Imperator, consentire, sed tantùm illi, quæ Imperio utilis est. Talis cùm sit reinfeudatio Electora-

tûs ad Imperium reversi, in eam, nisi aliud quid obstet, facilè consentiunt. Contrà verò si alienatio, & reinfeudatio Principatuum, Comitatuum, &c. quorum magni sunt reditus, Imperio, prout hactenus rerum status fuit, nociva sit, frustrà Imperator ad eam Electorum consensum requiret, quem obtinere non poterit: (*d. Capitul. Caroli V. & sequentium Impp. artic. 24. & Ferdinandi IV. artic. 30.*) *Resp.* 2. Idem quod *in d. artic.* 9. definitur, denuò *in art.*
4. 24. repeti, falsum est, quis enim non videt, alium casum in uno, alium in altero annotari, ut ex modò à me allatâ distinctione clarum est. *Hinc meritò* ineptus audire debet adversarius, qui ex falso præsupposito me ineptiæ accusare voluit. Pergit *Stamlerus* scribere; Quantum ad *secundum* argumentum, responderi poterit totum concedendo; interea tamen nihilominus generalia illa loca, in quibus de consensu, seu consilio Electorum exquirendo cavetur, restringenda esse ad usum juris, & quidem nominatim circa ea negotia, quorum expeditioni ut interveniat, expresse in capitulationibus promiserunt Imperatores: jam verò, ut præsenti negotio accedat de necessitate, nullibi cautum, vel promissum, quin potius expresse (*in d. A. B. tit.* 7.) contrarium constitutum esse, quod si enim aliàs ob generalia illa loca (*v. c. A. B. tit. ult.*) ubi dicuntur Electores Imperii columnæ, & latera, quique Cæsareæ sublimitati assistunt, in partem sollicitudinis constituti, jam tum de necessitate eorum consensum impetrare in omnibus promiscuè Imperii negotiis adstringeretur Imperator, quid quæsumus opus fuisset, in obortis deinde capitulationibus, ulterius eum circa quasdam tantum futuri regiminis actiones, eatenus obligare, idque tantò magis, quod nulla propemodum nova Imperatori oblata fuerit capitulatio, qua non actum unum vel alterum, ipsi sub consilio Electorum, vel Statuum etiam reliquorum Imperii, exercendum esse, quod aliàs antecessores facere non cogebantur, injunctum fuerit. Exemplum manifestum occurrit in capit. Ferdin. II. (*art.* 26.) & capitul. Ferdinandi III. (*art.* 30.)
5. ubi de notorio pacirupa in bannum declarando agitur &c. *Resp.* 1. Quoniam argumentum meum secundo loco positum optimo fundamento niti adversarius deprehendit, illud totum concedere voluit; sed quod directò impugnare non potuit, per indirectum labefactare aggressus, ac conatu temerario. Vult ut illud revocetur ad usum juris; non repugno; qualis autem usus esse debeat, testimonia Saxonis, & Brandenburgici Electorum in annotament. ad d. capit. Caroli V. (*artic.* 24. *verb.* Fürstenthumb *n.* 18. *& seqq. p.* 268.) à me
6. producta exponunt. *Resp.* 2. Suo seipsum jugulat gladio, quando proponit, Imperatorem ad illa consensum Electorum requirere debere, quæ sine eorum consensu se non peracturum expresse in capitulatione promisit. Sub-
7. sumo, at Imperator (*d. art* 9. *capit.*) promisit expresse se nihil quod ad Imperium pertinet, sine consensu Electorum alienaturum, se in negotiis magni momenti

menti statim in initio Electorum consilium & placitum requisiturum: (*Capit. Matthiæ art.* 40. *Capit. Ferdin. II. art.* 39. *Ferdin III. artic.* 42) quod *in Capit. Ferdin. IV. art.* 49. pro negotii qualitate extensum etiam ad Principes & Status. Quæ constitutiones, cùm generales sint, generaliter quoque intelligi debent, ut opus non fuerit omnes casus speciales in illis recensere. Generalis oratio omnes species continet, (*l.* 23. *in pr. ff. de servit. urban. prædior.*) Accedit, quod nec in capitulatione, nec in A. B. nec ullibi hic casus excipiatur. Non obstat *c.* 7. *A. B.* §. 3. ibi enim tantùm exprimitur, quod Imperator, casu Electoratus reversi ad Imperium, agere debeat, non quomodo, nempe, an solus, an cum consensu Electorum, quod etiam expendi (*ad dict. Capit. Caroli V. art.* 24. *num.* 30. *pag.* 270.) *Resp.* 3. Cùm Imperatores sibi persuaderent Ele- 8.
ctores ita in partem sollicitudinis constitutos, ut illorum consilio uti possent, si vellent, & quando vellent, visum Electoribus fuit, in Capitulationibus exprimendum esse, ad quæ negotia necessariò sint adhibendi, & quando, ita ut hodie non amplius ad d. c. ult. A. B. verùm ad Capitulationes recurrendum sit. Negari tamen nequit, dari adhuc casus, ad quos necessariò consilium & consensum Electorum Imperator adhibere non obligetur, sed inter illos casum nostrum referri posse, obstat generalis capitulationis articulus, de prohibita alienatione rerum Imperii sine consensu Electorum. Denique potestatem Imperatorum in nonnullis hodie limitatam, in quibus olim non fuit, certum est, sed an in nonnullis quoque liberior facta sit, indagationi relinquo. Ne-
que certè (verba sunt Stamleri) exemplis allatis, illud quod probari Limnæus 9.
putabat, evincet, nisi prius constet illorum circumstantias de necessitate juris constituti, vel per diuturnam consuetudinem observati, ita contigisse, quod certè nunquam probabitur, nisi aliàs etiam dicere velimus, quod non tantùm Electorum, sed & reliquorum Imperii Principum, Comitum, Baronum, imò & Nobilium, in reinfeudando Electoratu adhibere teneatur Imperator consensum, utpote quod hosce æquè ac illos consuluisse, in adductis ab ipso Limnæo legatur monumentis; hoc ipsum tamen, cùm inauditum foret, nec fortassis ipse Limnæus approbaret, & alterum ejusdem naturam sapere necessariò sequitur. Et licet Caroli V. exemplum Limnæi sententiam defendere videatur, in veritate tamen aliud reperitur: Cùm enim de consilio fidelium Imperii legatur concessisse Mauritio Electoratum Saxoniæ, & verò horum nomine cohonestandi tantummodo non veniant Electores, sed & reliqui Ordines, Nobilesque, quilibet videt, parùm accuratè pro jure Electoribus, in hoc negotio, quæsito adduci. *Resp.* 1. Propositio mea (*ad d. art* 24. *capit.* 10.
Caroli V. n. 16.) fuit, à solius Imperatoris libero arbitrio nonpendere Electoratum vacantem, ad Imperatorem & Imperium legitimè devolutum, alteri, cui velit, in feudum concedere. Id corroborant exempla à me allegata, qui-

Ccccc 2 bus

bus clarum fit, Imperatorem cum consensu, non modo Electorum, sed etiam aliorum Statuum Imperii, Electoratus vacantes aliis concessisse. An autem in hisce actibus de necessitate etiam aliorum Statuum consensus requisitus fuerit, nondum mihi constat, Electorum autem consensum necessario intervenisse, ipsorum præcellentia, & cura salutis Imperii efflagitant; nec inauditum est, in nonnullis, ubi olim consensus Statuum requisitus, hodie Electorum sufficere. Ubi rem accuratius perpendo, videntur mihi in hoc casu distinguendi actus duo, quorum unus est consultatio de conferendo Electoratu; alter est investitura solemnis. Fridericus Landgravius Thuringiæ, & Marchio Misniæ, Electoratus Saxoniæ titulum & insignia accepit Presburgi ann. MCCCCXXIII. de illo autem demum investitus fuit ann. MCCCCXXV. (*Hortleder. de caus. belli Germ. lib. 4. c. 9. p. 236. n.* 107.) Fridericus Burggravius Norimbergensis in Concilio Constantiensi declaratur Elector Brandenburgensis anno MCCCCXV. investitur autem de Electoratu illo, eodem in loco, anno MCCCCXVII. (*Cernitius in decem è familia Burggrav. Norimb. Electorum Brandenb. eicon. & reb. gest. pag.* 17. *&* 18.) Carolus V. Mauritio in castris ante Wittebergam Septemviratum Saxoniæ attribuerat, postea publica, & solemni ceremonia die XXIV. Februar. MDXLIIX. illum de eodem investivit Augustæ Vindelicorum: (*Sleidan. comment. lib.* 20. *pag. m.* 352.)

11. *Quartum* denique, (inquit Stamler.) interesse illud commune Statuum *Imperii*, etsi hactenus rectè in se, & quatenus tale urgeri posset, cum crimine tamen sacrilegii Imperatorem, in reinfeudando Electoratu illud non observaturum fore asseritur. Ut enim hîc non dicamus, & communi feudorum jure eam præsumptionem cessare, quo non potest concedens feudum in præjudicium Imperii aliâ conditione dare, quàm qua antiquitus ex consuetudine tribui consuevit, (2. *F.* 34. §. 2. *verb. profecto. Arum disc.* 4. *ad A. B. th.* 17. *in f.*) certè illud ipsum juramentum, allen des Heiligen Reichs Churfürsten/ Fürsten und Ständen ihre Lehen/ und Lehenbrieff/ nach dem vorigen Tenor unverweigerlich widerfahren zu lassen/ quod hac de re Imperatores præstare solent: (*vide capit. Matthiæ artic.* 40.) eam Limnæo adimere debuisset suspicionem.

12. *Resp.* 1. Sacrilegium quidem dicitur, disputare de potestate Principis; at si quis dicat, Imperatorem posse malè agere, sacrilegii reus non est, cùm exemplo Caroli IV. & aliorum constet, idem ab Imperatoribus aliquoties factum: ac si extra facultatem malè agendi sunt illi, qui ad Imperium promoventur,

13. cur illis præscribitur capitulatio? *Resp.* 2. Textus ex Jure feudali allegatus, impertinens est ad casum nostrum; quoniam in illo non agitur de feudo ad Imperium reverso, & iterum alii concedendo; sed de feudo, quod vasallus à domino accepit per subinfeudationem in alium transferendo. Profectò ille (ut verba textus sonant) qui suum beneficium alii dat in feudum, non debet aliâ lege dare, nisi quâ ipse habeat; ut si habeat sibi suisque heredibus, (quod

intelligi

intelligi debet de solis masculis) non debet alii dare, ut habeat ipse, & sui he- 14.
redes masculi & fœminæ. *Resp.* 3. Nec quicquam ad rem facit d. articulus 40.
Capitul. Matthiæ: loquitur enim de tenore literarum investituræ feudi jam antea concessi, non verò modò reversi ad Imperium, & noviter concedendi. Itaque, qui ad hunc casum artic. illum applicat, contraria in una eademque capitulatione sancita esse asserat, necesse est, nempè, feuda Principum &c. reversa ad Imperium debet Imperator reservare Imperio, *artic.* 29. & literas investituræ feudorum Principum reversorum ad Imperium, debet expedire secundum priorem tenorem: *hoc artic.* 40. Frustra de tenore literarum investituræ quæritur, ubi nulla fit investitura. Ubi electoratus ad Imperium revertitur, Imperatoris & Electorum est de literis investituræ consultare, & perpendere, an è re Imperii sit veterem tenorem retinere. Progreditur Stamle- 15.
rus (*d* §. *n.* 7. *& seqq.*) contra me defendere distinctionem D. Schüzii (*vol.* 1. *de Statu Rei Rom. disp.* 7. *thes.* 17. *lit. e.*) inter translationem Electoratûs, quæ ex delicto Electoris, & quæ ex defectu familiæ contingit, ita, ut priori casu exquiri prius debeat Electorum consensus; posteriori verò neutiquam; ac inquit, sugillare hanc voluit Limnæus (*alleg. loco n.* 26.) utpote quod textus *A. B. tit.* 7. generalis sit & proinde etiam generaliter, quoad utrumque casum, consensum scil. Electorum intervenire debere, interpretandus veniat: verumenimverò, ut nobis videtur, citra rationem. Sanè, si *in dicto A B. tit.* 7. de consensu Electorum adhibendo quicquam cautum esset, & *in collegio* quoque *I. P. allegato loco* diceretur, eam distinctionem simpliciter *ex textu illo* probari debere, consequeretur fortassis Limnæus, quod voluit. Cæterùm cum neutrum hoc præsuppositum verificari possit, tamdiu stabit distinctio hæc, donec Limnæus evidentioribus rationibus eam destruxerit. Et verò *textuum A. B. c.* 7. optimè ad priorem casum translationis, nimirum ex defectu familiæ, restringi posse, atque etiam debere, vel §. *antecedens ejusdem cap.* 7. declaratum
dabit &c. *Resp.* 1. Non mecum bonâ fide hîc agit Adversarius, dum unam 16.
solum partem probationis meæ refert, alteram silentio præterit. Ego, distinctioni meum non posse addere votum, scripsi, propter capitulationum loca supra allegata. & rationes ibi expressas, quæ generalem effectum habent, sive
hoc, sive illo modo, vacantia contingat. *Resp.* 2. (*d. t.* 7. §. 3. *A. B.*) quod atti- 17.
net, de consensu Electorum sive adhibendo, sive omittendo, nihil disertè exprimitur, ideoque ille opinioni meæ frustrà objicitur. Quando verò Electoratum vacantem Imperio, dicit esse rem ad Imperatorem & Imperium devolutam, id utroque in casu vacantiæ, sive illa contingat deficiente familiâ, sive privatione ob delictum, verum est. Cum autem ex capitulationibus constet, res Imperii haud aliter ab Imperatore quovis modo alienari, & sic in alium transferri posse, quàm cum consensu Electorum, nec nunc quoque video, quomodo distinctio Schüziana possit subsistere, quàm nudè, sine ulla rationis

18. additione, protulit. *Resp.* 3. Quomodo (*d.* §.3.) possit etiam intelligi de casu vacantis Electoratûs per delictum, dixi ad d. artic. 24. capit. Caroli V. (*ad verb.* Fürstenthum *num.* 27.) Si qui sunt, qui, cum adversario, eum ad unum casum vacantiæ ex defectu familiæ restringere velint, ipsis per me licebit, modo fateantur, Auream Bullam hîc imperfectam esse, & unum tantum exprimere, alterum omittere casum.
19. Quod ad posteriorem casum (verba sunt Stamleri) translationis nimirum Electoratus, ob delictum contingentis, superstitum Electorum consensum requiramus, illud non tàm *ex d. A.B loco,* quàm aliunde nobis probandi facultas facillima in promptu, præsupponentibus nihilominus ejusmodi delictum, quod si verè commissum, faciat Electorem incidere in crimen fractæ pacis publicæ, crimenque læsæ majestatis, & quod proscriptionem, pœnamque banni importari solet, cujus enim pœna, cum absque Electorum consultatione, vel consensu, ab Imperatore vibrari non possit: (*Capit. Ferdinandi III. art.* 30.) & verò, antequam ea in Electorem delinquentem emittatur, oportuit itaque de alia digniori persona, cui tanta dignitas deferri debeat, cogitasse, ne aliàs inde tumultus, & maxima Imperio procurentur nocumenta, quilibet animadvertet, speciosiorem hic necessariam esse curam, & proinde concurrere debere consensum Electorum. Atque huc etiam nunc pertinet, non etiam ad priorem casum, sensus verborum Electoris Saxonici, in litteris, (quæ extant apud Londorpium, *tom.* 2. *actor. public. lib.* 6. *pag.* 1176.) & allegata etiam sunt à Limnæo *hoc loco & in annot. ad Capitul. Imp. pag.* 722.) ad Moguntinum *de anno* 1623. 22. *Februar. &c.*

20 *Resp.* 1. Confundit adversarius proscriptionem, & Electoratus novam collationem. Proscriptio Electoris, secundum modernas capitulationes, debet fieri cum consilio, & consensu Electorum; atque de sola proscriptione dispositio loquitur, de nova verò feudi collatione omnino silet: ideoque iterum recurrendum est ad §. illum, qui alienati modum præscribit generaliter.

21. *Resp.* 2. An antequam proscriptio fiat, de persona, cui Electoratus conferendus, constare debeat, nullâ lege sancitum; ideoque nihil interesse videtur, sive ante, sive post remotionem prioris, illa expendatur. Non quæstio hîc est
22. de tempore, sed de consensu Electorum. *Resp.* 3. Proscriptio causa tumultuum esse potest, utpote quæ proscripto Electoratum aufert; nova autem collatio, in se considerata, causa tumultuum non erit: aut si esse possit, inde fortassis causam trahet, si in persona, cui collatio facta, vel in conditionibus illi præscriptis, aliquid desideretur; at in casu deficientis familiæ idem quoque evenire poterit, itaque in utroque paritas est periculi, & ut illud præcaveatur, adhibito consensu Electorum, quem nunquam dabunt nisi persona probè considerata, cui collatio fieri debeat, & conditionibus cognitis, evitari poterit. Ut itaque utroque casu in periculo est paritas, ita etiam in utroque uni-
23. formis cura illud evitandi. *Resp.* 4. Verba Electoris Saxoniæ tantum ad casum

ſum vacantis Electoratûs ob delictum, non ad alterum deficientis familiæ pertinere, ipſa earum lectione refellitur. Improbatur illis non modo proſcriptio Palatini, verum etiam translatio Electoratus in Bavariæ Ducem; ratio autem, quæ contra translationem adducitur, generalis eſt, & utrumq; caſum vacantiæ reſpicit, nempe, non debere quemquam in collegium Electorum ab Imperatore cooptari, niſi cum conſenſu ipſorum Electorum. Idem porro manifeſtant verba, quæ ejusdem Electoris nomine eodem an. MDC XXIII. Ratiſponæ menſ. Februario prolata, & ex Protocollo, quod Londorpius (*d. tom. 2. lib. 6. tract. 24. pag. 1162.*) exhibet, hîc adſcribo: Es wäre anfänglich dieſe translation ohne vorbewuſt der Herren Churfürſten beſchehen / ohnangeſehen / daß es eine unter denen wichtigſten und groſſen Sachen des Reichs / darumb die Churfürſten gefraget werden ſolten / bevorab / dieweil es ein membrum Collegii betreffe. ꝛc.

Und incorporiren.

Hîc omittuntur verba, biß ſo lang daſſelbe Reich wieder zu Weſen und Auffnehmen komt / quæ in anterioribus capitulationibus habentur.

Sollen auch die Lehenbrieff.

Nova additio.

AD ARTICULUM XXXI.

Angelegen ſeyn laſſen.

In Capitulatione Matthiæ artic. xxx. Ferdinandi II. artic. xxix. Ferdinandi III. artic. xxxiii. Ferdinandi IV. artic. xxxi. legitur, zum beſten angelegen ſeyn laſſen.

Auch wider aller.

Nova additio.

AD ARTICULUM XXXII.

In dem Crais.

Nova additio.

Auch ſolche Land und Güter ꝛc.

Nova additio.

Und demnach ſich auch.

Hæc re conveniunt cum articulis xxxii. & xxxiii. Capitulationis Ferdinandi IV. verbis differunt.

AD ARTICULUM XXXIII.

Prorogirten nächſt künfftigen Reichstag.

In articulo xxxiv. capitulationis Ferdinandi IV. habetur; auff jetzo inſtehenden Reichstag; quia tunc habebantur Comitia Ratiſponæ: Illa autem poſtea prorogata fuerunt; (R. A. zu Regenſpurg de anno 1654. §. Wann aber bey erſtgemeldter.)

AD

AD ARTICVLVM XXXIV.

Absonderliche Einwilligung und Consens.

Nova additio. articulus xxxv. capitul. Ferdinandi IV. tantum habet, Vorwissen.

Vnd andern zu desselben Verbesserung.

Nova ex parte additio.

Oder durch andere 2c.

Nova additio.

Vnd sich also 2c.

Nova additio: quoad cætera conferri cum illis debet d. articul. xxxv. Capitulationis Ferdinandi IV.

AD ARTICVLVM XXXV.

Totus hic articulus novus est.

Des Instrumenti Pacis.

Non expresse, sed verbis generalibus, similibus negotiis: *artic.*8 §.*gaudeant, vers. habeantur.* Expressa vero Postarum fit mentio *in artic.*9. §.*& quia*, nempè, immoderata Postarum onera penitus esse tollenda.

In selbigem Reichs-Abschied.

Vide ejusdem Recessus §. Vbrige übergebene *memorialia*, ibi, jetzerwehntes Postregal in seinem esse erhalten / und zu dessen Schmälerung nichts vorgenommen/ noch von Vns in einigen weg verwilliget/ noch geschehen oder verstattet werden solle. Ad majorem hujus rei cognitionem faciunt ea, quæ tomo 5. jur. publ. (*ad lib.*2. *c.*9. *n.*133.) consignavi.

Anno 1624. erlangter Investitur.

Ejus tenor hic est, teste Ludovico von Hornick (*de regali Postar. jure c.*6. *theor.*3. *p.*57. *& seq.*) Wir Ferdinand der Andere / von GOttes Gnaden erwählter Römischer Kaiser 2c. Bekennen für Vns / Vnsere Erben und Nachkommen/ offentlichen mit diesem Brieff/ und thun kund allermänniglich / daß Wir gnädigst angesehen/ wargenommen und betrachtet / die angenehme / getrewe/ unverdrossene/ nutzbare und ersprießliche Dienste / welche Vns Vnser Raht/ Cammerer/ Erbland-Postmeister in Steyer/und lieber Getreuer Hans Christoph/ Freyherr von Paar/zum Krottenstein und Hartberg/so tag so nacht zu Vnserm gnädigsten Wolgefallen und Belieben/ auch seinem guten Lob und Ruhm/gehorsamst erzeigt/ und bewiesen/ solches noch täglich thut / und hinfüro nicht weniger zu erzeigen und zu leisten des unterthänigsten Erbietens ist/ auch wol thun kan/ mag und soll; Vnd darumben mit wolbedachtem Muht/ gutem Raht/ rechtem Wissen/ auch Ansehung/ daß er seinem bißhero ihme anvertrautem Obristen Hoff-Postmeister Ampt/ zu Beförderung Vnsers / und des gantzen gemeinen Wesens Nutzen/ wohl vorgestanden/ und dasselb in gute Ordnung gerichtet/ auß gnädigst wohl affectionirter Bewegnuß / ihme Hans Christophen/

Christophen/ Freyherrn von Paar rc. und dessen ehelichen Leibs-Erben/ und derselben Erbens-erben/ und descendenten, mannlichen Stammens/ diese besondere Gnade gethan/ und ihnen obbemeldtes Obriste Hoff-Postmeister-Ampt/ über die Posten in Unsern Erb-Königreichen/ Hungarn und Böheim/ und deren incorporirten Provintzen/ wie auch Unserm Ertzhertzogthumb Oesterreich unter und ob der Ens/ nun hinfüro an/ zu einem Mann-Lehen/ von newem gnädigst angesetzt/ verwilliget und verliehen: Thun das/ ansetzen/ bewilligen und verleihen ihnen solches hiermit wissentlich/ in Krafft dieses Briefs/ und meinen/ setzen und wollen/ daß vorgedachter Hans Christoph/ Freyherr von Paar/ nun hinfüro die Zeit seines Lebens/ und auff dessen Absterben seine nachfolgende eheliche mannliche Leibs-erben/ und derselben Erbens-erben/ männlichen Geschlechts/ so lang deren in absteigender Lini vorhanden und im Leben seyn werden/ mehrbesagtes Obriste Hoff-Postmeister Ampt/ und was demselben anhängig/ als ein mannlich Regal und Lehen innen haben/ nutzen/ niessen und gebrauchen/ und damit/ wie sichs gebühret/ und des Post-wesens von Alters Herkommen/ auch dergleichen Manns-Lehen Art und Eigenschaft ist/ disponiren/ verfahren und handeln sollen und mögen; Uns auch/ wegen solchen new angesetzten mannlichen Lehen und Regals/ getrew/ gehorsam/ gewärtig/ und dienstbar zu seyn/ Unsern Nutz und Frommen/ in Bestellung des Postwesens/ zu befördern/ Nachtheil und Schaden aber zu warnen und zu wenden/ und in Summa alles anders zu leisten und zu thun/ was einem getrewen Lehenmann gebühret. Gebieten hierauff allen und jeden Unsern Fürsten/ Geistlichen und Weltlichen/ Prælaten/ Grafen/ Freyen/ Herren/ Rittern und Knechten/ Land-Marschallen/ Lands-Hauptleuten/ Vitzdomben/ Vögten/ Pflegern/ Verwesern/ Ampleuten/ Burgermeistern/ Richtern/ Rähten/ Burgern und Gemeinden/ und sonsten allen andern Unserer erblicher Königreich/ Fürstenthum̄ und Landen/ Unterthanē und Getrewen was Würden/ Stands oder Wesens die seynd/ ernstlich und festiglich mit diesem Brieff/ und wollen/ daß sie vielbesagten Hans Christophen Freyherrn von Paar/ dessen eheliche mannliche Leibs-Erben/ und derselben Erbens-erben/ absteigender Lini/ und männlichen Geschlechts/ an obgeschriebenen ihnen zu Lehen verliehenen Obristen Hoff-Postmeister Ampt/ und was demselben anhängig/ in keinerley weg/ wie solches immer beschehen möchte/ nicht hindern/ irren/ anfechten oder beschweren/ sondern sie dessen geruhiglich frewen/ inhaben/ nutzen/ niessen und gebrauchen lassen/ hierwider nicht thun/ noch deß jemand zu thun gestatten/ in keine weise/ als lieb einem jeden sey/ Unsere schwere Ungnad und Straff/ und darzu eine Pön/ nemlich fünffzig Marck lötiges Golds/ zu vermeiden/ die ein jeder/ so offt er freventlich hierwider thäte/ Uns halb in Unsere Kaiserliche Cammer/ und den andern halben Theil offtgenanntem Hans Christophen Freyherrn von Paar/ und seinen ehelichen männlichen Leibs-erben/ und derselben Erbens-

erben/ so hierwider beleidiget würden/ unnachläßlich zu bezahlen / verfallen seyn soll: Doch sollen vielgenante von Paar obgehörtes Obriste Hoff-Postmeister-Ampt/ als ein von newem angesetztes Regal/ und mannliches Lehen/ von Uns und Unsern Nachkommen / jederzeit / wann / und so offt es damit zu Fällen komt/ widerumb zu Lehen zu suchen/ und zu empfahen/ schuldig seyn / getrewlich und ohne Gefährde. Mit Urkund dieses Brieffs besigelt mit Unserm Kaiserlichen anhangenden Insigel/ der gegeben ist auff Unserm Schloß zu Ebersdorff/ den 4. Tag des Monats Septembris nach Christi Unsers lieben HErrn und Seligmachers Geburt im 1624. Unserer Reiche / des Römischen im Fünfften/ des Hungarischen im Siebenden/ und des Bömischen im Achten Jahre.

AD ARTICULUM XXXVI.

Sondern die Churfürsten rc.

In artic. XXXVI. Capitulationis Ferdinandi IV. legitur; Sondern Wir/ dergleichen Unsere Kinder/ Erben und Nachkommen/ die gemeldte Churfürsten rc. quæ formula etiam in anterioribus capitulationibus observata fuit.

Nach Inhalt der Güldenen Bull.

Nova additio.

Und auff alle Fälle.

Nova additio.

Mit/ oder ohne.

Matthiæ capitulatio (*art. 35.*) addit, mit/ oder wann derselbe auffangelegte Bitte der Churfürsten ohne genugsame erhebliche Ursachen verweigert werden solte/ ohne eines regierenden Kaisers Consens. Eadem formula repetita est in Ferdinandi II. capitulatione artic. XXXIV. Ferdinandi III. artic. XXXVIII. Ferdinandi IV. artic. XXXVI. sed hîc omissa.

Alte Rechten.

Ferdinandi IV. capitulatio d. art. XXXVI. habet, Päpstliche Recht/ idem legitur in capitulatione Ferdinandi III. artic. XXXVIII. Ferdinandi II. artic. XXXV. Matthiæ artic. XXXVI. Rudolphi II. art. XXX. Ferdinandi I. artic. XXVI. Caroli V. art. XXVIII. ubi *ad verf.* Päpstliche Recht/ (*pag. 295.*) expendi periculum, quod ab hâc provocatione ad Jus Canonicum, libertati & autoritati Electorum imponatur, (adde annotam. ad Capitulat. Ferdinandi I. d. artic. XXVI. *verb.* Päpstliche Recht. *pag.* 481. ad Maximiliani II. artic. XV. *verf.* Güldene Bull. *p.* 494. ac Rudolphi II. artic. XXX. *verb.* Päpstlich Recht. *p.* 518.)

Soll nichtig seyn.

In Ferdinandi IV. capitulat. artic XXXVI. additur, und dafür gehalten werden/ idem dicitur in capitulat. Ferdinandi III. art. XXXVIII. Ferdinandi II. art. XXXV. Matthiæ art. XXXVI. Rudolphi II. art. XXX. Maximiliani II. art. XIV. Ferdinandi I. art. XXVI. Caroli V. art. XXVIII. hîc verò omittitur.

AD

AD ARTICULUM XXXVII.

In hoc articulo nonnulla omittuntur, quæ in anterioribus capitulationibus expressa, & nonnulla exprimuntur, quæ in prioribus non extant.

Königliche Cron.

Additur in capitulat. Caroli V. artic. xxx. Wie Uns / als erwähltem Römischen König / wol geziemt. Idem quoque fit in capitul. Rudolphi II. artic. xxxi. Matthiæ art. xxxviii. Ferdinandi II. art. xxxvii. Ferdinandi III. artic. xxxix. Ferdinandi IV. art. xxxvii. Omissa quoque hic sunt (si exemplar, quod cum privilegio divulgatum, integrum est) quæ in anterioribus capitulationibus de corona Imperiali disposita fuerunt, de quâ hîc altum est silentium.

Was zwischen beeden Churfürsten.

Novum: de controversia autem ipsa vide me tom. 5. de Jur. publ. (*in addit. ad lib. 3. c. 6. n. 3.*)

In der Statt Cöln.

